mentem concedentis J. de priuileg. in his, & eodem titu. Papæ. §. primo. libro 6. facit. 76. diſt. huius obſeruantiæ. C. de præci. impera. offe. l. vlti. & de ap. l. fin. §. primo. pro hoc inducit Archi. in cap. ſi cui. eodem titu. libro ſexto. quod no. de reſcriptis. ad hæc, in fin. 2. glo. refert tamen aliquibus videri, ꝙ idem ac ſi non eſſent adiecta verba, defendas inductum, ne nimium derogetur ordinariæ poteſtati. 11. q. 1. peruenit. de offi. ordin. licet. de maio. & obed. per tuas, & ſic elapſo anno defenſio ſpectet ad ordinarium, cuius intereſt ſubditos a moleſtijs conſeruare. Pau. de Eleaza. dicit, quod ſi quæſtio monetur ex vi gratiæ: ita quod de iuribus gratiæ agitur, executor habebitur loco conſeruatoris: alias ſecus. Ioan. Cald. de conceſ. præben. cum noſtris. q. 14. dicit indiſtincte, quod poteſtas executoris prædicti non durat vltra annum. per ca. quærenti. dicens quod apponitur clauſula prædicta ad maiorem executionem executoris: & quia ſolet plus timeri &c. de hæreti. ſi aduerſus. ſed Ioan. And. hic dicit quod cap. quærenti. non loquitur de habente talem clauſulam. dicit etiam, quod opinio quæ vult quod durat poteſtas executoris poſt annum, procedit maxime quando ꝯdicitur ex vetuſta cauſa, quæ ante poſſeſſionem traditam fuit examinata, quo caſu etiam ſine clauſula poſſet, ſecundum Damaſum qui hoc tenuit. de offi. delega. q. 14. & ſic vult Ioan. And. quod idem erit ſi ex cauſa non vetuſta, propter verbum, maxime: tamen Ioan. Cald. in d. q. 14. refert ſe ab eo audiuiſſe, quod ſi ex cauſa non vetuſta moleſtatur, poſt annum poterit executor ſe intromittere, ad quod de conſti. cum acceſſiſſent. in fi. verior videtur opinio, quod indiſtincte non poterit poſt annum ſe executor intromittere, quod ẽt tenui. eodem titu. clem. ſi plures. q. antepen. per dictum c. quęrenti. vbi ex priuilegio conceditur delegato; Apoſtolico, ꝙ eius poteſtas duret toto anno. ergo nõ vltra. Executor autem eſt delegatus. de officio. deleg. ſi ſuper gratia. libro 6. nec procedit reſtrictio Ioan. An. prædicta ad cap. quærenti. quia indiſtincte loquitur. nec capitu. ex parte Adę. facit in contrarium: quia ibi non erat lata diffinitiua reſpectu proceſſus qui ibi vltimo committitur: ideo durat poteſtas etiam poſt annum: ita tenet gloſſ. ibi antepenultim. ſic etiam loquitur cap. querelam. J. de ſimon. vbi dicit de miſſione quæ fit cauſa cuſtodiæ contra contumacem, & intra annum, & non diſtinguo an ſit paritum, an non: quia etiam ſi aliquandiu paritum ſit, contra moleſtãtem intra annum habet executor poteſtatem, quod tenui in dicto capitulo, quærenti. quæſtio. 4. Ex quibus con-
17 cluditur, quod clauſula, † contradictores &c. & clauſula, defendas inductum: operantur quandam maiorem expreſſionem: non autem extenſionem poteſtatis: quia neque ad hoc ponuntur, quæ not. pro hoc quod dicit hic Innocen. qui tenet, quod etiam ſi ſpecialiter non ſit mandatum executori, quod ſuſpendat: poteſt tamen ſuſpendere, quia hoc eſt afferre mandato prouiſionis. ff. iudi. ſol. iam tamen. §. in hac, quod not. etiam J. Innocent. quod poteſt executor prouiſorius reſeruare primam vacaturam, cum maiorem poteſtatem habeat quam legatus. de officio. lega. ſtuduiſti. qui hoc poteſt. J. de iure patro. dilectus. quod etiam tenet Ioan. Andr. in dicto capitulo, ſi ſoli. Nono quæro, an per inueſtituram de qua hic fuerit inueſtitus adeptus poſſeſſionem. gloſſa, per talem, dicit quod non, & in ea ibi, ex ore. vbi de hoc: & 16. quæſtione ſeptima, ſi quis deinceps, & infra de inſtitu. authoritate. Decimo quæro, ſi authoritate Papæ, vel Cardinalis iſti canonici veniſſent contra indulgentiam apoſtolicam, an excuſarentur gloſſa penultima, dicit, quod ſi authoritate Papæ, excuſarentur: ſecus ſi authoritate legati: quia non poſſet eos ad hoc compellere, quod eſt verum iure legationis: ſecus ſi haberet ad hoc ſpeciale mandatum infra capitul. hi qui. ſecundo reſpon. libro ſexto, & quod not. de reſcript. literis. per hoc dicit Hoſtien. quod licet legatus, de latere poſſit conferre beneficia vacantia: non tamen vacatura: licet illa reſeruare poſſit: vnde poſſet aliquem facere recipi vltra numerum, multo minus contra iuramentum: quia nec hoc poteſt ſpecialis delegatus: niſi in reſcripto de hoc fiat mentio, qui tamen eſt maior legato in cauſa ſibi commiſſa. de officio legati, ſtuduiſti. Si autem in eccleſia non eſt numerus: tunc bene poteſt legatus ibi conferre beneficia, ſi ſufficiunt facultates. de vita & honeſtate clericorum, quoniam, in fin. & quod ibi not. & de conceſ. præben. capitulo vltimo. libro ſexto, in glo.
18 nunquid, in fin. Ex prędictis, maxime ex glo. no. quod † ſi canonici frangunt numerum authoritate Papæ non excluduntur a beneficio nuoueri: ſecus ſi authoritate legati. pro hoc facit glo. in eo quod dicit, vt prædixi eos non excuſari ſi ex præcepto legati hoc fecerint, qui non poteſt eos cogere: Papa autem poteſt. ad hoc facit quod not. in Specula. de legato. §. nunc tractemus. ver. ſed & ſi legatus, & J. c. dilecto. & eodem. titu. ſi cum libro 6. In quo tamen dic ponderandam formam mandati. Nam poſſet eſſe talis per quam aperte colligeretur

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium an ſit titulus eccleſiaſticus ex eo quod quis promouetur ad titulum patrimonij.*
2 *Promouens aliquem ad titulum patrimonij, cautus eſſe debet.*
3 *Ordinatus ad titulum patrimonij an debeat petere beneficium.*
4 *Patrimonium ordinati ad titulum patrimonij ſi perijt chaſmate vel alluuione, an Epiſcopus teneatur ei prouidere.*
5 *Ordinatus ad titulum patrimonij an teneatur de eo ſoluere decimas.*
6 *Ordinatus ad titulum patrimonij an poſſit tranſire ad aliam eccleſiam ſine licentia epiſcopi.*
7 *Patrimonium datum in titulum ordinis an poſſit vendi.*
8 *Promotus ſine beneficio an teneatur ad horas.*

TUIS. Not. beneficiatus habens ſufficiens patrimonium
ad ſacros legitime promouetur. ponit dictum, cu-
ius determinationem interſerit, ibi, dummodo pars de teſti.
tuis. Oppono in eo quod dicit prouidendum ordinato ſine
beneficio, dummodo aliud canonicum non obſiſtat: quia di-
ctio, aliud, implicat: vt nota. de reſcriptis, ſedes, & ſic apparet
quod exceptio quæ hic reijcitur fuerit canonica. Sed dictio,
aliud, facit ſimplicem relationem hic, & eſt modus loquen-
di, & de excep. canonicis, ideſt, legitimis & obſtantibus exem
plificat: vt quia opponitur homicidium, vel aliud mortale,
vel aliqua irregularitas: quod dic vt de tempo. ordin. cap. fin.
cum titulis pluribus ſequentibus. Et dicit Abbas hic includi
quæ habentur. 33. diſtinctione. maritum. 50. diſtinctione. qui
in aliquo, & in illis multa impedimenta canonica enumeran
1 tur. Quæro, quando quis † promouetur ad titulum patrimo-
nij: an ex hoc patrimonium ſit titulus eccleſiaſticus. gloſſa
prima videtur velle quod ſic, cum dicit quod habet patrimo
nium pro titulo. Hoſtien. dicit hoc verum ſi hoc fuit actum.
dicit quod glo. habuit ſanum intellectum, quod habent pro
titulo. i. loco beneficij, quo ad hoc quod excluditur ſi ageret
condictione capitu. epiſcopus. §. eodem. non tamen quod ſit
beneficium eccleſiaſticum, niſi, vt dicit Hoſtien. ſic fuerit
actum. Secundo quæro, ſi patrimonium hoc erat ſeruilis cō-
2 ditionis, ideſt, quia promotus erat ſeruus. † Dicit Hoſtien.
quod caueat ſibi epiſcopus, & petat conſilium domini, niſi
velit ſe onerare, quia alias patrimonio illo per dominum re-
uocato teneretur epiſcopus illi prouidere. Oppono ad hoc:
quia ſeruus ordinatus ad ſacros in præiudicium domini nō
degradatur. de ſerui. non ordinan. miramur. Soluit Hoſtien.
quod licet ſit maior alienatio perſonæ quam rerum: tamen
magis diſpēſabile eſt circa perſonam, quam circa rem. Nam
reuocatio perſonæ cederet in vituperium Dei & eccleſiæ nō
ſic de rebus. ſimile de tranſlatio. capitu. final. vbi permittitur
maius, & non minus. pro hoc eſt quod not. de electio. ſi reli-
3 gioſus. libro ſexto, in glo. in verbo ſint varia. † Tertio quæro,
ſi ordinatus ad titulum patrimonij petit beneficium ſibi con
ferri. dicit gloſſ. prima, quod non debet petere, & quod iudi-
cium ſibi manducat, & bibit. Et ſic videtur velle, quod peten
do peccat: dic contra. licet enim petere non poſſit ex debito,
ita quod cogatur epiſcopus conferre: vt in text. tamen peten-
do non peccat. nec iura quæ allegat glo. contrarium probant.
Nam poteſt clericus habens beneficium & patrimonium de
beneficio viuere, & patrimonium ſeruare: vt dixi ſupra cap.
4 epiſcopus. Quarto quæro, ſi patrimonium † ordinati ad titu-
lum patrimonij perijt chaſmate, vel alluuione. dicit glo. pri-
ma, quod epiſcopus debet ei prouidere: quod eſt verum de
generali obligatione. de qua not. §. capitu. cum ſecundum, in
gloſſ. vltim. ſed ex ſpeciali obligatione non tenetur, ſcilicet,
condictione canonis cap. epiſcopus. §. eodem, & ſimilium. Et
dic chaſmate, ideſt, ruina verſus abyſſum. ff. locati. ex condu-
cto. §. item ſi quis, & not. glo. ff. de mino. verum. §. ſi locuple-
5 ti. † Quinto quæro, an ordinatus ad titulum patrimonij te-
netur de ipſo ſoluere decimas. glo. vlt. arguit pro & contra. &
2 recitatis duabus opinionibus tenet quod tenetur ad decimas
prædiales ſicut prius. ad hoc quod not. J. de cenſi. cap. primo.
& in hac glo. ibi. viri, & Goff. & ibi, tua, & hoc tenet Hoſtien.

teſt alienari. ff. de minio [illegible]
uere debet J. de dona. inter virum & vxorem, per noſtras. de-
inde refert glo. opin. Tancre. contrariam, quam ſequitur, &
idem Philip. & Hoſtien. dicit congrue diſtinguendum, an pa
trimonium fuerit aſſignatum pro titulo, vel non: vt §. quæſt.
prima. primo caſu non poſſit alienari ſine conſenſu epiſco-
pi, non obſtante ratione Tan. poſita in glo. cum dicit, quod
videtur habere beneficium habendo precium. Nam facilius
conſumitur precium quam res. Secundo caſu vera eſt opin.
Tanc. & dic, quod ſi fuit aſſignatum pro titulo beneficij: aut
fuit tranſlatum in beneficium: aut non. Secundo caſu verum
eſt quod dicit Hoſtien. de conſenſu epiſcopi ipſum poſſe alie
nare. primo vero caſu non. quia non poſſunt ſpiritualia pro
temporalibus commutari, infra de rerum permu. quæſitum.
8 † Octauo quæro, an promotus ſine beneficio tenetur ad ho-
ras canonicas. Dicit Ioan. Andr. quod ſic, licet non teneatur
certam eccleſiam officiare. pro hoc. 93. diſtinctio. cap. ſi. & J.
celeb. miſſarum. cap. primo.

SVMMARIVM.

1 *Abſens inueſtiri poteſt de beneficio alio mediante.*
2 *Hæreditas acquiri non poteſt per procuratorem.*
3 *Matrimonium carnale, vel ſpirituale an poſſit contrahi inter abſentes.*
4 *Inueſtiri an quis poſſit pro abſente & ignorante.*
5 *Titulis ſpiritualibus ius acquirit etiam ante traditionem.*
6 *Beneficij acceptatio poteſt fieri per procuratorem.*
7 *Dictio, vel, ſtat alternatiue.*
8 *Dictio, alius, repetit eandem qualitatem.*
9 *Habens gratiam cum beneficio acceptandi, an poſſit conſtituere procuratorem laicum ad acceptandum. & num. 10.*
11 *Præbenda quo caſu non acquiratur abſenti.*
12 *Procurator generalis ſi fuit inueſtitus, non acquiritur domino efficaciter, niſi ex quo ratum habuerit.*
13 *Dominus prædij, nunquid poſſit agere ad penſionem prædij ab alio ſuo nomine locati.*
14 *Alteri per alterum non acquiritur.*
15 *Agere an quis poſſit ob intereſſe ſuperueniens poſt contractum.*

1 ACCEDENS. † Abſens poteſt inueſtiri de beneficio,
alio mediante: vel ſic. poteſt quis inue-
ſtiri de beneneficio pro abſente. pars de rapto. accedens: vt pa
tet ex antiqua. Not. caſum in quo alteri per alterum acquiri-
tur. Oppono quod non poteſt alteri per alterum acquiri be-
2 neficium: ſicut etiam hęreditas † temporalis non poteſt ac-
quiri per procuratorem. ff. de acquir. hær. per procuratorem:
ergo nec ſpiritualis. Solu. hæc fuit vna de rationibus dubitan
di: vt dicit glo. quę enumerat, & alias, quod dico in ſequenti
q. Quæro quæ fuit ratio dubitandi: dic quod triplex, vt dicit
a glo. prima. quia dubitabat quærens an inter abſentes a poſſet
3 contrahi matrimonium carnale: † & ſic eodem modo dubi-
tabatur de ſpirituali: pro hoc, quia carnale & ſpirituale ęqui-
parantur: vt lite non conteſta. quoniam. §. porro. Sed hæc ra-
tio colligitur, vt dicit glo. per capitu. honorantur, & alia iura
quæ allegat, & hoc expreſſius per cap. vltim. de procura. libro
ſexto, vbi dicitur quod per procuratorem habentem ad hoc
ſpeciale mandatum poteſt contrahi carnale matrimonium,
& alias non eſt idoneus: ad hoc tamen in caſu huius c. etiam
ſi non habeat mandatum valet inueſtitura, non enim ponde
ratur in textu ꝙ eſſet procurator: licet Cy. poſt Pe. ſi quis alte
ri, vel ſibi l. inuitum, videatur velle, quod requiratur manda-
tum, ſed primum verius: cum enim collatio poſſit fieri abſen
ti nulla perſona mediante. eo. titu. ſi tibi abſenti. lib. 6. fortius
fieri poteſt mediante perſona nuncij ſeu alterius non haben-
tis mandatum. Et procedit hoc, intelligendo ꝙ verbum, in-
ueſtiri,

ADDITIO.

a An inter abſentes. Adde cap. honorantur. trigeſimaſecunda, quęſtio 2.

Digitized by Google

prie prout inueſtitura eſt collationis approbatio: de quo per Dyn. in regula prima. libro ſexto, & dico infra titulo primo, authoritate talis actus qui eſt facti: & fit per annulum, & birretum, vel quid ſimile non poteſt conferri in abſentem, ſed præſenti nomine abſentis, vt hic. ſecunda ratio dubitãdi fuit,
3 an poſſet † quis inueſtiri pro abſente & ignorante, & dicit gl. quod ſic, & quod quæritur poſſeſſio abſenti. dic quod hic non ſolum dicitur de poſſeſſione, ſed etiam de titulo, quod intellige: infra eadem quæſtione. Tertia ratio dubitandi fuit ea quam dixi ſ. in primo contrario, comparando hæreditatem temporalem ſpirituali. Et confirma, quod dominium non dicatur acquiſitum abſenti. ff. de acquiren. rerum dom. res ex mandato, vbi res ex mandato meo empta, mihi non acquiritur niſi mihi tradatur. hic agebatur de transferendo dominio. i. tit. non autem de poſſeſſione quę per inueſtituram non acquiritur infra de his quæ fiunt a maiori parte capituli. ex ore. Sed dic ad ſecundum, quod titulus acquiritur commutabiliter abſenti, ſed efficaciter acquiritur per acceptationem abſentis. dicto cap. ſi tibi abſenti, & hoc etiam ante traditionem:
4 quia in titulis ſpiritualibus † ius acquiritur etiam ante traditionem: vt no. Innocent. ſ. cap. inter cætera. vbi dixi in tertio contrario: ſecus in rebus corporalibus, de quibus loquitur l. contraria. Adde primum de hæreditate, dic, quod ratio quare temporalis hæreditas non acquiritur per procuratorem, eſt: quia eo ipſo quod dedi mandatum ad adeundam hæreditatem, intelligor adiiſſe, cum hæreditas acquiratur ſolo animo: & hoc ſi hæreditas erat iam mihi delata, & eam ſcio mihi delatam. ſed in deferenda dicit Ioan. And. quod locum habet quod ſequitur. Et dicit Hoſtien. quod hæreditas non quæritur per procuratorem generalem, ſed per ſpecialem. ff. de acquiren. hæredi. l. ſi quis mihi. §. iuſſum, & ſequenti, & §. pater, & ſequenti. Sed illa iura loquuntur in alio caſu, cum quæritur de hæreditate delata filio vel ſeruo. tunc enim non adeunt ſine ſpeciali iuſſu patris, vel domini, dicit etiam Hoſt. ſufficere in caſu huius cap. quod habeat mandatum ad recipiendum, & acquirendum omnia beneficia cum cura vel ſine cura, etiam ſi non exprimantur beneficia. facit de procur. cap. primo. §. primo. libro ſexto, dic melius: vt in ſequenti contrario: & in hac gl. ibi, quicquid, quod ſi filius peculiari nomine apprehendit, ſtatim pater poſſidet, etiam ſi ignoret illum in poteſtate conſtitutum. ibi, per procuratorem, communiter non eſt lex: ſed §. primus. ſub l. ſi pupillus. eodem ti. & ibi de hoc, & communiter incipit Paulus reſpondit, pro-
5 curatorem hæreditatem acquirere non poſſe:* ibi, res ex mandato. de hac. ſ. eadem quæſtione, ibi, ſi procurator. prima facit ad propoſitum quę dicit ſic. Si procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eique ſit tradita nomine meo, dominium mihi, & proprietas acquiritur etiam ignoranti. Secunda dicit, quod ſi procurator meus rem ſuam quaſi meam alij tradidit, remanet dominus. Et idem in tutore pupilli, quia pupillus errans rem ſuam perdit: ibi, qui mihi donatum ſi procuratori meo rem tradis quaſi mihi acquirat: ipſe vero rem recipit quaſi ſibi acquiſiturus, non ſibi, ſed mihi acquiritur. Oppono ad hoc, in eo quod dixi hunc debere habere ſpeciale mandatum ad recipiendum beneficia cum cura, vel ſine cura, quod imo ſufficiat etiam ſi de cura taceatur. pro hoc facit quod no. de reſcript. ſedes, & de regu. iur. cap. primo. libro
6 ſexto. Solut. ita contrario: quod † autem per procuratorem poſſit acceptatio fieri, probat ſtilus curiæ, ſecundum quam ſi fit gratia beneficio acceptandi: datur poteſtas acceptandi per ſe vel per procuratorem. de quo no. de conceſ. præb. cle. vna. §. quem etiam in gl. iſte terminus, in prin. Oppono, ad idem, quia per liberam perſonam non acquiritur alteri abſenti. C. per quas perſonas nobis acquiritur l. prima. Solu. in caſu huius capituli, procuratori non poteſt acquiri, ideo acquiritur domino. ff. ad Treb. qui ita. §. primo. Ex quo tradit Ber. ibi regulam, quod id quod per mediam perſonam procuratoris nõ poteſt acquiri, vt vſusfructus, directo acquiri[illegible]omino, quod nota. Oppono ad idem. ff. de nego. geſt. ſi ego. d[illegible] glo. in fin. quod per geſtorem non acquiritur abſenti dominium, vel poſſeſſio, quod eſt verũ, niſi ex quo dominus ratum habuit: vt no. in dicta l. ſi ego. & in hac glo. ibi, ſi non poſſet. de hoc J. de electio. cupientes. §. cæterum. libro ſexto, in gloſſa quarta, ibi, dominium rei ſingularis donatæ, vel venditæ. In hæreditate enim ſpirituali vel temporali pro qua quis obligatur, nõ habet locum hoc, ſecundum Hoſtien. ad hoc infra eodem, ſi tibi abſenti. libro ſexto, & in fin. materia gloſſ. nota. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. prima. §. per procuratorem. Secundo quæro
7 de intellectu literæ, ibi: vel alius magis. Solut. dictio, vel, † ſtat alternatiuè, quaſi dicat, melius eſſet, quod inueſtiror dicar, an ęſtimus te pro tali abſente, quam inueſtimus talem abſentem per te, ſecundum Innocentium. Hoſtienſis, dicit, Pro Innocent. facit dictio, magis, quæ ſignificat electionem, & potioritatem modi ſecundi. Ita quod dictio, vel, non ſtat proprie alternatiue: ſic & alias ſi dictioni, vel, additur, ſaltem, non ſtat proprie alternatiue. de donation. inter virum & vxorem per veſtras, ibi, vel ſaltem: & quod ibi dixi. Tertio quæro, nunquid iſte qui recepit inueſtituram, poſſit eſſe laicus: videtur quod ſic. de procuratoribus, capitulo primo. li-
8 bro ſexto. In contrarium facit text. in verbo, alius: † quæ dictio repetit eandem qualitatem. ff. de rebus dubiis, quidam relegatus, dicit Ioan. Andr. tutius eſſe, & quod ſic ſeruatur, quod ſit clericus, quod tenent Egidius & Guilielmus, & ſic videtur velle etiam vt ſit laicus, quod eſt verum, vt latius patet ex ſequenti quæſtio. Et ad rationem de dictione, alius, dic quod non ſemper facit poſitionem eiuſdem qualitatis: vt nota. de reſcrip. in fin. gloſſ. tertię, quod maxime procedit quando non ponitur relatiue, ſed ſubſtantiue: & ſic ponitur hic, cum dicit, ibi, abſens per alium: eſt enim idem ac ſi dice-
9 rer per aliquem. Quarto quæro, ſi habens † gratiam cum beneficio acceptandi conſtituit procuratorem laicum, ad hoc videtur quod non poſſit acceptare, quia ſuo nomine non poteſt acceptare ſpiritualia. de iudic. capitulo ſecundo. de rebus eccleſi. non alienan. capitulo final. 96. diſtinctione. bene quidem, ergo nec alieno. decimaſexta, quæſtione ſeptima, nouo. cum capitu. ſequentibus. regula quod alicui. libro ſexto. pro hoc facit quod nota. de election. quod ſicut in princip. de laico qui conferens beneficium ex priuilegio Papæ non dat ius ſpirituale in beneficio. Item, ſicut Iudæus Chriſtianis non poteſt ſuo nomine præeſſe, quinquageſimaquarta diſtinctione, mancipia. de iudæis. capitulo ſecundo, ſic nec alieno. quarta diſtinctione, nulla. de iudæis, cum ſit. Item, ſicut hæreticus ſibi non acquirit beneficium: ita nec alteri. de hæretic. capitulo 2. §. 2. & 3. libro ſexto. Item ſicut excommunicatus non agit pro ſe, nec pro alio. de proba. poſt ceſſionem. ad hoc de æta. & qualita. cle. & hi qui. de procura. religioſus. de regula. cle. prima. bene facit de reſcriptis. ſtatutum. §. in nullo. lib. ſexto. & quod not. C. de fideicommiſſ. eam quam, vbi incapax non acquirit hæreditatem, vt reſtituat capaci: & ibi argumen. pro & contra. In contrarium facit dictum capitulum primum, de procuratoribus, libro ſexto, & eodem titulo, qui generaliter. §. primo. vbi filiusfami. qui pro ſe non litigat, tanquam procurator admittitur, idem dicitur de ſeruo & liberto qui in iudicio agunt pro domino. C. ſi per vim vel alio modo l. prima. ff. de in ius vocan. quæſitum. Item ex contrario ſequerentur multa abſurda, ſcilicet, quod etiam clericus non habilis ad dignitatem quacunque de cauſa non poſſet dari procurator ad acceptandum dignitatem: & quod laicus non habilis ad matrimonium contrahendum non poſſet ad id dari procurator, nec mulier poſſet matrem conſtituere procuratricem ad matrimonium contrahendum: nec monachus, vel ſeruus, qui non poſſunt ſibi acquirere, poſſent acquirere domino, vel monaſterio: facit quod not. de renuncia. clemẽ. vna. in glo. non video alia argumenta pro, & contra collige ex nota. in regula quod alicui ſuo, in quæſtione. libro ſexto. Soluit Ioan. Andr. tutius eſſe, vt dixi in præcedenti quæſtio. in hoc caſu & pluribus conſtituere clericum procuratorem. ta-
10 men ſi conſtituitur laicus, † aut cõſtituitur ad acceptandum certum beneficium vacans: aut ad acceptandum certum vacaturum, ſi ſibi videbitur: vel generaliter ad acceptandum primum vacaturum cum vacabit, ſecundum formam ca. ne captandæ. de conceſſ. præben. libro ſexto, in primo caſu quæſtio non videtur dubia, quia hoc fieri poteſt: quia tunc fit nudus miniſter ad declarandum domini voluntatem. C. ſi quis alteri, vel ſibi l. multum, imo ſic conſtituendo videtur acceptaſſe: pro hoc facit quod dixi ſ. Sed contra eſt de elect. c. pen. lib. 6. & quod ibi no. in vlt. glo. Solu. hic ſumus in caſu in quo ſufficit quod conſtet de animo acceptantis quocunq; modo de conceſ. præben. clem. vna. §. pe. ſed in contrario loquitur in caſu, in quo eſt certa forma tradita. ſ. reſpectu electionis: ideo nõ poteſt abſens exprimere votum ſuum per literas: vt ibi. ſecundo caſu, ſequendo communem obſeruantiam, quę eſt imitãda. de ęta. & qua. cle. generalem. de ap. clem. prima. de legi. mi nime. Dicit Io. An. conſtitutionem valere, & acceptationem fieri poſſe: pro quo facit æquitas, quia forte expectans non habet in loco clericum de confidat, & talia non ſunt omnibus committenda:

ADDITIO.

* Poſſe. Adde quod in P. H eſt lex. & incip per curatorem. Sed in vulg. edit. eſt etiam lex. & incipit per procuratorem, & ex dictis hic, not variare editiones ab ea quæ erat tempore Car. quod obſerua pro collatione textuum. B. S.

Card. Zabarel. ſuper iij. Decret.

11 [illegible]
ſanguinei recipientis ſine mandato nomine abſentis. Dicit
Innocent. ſe non credere, quod abſenti acquiratur præbenda:
licet enim conſanguineus pro conſanguineo tanquam con-
iuncta perſona poſſit agere. ff. de procura. ſed hoc. de reſcript.
nonnulli. in fin. non tamen acquiritur dominium: nec etiam
canonicatus pro abſente, cum requiratur conſenſus electi, &
eligentium, de electio. cum inter canonicos, dic contra. ac-
quiritur enim abſenti, licet commutabiliter, dicto capitulo,
ſi tibi abſenti: per quod deciditur etiam ſequens quæſtio. Sex
to quæro, ſi conſanguineus, pro quo conſanguineus fuit in-
ueſtitus, ratum habet, dicit Innocent. quod recepta per hoc
eſt inueſtitura per eum cuius nomine recepta eſt: nec poſ-
ſunt primo facto recedere canonici. dicto cap. ſi tibi abſen-
12 ti. Septimo † quæro, quid ſi procurator habens generale man
datum fuit inueſtitus: dic quod non acquiritur domino effi-
caciter, niſi ex quo ratum habuerit, vt nota. in dicto capitu. ſi
tibi abſenti. in 3. glo & de hoc in deciſionibus Rotæ. deciſio.
208. vbi etiam dicitur, quod ratihabitio debet fieri infra tem-
pus, infra quod debuit actus expediri. per l. penu. ff. rem ratam
haberi, & quod no. Ioan. Mona. de elect. quam ſit. §. cæterum.
libro ſexto. in verbo petere. Octauo quæro de quæſtione ta-
13 cti: † quidam locauit prædium nomine domini, nunquid po
teſt dominus agere ad penſionem, videtur quod ſic per hoc
capitu. Item, quia ex quo ille locauit nomine domini, & ſti-
pulatus eſt domino, videtur feciſſe tanquam nuncius, & non
tanquam procurator, quia nuncius ſtipulatur in perſonam
domini, & acquirit domino. ff. de conſtitu. pecunia l. qui au-
tem. §. fin. quod iuſſu. l. prima, de contrahen. empt. l. prima. C.
ſi quis alteri, vel ſibi l. multum, & ibi de hoc per Cyn. Item,
cum negociorum geſtor ſtipulatur nomine domini, ſtipula-
tio tenet, & acquiritur domino naturalis obligatio. C. ad ex-
hiben. l. penultima, quod tenet Bart. ff. de verborum obliga.
ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler. Item hic fuit facta ſtipulatio ex re
domini: ergo domino acquiritur. C. de procura. quod procu-
rator, quod tenet Pe. & Cyn. poſt eum in d. l. multum, & Bar.
in dicto §. ſi ſtipuler. ergo etiã inuito procuratore, & ſine ceſ-
ſione dominus agere poteſt dicta l. quod procurator, in fine:
Item, ex quo etiam procurator ſtipulatur ſibi nomine domi
ni, tenet ſtipulatio: nec dicitur alteri ſtipulatus eſſe. ff. de præ-
to. ſtipu. in omnibus, vbi hoc tenet glo. & probatur in dicta l.
14 penultima ad exhiben. In contrarium eſt regula, † quia alteri
per alterum non acquiritur. inſt. de inutil. ſtipul. § ſi quis alij.
& pro hoc quod no. de vſuris, quamquam. libro ſexto. vbi di-
cit Ioan. And. quod penſio non directo prouenit ex re domi-
ni, quod non placet. nam eſt prouentus rei. de deci. paſtoralis.
& cap. cum non ſit. vnde propter magnam rei ſterilitatem fit
remiſſio penſionis. de loca. propter. dic ergo quod dominus
poſſet agere ſine ceſſione, ſed tutius eſt habere ceſſionem.
Nono quæro circa ſtatim dicta, quæ ſit ratio, quod alteri quis
non poteſt ſtipulari. Solu. colligitur. ff. de verborum obliga.
ſtipulatio iſta. §. alteri. quia ſtipulationes inuentæ fuerunt ad
ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi acquirat quod ſua intereſt. nihil
autem intereſt mea, quod aliquid detur tertio niſi ex aliqua
cauſa ſpeciali mea interſit, quo caſu poſſet alteri ſtipulari, vt
ſi ſtipulatus ſui dari creditori meo centum dicta l. ſtipulatio.
§. ſi quis ergo, & quod dixi non poſſe quem ſtipulari alteri,
intellige abſenti, ſed præſenti poteſt. ff. de verborum obliga-
tion. ſi procuratori. C. de inutil. ſtipul. l. 1. vbi hoc notat gloſſ.
in verbo ob abſentiam, & per hoc infertur ad quæſtionem ſe
quentem. Decimo quæro Lucius ſtipulatus eſt a me 10. dari
Titio, tempore ſtipulationis non intererat Lucij: poſtea in-
15 cepit intereſſe, an poſſit agere. † Solut. hæc quæſtio fuit in
hoc Paduano ſtudio diſputata, & determinatum per eximiũ
doctorem iuris vtriuſque dominum Ioannem Ludouicum:
quod non: & videtur caſus in l. ſi quis ita ſtipulatus. §. poſſum.
ff. de verborum obligatione, legendo ipſum ſic, poſſum a te
vtiliter ita ſtipulari. 10. Titij nomine te ſoluturum ſpondes,
& intelligitur: neque enim hoc ſcilicet, hæc ſtipulatio ſimi-
le eſt. id eſt, ſimilis eſt illi ſtipulationi, illi te daturum, ſci-
licet, ſpondes: quia ex ea. 1. prima agere poſſum ſi mea intereſt;
ex quo relinquitur quod ſecus in ſecunda: ex qua nunquam
poteſt agi, ex quo ab initio non valuit, quia alteri facta. dicta
dato. ff. mandati. ſi procurator. §. mandati. vbi dicitur, quod
actio mandati competit cum cœperit intereſſe: ergo non
prius, cuius contrarium dicit §. ſi tibi. præallegatus in pro-
ximo contrario. Solutio. mandatum tenet etiam ſi non
interſit, vt in dicto §. ſi tibi, & infra proximo contrario di-
xi: ſed non agitur mandati, niſi cum intereſt: vt in §. man-
dati. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij debet fieri in manibus ordinarij.*
2 *Prælatus nepoti ſuo prouidere poteſt.*
3 *Reſignatio beneficij liberaliter fieri debet.*
4 *Canonicatus quaſi poſſeſſio quomodo acquiratur.*
5 *Epiſcopus patiens eum in canonicum qui ius non habet, videtur eum approbare.*
6 *Præbenda eſt ius ſpirituale.*
7 *Abundare in allegationibus aliquando eſt licitum.*
8 *Clauſula decreti Papæ quid operetur.*
9 *Clauſula decreti Papæ quid operetur in confirmatione.*
10 *Canonici non poſſunt augere numerum in eccleſia habente numerum iuratum.*
11 *Excipiens in exceptionibus concludere debet.*
12 *Beneficium minus canonice conſecutus non præſcribit quantocunque tempore tenuerit canonicatum.*
13 *Conditio nulla debet in ſpiritualibus interuenire.*
14 *Receptio vltra numerum facta per canonicos, & non præbendarum diuiſio quare teneat.*
15 *Receptio vltra numerum tenet, etiam ſi in eccleſia ſit numerus iuratus.*
16 *Alienare prohibitus ſi alienat in ſpiritualibus non tenet alienatio.*
17 *Periurus non ſemper eſt infamis.*
18 *Canonici recipientes vltra numerum contra iuramentum, an ſint periuri.*
19 *Receptio in canonicum contra numerum a Papa confirmatum an valeat.*
20 *Poſſeſſor bonæ fidei lucratur fructus.*
21 *Clauſulam decreti quis poſſit apponere.*
22 *Clauſula decreti an debeat apponi cum cauſæ cognitione.*
23 *Sententia lata pro vno ex focijs an proſit alijs. & num. 24. & 25. vbi econuerſo an obſit.*

Dilecto. Si ad vnicum canonicatum, & præbendam duo ſunt recepti ſimpliciter, receptio non te net, etiam interueniente legati Apoſtolici authoritate. Primo ponitur factum, & allegatio plurium pro cellerario. Secundo allegatio contra eum, ibi procurator. Tertio diffiniendo allegatio contra eum, ibi procurator. Tertio diffini-eundo, ibi, vnde dictum. Quarto, quædam proteſtatio, ibi, ita tre-cenſi. in antiqua dicitur Senonenſi, & putat Ioan. And. quod Cardinalis fuit oriundus de loco, & prælegit ibi archiepiſco pari, & facit infra contrario tertio reſignauit. inordinata fuit hæc caritas fructus, quaſi licuerit de fructibus, quod non licet de præbenda: ſed dic, vt infra capitulo proximo, generalis, de vicario epiſcopi an poſſit beneficia conferre: notãt hic Goffredus & Hoſtienſis, quod dic, vt de officio vicarij capitulo vltimo. libro primo. vbi de hoc in gloſſa penultima, dictus quoq;. huc uſque allegauit titulum, nunc allegat poſſeſſionem, & ipſius vſum. Egid. canonicus, per hoc videbatur ipſius intentio probata: ex quo ſic agebat &c. ff. ad Macedonianum, l. tertia, quod eſt verum ſecundum Hoſtienſem, quo ad poſſeſſionem. de electione, in Geneſi. ſed non quo ad proprietatem, quo ad quam oportet probare ſuam inſtitutionem canonicam. ſecunda, quæſtione prima, legum, de inſtitutione, ex frequentibus, regula prima. libro ſexto, de hoc etiam, infra quæſtione ſecunda, canonice: quaſi, licet eſſet cellerarius, niſi fuiſſet canonicus, non habuiſſet domum: exemplum in eccleſia Bonon. tunc ſcilicet, cum nouiter intrat epiſcopus conſecratus: petijt, non porrigendo libellum, ſed ex vi iuris, per has allegationes, vel etiam libellum porrigendo, quia in talibus vterque

vt ipſe dixerat,& ſic ex verbis ſuis. ſimile de reſcript. ex parte
decani.Hoſtien. Alius.dicit Innocen.quod cellerarius debet
potius cenſeri ſecundus quam primus: quia ob hoc reſigna-
uit præbendæ, vt nepoti archiepiſcopi prouideretur de illa:
ſed potius videtur contrarium,ſupra ibi,donec.Idem G.&c.
etiam in hoc non eſt vis. Aſſenſu præſumpto, & ſi hoc non
agatur,& eſt vna differentia inter iſtud ius & illud de quo ſta
tim ſequitur,defuncto renunciante,vel alias remoto in eccle
ſia.hoc expreſſe facit contra cellerarium.non poſſunt.poten-
1 tia iuris,non facti de hoc de reſcript.ſciſcitatus.† Nota quod
reſignatio beneficij debet fieri in manibus ordinarij, ibi, in
manibus Remenſi. Archiepiſcopi Ap. ſed. legati. Eſt enim
legatus ordinarius:& de officio lega.capitulo primo,& ſecun
do.libro ſexto.de hoc dixi de renuncia.admonet.& capitulo,
2 quod in dubijs.Secundo no.quod poteſt prælatus † prouide-
re ſuo nepoti. debet tamen cauere quod iudicium ſanguinis
non præponat iudicio rationis J.capitu. graue, quod ſæpe fa-
ciunt,cum ſcriptum ſit, quod nemo carnem ſuam odio ha-
3 buerit.1 1.quæſtione ſecunda non æſtimemus. † Tertio nota
quod reſignatio beneficij debet fieri liberaliter. de hoc in gl.
prima.Quarto nota multa per quæ colligitur quaſi poſſeſſio
canonicatus,quæ colliguntur in ver.dictus. vſque ad verſicu.
procurator. Et in hoc nota,quod per exercitium rerum ca-
4 nonicalium acquiritur † quaſi poſſeſſio canonicatus,,& di-
cuntur iura canonicalia ea quę ſolis canonicis competunt,vt
patet ibi:quæ non niſi canonico conſueuerat aſſignari. quod
facit ad quæſtio.de facto in talibus contingentem, vt capitu-
letur & probetur, quod iura quæ dicuntur canonicalia ſolis
canonicis ibi competant:quod procedit de iuribus ſurgenti-
bus ex iure ſpirituali,ſicut erat hic, habere domum ſolitam
aſſignari tantum canonico:ſed in iuribus ſpectantibus cano-
nica tui de iure communi,ſicut eligere. de electio. capitulo.
primo,ſufficit probari exercitium, quia hoc ipſo patet hoc
eſſe ius canonicale, cum in hoc de iure communi fundetur
ipſius intentio,per dictum c.primum.Quinto no.de hebdo-
madarijs qui ſtatuuntur in eccleſijs.ibi,in hebdomada ſua:&
licet ſemper clerici debeant a mulieribus abſtinere, maxime
debent in ſua hebdomada.31.diſtinction.tenere. Sexto nota
de receptione ad oſculum, quam faciunt prælati adinuicem,
vel ſuis canonicis,in verbo ad oſculum,& poſſet hic tex.alle-
gari in conuentu,cum datur oſculum,& quare hic non pro-
fuerit hæc allegatio.dico J.q.2.& de hoc etiam in glo.3.& in
ea.ibi autem ſiue a me, nocet mulieri conſenſus ſecũdo poſt
biennium præſtitus alienationi fundi dotalis.ibi,ſtatim vide-
tur.hoc non procedit,quia potuit ignoraſſe modum electio-
nis.Ioan.& Vincen.ibi.l.1.de hac ſupra cap.proximo, in glo.
ibi,ſi filium,præiudicatur patri qui paſſus eſt filium ꝓ homi;
ne ſui iuris ſe gerere.ibi,patientia,nec prodeſt conſenſus epi-
ſcopi:vt J.q.2.ibi,haberemus, ſola ſalarij perceptio non facit
decurionem eum qui legitime creatus non eſt,ibi.non idcir
co, minus quod pupilli res velut tutor adminſtraſſe dicitur,
5 et eius perſona ſeruitutis quæſtionem pati poteſt. † Septi-
mo no.quod epiſcopus patiens in canonicum eum qui non
habet ius,videtur eum approbare:vt hic.ibi,non mouiſti quę
ſtionem.ad hoc de frigidis.capitu.primo.dic tamen hoc non
ſufficere,quia non videtur deſtitiſſe qui diſtulit:ſed qui in to
tum renunciauit.C.de pact.poſtquam. ff.de iudici. deſtitiſſe,
niſi actio ſit tempore limitata.de reſcript. ſi autem. Octauo
nota.quod ſuper beneficio poteſt agi poſſeſſorio vti poſſide-
tis.vt hic in verbo moleſtatione,iuncta glo.Nono nota. mo-
dum concludendi in vti poſſidetis, vt petatur moleſtantem
cogi ad deſiſtendum ab indebita moleſtia.de hoc de proba.li
6 cet.† Decimo not. in ver. procurator:quod præbenda eſt ius
ſpirituale,quod ſingulariter probat text.ibi, ad vnicum ſpiri-
tuale ius,& J.ibi,quoddam ius ſpirituale. licet de hoc dubi-
tetur alibi.& de hoc de conſtit.cum M.& quod prębenda ſit
ius,tenet Innocent.s̃.eodem, maioribus, vbi dixt in ſecundo
7 contrario.† Vndecimo not.quod aliquando licitum eſt exu-
berare in allegationibus, vt etiam dicatur id quod omnino
non pertinet ad cauſam, dummodo faciat ad declarationem
eorum quæ concernunt cauſam. Sic enim procurator epiſco
pi allegauit de eccleſia non habente numerum, cum tamen
appareret quod in hac eccleſia erat numerus,vt in ver.præte-
rea. Et Hoſtien. quod ad hoc adiecit, quia oppoſita iuxta ſe
poſita &c.inſtitut.de libertinis.§. 1. & de materia per eum in
ſumma:vt ecleſiaſtica beneficia.poſt principium. Duodeci-
a mo nota.argumen.a ſufficienti a partium enumeratione, ſic
enim arguit hic procurator epiſcopi.ff.de his qui ſunt ſui vel
alie. iuris l.patre furioſo.de elect.venerabilem.in prin. in ver.
obiectioni. arguitur autem deſtruendo partes ad deſtructio-
8 nem antecedentis: & ſic in effectu arguitur † a conſequenti
deſtructo, quod argumentum de iure procedit. ff. de pactis,
arguit hic procurator, quod receptio non valuerit, enume-
rando modos quibus poterat intelligi, & probando quod
nullo modo tenere poteſt.Decimotertio not.quod in eccle-
ſia non habente numerum ius creatur cum electo in canoni
cum,& extinguitur cum defuncto, ad quod allegatur quoti-
die hoc cap. In eccleſia vero habente numerum ius non ex-
tinguitur:ſed vacat, vt hic in ver.in eccleſia, & per hoc dicit
Innocen.quod ſi in eccleſia vbi non eſt certus numerus ſunt
plures canonici,ex quibus vnus moritur,non valent literæ ſi
impetrantur ſuper illius canonicatu alteri conferendo,quaſi
vacet:quia non vacat: ſed deſinit, vbi vero eſt numerus,
non deſinit,ſed vacat: vt prædixi,& facit.C.de proxim.ſacro.
ſcri.l.comperimus.libro 12.de ſacroſanct.eccleſ. non plures.
9 de aduo.diuer.iudi.petitione.† Decimoquarto nota de clau-
b ſula decreti b quæ apponitur in confirmatione, quid opere-
tur clauſula decreti Papæ. dic vt de reſcriptis. tibi. eodem ti-
tulo,ſi Apoſtolicæ.libro ſexto. Decimoquinto nota,quod ſi
debet augeri numerus canonicorum,debet interuenire com
munis conſenſus illorum quorum intereſt, ſecundum In-
nocent. ſed cum hoc ſecundum Hoſtien. debet interuenire
conſenſus epiſcopi ad quem ſpectat vnio & diuiſio J.capitu.
proximo,de his quæ fiunt a præla. tua. & capitulo paſtoralis.
de dona.paſtoralis.de exceſ. prælatorum ſicut, quod ſic intel-
10 ligitur.† Decimoſexto not.ꝙ in eccleſia habente numerum
iuratum,non poſſunt canonici augere numerum, vt hic in
ver.niſi forte:quod dic vt J.in quinto contrario, & tribus ſe-
quentibus. Decimoſeptimo nota, quod legatus non poteſt
immutare actum per Papam cõfirmatum cum adiecta clau-
ſula decreti:ſi autem non eſt adiecta,quid iuris,dicitur in gl.
11 ante.† Decimooctauo nota, quod excipiens in exceptioni-
bus debet concludere, vt pro ſe pronuncietur excludendo
agentem: ita probatur hic in verſicu. propter. intelligendo
quod epiſcopus eſſet reus.Decimonono nota,quod non præ
ſumitur in dubio per electionem plurium canonicorum,
quod eligentes intendant augmentare numerum.de hoc in
12 gloſſa penultima.Vigeſimo nota,quod conſecutus † benefi-
c cium c minus canonice non præſcribit quantocunque tem-
pore tenuerit canonicatum.pro hoc, prima quæſtio. prima,
principatus.de inſtitu.cap.1.regula.prima.libro ſexto,imo ta-
lis cogitur ad reſtitutionem perceptorum:vt hic in verſi. vn-
de,quod intellige,vt J. quæſtione prima,pro hoc de his quæ
fi.a præla.continebatur.de iurepatr.cum dilectus.in fi.& hoc
ex quo conſtabat in iudicio contentioſo,ſed in pœnitentiali
ſtatim tenetur, quia non dimittitur peccatum,regula pecca-
ctum.libro ſexto.Vigeſimoprimo nota,quod etiam ſi de iu-
re res inter alios acta, &c. alijs non obſtet,tamen iudex hoc
etiam proteſtatur: vt hic in fine. & eſt vtilis proteſtatio pro
pleniori declaratione mentis iudicis.Vigeſimoſecundo nota
de verbo, ſententialiter, quod ſæpe ponitur in ſententijs, ta-
menꝗ non eſt de neceſſitate. Oppono quod non value-
rit reſignatio ex alio capite quam exprimatur in tex. Reſi-
gnauit enim,vt conferretur nepoti legati,cum tamen in ſpi-
13 ritualibus non debeat interuenire aliqua † conditio. prima,
quæſtione ſecunda, quam pio. Solutio. vt in gloſſa prima,
quæ intelligit, quod renunciauit pure, & ſecundum Gof-
fredum & Hoſtien. hoc ſonat verbum,liberaliter, quod eſt
in textu. quod tollit omnem ſuſpicionem.infra de ſimonia.
pro hoc de officio delegati. ex parte, primo. Secundo oppo-
no, quod non valuerit prouiſio legati. Nam non poteſt
legatus conferre beneficia.de officio legati, capitulo primo.
libro ſexto.Solutio,illud de legato de latere, qualis non erat
iſte, vel ſi de latere,vt quia forte iſte fuerat legatus Cardina-
lis, & poſtea archiepiſcopus. de quo ſupra cap. dilectus. ſunt
enim hæ ambæ decretales eiuſdem autoris. Tenuiſſet pro-
uiſio niſi obſtitiſſent quæ dicuntur in verſic.procurator. Ter
tio oppono ad hoc,quia ſi fuiſſet Cardinalis non potuiſſet fie
ri archiepiſcopus, cum non liceat deſcendere. Solut.'vt dixi
in dicto

ADDITIONES.

a Argumentum a ſufficienti. Adde c.cum venerabilis.de excep.c.venerabilem.
de elect.l.filius in §.filius.de lega.3.Bald.in l.conuenticulam. C. de epiſcopis
& cleric.

b De clauſula decreti. Adde Pet de Anch.in rep cap. canonum. de conſtitu.
Io.de Lig in cap quia fruſtra.de vluris.in 2.colum Abb. in cap. cæterum in
2.co.de reſcrip.do.in c.3 de conceſ præben.lib.6.Bar in l.omnes populi. in
3.q.principali. ff.de iuſtit.& iur.Bar.Salyc. Fol.& Pau. de Caſ. in l.omnium.
C.de teſtam.

c Conſecutus beneficium.Adde glo.iuncto tex.& ibi docto.in cap. literas. de
ſupplen.negligen.prælatorum.

rum,non tamen duos [illegible]
cauſa caſſationis: vnde Innocent. ponit hanc ſecundam: &
non perſiſtit in prima. tamen ſolutio prima poteſt bene de-
fendi,& habet eundem ſenſum cum ſecunda. rationem au-
14 tem diuerſitatis, quare tenet receptio † vltra numerum fa-
cta per canonicos:& non tenet præbendarum diuiſio: reddit
Hoſtien. quia primum cenſetur de iure priuato,cui poteſt re
nunciari. Secundum de iure publico, cui renunciari non po-
teſt. de foro compenti. ſi diligenti. vbi de hoc. Item per pri-
mum fit melior conditio eccleſiæ: quia ibi ſalus vbi multa ꝯ
ſilia. de officio delegati prudentiam. verſicu. illa. Per ſecun-
dum vero poteſt induci mendicitas in opprobrium cleri, &
eccleſiæ,de hoc plenius infra quæſtione ſeptima. Quinto op-
pono,in verſicu. niſi forte,quod,etiam ſi in eccleſia ſit nume
15 rus iuratus, † tenet receptio in canonicum vltra numerum:
quia ſi quis iurauit non vendere librum,tenet venditio,licet
vendens ſit periurus: ſic etiam tenet matrimonium contra-
ctum contra iuramentum: licet contrahens ſit periurus. in-
fra de ſponſa. ſicut. Solut. quidam ſtant contrario dicentes ſe-
cundum Innocent. quod hæc eſt allegatio. hæc ſolutio tolli-
tur ex text. quia Papa ſecundum hanc allegationem fert ſen-
tentiam infra in verſic. vnde,poteſt tamen reſponderi, quod
Papa non fundatur ibi ex allegatis hic, quæ non faciebant ad
propoſitum. Sed de his quæ præcedunt quæ contingunt ca-
ſum noſtrum. Innocent. autem tenet quod non valet rece-
ptio contra iuramentum: ſicut etiam ſecundum eum non va
let ſi numerus eſt confirmatus a Papa cum clauſula, ſi quid
contra factum fuerit,non valeat. vt hic,& ſupra capitulo, pro
illorum. de coſtitut. cum acceſſiſſent, & capitulo cum M. &
hoc tenet Hoſtien. in ſumma: vt ecclaſtica beneficia. poſt prin
cip. Secus dicit Innocen. in exemplis ſupradictis,cum quis iu
rat non vendere librum,vel non contrahere matrimonium.
vt ſic ſit ſpeciale in ſpiritualibus,vt non valeat in eis: quia fit
contra iuramentum,de hoc in Specula. de emptio. & vendi-
tio. §. tertio loco. verſicu. quid ergo,& hoc placet Archidiac.
infra capitulo,ſi a ſede. libro ſexto. Ioan. Andr. dicit poſſe de-
fendi, quod etiam receptio in canonicum contra iuramen-
tum facta tenet, licet recipientes ſint periuri. pro hoc facit
quod no. de conſtitu. cum acceſſiſſent,& in Specu. de legato.
§. nunc tractemus. ver. ſed ſi legatus, & de hoc ibi per Ioann.
Andr. qui refert ſic fuiſſe diſparando determinatum, niſi in
caſu in quo recipiens ſciens de iuramento procuraſſet ſe reci
pi. tunc enim periurus eſt,tanquam qui dedit cauſam periurio
22. quæſtione quinta, capitulo primo, & ſic tanquam periu-
rus repellitur. de iureiuran. querelam. Dic procedere eo caſu
quo contrauenientes ſunt periuri: quod quando ſit, dico infra
contrario octauo. pro hoc facit quod not. in regula quod ſe-
mel. in quæſtione. libro ſexto. & de hoc etiam in tribus ſe-
quentibus contrarijs. Sexto oppono, ad hoc de iſta litera,
quæ probat receptionem non tenere. Solu. vt ſtatim dixi: vel
ſecundum Ioan. And. non dicitur hic quod non ualeat rece-
ptio: ſed quod non debeat fieri: & hoc placet Petr. & Egid.
Sed contra hanc ſolutionem eſt litera in verſic. quamquam.
vbi dicitur quod valet receptio vltra numerum: & deinde
ſubmittitur exceptio,niſi ſit numerus iuratus. Exceptio vero
ponit effectum contrarium diſpoſitioni præcedenti. de ex-
ceptio. a nobis. Eſt ergo ſenſus,quod quando numerus eſt iu-
ratus,receptio contra iuramentum non tenet: ſed ſaluando
prædictam opinionem,dic, quod non tenet ita quod dicatur
facta legitime: quia recipientes ſunt de periurio puniendi, &
ſufficit quod in hoc iſta duo æquiparentur ſcilicet, quod nu-
merus ſit iuratus: vel quod ſit confirmatus, adiecta clauſula
decreti,de qua in litera. Nam vtroque caſu licite non contra-
ueniunt, ſed eo caſu quo eſt adiecta clauſula, plus eſt, quia
etiam receptio non tenet, vt infra in nono & decimo con-
trarijs: ſecus in iuramento: quod non vitiat receptionem,
niſi,vt dixi in proximo contrario. Septimo oppono, ad hoc,
16 quia ſi prohibitus † alienare alienat in ſpiritualibus non te-
net alienatio. quod tenet Innocent. infra de teſtamen. Ray-
naldus, in verbo teneret. Solutio, qui iurauit non alienare
non propterea eſt ipſo iure prohibitus alienare: licet alienan-
do fiat periurus. Octauo oppono ad idem. quia ſi recipien-
tes ſunt periuri, ſunt infames, ſupra de teſtibus, teſtimo-
[illegible]
caſus contingere quod periurus non eſſet: vt quia ex cauſa ra-
tionabili recedit a iuramento. de iureiurando, quemadmo-
dum. Sic,& in caſu iſto poteſt eſſe quod recipientes non ſunt
periuri, vt quia augeantur facultates,quo caſu poteſt augeri
numerus non obſtante iuramento ex vi conditionis ſubintel
lectæ. de conſtitution. cum M. Item præſuppoſito, quod
etiam ante receptionem eſſent periuri, non per hoc ipſo iu-
re ſunt tanquam infames ab actibus legitimis excluſi, ſed
excludendi. de iureiurando. querelam. Et prædicta debent
intelligi ſecūdum Ioannem Andream, quando canonici col
legialiter contraueniunt. pro hoc nota. de reſcriptis, conſti-
tutis, & quod dixi de officio vicarij, capitulo penultimo,
quæſtione decima, Paul. in clementina. vt profeſſores. de re-
18 gula. quo ad hoc, an recipientes † contra iuramentum
ſint periuri. diſtinguit, quandoque canonici iurarunt ſtatu-
tum numeri: quandoque iurarunt contenta in ſtatuto. pri-
mo caſu ſi contraueniunt collegialiter, non ſunt periuri:
quia contraueniendo tollitur ſtatutum, & ſic etiam tollitur
iuramentum. Secundo caſu contrauenire non poſſunt,quia
ſunt periuri. Ioannes de Lignano reprobat hanc differen-
tiam, dicens idem eſſe, iurare ſtatutum, vel iurare con-
tenta in ſtatuto, niſi iurentur contenta non facta mentio-
ne de ſtatuto, ſicut idem eſt confiteri inſtrumentum, vel
confiteri contenta in eo: vt notat Innocentius de exce-
ption. cum venerabilis, niſi fiat confeſſio non facta men-
tione de inſtrumento. dic quod etiam hæc fuit mens Pau-
li. Nam quando iurantur contenta in ſtatuto, per hæc ver-
ba, iuro contenta in hoc ſtatuto ſeruare: potius iuratur
ſtatutum, ex quo habetur ad ipſum relatio, quam iuren-
tur contenta, & de hac materia etiam dico de de his, quæ
fiunt a maiori parte capituli. capitulo primo, quæſtione ſex-
ta, & videtur, quod etiam ſi iurentur contenta in ſtatuto,
non habita relatione ad ſtatutum,tamen collegialiter poſ-
ſint contrauenire, intelligendo, quod iuramentum ſit de
concernentibus collegii,vel ſingulorum: puta ſi collegium
laicorum deliberat non recipere aliquem ad collegium niſi
ſoluat decem: & ſinguli iurant non recipere non ſoluen-
tem. Nam ſi collegialiter contraueniunt, videtur colle-
gium remittere obligationem ſibi acquiſitam: quod po-
teſt. de iureiurando, capitulo primo, & ſic contrauenientes
non ſunt periuri. & hanc cogitationem habui in ſcho-
lis dum legerem, & non inuenio tactam quod autem prius
dictum eſt, procedit quando collegium non poteſt remit-
tere iuramentum: vt quia non concernit eius fauorem. No-
19 no oppono, quod valeat receptio † contra numerum con-
firmatum a Papa, etiam ſi ſit adiecta clauſula, quod ſi
quicquam contra fieret non valeat: quia talis clauſula adij-
citur in fauorem canonicorum: ergo poſſunt renunciare, C.
de legibus, quod fauore. de regula. ad Apoſtolicam, Inno-
cent. videtur ſtare contrario, dicens quod nulla videtur ra-
tio quare canonici non poſſunt contrauenire, quando adie-
cta eſt clauſula, ſicut poſſunt quando non eſt adiecta, ni-
ſi ſecundum eum dicatur,quod hoc voluit Papa ſtatuere hic
de nouo in fauorem eccleſiarum ad euitandum infinita-
tem electorum, ad hoc de reſcriptis, cum in multis. libro
ſexto, & importunitatem petentium ſe eligi. quia plerun-
que per præces,vel minas conſueuerunt canonici violare ſta-
tutum, de priuilegio, cum olim, ſecundo, quod nota, & de
hoc etiam in ſequenti contrario. Decimo oppono ad idem
per contrarium, quod etiam ſi non ſit adiecta clauſula, non
teneat receptio contra numerum confirmatum a Papa, de
confirmatione vtili. capitulo primo, & ſecundo. Gloſſa, imo
mo ſtat contrario, deinde mutat opinionem, dicens, quod
ſine clauſula non obſtatet confirmatio quin poſſent contra-
uenire, quod eſt verius. Et idem tenent Vincentius Ho-
ſtienſis, & Geffredus, qui dicunt, quod augmentatis facul-
tatibus non poteſt augeri ſi eſt adiecta clauſula, operatur er-
go clauſula, quod numerus videtur confirmatus fauore ec-
cleſiæ. pro hoc eſt quod dixi in proximo contrario: nec ec-
cleſia, id eſt capitulum poteſt hoc caſu renunciare ſuo fauo-
ri, infra eodem, cui de non. libro ſexto, & pro hoc fa-
* cit, de conſtitutione,cum acceſſiſſent: & hoc * communiter
approbatur

Digitized by Google

eſt fauor eius tamen ...
proximo contrario. Vndecimo oppo. ꝙ ſententia lata contra
cellerarium preiudicet G. propter cõnexitatem ȷ̃. de accu. ad
petitionem. Sol. vt in gl. vlt. quæ dicit non eſſe connexitatem
inter cellerarium, & G. quia agendo contra vnum non agi-
tur de iure alterius: ſed in contrario, & ſimilibus ſecus, quod
eſt verum. Nam in c. ad petitionem: ſi non tenuit deſtitutio,
neceſſario ſequitur ꝙ nõ tenuit alterius inſtitutio. ſed poteſt
eſſe quod non tenuit receptio cellerarij, & tñ per hoc nõ dẽt
ceſſari receptio cellerarij. imo eſt diſtinctum. ad hoc facit qđ
no. in c. Daniel. alle. in glo. & quod dixi in d. c. ad petitionem,
in hac glo. ibi: denunciaſſe. de hac dico de ſimo. dilectus 2. cõ
trario 1. ad fi. Quæro quid petebat procurator Trecenſis epi-
ſcopi. dicit Hoſt. ꝙ petebat nomine epiſcopi a cellerario fru-
ctus præbendæ quam tenebat, & ꝙ ei imponeretur ſilentium
ſuper ea. pro hoc facit quod dicitur in fin. in eo, ꝙ cellerarius
condemnatur ad reſtituendum ea quæ tenebat ratione inſti-
tutionis, quæ reprobatur vt in text. Exponit Innoc. quod co-
gitur reſtituere ea quæ tenebat, id eſt, poſſeſſiones, & iura ad
præbendam ſpectantia, quod potuit petere epiſcopus, ad cu-
ius collationem ſpectabant præbendæ, & ſic etiam potuit pe
tere ꝙ imponeretur cellerario ſilentium, ꝓut imponitur hic
in fi. Sed ad reſtitutionem faciendam ſibi non poterat agere
epiſcopus nomine ſuo. Opp. ad hoc: quia debuit etiam com-
pelli ad reſtituendum fructus perceptos. Sol. Egy. ꝙ illos fuit
20 lucratus: quia poſſedit bona fide. ꝓ hoc facit quod no. de off.
dele. cum cauſa. in fi. pro hoc etiam, ꝙ dixi ſ. in 20. notabili.
Secundo quæro, in eo quod cellerarius multa pro ſe induxit,
quę & quot ſint illa. Dic quod octo. Primum, quod fuerat in
veſtitus in prębẽda per legatum. Secundum, quia capitulum
Trecẽſe aſſignauerat ei ſtallum &c. Tertium, ꝓcurator gene-
ralis epi Trecenſis approbauerat prædicta. Quartum, quia cel
lerarius legerat euangelium ſua hebdomada ſicut alij cano-
nici. Quintum, quia interfuerat electionib. Sextum, quia ha-
buerat domum tanquam canonicus. Septimum, quia fuerat
receptus ad oſculum ꝑ epiſcopum. Octauum, quia per bien-
nium non fuerat ei ꝑ epiſcopum mota quęſtio. & ꝓ hoc vlti
mo eſt ȷ̃. de frig. c. 1. Sed dic ꝙ p̃dicta non ſuffecerunt. Primo
namq; non profuit inſtitutio legati: quia, vt dixi in 3. ꝯrio, le-
gato non licuit infringere priuilegium canonicorum, licet
canonici ad quos ſpectabat receptio autoritate propria hoc
potuiſſent. Secundum etiam non profuit: quia ſi non tenuit
inſtitutio, nec tenuit inſtallatio, neq; canonici inſtallantes vo
luerunt dare ius nouum. Tertium etiam non iuuit, quia con
ſenſus ꝓcuratoris generalis non præiudicauit epo, cum non
eſſet ei hoc commiſſum. pro hoc eſt quod hic dicitur, in glo.
2. & quod dico de conceſ. pręben. c. 1. q. 2. imo plus dicit Inno.
quod etiam conſenſus ipſius epiſcopi non profuiſſet, ꝓ hoc,
quia non poteſt diſponere contra ius, de tempo. ordin. dile-
ctus. ſ. c. dilectus. vbi de hoc in glo. pe. Quartum quintum, &
ſextum non profuerunt: quia non prodeſt poſſeſſio in bene-
ficijs, cum in eis requiratur canonica inſtitutio. regu. 1. lib. 6.
nec hic agebatur poſſeſſorio, ſed petitorio. Septimum non
iuuit per id quod dicitur hic in glo. 3. Octauum non iuuit. qa
non videtur epiſcopus deſtitiſſe ex eo quia diſtulerit: vt 7. no.
Et prędicta glo. 2. ibi. §. vltim. procurator omnium bonorum
adminiſtrationem habens iuramentum defert. Item paciſci-
tur, vt in ſe. l. legitime, & præpoſito pecunijs non videtur eſ-
ſe mandatum, vt ſoluat niſi quibus debetur. ff. de ſol. ſi is cui.
Abb. ibi: ſi procurator tuus ſoluit indebitum, & ratum non
habes, repetis. ibi, ſi pater. per liberam peculij adminiſtratio-
nem quam pater filio concedit videtur conceſſiſſe, vt in frau
dem creditorum alienet. ibi, creditor. §. vlt. licet nepoti com-
miſerim liberam adminiſtrationem bonorum meorum, vt
poſſit vendere alienate &c. & paciſci, promittens ꝑ eum facta
rata habere, & non contradicere, ſolum quatenus ex fide agit
videor mandaſſe. Tertio quæro, in eo quod cellerarius petijt
epiſcopum coerceri a ſua moleſtatione, quam actionem in-
tentauit. Dicit glo. 4. quod interdictum vt poſſidetis, quod te-
net Innoc. dicens ꝙ epiſcopus eum, vt canonicum non tra-
ctabat, vel ẽt aliter eum moleſtabat in poſſeſſione iuris ca-
nonicatus. vel ſecundum Inno. Implorauit ſup hoc officium
iudicis: vel ſecundum eum melius dic, ꝙ agebat eps quaſi ne-
gatoria contra cellerarium, vel cellerarius quaſi confeſſoria ꝯ
epiſcopum. Hoſt. dicit non curandum de nomine actionis. de
iud. dilecti. Dic tamen ꝙ magis conuenit literæ ꝙ cellerarius
agebat, per id quod dicitur hic in prin. ibi, cellerarius propo-
ſuit, & in ver. procurator. vbi dicitur, ꝙ procurator epi propo
ſuit ex aduerſo, & hic bene fuit locus interdicto vtili vti poſ-
ſidetis ad euitandam moleſtationem. Quarto quæro, in eo, ꝙ
hic dicitur quod non valet receptio contra numerum confir
matum adiecta clauſula decreti. quod valet in alijs confirma-
tionibus, & priuilegijs in quibus adijcitur hęc clauſula. Dicit
21 notuit ſ. eodem. inter cętera. Quinto quæro, an † alius poſſit
eam apponere: quidam vt refert Innocen. dicunt quod quili-
bet iudex etiam delegatus eam poteſt apponere in his, quæ
ad ſuam iuriſdictionem pertinent. 7. q. 2. quia frater. C. de iu-
di. properandum. §. ſi autem reus abſuerit, 1. & §. præceden.
imo ſecundum Innocent. quilibet priuatus hoc decretum
poteſt apponere. ff. de leg. 3. quæſitum, & l. ſiquis in princ. vbi
ſi teſtator apponit talem clauſulam in teſtamento, ſi facit ſe-
cundum, non facta mentione de primo, quod non teneat ſe-
22 cundum. Sexto quæro † an cum cauſæ cognitione debeat ap
poni dicta clauſula decreti. Dicit Inno. ꝙ ſi cum cauſæ cogni
tione apponitur, maiores vires habet: vt not. ȷ̃. qui ma. accuſ.
poſ. cum in tua. pro hoc eſt quod no. de deſp. impu. ad diſſol-
uendum. Et per hoc videtur Innocen. ſentire quod etiam ſi-
ne cauſæ cognitione poſſit apponi, quod maxime procedit
in priuatis perſonis, pro hoc facit quod dixi in q. præceden. Se
ptimo quæro in eo quod procurator epiſcopi dixit inſtitutio
nem cellerarij non tenuiſſe: quia capitulum non intendebat
augmentare numerum, quid ſi hoc intendiſſet. Dicit glo. pe.
quod tenuiſſet electio, & in h. d. Inno. quod vacante vna præ-
da plures poſſunt eligi in canonicos, hoc expreſſo, quod vnus
habeat prębẽdam integram, & alij prouideatur cum ſe facul
tas obtulerit. Sed ſi ſimpliciter recipiuntur, non valet: quia in
telliguntur recepti ad vnam præbendam, & ſic fuit hic: quia
non expreſſerunt aliquid, ideo non non tenuit receptio. Opp.
ad hoc ſ. de conſti. cum M. Sol. Innocen. quod ibi fuit expreſ-
ſum quod prædixi, dic melius quo ad illud c. vt ibi dixi. & ip-
ſe Innocent. non videtur perſiſtere in ſuo dicto. Sed dicit in
eadem gl. quod in eccleſia habente certum numerum cano-
nicorum, vel præbendarum, vel vtrorunq;, ſi eligitur canoni
cus vltra numerum valet electio, & rumpitur priuilegium nu
meri canonicorum: ſed non rumpitur quoad numerum prę
bendarum, & h. d. bene colligi ſ. c. dilectus, & dic vt in d. cap.
cum M. Ratio diuerſitatis ſecundum eum, quia quo ad cano
nicatus tenet electio non obſtante numero. Sed electio plu-
rium ad vnam præbendam non valet, quia eſt contra conci-
lium Turon. niſi vellent nouum ius ſtatuere ȷ̃. cap. vacãte. ſ.
eodem, tuę. ergo non rumpitur numerus. Item, in prębendis
ſtatutum eſt ꝙ non teneat receptio plurium ad vnam prębẽ-
dam: quia non tenet receptio niſi prębẽda vacet ȷ̃. de conceſ.
pręben. c. 1. & ſ. c. maioribus. Sed in canonicatu non ſic ſtatu-
tum eſt. Ratio rationis ſecundum Inno. quia cum prębenda
maxime conſiſtat in rebus corporalib. non poteſt ius pręben
dale fieri niſi poſſeſſiones alicuius p̄bendę diuiderent, & hoc
eſſet malum: quia vna eſſet pinguis: alia nõ. in d. cum M. Sed
ius canonicatus eſt incorporale, & indiuiſibile, & multi poſ-
ſunt ipſum habere ſine aliorum damno. dicit tamen Inn. nõ
eſſe malum dicere quod canonici poſſunt de omnibus præ-
bendis vel de vna pingui nouam facere ȷ̃. c. proxi. Sed Inn. in
alia glo. dicit melius dicendum, quod ad vnum ius canonica-
tus non poſſunt duo elegi: ſic quod ipſi electi habeãt tantum
vnam vocem in electionibus, & in alijs, & quod fungantur
in omnib. vice vnius. Sed bene poſſunt duo eligi qui habeant
duas voces, tamen ſecundum eum licet poſſint canonici face
re plures canonicos, vna tantum præbenda vacante non põt
ius canonicatus dare ad vacaturam ȷ̃. de conceſ. præben. ca. 2.
Nam canonicatus eſt miniſterium, de quo fit ibi prohibitio.
quod no. & facit quod no. ȷ̃. c. proxi. Ex iſtis conclude, ꝙ nu-
merus canonicorum facilius rumpitur quam numerus præ-
bendarum, ꝙ declara vt dixi in d. c. cum M. de hoc etiam ſ. ꝯ-
rio 4. Octauo quæro, ſi poſt ſententiam latam contra cellera-
rium ageretur contra G. & ipſe obtineat, an procederit hoc
cellerario, vt retractetur ſententia lata contra ipſum. Glo. vlt.
23 argum. ꝙ ſic: † quia ſententia lata pro vno ex ſocijs prodeſt
alijs. ꝯrium tenet, & dic, vt in ea. & ꝓ hoc eſt, quod dixi de ap.
vna ſentẽtia, & in hac glo. ibi, cum ſñia proceſſit. ſubaudi vni
ca. ibi, non poteſt ideo victoria vnius alijs prodeſſe vt ibi. No-
no quæro circa hoc, vt quærit glo. ea. ibi: per decreta. iſtam, &
ſolue, vt in ea, & fuit quæſtio dominicalis Brixien. & incipit
duo fratres ex eodem patre, & cum gl. tenet Spe. de ſententię
prolatione. §. nunc de effectu. ver. ſed pone, & efficax ratio ꝓ
glo. eſt, quia potuiſſet alter obtinuiſſe diſpenſationem, & al-
ter non. de conſang. quia circa. Item potuiſſet in primo iudi-
cio fuiſſe colluſio. vel in ſecundo iudicio fuerunt reprobatæ
primæ probationes. pro hoc facit. ff. de adul. denunciaſſe, vel
condem-

ADDITIO.

a Quod non tenebit contra factum. Adde Archid. & Io. And. in c. cum de be-
nefic. o. co. ti. lib. 6.

de quo dixi in cle.præmiſſa.§. præmiſſa in 1. contrario. & de
9 confir. vti.porrecta. Quarto op. ꝙ compromiſſum † non va-
luerit tanquam de iure ſpirituali. de reſtitu.in integ.c.penul.
Solu.illud de cauſa matrimoniali. ſecus de alia ſpirituali, vel
non fuit hic verum compromiſſum ſecundum Hoſtien.ſed
fuit compromiſſum amicabile tanquam commiſſum eorũ
voluntati:Innocen dicit quod compromiſerunt ita ꝙ metu
pœnę vel intereſſe tam capitulum quam confirmatus & caſ
ſatus ſtarent arbitrio,quia omnes compromiſerunt.Gloſſ.ta-
men ſecunda intelligit quod fuerunt arbitratores:& ſic con-
uenit cum Hoſtien.dic,non referre,an ſint arbitri, an arbitra-
tores:quia vtroque caſu videtur eſſe prohibitum , ꝑ id quod
dico in ſequen.contrario.& ibi ſoluetur hoc. Quinto opp.ad
hæc,ꝙ ſiue fuerint arbitri,ſiue arbitratores, non tenuerit cō-
10 promiſſum : quia ſuper eccleſiaſtico beneficio † tranſigi nō
poteſt.de tranſac.conſtitutus.nec compromitti,cum nō poſ-
ſit beneficium teneri ſine canonica inſtitutione . regula pri-
ma.libro ſexto.Solu.vt in gloſ.2.quæ intelligit ꝙ fecerunt ex
poteſtate delegata:id eſt quia tulerunt ſentẽtiam pro eo qui
ius habebat. Si autem tuliſſent pro eo qui ius non habuiſſet,
dic,quod ſi tanquam delegati,ſtandum erit ſententię quę trã
ſit in rem iudicatam infra de conceſ. præben.capitu.1.vbi gl.
& hoc in præiudicium ſuccedentis:ſed non in commodum
obtinentis. quia ſecundum Hoſtien. ſi habet conſcientiam
lœſam,tenetur dimittere:vt dicam ibi.& pro hoc de præſcr.
capitu.fin.e.diſt.ſi habet bonam,tutus eſt,& iuris authoritate
fundatur ff.de reg iuris.res iudicata.de reſcr.paſtoralis.primo
reſponſo.vbi de hoc.aliter tamen dicit Hoſtien. in dicto cap.
1. quod ibi dico. Si autem tanquam arbitri vel arbitratores:
tunc ſententia non tenet, vt dicit gloſſ. in ver. nunquid.& iō
intellige quod pronunciauerunt tãquam delegati pro habẽ
te ius:& ſic dixi ſummando:ſed compoſitionem de dãdo 40.
fecerunt vt arbitratores.Si enim tanquam delegati hoc feciſ
ſent,potuiſſet appellari:& hoc declaro plenius infra quæſt.t.
ſic intellige quod dicitur in dicta glo.2.& in ea.ibi,literas.vbi
de hoc .& de arbi.cum tempore 3. q. 7.§.tria. verſi.ſi quis ve-
ro.de præſcrip.cum ex officij. ibi conſtabat quod impoſſibile
eſt duas electiones valere ad eandem dignitatem, non ſolum
de diuerſis:ſed etiam de eodem. de elec.vt quis duas.libro ſex
to.ibi,nō fuerunt arbitri , poſſent etiam ſic ſtatui eſſe tanquã
arbitri:quia reſpectu tituli nihil arbitrari ſunt: ſed reſpectu ꝓ
uiſionis,vt prædixi.ibi,ſi ſocietatem. de hac dico de iureiurã.
veniens.contrario primo ad ſi.ibi,decætero. de delegato loq-
tur,non de arbitrio:nec ibi adiudicatur titulus, ſed perſonalis
cenſus.Sexto oppo.quod prioratus non ſit dignitas. de reſcri.
cle.2.dic quod imo,vt in ſexto notabili & qđ ſit dignitas,no-
ta.de cler.non reſi.quia nonnulli. Septimo oppo.in eo quod
compoſitio minus durat reſpectu capituli,cum potius econ-
tra faciendum fuerit , vel ſaltem pariter, ne claudicaret iudi-
cium.So.ratio diuerſitatis,vna ponitur in tex. ne ſi compoſi-
tio foret perpetua quo ad prioratum,videretur ficta ſectio,cō
tra capitu.maioribus ſup.eod.quæ ratio ceſſat quo ad capitu-
lum, alia , quia tempore compromiſſi nullus erat prior qui
poſſet eccleſiam perpetuo obligare , ita quod prioratus non
potuit obligari:ſed litigans tantum. Tertia, quia agebatur de
iure perſonali:nec agebatur de vtilitate prioratus : ideo nō de
buit obligari prioratus vel ſucceſſor. arg. ff. de pac.contra iu-
ris.§.vlti.& l.in perſonam.vbi dicitur pacta valere inquãtum
tangunt rem familiarem , ſed non in præiudicium aliorum.
ad hoc de arbit.per tuas.de præca. capitulo ſecundo. ſed capi-
tulum idem permanet.ideo potuit perpetuo obligari, maxi-
me ex cauſa pacis & pietatis, ſecundum Innocentium ſecun-
dum quem ſi capitulũ eſſet lœſum , poſſet reſtitui. de in in-
te.reſti. c.1.Quæro an cōpoſitio facta per iudices tenuerit,ita
quod nō fuerit neceſſaria Papæ tolerantia,de qua in ver. nos
eam.Solu.vt in glo.4.quæ dicit,ꝙ nō cōfirmat,ſed tolerat.vn
de ſm Hoſt.nō poteſt dici ꝙ cōfirmatio faciat eã valere cum
nulla fiat confirmatio.quod probat ex verbo toleramus. Idẽ
tamen Hoſt.de fil.præsby.propoſuit.dicit,ꝙ hæc decret. con-
tinet gratiã, ꝙ ibi dixi ↄtrario.5.Sed ꝓ primo eſt ꝙ dico J.ea.
q.fuit aĩt vna de cauſis quare magis tolerat̃, qa ab omnibus.

cium,vel quid ſimile.debet autem vitari in quibus poteſt ...
occaſio mali.ſimile,quod de fraudulento munere.no. 1.q.1.
ſi quis neque.puto tamen veriorem opi. Hoſt. intelligendu
vt prædixi,non enim eſt veriſimile ad alterius commodum
quem ſuam lædere conſcientiam,maxime cum teneatur ad
pœnas.de quibus,de re iud.c.1.lib.16.Item ſuperior qui de ti
tulis debet inquirere.de offi.ordi.c.ordinarij.lib.6. non pate
retur in beneficio eum qui eſſet ibi poſitus ſymoniace.Item
prouiſio hæc eſt vtilis ad ſedandas lites, propter quas tollen-
11 das permittitur habenti ius in beneficio † redimere ſuam
vexationem.J.de ſymo.Mattheus,& c.ad aures,& c.dilectus.
& ſic cōmuniter tenetur quod hæc decre . procedat de iure,
quod tenet Archi.1.q.3.ea quæ.pro hoc facit,quia in tex. Pa-
pa non vocat pactionem,ſed ordinationem, quod ſecũdum
Hoſt.in litera ſæpe reperitur, vt doceatur,quod in talibus cō
poſitio recte dicitur ordinatio . & dic qđ hoc ſignificat plus
exuberaſſe in ea factum iudicum , quam pactum partium,
quod etiam ponderat papa ibi,non ex pactione partium &c.
pro hoc quod not. de pact. cum pridem.in gloſſ.3.& ibi.qō.
2.& de tranſa.decætero.in 2.glo.vbi etiam dico ſecundo ter-
tio quarto & quinto notab. & in hac gloſſ. 3. ibi , ſic excuſa
tur.no.hic glo.& idem Io.Vincẽ. Tan.Goff.& Phi.& in hac
glo.ibi,qui iuſſu prætoris precio dato pactus eſt non not.Se-
cundo quæro,ſi papa approbaſſet non expreſſo quod obliga
retur perſona prioris tantum:non autem prioratus , an fuiſ-
ſet obligatus.Glo.prædicta dicit,quod ſic, quod procedit in-
telligendo quod tolerantia papæ vim habuerit confirmatio
nis:ſed ſi fuit nuda tolerantia,quod tenui in q.præcedenti,ſe
cus eſt , dici tamen poſſet quod expreſſio papæ fuit neceſſa-
ria: quia etiam ſi papa non confirmauerit, tamen quia, vt di-
xi in præcedenti q.ordinatio tenebat authoritate iudicum:
ideo videtur quod fuiſſet realis,etiam ſi non fuerint delega-
ti:ſed dic contra per c. decætero. de tranſact. & quod ibi dixi
in primo contrario. Tertio quæro, ſi prior iſte renunciet , &
poſtea eligatur:dic quod præſumitur fraus,& adhuc tenetur.
ff.quibus mo. pignus vel hypo.ſoluitur.ſicut. §. ſupernacuũ,
& l.voluntate.primo & vltimo reſponſo.ff.de acquirẽda hæ
redi.ſi his qui bonis.de empt.& ven.ad noſtram.ideo tenen-
tur , cum ſint eædem perſonæ & eadem obligationis cauſa.
ff.de excep.rei iudi.cum quæritur,& l.ſequenti, non enim vi
12 detur renunciaſſe † qui ſtatim eſt reaſſumptus. ff. de in rem
verſo.ſi pro parte.§.verſum.de elect.officij . poſſet tamen ſe-
cundum Hoſt.probare quod bona fide renũciauit ex aliqua
cauſa rationabili:vt quia vitioſum habuit initium:ſed ceſsã-
te probatione procedit dicta præſumptio.argu.de diuor.quã
13 to.ver.penulti. Quarto quæro,ſi renunciauit,† & confertur
nepoti eius vel alteri ſibi coniũcto qui eſt alter ipſe. videtur
adhuc quod præſumatur fraus.arg. ff.quæ in frau.cre.qui au-
tem.§.ſimili modo,& l.ait prætor.melius.l.omnes. §. ſi vir.
§.ſi mulier.& l. Lucius.§.1.In contrarium, quod non præſu-
matur fraus:ſed oporteat eam detegi per coniecturas. de re-
nuncia.ca.2.lib. 6. qua detecta ſubueniendum eſt.C.de repu.
bo.poſſeſ.l.a.ad l.Iuliam.de vi pu.l.2.de dolo. l. 1. ſi in fraudẽ
patroni.l.1.dicit Hoſt.quod non clare poteſt reſponderi, nec
facile omnibus fraudibus occurri:malitijs enim hominum
multæ viæ promptæ ſunt::in Auth.de nup.§.mittores.ad fin.
collatione. 4.Sed per hæc non eſt ſoluta quæſtio.dic ꝙ fraus
non ſufficienter ex hac præſumptione probatur, nec iura ad
hoc inducta hoc probant:immo §.ſimili modo,facit in con
trarium:quia ibi dicitur,quod ſi pater emãcipauit filium vt
ſuo arbitrio adeat hæreditatem,non dicitur facere in fraudẽ
creditorum,& fortius facit.§.ſi ſeruum qui.ibi,ſequitur,nec
ad conuincendam fraudem ſufficit coniunctio:ex quo, vt p̃-
miſi , habẽs beneficium renũciauit,& ſic nihil ſibi retinuit:
ſed ſi apparet latenter actum quod fructus ſibi redderentur,
vel omnes,vel pro parte,tũc tenebitur, & eo ipſo probata eſt
fraus.ſic dicitur in §.ſi ſeruum, quod ſi debitor alienauit ſer-
uum ſine fraude,cui delata erat hæreditas,& iuſſu emptoris
ſeruus adiuit hæreditatem,nō dicitur ex hoc factum in frau
dem creditoris,nec reuocabitur,ſed ſi probetur interueniſ-
ſe fraudem:id eſt,ꝙ non vere facta ſit alienatio, reuocabitur.

3 [illegible]
4 *Mandatum de prouidendo, & de aſſignando an differant.*
5 *Conſequenti commiſſo, neceſſario committitur antecedens, ſine quo non poteſt ad illud conſequens perueniri.*
6 *Archiepiſcopus non poteſt iuriſditionem exercere in ſubditos ſuffraganeorum.*
7 *Priuilegium quando & quomodo perdatur per contrauentionem.*
8 *Excommunicatus non poteſt eligere vel conferre.*
9 *Eccleſiæ quæ comprehenduntur cum mandatur archiepiſcopo vt prouideat in aliqua eccleſiarum ſuarum.*
10 *Clauſula (contradictores) quid operetur. & nu. 17.*
11 *Clauſula (contradictores) quos comprehendat.*
12 *Iudicium tranſit ad hæredes.*
13 *Executor ex vi clauſulæ contradictores &c. an poſſit ferre ſententiã generalem in omnes qui contradixerunt.*
14 *Sententia lata cauſa non cognita eſt iniuſta.*
15 *Sententia lata ſub conditione tenet.*
16 *Clauſula, mittas in poſſeſſionem, & defendas inductum, quid operetur. & nu. 17.*
18 *Canonici ſi frangunt numerum authoritate Papæ, non excluduntur à beneficio numeri.*
19 *Præbendarum numerus an ſit ruptus pro eo quod quis recipitur in canonicum.*

Pro illorum. Canonici priuilegiati a Papa ſuper certo numero, ſi ſponte receperunt aliquem ſupra numerum, contra impetrãtes a Papa exceptione numeri vti non poſſunt. Primo ponitur factum. Secundo commiſſio: ibi. quia illud. Xantonenſi. cathedralis eſt inf. de ter. ſigni. c. vlti. Admitterent, id eſt reciperent: quod patet infra e. c. ad ſi. quadrageſimo, alias quadragenario. & hæc communior. mandati, directi pro magiſtro P. Alios enim recipiebant proprio motu, & illos de quibus Papa mandabat teuerẽter recuſabant. Innocen. prędictum magiſtrum corrigit Inn. de regiſtro, & addit cum conſenſu & voluntate tua frater epiſcope in antiqua, & aliorum virorum prudentum de præbenda &c. & dicit Ioan. And. ꝙ forte Innocen. in ſupraſcriptione habebat epiſcopo ſantonen. & ita eſt in antiqua: vbi eſt etiam hæc litera. & hoc dixit Innocen. ad excuſandum archiepiſcopum, & ad defendendum literam infra prouide factum eſt, ꝙ declarat: vt in 1. contrario aliquem, etiam vnum ſolum. de conſtitu. cum acceſſiſſent. Gof. obſeruate. ſimile de conſtit. cum omnes. & remittit Hoſtien. ad no. de vi. & hon. cle. c. fin. No. ꝙ prouideri debet de beneficio conſiderata qualitate perſo-
1 næ. ibi: vbi expedire. de hoc ſupra cum ſecundum. † Secundo no. quod quandoque per indulgentiam Papæ reſtringitur canonicorum numerius. dic tamen in ea intelligendam eccleſiam, niſi intantum excreuerunt facultates. & c. ſup. de cõſti. cum M. C. quibus ex cauſis tut. habenti. l. vlti. vbi ex creſcentibus rebus populi nouus datur tutor. ad hoc de cenſi. quan-
2 to. † Tertio no. ꝙ inueſtitura a quandoque ſumitur pro col-
a latione. In verbo inueſtiuit. de hoc infra de inſtitu. authorita-
3 te. & per Dy. in regula. 1. lib. 6. † Quarto no. ꝙ perditur priuilegium per vnicam contrauentionem. de hoc in glo. antepe. Quinto no. illud, patere legem &c. de conſti. cum omnes. Sexto not. tex. optimum hic in fi. ex quo habes, quod pertinet ad ius canonię pertinet etiam id de quo ſup. dilectus. & inf. c. dilecto. Oppo. ibi, prouide. ꝙ archiepiſcopus in inueſtiendo nõ fecerit ꝓuide, cũ ſibi non mandaretur vt inueſtiret, ſed vt faceret beneficium aſſignari. Sol. inueſtiuit de cõſenſu Xantonẽſis epiſcopi ſecundum Innocen. vt dixi ſuper tex. Dicit Hoſt. ꝙ hoc non proficit: quia ad decanum & capitulum ſpectabat collatio, vnde conſenſus epiſcopi nihil prodeſſet in præiudicium eorum. nec patet ꝙ ad epiſcopum facta eſſet deuolutio ſed potius contrarium, in eo quod mandatur decano & capitulo quod inueſtiant, & repellitur eorum allegatio. & ſecundum Hoſtien. pauci libri habent ꝙ ſcribatur ſantonen. ſed ſecundum hoc reſtat ſoluere contrarium, ad quod dicit glo. in in ver. prouide. quod licet Papa excuſet archiepiſcopum, reuera non bene procedit: & fuit Additio: pro hoc verbo volumꝰ in textu: quia ex quo Papa dicit quod vult prouiſionem tenere. apparet ꝙ alias non tenebat. & ſecundum Hoſtien. in hoc ſufficit pro ratione voluntas. 19. diſt. enimuero. & c. in memoriam. Item ſecundum eum pro hoc ſunt illa verba (authoritate noſtra) quaſi dicat: quia mandaueramus archiepiſcopo, quod hæc exequeretur per ſe vel per alium: vel quia ratificamus quod noſtro nomine fecerat, & concordat quod de interpretatione legati dicitur. de poſtula. ca. 1. Sed nec videtur magna vis in talibus facienda: quia quicquid mãdatur eſt exequendum: ex quo conſtat qe mente: vt no. de reſcrip. eam te.

ꝙ fecerat aſſignari. Eſt autem ſecundum Innocen. differen-
4 tia † an mandetur, facias prouideri, an facias aſſignari: quia primo caſu prouidere non poteſt, cum non ſit ei hoc commiſſum, ſed tantum poteſt facere prouideri. Secũdo caſu poteſt vt hic, quia, cum beneficium ſit annexum canonicatui, poterit inueſtire de canonica: & per conſequens dabitur ei præbẽdæ annexa canonicatui. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. tacite enim videtur dixiſſe. des ei ius, inueſtiendo eum. & poſtea de facto facias ei beneficium aſſignari. ſed glo. in ver. inueſtiuit. hoc reꝓbat, nec facit differentiam inter vnam formam & reliquam: quod puto magis conuenire iuri. Nam quando mandatur facias aſſignari, debet intelligi quo ad titulum, cum is pro quo mandatur titulum non habet. pro hoc inf. de concei. præbendæ. propoſuit. ibi, aſſignatione & ibi, aſſignaſtis. quod intelligitur de collatione. de fil. præsby. ex tua. ibi, aſſignent. pro primo tamen, ꝙ aſſignatio ſapiat factum facit d. c. ꝓpoſuit. ibi, aſſignetis. iuncta glo. vlti. ſed etiam hoc præſuppoſito, tamẽ non videtur quod is cui mandatur, facias aſſignari, per ſe poſſit prouidere: ex quo verba hoc non important. imo videtẽ ꝙ ipſa aſſignatio hoc importat, ꝙ habentes aſſignare debeãt prouidere d. c. propoſuit. ibi, aſſignatis. tamen quia differentia prædicta eſt pulchra, & per eam ſoluitur, quod dicit tex. ibi, ꝓuide factum, melius quam per ſolutiones præmiſſas. ideo ꝓpter authoritatem Innoc. quam doctores in hoc ſecuti ſunt, poſſumus eam tenere: & dic tunc quod videtur mandatum
5 executori vt prouideat: quia †, commiſſo conſequenti, neceſſario committitur antecedens ſine quo non poteſt ad illud conſequens perueniri. de offi. delega. prudentiam. §. ſexta. & hoc tenendo no. ſingulariter dictum Innocen. Ioan. And. dicit ꝙ Papa ratum habet quod prouide factum eſt, non totũ quod factum eſt, quaſi prouide factum ſit. ſimile de concel. ꝑben. propoſuit. ſup. c. dilectus. ſed prius dictum plus placet. Secundo oppo. quod archiepiſcopus non potuerit excommunicare decanum & canonicos ſantonenſes, ſicut fecit ibi, contradictores vinculo excommunicationis aſtringens. non enĩ
6 poteſt † iuriſdictionem exercere in ſubditos ſuffraganeorũ. de offi. ordi. paſtoralis. So. hoc fecit authoritate delegationis. Goff. pro hoc litera ibi, authoritate noſtra. de reſcriptis cum aliquibus lib. 6. Tertio op. quod etiam ſi canonici venerunt ꝯ priuilegium numeri recipiendo aliquem, non per hoc per vnicam contrauentionem perdiderunt priuilegium inf. de priuile. accedentibus. Sol. vt in glo. antepenul. & quando & quo
7 modo perdatur priuilegium † per contrauentionem: diſtingue vt dixi de conſti. cum acceſſiſſent. & in hac glo. ibi, voluntarie. de hac dico in dicto c. accedentibus. contrario ſecundo. ad fi. Quarto oppo. in eo quod mãdatur canonicis vt recipiãt Petrum in canonicum: cum tamen eſſent excommunicati,
8 & † excommunicatus non poteſt eligere vel conferre. de con ſuc. cum dilectus. de ele. cum inter. de elec. expoſtulaſtis. & c. propoſuit & c. fi. Solu. vt in gloſſ. pen. quæ dupliciter ſoluit. primo, ꝙ valent quę facit excommunicatus in ſuum præiudicium. quod no. tamen communiter hoc non approbatur: quia non eſt veriſimile ꝙ Papa voluerit per hoc mandatum facere iſtos habiles ad ius ſpirituale. So. Gloſſ. exponendo donec recipiunt, id eſt donec cautionem præſtent de recipiẽdo quod etiam no. Nam per hoc no. ꝙ verba ſonantia actum exponuntur impropriè vt ſonent habitum ſi non poſſunt iuridice actum ſignificare cum effectu: hæc tamen expoſitio ẽ impropria, & contradicit textui, qui non tantum mãdat hũc recipi: ſed etiam ſibi aſſignari quæ ad canonicatum pertinẽt. & ſic ſenſus eſt, ꝙ debent recipere in canonicũ cum effectu. Sed etiam ex alio non videtur procedere hęc ſolutio: quia cũ eſſent excommunicati pro manifeſta offenſa non debent abſolui niſi prius reſipiſcant. infra de ver. ſig. ex parte ii. 1. 2. q. 5. præsbyter. Ad hoc tamen dicit Innocen. quod in ſpiritualibꝰ non procedunt hæc iura. nam ſi quis eſſet excommunicatus niſi faceret ſe ordinari, non deberet promoueri antequã abſoluatur: pro hoc eſt quod nota. de dolo, & contu. veritatis. ꝙ no. ꝑ hoc. de ord. ab epiſ. c. 2. de ſenten. exc. cum illorum. facit de conuer. ꝯiug. ex publico. hoc ergo caſu, cũ de ſpiritualibus loquimur. dic procedere expoſitionẽ ꝑdictam, vt exponatur, recipiant: id eſt cautionem præſtent: ſed tamẽ quo ad caſum

huius

ADDITIO.

a *Inueſtitura. Adde quibus verbis fiat, & qua forma, & quibus modis. vt per Bal. & glo. in c. 1. §. ſi per quos fiat inueſti. Et quid ſit inueſtitura. Vide per Io. An. in addit. ad Spe. de inſtrum. edi. in rub. no. in c. authoritate. de inſti.*

d.c.capitulum:contrario 12. & procedit intelligendo quãdo inueſtitura facta per archiepiſcopum habet vim collationis, & valuerit:quod ſentit glo.pe.in fi.cum dicit, quod canonici non habebant iuſtam cauſam defenſionis: & ſic contradicit glo.in ver.prouide.quæ contrarium dicit ſcilicet.quod inueſtitura non tenuit. Reſtat ergo ſecundum Ioan. An.quod receptio canonicorum faciat P. canonicum:& eſt idem quod collatio.ſic de reſcriptis.cum aliquibus. & c.cum in eccleſijs: libro ſexto: talẽ autem collationem excommunicati facere, non poſſunt:cum enim non poſſint eligere. de conſue.cum dilectus.de elec.cum inter R.multo minus conferre:licet bene poſſint receptionem facere, quæ conſiſtit in facto,vt prædixi, vnde ſecundum expoſitionem glo. prædictæ.in verſ.prouide.neceſſaria eſt expoſitio de qua in proxima ſolutione Io. An. ſed ſecundum ea quæ dixi ſup.contrario, poteſt ſuſtineri
9 etiam hæc tertia ſolutio.† Quæro, quæ eccleſiæ compræhenduntur cum mandatur archiepiſcopo vt prouideat in aliqua eccleſiarum ſuarum,ſicut hic.Solu.vt in gl.prima, quæ dicit compræhendi eccleſias prouinciç in quibus habet ius. Secus dicit ſi dixiſſet in aliqua eccleſiarum tuæ prouinciæ:quia tũc compræhenduntur etiam illæ in quibus ius non habebat.ad hoc inf.c.quamuis. t.lib.6.& quod ibi no.Ioan.An.ſuper glo. vlti.tamen glo.hic in hoc non perſiſtit,imo concludit,quod etiam ſub prima forma compræhenduntur omnes eccleſiæ illius prouinciæ,etiam ſi non habebat ius cõferendi, per hũc tex.& pro hoc,quia hic compræhendũtur etiam eccleſiæ cathedrales ſicut xantonenſis.ad hoc de viu palli c.1. Innocent. ponit opinionem aliorum,quia etiam ſi mandetur in eccleſijs tuæ prouinciæ, non poteſt prouidere niſi in eccleſijs in q bus ad eum ſpectat collatio.pro hoc de offic. ordi. licet vt ſic quaſi Papa videatur excitare ordinarium:quod maxime procedit ſi impetrans erat hic ſubditus archiepiſcopi, & ſi diceret,cum nullum beneficium ſit aſſecutus & ſit pauper:ita refert Compoſt.hanc opi.ſup.de reſcriptis.capitulum. in gl.magna.circa medium.verſi.item ſi Papa.ibi tamen tenet contrarium.& ad illud de paupertate reſpondetur, quod cum fauorabilius ſit reſcriptum obtentum pro paupere quam pro diuite,ergo plus ampliandũ. de dona. cum dilectus. & hoc potuit arg.inſ.eo.ti.ſi pro clericis.lib.6.Alij,vt refert hic Innoc. dicunt,ꝙ Papa mandauit hic,authoritate noſtra facias.& tũc dic,ꝙ prouidere poteſt,etiam ſi eſſent exemptæ: quia recipit delegatam.de reſcrip.cum aliquibus.li. 6.Innocen.vero dicit quod etiam ſine hac clauſula.ſ.authoritate noſtra,poteſt prouidere etiam in eccleſijs in quibus ad eum non ſpectat collatio per clauſulam contradictores &c.quæ non poteſt intelligi de ſeipſo.ff.de arbi.l.pe. quod ſingulariter not.dicit tamen Inno.ꝙ etiam ſine clauſula, contradictores &c. ſi tantum eſt literis.Mandamus quatenus tali prouideas in aliqua eccleſiarum tuarum.forte idem.pro hoc: quia hæc verba(eccleſiarũ tuarum)poſſunt ĩtelligi generaliter ꝓ omnibus eccleſijs tuæ prouinciæ.& in hoc Inn.non diſtinguit, cũ ſcribitur de eccleſijs ſuæ diœceſis vel prouinciæ:an habeat ibi collationem:an alius,dummodo ſint in prouincia vel diœceſi:& dummodo ius archiepiſcopale vel epiſcopale habeat archiepiſcopus vel eps:quia ratione illius iuris ꝯprçhenduntur ſub hoc nomine ſuarum.ar.ff.de ꝯtrahen. empt. qui tabernas.ſed ſi non haberet ius archiepale,vel epiſcopale,forte ibi,prouidere non poſſent,niſi diceret,in aliqua eccleſiarũ tuæ ꝓuinciæ. Inn.ꝑ hoc facit qa cũ tunc nihil ſit in lr̃is ꝙ arctet epo poteſtatẽ ad ꝓuidendũ de beneficijs ſuis,non eſt recedendũ a forma reſcripti, ſ'm Compoſt. vbi ſup. ad prædicta facit quod nota. de reſcriptis.abbatem. in cle. prima.de reſcript. & quod dixi ſupra de offic.ordi.grauem.per quod capitu.dic poſſe procedere diſtinctionem gloſſ.de qua ſupra. eadem quæſtione in princi.quia etiam de eccleſijs exemptis verè dicit epiſcopus quod ſunt in ſua diœceſi,vt ibi probatur, non tamen verè diceret quod ſint ſuæ,cũ verbum(ſuum)denotet dominium.de ver.ſig.ca.
10 fin.lib.6.tamen quando in reſcripto eſt clauſula † (contradictores)neceſſario oportet intelligi ꝙ ẽt veniãt eccleſiç in quibus collationẽ non habet,per id ꝙ ſtatim dixi:& qa doctores nihil eligunt.Concludendo præmiſſa,dic, ꝙ quandoq; mandæ eccleſiæ ſantonenſis,quarum collatio non ſpectat ad Archiepiſcopum.Item & fortius,ſi dicitur in aliqua eccleſiarũ tuæ prouinciæ: ſed in hac ſecunda forma poterit prouidere etiam in eccleſiis exemptis, quæ nihilominus dicuntur ſuæ prouinciæ,vt ſtatim dixi.ſed ſi dicitur, eccleſiarum tuarum, ſecus.quia eccleſiæ exemptæ non ſunt ſuæ, vt prædixi. Nullam autem differentiam facio, an dicatur in aliqua eccleſiarum tuæ prouinciæ vel diœceſis: an vero dicatur, diœceſis Paduanæ: vt dixi in dicto capitu.abbatem. Secundo quæro
11 qui comprehenduntur ſub clauſula contradictores † glo.ſecunda quam quidam non habent,& fuit additio ſecundum Innocen. tenet, quod compræhenduntur tantum partes,& etiam alii qui de facto contradicunt, & non de iure. Innoce. vero latius hoc proſequitur, dicens quod compræhenduntur ſolum partes quæ ſunt in iudicio,vel illi qui fuerunt vocandi,vel eorum hæredes,vel ſingulares ſucceſſores. Alii nõ: quia non ſunt de iuriſdictione executoris. Et hæc forte eſt ratio ſecundum eum: quare compræhenduntur ſucceſſores.
12 quia iudicium † tranſit ad hæredes.ff.de præto. ſtipula.l.2.in fin.de feriis.more.in fin.C.ne ex delicto defun. l. vna.ſecus in arbitrio.ff.de arbitris.ſed interpellatur.§.vltim.Et ſecundum Innocen. etiam ſi iudicium ſit reale,tranſit ad ſingulos ſucceſſores:& vtraque ſeruari poteſt.Sed prima melior, vt dicatur quod iudicium reale tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. perſonale vero non: ſed tranſit ad vniuerſale tantum.ff. de vi & vi arm.l.1.§.finali.Oppon.ad hoc de offic.delega.capitu.1. vbi dicitur, qđ quoslibet perturbatores poteſt epiſcopus excommunicare.Soluit Innocen.quod ibi de perturbatoribus iuriſdictionis,de quo ibi.no.& de pœnis.dilectus. ſed in caſu noſtro loquitur de perturbatoribus partis,& ſic vult Innocẽ. quod reſtrictio ſupra facta de clauſula,contradictores, nõ habet locum in perturbatoribus iuriſdictionis.Innocen.tamen multis interiectis dicit etiam quo ad turbatores partis non procedere reſtrictionem prædictam:& ſalua meliori opi. credit quod omnes contradictores poſſit compeſcere,etiã quoſcunque extraneos,dummodo contradicant de facto, non de iure.facit de procura.petitio.Si enim de iure contradicerent, non tenet ſententia in eos lata, cum nullam iuriſdictionem habeat in eis, niſi contineantur in literis expreſſe vel tacite, vel ſub generali clauſula. & poſtea coram delegato ſint expreſſi.de reſcript.paſtoralis.quia tunc, ideſt poſt expreſſionẽ, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit ſententia,tenebit. Innocen. de quo remittit Hoſtien.ad not.de offic.delega. ex parte,ſecundo,qđ not. ſingulariter. Et ex hoc vult,quod ſententia lata generaliter in omnes cõtradictores,complectitur ſolos illos qui de facto contradicent:quia non eſt veriſimile quod voluerit cõpræhendere contradicentes de iure:ſed quando lata eſt ſpecifice in aliquos tanquam contradictores, ſiue de iure ſiue de facto contradicant, tenet ſententia: quia dicitur lata contra ius litigatoris tantum:de re iudica.cum inter.quæ no. Et pro hoc ſecundum Hoſtien.facit,quia in illos qui de iure contradicunt,iuriſdictionem non habet.ſimile quod not. de reſcri. cum contingat. de election.expoſuit.de conceſſion. præben. quia cunctis.libro ſexto,& bene facit.ff.de his quibus vt indignis. l. penulti. vbi filius impugnans teſtamentum partis, dicens non iure factum,nõ perdit in teſtamento ſibi relictum,
13 quia non videtur impugnare defuncti voluntatem. † Tertio quæro circa hoc, an poſſit executor ex vi clauſulæ contradictores &c.ferre ſententiam generalem in omnes qui cõtradixerunt. videretur quod non:quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem.ff.de vſur.l.1.in fin.& quod no. de ſepultu.in noſtra. Innocen. remittit ad no. de procura. auditis.& ad idem de ſepultu.in noſtra.videtur tamen velle quod ita non debeat pronunciare. Nam videtur hæc eſſe quædam conſtitutio.argumen.de conſtitu.capitu.2.libro ſexto, ſed delegatus cõſtitutionem facere nequit.pro hoc quia habet poteſtatem,niſi in eis quæ continentur in reſcripto. de reſcript. Rodulphus.de offic.delega.P.& G.dicit tamen Innocen. ſaluando prædictam ſententiam,ꝙ hæc non eſt conſtitutio: qđ apparet ex perſona conſtituentis.i.delegati,& ex forma ſententiæ quæ non eſt generalis,nec perpetua, nec habet alia quæ in

Digitized by Google

ab ordinario ſit lata voce, non ſcripto, vel etiam ſi ſcripto, nõ
tamen in modum conſtitutionis, non durat vltra tempus ꝓ-
ferentis, j. de ſen. excommun. a nobis. i. vel hæc no. in glo. pe.
ad finem: quæ eſt ſingularis. Quarto quæro, ſi præcipit ſine
cauſæ cognitione quod omnes obediant inſtituto, & profert
excommunicationem in non obedientes. dicit Innoc. quod
non tenet ſententia ipſo iure. per id quod no. de in integrum
reſt. c. 2. ſed cum cauſæ cognitione legitime fertur. de ap. præ-
terea 2. pro hoc de conſtitu. eccleſia, & quod ibi no. in glo. vl.
quæ eſt ſingularis: & ibi dixi. Et hoc no. ꝙ licet excommuni
catio lata ex cauſa iniuſta teneat, quod dic, vt dixi de reſcrip.
ab excommunicato: tamen lata cauſa non cognita eſt nulla.
Oppono ad hoc j. de ſen. excommun. ſacro vbi tenet excom
municatio etiam non præcedente citatione, quod tenet ibi
glo. in verbo iuſta cauſa. Sol. ſta contrario, & limita quod hic
dicit Innocent. per id quod ibi dixi q. 7. & 8. Quinto quæro, ſi
cauſa cognita profert excommunicationem modo prędicto
in omnes qui contradixerunt: videtur minus bene ꝓceſſiſſe:
debuit enim expectare turbationem antequam ferat ſenten-
tiam. dicit Innoc. quod poteſt etiam contra ius pronunciare:
quia poſſet eſſe periculum ſi tantum expectaret, facit ad hoc
quod no. de off. delega. cap. primo. libro 6. licet enim melius
eſſet non ferre ſententiam ſub conditione, ſed expectare: ta-
15 men lata †tenet. 2. q. 6. biduum. ff. de euic. l. 2. ad l. Aquil. in l.
Aquilia. de ap. præterea 2. & quod ibi dixi. Sexto quæro ad ꝙ
tempus extenditur generalis ſententia lata modo prædicto 5.
q. 4. dicitur ꝙ ſiue ſit lata ante receptionem ſiue poſt, non ex-
tenditur niſi in tempus in quo ferri poteſt. Ex hoc no. ꝙ talis
ſententia non extenditur poſt annum a die factæ excommu-
nicationis, ſicut etiam delegati poteſtas lata ſententia durat
per annum tantum quo ad executionem. de offi. deleg. quæ-
renti. & de hoc in ſequenti quæſt. Septimo quæro circa hoc,
an hoc ſit verum: videtur ꝙ non: imo ꝙ executor, etiam ſi
non tulerit ſententiam generalem in eos, qui contradixerũt
in futurum, poſſit nihilominus quandocunq; etiam poſt an-
num in contradictores iuriſdictionem eccleſiaſticam exerce-
re: & hoc ex vi clauſulæ. Contradictores &c. vt aliquid opere-
tur: licet alias hoc non poſſet tanquam functus officio ſuo, ni
ſi intra annum d. c. quærenti, & eodem titu. in literis. Inno. te-
net quod etiam hoc caſu non poſſit niſi intra annum. argu.
d. cap. quærenti: & hoc ex quo tulit diffinitiuam: ſed quando
non fertur diffinitiua: ſed mandat eum recipi in canonicum,
poterit ſecundum Inno. compeſcere contradictores quouſq;
mandatum plene ſortiatur effectum. ſ. ꝙ recipiatur. Ex quo
enim receptus erit: quamuis poſtea moleſtetur: ſiue ſuper ca
nonicatu. ſiue ſuper alijs, non poterit eos compeſcere. Moue-
tur, quia ſi contrarium diceretur, videretur eſſe ordinarius, j.
id de reſcriptis. ad hæc. quod declaratur plenius in ſequen-
ti q. Octauo quæro, ſi aliqui adimpleuerunt mandatum, ali-
qui non: quomodo procedit executor habens clauſulam pre
dictam, dicit Inno. quod contra eos qui adimpleuerunt, nihil
facere poteſt, cum quo ad eos ſit functus officio ſuo: ſed in
alios poteſt. Et hoc dicit Inno. verum etiam ſi illi qui recepe
runt mandatum Papę & impleuerũt, de nouo moleſtent ſu-
per fructibus præbẽdæ, vel etiam ſuper ipſo canonicatu: quia
non propterea poterunt compeſci authoritate huius clauſu-
læ: non enim commiſſum eſt de futuro exceſſu, & tempus
datæ inſpiciendum eſt. de reſcriptis eam te. quod not. Dicit
Inno. tamen ꝙ in caſu præſenti, vbi non mandat executor ꝙ
prouideatur: ſed ipſemet inueſtit: poterit contradictores in-
fra annum excommunicare. argum. de re iudi. quod ad con-
ſultationem, & dicto cap. quærenti. Hoſtien. dicit verum eſſe
dictum Innocen. quo ad nouam contradictionem, & ſenten
tiam de nouo ferẽdam: quia ſolum poteſt hoc infra annum.
per dictum c. quærenti. Sed ſi tempore inueſtituræ excom-
municauit contradictores: etiam poſt annum ligabitur con-
tradicens, niſi primo paruerit, & hoc placet. ſufficit enim, ꝙ
ab initio tenuit. Item ligat ſententia authoritate delegantis,
de reſcrip. ſuper literis, in fi. & illa non extincta. fatetur tamen
Hoſtiẽ. quod poſt annum expirat poteſtas delegati: ita quod
non poterit abſoluere eum qui inciderit in pœnam: ſed debe
bit abſolui per Papam. de offi. ord. paſtoralis. § præterea. pro
hoc facit quod not. de teſt. i. ex parte Adæ. in glo. antepen. Io.
And. dicit ſe audiuiſſe curiam tenere, ꝙ ſi in reſcripto eſt clau
16 ſula, † mittas in poſſeſſionem, & defendas inductum. poterit
executor defendere, etiam ſi aliquandiu paritum fuerit: ita ꝙ
pacificã poſſeſſionẽ habuit, vt ſic executor ſit ꝯſeruator, cuiꝰ
conſeruatoris officium protenditur vltra annum. de of. dele.
capitulo fi. §. officium. libro ſexto. pro hoc de ſimon. quere-
lam, & quod ibi no. in fin. Item, quia alias illa verba, defendas

cit Archi. in cap. ſi cui. eodem titu. libro ſexto. quod no. de re-
ſcriptis. ad hæc, in fin. 2. glo. refert tamen aliquibus videri, ꝙ
idem ac ſi non eſſent adiecta verba, defendas inductum, ne ni
mium derogetur ordinariæ poteſtati. 11. q. 1. peruenit. de offi.
ordin. licet. de maio. & obed. per tuas, & ſic elapſo anno defen
ſio ſpectet ad ordinarium, cuius intereſt ſubditos a moleſtijs
conſeruare. Pau. de Eleaza. dicit, quod ſi quæſtio mouetur ex
vi gratiæ: ita quod de iuribus gratiæ agitur, executor habebi-
tur loco conſeruatoris: alias ſecus. Ioan. Cald. de conceſ. præ-
ben. cum noſtris. q. 14. dicit indiſtincte, quod poteſtas execu-
toris prædicti non durat vltra annum. per ca. quærenti. dicens
quod apponitur clauſula prædicta ad maiorem executionem
executoris: & quia ſolet plus timeri &c. de hæreti. ſi aduerſus.
ſed Ioan. And. hic dicit quod cap. quærenti. non loquitur de
habente talem clauſulam. dicit etiam, quod opinio quæ vult
quod durat poteſtas executoris poſt annum, procedit maxi-
me quando ꝯdicitur ex vetuſta cauſa, quæ ante poſſeſſionem
traditam fuit examinata, quo caſu etiam ſine clauſula poſſet,
ſecundum Damaſum qui hoc tenuit. de offi. delega. q. 14. &
ſic vult Ioan. And. quod idem erit ſi ex cauſa non vetuſta, pro
pter verbum, maxime: tamen Ioan. Cald. in d. q. 14. refert ſe
ab eo audiuiſſe, quod ſi ex cauſa non vetuſta moleſtatur, poſt
annum poterit executor ſe intromittere, ad quod de conſti.
cum acceſſiſſent. in fi. verior videtur opinio, quod indiſtincte
non poterit poſt annum ſe executor intromittere, quod ẽt te
nui. eodem titu. clem. ſi plures. q. antepen. per dictum c. quę-
renti. vbi ex priuilegio conceditur delegato Apoſtolico, ꝙ
eius poteſtas duret toto anno. ergo nõ vltra. Executor autem
eſt delegatus. de officio. deleg. ſi ſuper gratia. libro 6. nec pro-
cedit reſtrictio Ioan. An. prædicta ad cap. quærenti. quia indi-
ſtincte loquitur. nec capitu. ex parte Adę. facit in contrarium:
quia ibi non erat lata diffinitiua reſpectu proceſſus qui ibi vl-
timo committitur: ideo durat poteſtas etiam poſt annum:
ita tenet gloſſ. ibi antepenultim. ſic etiam loquitur cap. que-
relam, de ſimon. vbi dicit de miſſione quæ fit cauſa cuſtodiæ
contra contumacem, & intra annum, & non diſtinguo an ſit
paritum, an non: quia etiam ſi aliquandiu paritum ſit, contra
moleſtãtem intra annum habet executor poteſtatem, quod
tenui in dicto capitulo, quærenti. quæſtio. 4. Ex quibus con-
17 cluditur, quod clauſula, † contradictores &c. & clauſula, de-
fendas inductum: operantur quandam maiorem expreſſio-
nem: non autem extenſionem poteſtatis: quia neque ad hoc
ponuntur, quæ not. pro hoc quod dicit hic Innocen. qui te-
net, quod etiam ſi ſpecialiter non ſit mandatum executori,
quod ſuſpendat: poteſt tamen ſuſpendere, quia hoc eſt affer-
re mandato prouiſionis. ff. iudi. ſol. iam tamen. §. in hac, quod
not. etiam j. Innocent. quod poteſt executor prouiſorius re-
ſeruare primam vacaturam, cum maiorem poteſtatem ha-
beat quam legatus. de officio. lega. ſtuduiſti. qui hoc poteſt. j.
de iure patro. dilectus. quod etiam tenet Ioan. Andr. in dicto
capitulo, ſi ſoli. Nono quæro, an per inueſtituram de qua hic
fuerit inueſtitus adeptus poſſeſſionem. gloſſa, per talem, di-
cit quod non, & in ea ibi, ex ore. vbi de hoc: & 16. quæſtione
ſeptima, ſi quis deinceps, & infra de inſtitu. authoritate. De-
cimo quæro, ſi authoritate Papæ, vel Cardinalis iſti canonici
veniſſent contra indulgentiam apoſtolicam, an excuſarentur
gloſſa penultima, dicit, quod ſi authoritate Papæ, excuſaren-
tur: ſecus ſi authoritate legati: quia non poſſet eos ad hoc
compellere, quod eſt verum iure legationis: ſecus ſi haberet
ad hoc ſpeciale mandatum infra capitul. hi qui. ſecundo re-
ſpon. libro ſexto, & quod not. de reſcript. literis. per hoc dicit
Hoſtien. quod licet legatus, de latere poſſit conferre benefi-
cia vacantia: non tamen vacatura: licet illa reſeruare poſſit:
vnde poſſet aliquem facere recipi vltra numerum, multo
minus contra iuramentum: quia nec hoc poteſt ſpecialis
delegatus: niſi in reſcripto de hoc fiat mentio, qui tamen
eſt maior legato in cauſa ſibi commiſſa. de officio legati,
ſtuduiſti. Si autem in eccleſia non eſt numerus: tunc bene
poteſt legatus ibi conferre beneficia, ſi ſufficiunt facultates,
de vita & honeſtate clericorum, quoniam, in fin. & quod ibi
not. & de conceſ. præben. capitulo ultimo. libro ſexto, in glo.
18 nunquid, in fin. Ex prędictis, maxime ex glo. no. quod † ſi ca-
nonici frangunt numerum authoritate Papæ non excludun-
tur a beneficio numeri: ſecus ſi authoritate legati. pro hoc fa
cit glo. in eo quod dicit, vt prædixi eos non excuſari ſi ex prę-
cepto legati hoc fecerunt, qui non poteſt eos cogere: Papa
autem poteſt. ad hoc facit quod not. in Specula. de legato. §.
nunc tractemus. ver. ſed & ſi legatus, & j. c. dilecto. & eodem
titu. ſi cum libro 6. In quo tamen dic ponderandam formam
mandati. Nam poſſet eſſe talis per quam aperte colligeretur

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium an ſit titulus eccleſiaſticus ex eo quod quis promouetur ad titulum patrimonij.*
2 *Promouens aliquem ad titulum patrimonij, cautus eſſe debet.*
3 *Ordinatus ad titulum patrimonij an debeat petere beneficium.*
4 *Patrimonium ordinati ad titulum patrimonij ſi perijt chaſmate vel alluuione, an Epiſcopus teneatur ei prouidere.*
5 *Ordinatus ad titulum patrimonij an teneatur de eo ſoluere decimas.*
6 *Ordinatus ad titulum patrimonij an poſſit tranſire ad aliam eccleſiam ſine licentia epiſcopi.*
7 *Patrimonium datum in titulum ordinis an poſſit vendi.*
8 *Promotus ſine beneficio an teneatur ad horas.*

TUIS. Not. beneficiatus habens ſufficiens patrimonium ad ſacros legitime promouetur. ponit dictum, cuius determinationem interſerit, ibi, dummodo pars de reſti. tuis. Oppono in eo quod dicit prouidendum ordinato ſine beneficio, dummodo aliud canonicum non obſiſtat: quia dictio, aliud, implicat: vt nota. de reſcriptis, ſedes, & ſic apparet quod exceptio quæ hic reijcitur fuerit canonica. Sed dictio, aliud, facit ſimplicem relationem hic, & eſt modus loquendi, & de excep. canonicis, ideſt, legitimis & obſtantibus exemplificat: vt quia opponitur homicidium, vel aliud mortale, vel aliqua irregularitas: quod dic vt de tempo. ordin. cap. fin. cum titulis pluribus ſequentibus. Et dicit Abbas hic includi quæ habentur. 33. diſtinctione. maritum. 50. diſtinctione. qui in aliquo, & in illis multa impedimenta canonica enumeran-
1 tur. Quæro, quando quis † promouetur ad titulum patrimonij: an ex hoc patrimonium ſit titulus eccleſiaſticus. gloſſa prima videtur velle quod ſic, cum dicit quod habet patrimonium pro titulo. Hoſtien. dicit hoc verum ſi hoc fuit actum. dicit quod glo. habuit ſanum intellectum, quod habent pro titulo. i. loco beneficij. quo ad hoc quod excluditur ſi ageret condictione capitu. epiſcopus. ſ. eodem. non tamen quod ſit beneficium eccleſiaſticum, niſi, vt dicit Hoſtien. ſic fuerit actum. Secundo quæro, ſi patrimonium hoc erat ſeruilis cō-
2 ditionis, ideſt, quia promotus erat ſeruus. † Dicit Hoſtien. quod caueat ſibi epiſcopus, & petat conſilium domini, niſi velit ſe onerare, quia alias patrimonio illo per dominum reuocato teneretur epiſcopus illi prouidere. Oppono ad hoc: quia ſeruus ordinatus ad ſacros in præiudicium domini nō degradatur. de ſerui. non ordinan. miramur. Soluit Hoſtien. quod licet ſit maior alienatio perſonæ quam rerum: tamen magis diſpēſabile eſt circa perſonam, quam circa rem. Nam reuocatio perſonæ cederet in vituperium Dei & eccleſiæ: nō ſic de rebus. ſimile de tranſlatio. capitu. final. vbi permittitur maius, & non minus. pro hoc eſt quod not. de electio. ſi reli-
3 gioſus. libro ſexto, in glo. in verbo ſint varia. † Tertio quæro, ſi ordinatus ad titulum patrimonij petit beneficium ſibi conferri. dicit gloſſ. prima, quod non debet petere, & quod iudicium ſibi manducat, & bibit. Et ſic videtur velle, quod petendo peccat: dic contra. licet enim petere non poſſit ex debito, ita quod cogatur epiſcopus conferre: vt in text. tamen petendo non peccat. nec iura quæ allegat glo. contrarium probant. Nam poteſt clericus habens beneficium & patrimonium de beneficio viuere, & patrimonium ſeruare: vt dixi ſupra cap.
4 epiſcopus. Quarto quæro, ſi patrimonium † ordinati ad titulum patrimonij perijt chaſmate, vel alluuione. dicit glo. prima, quod epiſcopus debet ei prouidere: quod eſt verum de generali obligatione. de qua not. ſ. capitu. cum ſecundum, in gloſſ. vltim. ſed ex ſpeciali obligatione non tenetur, ſcilicet, condictione canonis cap. epiſcopus. ſ. eodem, & ſimilium. Et dic chaſmate, ideſt, ruina verſus abyſſum. ff. locati. ex conducto. §. item ſi quis, & not. glo. ff. de mino. verum. §. ſi locuple-
5 ti. † Quinto quæro, an ordinatus ad titulum patrimonij teneatur de ipſo ſoluere decimas. glo. vlt. arguit pro & contra. & recitatis duabus opinionibus tenet quod tenetur ad decimas prædiales ſicut prius. ad hoc quod not. J. de cenſi. cap. primo. & in hac glo. ibi. viri, & Goff. & ibi, tua, & hoc tenet Hoſtien. uere debet J. de dona. inter virum & vxorem, per noſtras. deinde refert glo. opin. Tancre. contrariam, quam ſequitur, & idem Philip. & Hoſtien. dicit congrue diſtinguendum, an patrimonium fuerit aſſignatum pro titulo, vel non: vt ſ. quæſt. prima. primo caſu non poſſit alienari ſine conſenſu epiſcopi, non obſtante ratione Tan. poſita in glo. cum dicit, quod videtur habere beneficium habendo precium. Nam facilius conſimilur precium quam res. Secundo caſu vera eſt opin. Tanc. & dic, quod ſi fuit aſſignatum pro titulo beneficij: aut fuit tranſlatum in beneficium: aut non. Secundo caſu verum eſt quod dicit Hoſtien. de conſenſu epiſcopi ipſum poſſe alienare. primo vero caſu non. quia non poſſunt ſpiritualia pro temporalibus commutari, infra de rerum permu. quæſitum.
8 † Octauo quæro, an promotus ſine beneficio tenetur ad horas canonicas. Dicit Ioan. Andr. quod ſic, licet non teneatur certam eccleſiam officiare. pro hoc. 93. diſtinctio. cap. ſi. & J. celeb. miſſarum. cap. primo.

SVMMARIVM.

1 *Abſens inueſtiri poteſt de beneficio alio mediante.*
2 *Hæreditas acquiri non poteſt per procuratorem.*
3 *Matrimonium carnale, vel ſpirituale an poſſit contrahi inter abſentes.*
4 *Inueſtiri an quis poſſit pro abſente & ignorante.*
5 *Titulis ſpiritualibus ius acquiritur etiam ante traditionem.*
6 *Beneficij acceptatio poteſt fieri per procuratorem.*
7 *Dictio, vel, ſtat alternatiue.*
8 *Dictio, alius, repetit eandem qualitatem.*
9 *Habens gratiam cum beneficio acceptandi, an poſſit conſtituere procuratorem laicum ad acceptandum. & num. 10.*
11 *Præbenda quo caſu non acquiratur abſenti.*
12 *Procurator generalis ſi fuit inueſtitus, non acquiritur domino efficaciter, niſi ex quo ratum habuerit.*
13 *Dominus prædij, nunquid poſſit agere ad penſionem prædij ab alio ſuo nomine locati.*
14 *Alteri per alterum non acquiritur.*
15 *Agere an quis poſſit ob intereſſe ſuperueniens poſt contractum.*

1 ACCEDENS. † Abſens poteſt inueſtiri de beneficio, alio mediante: vel ſic. poteſt quis inueſtiri de benenenficio pro abſente. pars de rapto. accedens: vt patet ex antiqua. Not. caſum in quo alteri per alterum acquiritur. Oppono quod non poteſt alteri per alterum acquiri be-
2 neficium: ſicut etiam hęreditas † temporalis non poteſt acquiri per procuratorem. ff. de acquir. hær. per procuratorem: ergo nec ſpiritualis. Solu. hæc fuit vna de rationibus dubitandi: vt dicit glo. quę enumerat, & alias, quod dico in ſequenti q. Quæro quæ fuit ratio dubitandi: dic quod triplex, vt dicit
a glo. prima. quia dubitabat quærens an inter abſentes a poſſet
3 contrahi matrimonium carnale: † & ſic eodem modo dubitabatur de ſpirituali: pro hoc, quia carnale & ſpirituale ęquiparantur: vt lite non conteſta. quoniam. §. porro. Sed hæc ratio colligitur, vt dicit glo. per capitu. honorantur, & alia iura quæ allegat, & hoc expreſſius per cap. vltim. de procura. libro ſexto, vbi dicitur quod per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatum poteſt contrahi carnale matrimonium, & alias non eſt idoneus: ad hoc tamen in caſu huius c. etiam ſi non habeat mandatum valet inueſtitura, non enim ponderatur in textu ꝙ eſſet procurator: licet Cy. poſt Pe. ſi quis alteri, vel ſibi l. inuitum, videatur velle, quod requiratur mandatum, ſed primum verius: cum enim collatio poſſit fieri abſenti nulla perſona mediante. eo. titu. ſi tibi abſenti. lib. 6. fortius fieri poteſt mediante perſona nuncij ſeu alterius non habentis mandatum. Et procedit hoc, intelligendo ꝙ verbum, inueſtiri,

ADDITIO.

a An inter abſentes. Adde cap. honorantur trigeſimaſecunda, quæſtio 2.

Digitized by Google

... per annulum, & bir-
retum, vel quid ſimile non poteſt conferri in abſentem, ſed
præſenti nomine abſentis, vt hic. ſecunda ratio dubitãdi fuit,
4 an poſſet † quis inueſtiri pro abſente & ignorante, & dicit gl.
quod ſic, & quod quæritur poſſeſſio abſenti. dic quod hic
non ſolum dicitur de poſſeſſione, ſed etiam de titulo, quod
intellige: infra eadem quæſtione. Tertia ratio dubitandi fuit
ex quam dixi ſ. in primo contrario, comparando hæredita-
tem temporalem ſpirituali. Et confirma, quod dominium
non dicatur acquiſitum abſenti. ff. de acquiren. rerum dom.
res ex mandato, vbi res ex mandato meo empta, mihi non ac
quiritur niſi mihi tradatur. hic agebatur de transferendo do-
minio. i. tit. non autem de poſſeſſione quę per inueſtituram
non acquiritur infra de his quæ fiunt a maiori parte capituli.
ex ore. Sed dic ad ſecundum, quod titulus acquiritur com-
mutabiliter abſenti, ſed efficaciter acquiritur per acceptatio-
nem abſentis. dicto cap. ſi tibi abſenti, & hoc etiam ante tra-
5 ditionem: quia in titulis ſpiritualibus † ius acquiritur etiam
ante traditionem: vt no. Innocent. ſ. cap. inter cætera. vbi dixi
in tertio contrario: ſecus in rebus corporalibus, de quibus lo-
quitur l. contraria. Adde primum de hæreditate, dic, quod ra
tio quare temporalis hæreditas non acquiritur per procura-
torem, eſt: quia eo ipſo quod dedi mandatum ad adeundam
hæreditatem, intelligor adiiſſe, cum hæreditas acquiratur ſo-
lo animo: & hoc ſi hæreditas erat iam mihi delata, & eam
ſcio mihi delatam. ſed in deferenda dicit Ioan. And. quod lo-
cum habet quod ſequitur. Et dicit Hoſtien. quod hæreditas
non quæritur per procuratorem generalem, ſed per ſpecia-
lem. ff. de acquiren. hæredi. l. ſi quis mihi. §. iuſſum, & ſequen
ti, & §. pater, & ſequenti. Sed illa iura loquuntur in alio caſu,
cum quæritur de hæreditate delata filio vel ſeruo. tunc enim
non adeunt ſine ſpeciali iuſſu patris, vel domini, dicit etiam
Hoſt. ſufficere in caſu huius cap. quod habeat mandatum ad
ad recipiendum, & acquirendum omnia beneficia cum cura
vel ſine cura, etiam ſi non exprimantur beneficia. facit de pro
cur. cap. primo. §. primo. libro ſexto, dic melius: vt in ſequen-
ti contrario: & in hac gl. ibi, quicquid, quod ſi filius peculiari
nomine apprehendit, ſtatim pater poſſidet, etiam ſi ignoret
illum in poteſtate conſtitutum. ibi, per procuratorem, com-
muniter non eſt lex: ſed §. primus. ſub l. ſi pupillus. eodem ti.
& ibi de hoc, & communiter incipit Paulus reſpondit, pro-
* curatorem hæreditatem acquirere non poſſe: * ibi, res ex mã
dato. de hac. ſ. eadem quæſtione, ibi, ſi procurator. prima fa-
cit ad propoſitum quę dicit ſic. Si procurator rem mihi eme
rit ex mandato meo, eique ſit tradita nomine meo, domi-
nium mihi, & proprietas acquiritur etiam ignoranti. Secun-
da dicit, quod ſi procurator meus rem ſuam quaſi meam alij
tradidit, remanet dominus. Et idem in tutore pupilli, quia
nullus errans rem ſuam perdit: ibi, qui mihi donatum ſi pro-
curatori meo rem tradis quaſi mihi acquirat: ipſe vero rem
recipit quaſi ſibi acquiſiturus, non ſibi, ſed mihi acquiritur.
Oppono ad hoc, in eo quod dixi hunc debere habere ſpecia-
le mandatum ad recipiendum beneficia cum cura, vel ſine
cura, quod imo ſufficiat etiam ſi de cura taceatur. pro hoc fa-
cit quod no. de reſcript. ſedes, & de regu. iur. cap. primo. libro
6 ſexto. Solut. ſta contrario: quod † autem per procuratorem
poſſit acceptatio fieri, probat ſtilus curiæ, ſecundum quam ſi
ſit gratia beneficio acceptandi: datur poteſtas acceptandi per
ſe vel per procuratorem. de quo no. de conceſ. præb. cle. vna.
§. quem etiam in gl. iſte terminus, in prin. Oppono, ad idem,
quia per liberam perſonam non acquiritur alteri abſenti. C.
per quas perſonas nobis acquiritur l. prima. Solu. in caſu hu-
ius capituli, procuratori non poteſt acquiri, ideo acquiritur
domino. ff. ad Treb. qui ita. § primo. Ex quo tradit Ber. ibi re-
gulam, quod id quod per mediam perſonam procuratoris nõ
poteſt acquiri, vt vſusfructus, directo acquiritur domino, quod
nota. Oppono ad idem. ff. de nego. geſt. ſi ego. dicit glo. in fin.
quod per geſtorem non acquiritur abſenti dominium, vel
poſſeſſio, quod eſt verũ, niſi ex quo dominus ratum habuit:
vt no. in dicta l. ſi ego & in hac glo. ibi, ſi non poſſet. de hoc J.
de electio. cupientes. §. cęterum. libro ſexto, in gloſſa quarta,
ibi, dominium rei ſingularis donatæ, vel venditæ. In hæredi-
tate enim ſpirituali vel temporali pro qua quis obligatur, nõ
habet locum hoc, ſecundum Hoſtien. ad hoc infra eodem, ſi
tibi abſenti. libro ſexto, & in fin. materia gloſſ. nota. ff. de ac-
quiren. poſſeſſ. l. prima. §. per procuratorem. Secundo quæ-
7 de electu literæ, ibi: vel alius magis. Solut. dictio, vel, † ſtat
alternatiuè, quaſi dicat, melius eſſet, quod inueſtiretur dicat,
inueſtimus te pro tali abſente, quam inueſtimus talem ab-
ſentem per te, ſecundum innocentium. Hoſtienſis, dicit,
proprie alternatiue: ſic & alias ſi dictioni, vel, additur, ſaltem,
non ſtat proprie alternatiue. de donation. inter virum &
vxorem per veſtras, ibi, vel ſaltem: & quod ibi dixi. Tertio
quæro, nunquid iſte qui recepit inueſtituram, poſſit eſſe lai-
cus: videtur quod ſic. de procuratoribus, capitulo primo. li-
8 bro ſexto. In contrarium facit text. in verbo, alius: † quæ di-
ctio reperit eandem qualitatem. ff. de rebus dubijs, quidam
relegatus, dicit Ioan. Andr. tutius eſſe, & quod ſic ſeruatur,
quod ſit clericus, quod tenent Egidius & Guilielmus, &
ſic videtur velle etiam vt ſit laicus, quod eſt verum, vt latius
patet ex ſequenti quæſtio. Et ad rationem de dictione, alius,
dic quod non ſemper facit poſitionem eiuſdem qualitatis:
vt nota. de reſcrip. in fin. gloſſ. tertię, quod maxime procedit
quando non ponitur relatiue, ſed ſubſtantiue: & ſic ponitur
hic, cum dicit, ibi, abſens per alium: eſt enim idem ac ſi dice-
9 ret per aliquem. Quarto quæro, ſi habens † gratiam cum be-
neficio acceptandi conſtituit procuratorem laicum, ad hoc
videtur quod non poſſit acceptare, quia ſuo nomine non po
teſt acceptare ſpiritualia. de iudic. capitulo ſecundo. de rebus
eccleſi. non alienan. capitulo final. 96. diſtinctione. bene qui-
dem, ergo nec alieno. decima ſexta, quæſtione ſeptima, no-
ua. cum capitu. ſequentibus. regula quod alicui. libro ſexto.
pro hoc facit quod nota. de electión. quod ſicut in princip.
de laico qui conferens beneficium ex priuilegio Papæ non
dat ius ſpirituale in beneficio. Item, ſicut Iudęus Chriſtianis
non poteſt ſuo nomine præeſſe, quinquageſimaquarta diſtin
ctione, mancipia. de iudęis. capitulo ſecundo, ſic nec alieno.
quarta diſtinctione, nulla. de iudęis, cum ſit. Item, ſicut hære-
ticus ſibi non acquirit beneficium: ita nec alteri. de hæretic.
capitulo 2. §. 2. & 3. libro ſexto. Item ſicut excommunicatus
non agit pro ſe, nec pro alio. de proba. poſt ceſſionem. ad hoc
de æta. & qualita. cle. & hi qui. de procura. religioſus. de regu-
la. cle. prima. bene facit de reſcriptis. ſtatutum. §. in nullo. lib.
ſexto. & quod not. C. de fideicommiſſ. eam quam, vbi inca-
pax non acquirit hæreditatem, vt reſtituat capaci: & ibi argu-
men. pro & contra. In contrarium facit dictum capitulum
primum, de procuratoribus, libro ſexto, & eodem titulo, qui
generaliter. §. primo. vbi filiusfami. qui pro ſe non litigat, tan-
quam procurator admittitur, idem dicitur de ſeruo & liber-
to qui in iudicio agunt pro domino. C. ſi per vim vel alio mo
do l. prima. ff. de in ius vocan. quæſitum. Item ex contrario ſe
querentur multa abſurda, ſcilicet, quod etiam clericus non
habilis ad dignitatem quacunque de cauſa non poſſet dari pro
curator ad acceptandum dignitatem: & quod laicus non ha-
bilis ad matrimonium contrahendum non poſſet ad id dari
procurator, nec mulier poſſet matrem conſtituere procura-
tricem ad matrimonium contrahendum: nec monachus,
vel ſeruus, qui non poſſunt ſibi acquirere, poſſent acquirere
domino, vel monaſterio: facit quod not. de renuncia. clemẽ.
vna. in glo. non video. alia argumenta pro, & contra collige
ex nota. in regula quod alicui ſuo, in quæſtione. libro ſexto.
Soluit Ioan. Andr. tutius eſſe, vt dixi in pręcedenti quęſtio. in
hoc caſu & pluribus conſtituere clericum procuratorem. ta-
10 men ſi conſtituitur laicus, † aut cõſtituitur ad acceptandum
certum beneficium vacans: aut ad acceptandum certum va-
caturum, ſi ſibi videbitur: vel generaliter ad acceptandum
primum vacaturum cum vacabit, ſecundum formam ca. ne
captandæ. de conceſſ. præben. libro ſexto, primo caſu quæſtio
non videtur dubia, quia hoc fieri poteſt: quia tunc ſit nudus
miniſter ad declarandum domini voluntatem. C. ſi quis alte
ri, vel ſibi l. multum, imo ſic conſtituendo videtur acceptaſ-
ſe: pro hoc facit quod dixi ſ. Sed contra eſt de elect. c. pen. lib.
6. & quod ibi no. in vlt. glo. Solu. hic ſumus in caſu in quo ſuf
ficit quod conſtet de animo acceptantis quocunq; modo de con-
ceſ. præben. clem. vna. §. pe. ſed in contrario loquitur in caſu,
in quo eſt certa forma tradita. ſ. reſpectu electionis: ideo nõ
poteſt abſens exprimere votum ſuum per literas: vt ibi. ſecun
do caſu, ſequendo communem obſeruantiam, quę eſt imitã
da. de eta. & qua. cle. generalem. de ap. clem. prima. de legi. mi
nime. Dicit Io. An. conſtitutionem valere, & acceptationem
fieri poſſe: pro quo facit æquitas, quia forte expectans non ha
bet in loco clericum de confidat, & talia non ſunt omnibus
committenda.

ADDITIO.

* Poſſe. Adde quod in P. H eſt lex. & incip per curatorem. Sed in vulg. edit. eſt etiam lex. & incipit per procuratorem, & ex dictis hic, not variare editiones ab ea quæ erat tempore Car. quod obſerua pro collatione textuum. B.S.
Card. Zabarel. ſuper iij. Decret.

ſanguinei recipiendus fuit mandato nomine abſentis: Dicit Innocent. ſe non credere, quod abſenti acquiratur præbenda: licet enim conſanguineus pro conſanguineo tanquam coniuncta perſona poſſit agere. ff. de procura. ſed hoc. de reſcript. nonnulli. in fin. non tamen acquiritur dominium: nec etiam canonicatus pro abſente, cum requiratur conſenſus electi, & eligentium, de electio. cum inter canonicos, dic contra. acquiritur enim abſenti, licet commutabiliter, dicto capitulo, ſi tibi abſenti. per quod deciditur etiam ſequens quæſtio. Sexto quæro, ſi conſanguineus, pro quo conſanguineus fuit inueſtitus, ratum habet, dicit Innocent. quod recepta per hoc eſt inueſtitura per eum cuius nomine recepta eſt: nec poſſunt primo facto recedere canonici. dicto cap. ſi tibi abſen-
12 ti. Septimo † quæro, quid ſi procurator habens generale mandatum fuit inueſtitus: dic quod non acquiritur domino efficaciter, niſi ex quo ratum habuerit, vt nota. in dicto capitu. ſi tibi abſenti. in 2. glo & de hoc in deciſionibus Rotæ. deciſio. 208. vbi etiam dicitur, quod ratihabitio debet fieri infra tempus, infra quod debuit actus expediri. per l. penu. ff. rem ratam haberi, & quod no Ioan. Mona. de elect. quam ſit. §. cæterum. libro ſexto. in verbo petere. Octauo quæro de quæſtione fa-
13 cti: † quidam locauit prædium nomine domini, nunquid poteſt dominus agere ad penſionem, videtur quod ſic per hoc capitu. Item, quia ex quo ille locauit nomine domini, & ſtipulatus eſt domino, videtur feciſſe tanquam nuncius, & non tanquam procurator, quia nuncius ſtipulatur in perſonam domini, & acquirit domino. ff. de conſtitu. pecunia l. qui autem. §. fin. quod iuſſu. l. prima, de contrahen. empt. l. prima. C. ſi quis alteri, vel ſibi l. multum, & ibi de hoc per Cyn. Item, cum negociorum geſtor ſtipulatur nomine domini, ſtipulatio tenet, & acquiritur domino naturalis obligatio. C. ad exhiben. l. penultima, quod tenet Bart. ff. de verborum obliga. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler. Item hic fuit facta ſtipulatio ex re domini: ergo domino acquiritur. C. de procura. quod procurator, quod tenet Pe. & Cyn. poſt eum in d. l. multum, & Bar. in dicto §. ſi ſtipuler. ergo etiã inuito procuratore, & ſine ceſſione dominus agere poteſt dicta l. quod procurator, in fine: Item, ex quo etiam procurator ſtipulatur ſibi nomine domini, tenet ſtipulatio: nec dicitur alteri ſtipulatus eſſe. ff. de præto. ſtipu. in omnibus, vbi hoc tenet glo. & probatur in dicta l.
14 penultima ad exhiben. In contrarium eſt regula, † quia alteri per alterum non acquiritur. inſt. de inutil. ſtipul. § ſi quis alij. & pro hoc quod no. de vſuris, quamquam. libro ſexto. vbi dicit Ioan. And. quod penſio non directo prouenit ex re domini, quod non placet. nam eſt prouentus rei. de deci. paſtoralis. & cap. cum non ſit. vnde propter magnam rei ſterilitatem fit remiſſio penſionis, de loca. propter. dic ergo quod dominus poſſet agere ſine ceſſione, ſed tutius eſt habere ceſſionem. Nono quæro circa ſtatim dicta, quæ ſit ratio, quod alteri quis non poteſt ſtipulari. Solu. colligitur. ff. de verborum obliga. ſtipulatio iſta. §. alteri. quia ſtipulationes inuentæ fuerunt ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi acquirat quod ſua intereſt. nihil autem intereſt mea, quod aliquid detur tertio niſi ex aliqua cauſa ſpeciali mea interſit, quo caſu poſſet alteri ſtipulari, vt ſi ſtipulatus ſui dari creditori meo centum dicta l. ſtipulatio. §. ſi quis ergo, & quod dixi non poſſe quem ſtipulari alteri, intellige abſenti, ſed præſenti poteſt. ff. de verborum obligation. ſi procuratori. C. de inutil. ſtipul. l. 2. vbi hoc notat gloſſ. in verbo ob abſentiam, & per hoc infertur ad quæſtionem ſequentem. Decimo quæro Lucius ſtipulatus eſt a me. 10. dari Titio, tempore ſtipulationis non intererat Lucij: poſtea in-
15 cepit intereſſe, an poſſit agere. † Solut. hæc quæſtio fuit in hoc Paduano ſtudio diſputata, & determinatum per eximiũ doctorem iuris vtriuſque dominum Ioannem Ludouicum: quod non: & videtur caſus in l. ſi quis ita ſtipulatus. §. poſſum. ff. de verborum obligatione, legendo ipſum ſic, poſſum a te vtiliter ita ſtipulari. 10. Titij nomine te ſoluturum ſpondes, & intelligitur: neque enim hoc ſcilicet, hæc ſtipulatio ſimile eſt. id eſt, ſimilis eſt illi ſtipulationi, illi te daturum, ſcilicet, ſpondes: quia ex ea. l. prima agere poſſum ſi mea intereſt; ex quo relinquitur quod ſecus in ſecunda: ex qua nunquam poteſt agi, ex quo ab initio non valuit, quia alteri facta. dicta

actio mandati competit cum cœperit intereſſe: ergo non prius, cuius contrarium dicit §. ſi tibi. præallegatus in proximo contrario. Solutio. mandatum tenet etiam ſi non interſit, vt in dicto §. ſi tibi, & infra proximo contrario dixi: ſed non agitur mandati, niſi cum intereſt: vt in §. mandati. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij debet fieri in manibus ordinarij.*
2 *Prælatus nepoti ſuo prouidere poteſt.*
3 *Reſignatio beneficij liberaliter fieri debet.*
4 *Canonicatus quaſi poſſeſſio quomodo acquiratur.*
5 *Epiſcopus patiens eum in canonicum qui ius non habet, videtur eum approbare.*
6 *Præbenda eſt ius ſpirituale.*
7 *Abundare in allegationibus aliquando eſt licitum.*
8 *Clauſula decreti Papæ quid operetur.*
9 *Clauſula decreti Papæ quid operetur in confirmatione.*
10 *Canonici non poſſunt augere numerum in eccleſia habente numerum iuratum.*
11 *Excipiens in exceptionibus concludere debet.*
12 *Beneficium minus canonice conſecutus non præſcribit quantocunque tempore tenuerit canonicatum.*
13 *Conditio nulla debet in ſpiritualibus interuenire.*
14 *Receptio vltra numerum facta per canonicos, & non præbendarum diuiſio quare teneat.*
15 *Receptio vltra numerum tenet, etiam ſi in eccleſia ſit numerus iuratus.*
16 *Alienare prohibitus ſi alienat in ſpiritualibus non tenet alienatio.*
17 *Periurus non ſemper eſt infamis.*
18 *Canonici recipientes vltra numerum contra iuramentum, an ſint periuri.*
19 *Receptio in canonicum contra numerum a Papa confirmatum an valeat.*
20 *Poſſeſſor bonæ fidei lucratur fructus.*
21 *Clauſulam decreti quis poſſit apponere.*
22 *Clauſula decreti an debeat apponi cum cauſæ cognitione.*
23 *Sententia lata pro vno ex ſocijs an proſit alijs. & num. 24. & 25. vbi econuerſo an obſit.*

Dilecto. Si ad vnicum canonicatum, & præbendam duo ſunt recepti ſimpliciter, receptio non tenet, etiam interueniente legati Apoſtolici authoritate. Primo ponitur factum, & allegatio plurium pro cellerario. Secundo allegatio contra eum, ibi procurator. Tertio diffinitio, ibi, vnde dictum. Quarto, quædam proteſtatio, ibi, ita trecenſi. in antiqua dicitur Senonenſi, & putat Ioan. And. quod Cardinalis fuit oriundus de loco, & prælegit ibi archiepiſcopari, & facit infra contrario tertio reſignauit. inordinata fuit hæc caritas fructus, quaſi lucrerit de fructibus, quod non licet de præbenda: ſed dic, vt infra capitulo proximo, generalis, de vicario epiſcopi an poſſit beneficia conferre: notãt hic Goffredus & Hoſtienſis, quod dic, vt de officio vicarij capitulo vltimo. libro primo. vbi de hoc in gloſſa penultima, dictus quoq; hucuſque allegauit titulum, nunc allegat poſſeſſionem, & ipſius vſum. Egid. canonicus, per hoc videbatur ipſius intentio probata: ex quo ſic agebat &c. ff. ad Macedonianum, l. tertia, quod eſt verum ſecundum Hoſtienſem, quo ad poſſeſſionem. de electione, in Geneſi. ſed non quo ad proprietatem, quo ad quam oportet probare ſuam inſtitutionem canonicam. ſecunda, quæſtione prima, legum de inſtitutione, ex frequentibus, regula prima. libro ſexto, de hoc etiam, infra quæſtione ſecunda, canonicus quaſi, licet eſſet cellerarius, niſi fuiſſet canonicus, non habuiſſet domum: exemplum in eccleſia Bonon. tunc ſcilicet, cum nouiter intrat epiſcopus conſecratus: ſtijt, non porrigendo libellum, ſed ex vi iuris, per allegationes, vel etiam libellum porrigendo, quia in tal... vterq

Digitized by Google

... quod ... primus. quia ob hoc reſigna-
uit præbendæ, vt nepoti archiepiſcopi prouideretur de illa:
ſed potius videtur contrarium, ſupra ibi, donec. Idem G.&c.
etiam in hoc non eſt vis. Aſſenſu præſumpto, & ſi hoc non
agatur, & eſt vna differentia inter illud ius & illud de quo ſta
tim ſequitur, defuncto renunciante, vel alias remoto in eccle
ſia. hoc expreſſe facit contra cellerarium. non poſſunt. poten-
1 tia iuris, non facti de hoc de reſcript. ſciſcitatus. † Nota quod
reſignatio beneficij debet fieri in manibus ordinarij, ibi, in
manibus Remenſi. Archiepiſcopi Ap. ſed. legati. Eſt enim
legatus ordinarius: & de officio lega. capitulo primo, & ſecun
do. libro ſexto. de hoc dixi de renuncia. admonet. & capitulo,
2 quod in dubijs. Secundo no. quod poteſt prælatus † prouide-
re ſuo nepoti. debet tamen cauere quod iudicium ſanguinis
non præponat iudicio rationis ℐ. capitu. graue, quod ſæpe fa-
ciunt, cum ſcriptum ſit, quod nemo carnem ſuam odio ha-
3 buerit. 1 1. quæſtione ſecunda non æſtimemus. † Tertio nota
quod reſignatio beneficij debet fieri liberaliter. de hoc in gl.
prima. Quarto nota multa per quæ colligitur quaſi poſſeſſio
canonicatus, quæ colliguntur in ver. dictus. vſque ad verſicu.
procurator. Et in hoc nota, quod per exercitium rerum ca-
4 nonicalium acquiritur † quaſi poſſeſſio canonicatus, & di-
cuntur iura canonicalia ea quæ ſolis canonicis competunt, vt
patet ibi: quæ non niſi canonico conſueuerat aſſignari. quod
facit ad quæſtio. de facto in talibus contingentem, vt capitu-
letur & probetur, quod iura quæ dicuntur canonicalia ſolis
canonicis ibi competant: quod procedit de iuribus ſurgenti-
bus ex iure ſpirituali, ſicut erat hic, habere domum ſolitam
aſſignari tantum canonico: ſed in iuribus ſpectantibus cano-
nica tui de iure communi, ſicut eligere. de electio. capitulo.
primo, ſufficit probari exercitium, quia hoc ipſo patet hoc
eſſe eius canonicale, cum in hoc de iure communi fundetur
ipſius intentio, per dictum c. primum. Quinto no. de hebdo-
madarijs qui ſtatuuntur in eccleſijs. ibi, in hebdomada ſua: &
licet ſemper clerici debeant a mulieribus abſtinere, maxime
debent in ſua hebdomada. 31. diſtinction. tenere. Sexto nota
de receptione ad oſculum, quam faciunt prælati adinuicem,
vel ſuis canonicis, in verbo ad oſculum, & poſſet hic tex. alle-
gari in conuentu, cum datur oſculum, & quare hic non pro-
fuerit hæc allegatio. dico ℐ. q. 2. & de hoc etiam in glo. 3. & in
ea. ibi autem ſiue a me, nocet mulieri conſenſus ſecūdo poſt
biennium præſtitus alienationi fundi dotalis. ibi, ſtatim vide-
tur, hoc non procedit, quia potuit ignoraſſe modum electio-
nis. Ioan. & Vincen. ibi. l. 1. de hac ſupra cap. proximo, in glo.
ibi, ſi filium, præiudicatur patri qui paſſus eſt filium ꝓ homi;
ne ſui iuris ſe gerere. e. ibi, patientia, nec prodeſt conſenſus epi-
ſcopi: vt ℐ. q. 2. ibi, haberemus, ſola ſalarij perceptio non facit
decurionem eum qui legitime creatus non eſt, ibi. non idcir
co, minus quod pupilli res velut tutor adminiſtraſſe dicitur,
5 ex eius perſona ſeruitutis quæſtionem pati poteſt. † Septi-
mo no. quod epiſcopus patiens in canonicum eum qui non
habet ius, videtur eum approbare: vt hic. ibi, non mouiſti quę
ſtionem. ad hoc de frigidis. capitu. primo. dic tamen hoc non
ſufficere, quia non videtur deſtitiſſe qui diſtulit: ſed qui in to
tum renunciauit. C. de pact. poſtquam. ff. de iudici. deſtitiſſe,
niſi actio ſit tempore limitata. de reſcript. ſi autem. Octauo
nota. quod ſuper beneficio poteſt agi poſſeſſorio vti poſſide-
tis: vt hic in verbo moleſtatione, iuncta glo. Nono nota, mo-
dum concludendi in vti poſſidetis, vt petatur moleſtantem
cogi ad deſiſtendum ab indebita moleſtia. de hoc de proba. li
6 cet. † Decimo not. in ver. procurator: quod præbenda eſt ius
ſpirituale, quod ſingulariter probat text. ibi, ad vnicum ſpiri-
tuale ius, & ℐ. ibi, quoddam ius ſpirituale. licet de hoc dubi-
tetur alibi. & de hoc de conſtit. cum M. & quod prębenda ſit
ius, tenet Innocent. ſ̄. eodem, maioribus, vbi dixi in ſecundo
7 contrario. † Vndecimo not. quod aliquando licitum eſt exu-
berare in allegationibus, vt etiam dicatur id quod omnino
non pertinet ad cauſam, dummodo faciat ad declarationem
eorum quæ concernunt cauſam. Sic enim procurator epiſco
pi allegauit de eccleſia non habente numerum, cum tamen
appareret quod in hac eccleſia erat numerus, vt in ver. præte-
rea. Et Hoſtien. quod ad hoc adiecit, quia oppoſita iuxta ſe
poſita &c. inſtitut. de libertinis. §. 1. & de materia per eum in
ſumma: vt eccleſiaſtica beneficia. poſt principium. Duodeci-
a mo nota argumen. a ſufficienti a partium enumeratione, ſic
enim arguit hic procurator epiſcopi. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iuris l. patre furioſo. de elect. venerabilem. in prin. in ver.
obiectioni. arguitur autem deſtruendo partes ad deſtructio-
8 nem antecedentis: & ſic in effectu arguitur † a conſequenti
deſtructo, quod argumentum de iure procedit. ff. de pactis,
... quidem ... poteſt
nullo modo tenere poteſt. Decimotertio not. quod in eccle-
ſia non habente numerum ius creatur cum electo in canoni
cum, & extinguitur cum defuncto, ad quod allegatur quoti-
die hoc cap. In eccleſia vero habente numerum ius non ex-
tinguitur: ſed vacat, vt hic in ver. in eccleſia, & per hoc dicit
Innocen. quod ſi in eccleſia vbi non eſt certus numerus ſunt
plures canonici, ex quibus vnus moritur, non valent literæ ſi
impetrantur ſuper illius canonicatu alteri confereudo, quaſi
vacet: quia non vacat: ſed deſinit, vbi vero eſt numerus,
non deſinit, ſed vacat: vt prædixi, & facit. C. de proxim. ſacro.
ſcri. l. comperimus. libro 12. de ſacroſanct. eccleſ. non plures.
9 de aduo. diuer. iudi. petitione. † Decimoquarto nota de clau-
b ſula decreti b quæ apponitur in confirmatione, quid opere-
tur clauſula decreti Papæ. dic vt de reſcriptis. tibi. eodem ti-
tulo, ſi Apoſtolicæ. libro ſexto. Decimoquinto nota, quod ſi
debet augeri numerus canonicorum, debet interuenire com
munis conſenſus illorum quorum intereſt, ſecundum In-
nocent. ſed cum hoc ſecundum Hoſtien. debet interuenire
conſenſus epiſcopi ad quem ſpectat vnio & diuiſio ℐ. capitu.
proximo, de his quæ fiunt a præla. tua. & capitulo paſtoralis.
de dona. paſtoralis. de exceſ. prælatorum ſicut, quod ſic intel-
10 ligitur. † Decimoſexto not. ꝙ in eccleſia habente numerum
iuratum, non poſſunt canonici augere numerum, vt hic in
ver. niſi forte: quod dic vt ℐ. in quinto contrario, & tribus ſe-
quentibus. Decimoſeptimo nota, quod legatus non poteſt
immutare actum per Papam cōfirmatum cum adiecta clau-
ſula decreti: ſi autem non eſt adiecta, quid iuris, dicitur in gl.
11 ante. † Decimooctauo nota, quod excipiens in exceptioni-
bus debet concludere, vt pro ſe pronuncietur excludendo
agentem: ita probatur hic in verſicu. propter. intelligendo
quod epiſcopus eſſet reus. Decimonono nota, quod non præ
ſumitur in dubio per electionem plurium canonicorum,
quod eligentes intendant augmentare numerum. de hoc in
12 gloſſa penultima. Vigeſimo nota, quod conſecutus † benefi-
c cium c minus canonice non præſcribit quantocunque tem-
pore tenuerit canonicatum. pro hoc, prima quæſtio. prima,
principatus. de inſtitu. cap. 3. regula prima. libro ſexto, imo ta-
lis cogitur ad reſtitutionem perceptorum: vt hic in verſi. vn-
de, quod intellige, vt ℐ. quæſtione prima, pro hoc de his quæ
fi. a præla. continebatur. de iurepatr. cum dilectus. in fi. & hoc
ex quo conſtabat in iudicio contentioſo, ſed in pœnitentiali
ſtatim tenetur, quia non dimittitur peccatum, regula pecca-
tum. libro ſexto. Vigeſimoprimo nota, quod etiam ſi de iu-
re res inter alios acta, &c. alijs non obſtet, tamen iudex hoc
etiam proteſtatur: vt hic in fine. & eſt vtilis proteſtatio pro
pleniori declaratione mentis iudicis. Vigeſimoſecundo nota
de verbo, ſententialiter, quod ſæpe ponitur in ſententijs, ta-
men non eſt de neceſſitate. Oppono quod non value-
rit reſignatio ex alio capite quam exprimatur in tex. Reſi-
gnauit enim, vt conferretur nepoti legati, cum tamen in ſpi-
13 ritualibus non debeat interuenire aliqua † conditio. prima,
quæſtione ſecunda, quam pio. Solutio. vt in gloſſa prima,
quæ intelligit, quod renunciauit pure, & ſecundum Gof-
fredum & Hoſtien. hoc ſonat verbum, liberaliter, quod eſt
in textu. quod tollit omnem ſuſpicionem. infra de ſimonia.
pro hoc de officio delegati. ex parte, primo. Secundo oppo-
no, quod non valuerit prouiſio legati. Nam non poteſt
legatus conferre beneficia. de officio legati, capitulo primo.
libro ſexto. Solutio, illud de legato de latere, qualis non erat
iſte, vel ſi de latere, vt quia forte iſte fuerat legatus Cardina-
lis, & poſtea archiepiſcopus. de quo ſupra cap. dilectus. ſunt
enim hæ ambæ decretales eiuſdem autoris. Tenuiſſet pro-
uiſio niſi obſtitiſſent quæ dicuntur in verſic. procurator. Ter
tio oppono ad hoc, quia ſi fuiſſet Cardinalis non potuiſſet fie
ri archiepiſcopus, cum non liceat deſcendere. Solut. vt dixi
in dicto

ADDITIONES.

a Argumentum a ſufficienti. Adde c. cum venerabilis. de excep. c. venerabilem. de elect. l. filius in §. filius. de lega. 1. Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſcopis & cleric.

b De clauſula decreti. Adde Pet. de Anch. in rep. cap. canonum. de conſtitu. Io. de Lig. in cap. quia fruſtra. de vſuris. in 2. colum. Abb. in cap. cæterum in 2. co. de reſcrip. do. in c. 3 de conceſ. præben. lib. 6. Bar. in l. omnes populi. in 3. q. principali. ff. de iuſtit. & iur. Bar. Salyc. Ful. & Pau. de Caſ. in l. omnium. C. de teſtam.

c Conſecutus beneficium. Adde glo. iuncto tex. & ibi docto. in cap. literas. de ſupplen. negligen. prælatorum.

Digitized by Google

cauſa caſſationis: vnde Innocent. ponit hanc ſecundam: &
non perſiſtit in prima. tamen ſolutio prima poteſt bene de-
fendi, & habet eundem ſenſum cum ſecunda. rationem au-
14 tem diuerſitatis, quare tenet receptio † vltra numerum fa-
cta per canonicos: & non tenet præbendarum diuiſio: reddit
Hoſtien. quia primum cenſetur de iure priuato, cui poteſt re
nunciari. Secundum de iure publico, cui renunciari non po-
teſt. de foro compenti. ſi diligenti. vbi de hoc. Item per pri-
mum fit melior conditio eccleſiæ: quia ibi ſalus vbi multa ꝯ
ſilia. de officio delegati prudentiam. verſicu. illa. Per ſecun-
dum vero poteſt induci mendicitas in opprobrium cleri, &
eccleſiæ, de hoc plenius infra quæſtione ſeptima. Quinto op-
pono, in verſicu. niſi forte, quod, etiam ſi in eccleſia ſit nume
15 rus iuratus, † tenet receptio in canonicum vltra numerum:
quia ſi quis iurauit non vendere librum, tenet venditio, licet
vendens ſit periurus: ſic etiam tenet matrimonium contra-
ctum contra iuramentum: licet contrahens ſit periurus. in-
fra de ſponſa. ſicut. Solut. quidam ſtant contrario dicentes ſe-
cundum Innocent. quod hæc eſt allegatio. hæc ſolutio tolli-
tur ex text. quia Papa ſecundum hanc allegationem fert ſen-
tentiam infra in verſic. vnde, poteſt tamen reſponderi, quod
Papa non fundauit ibi ex allegatis hic, quæ non faciebant ad
propoſitum. Sed de his quæ præcedunt quæ contingunt ca-
ſum noſtrum. Innocent. autem tenet quod non valet rece-
ptio contra iuramentum: ſicut etiam ſecundum eum non va
let ſi numerus eſt confirmatus a Papa cum clauſula, ſi quid
contra factum fuerit, non valeat. vt hic, & ſupra capitulo, pro
illorum. de coſtitut. cum acceſſiſſent, & capitulo cum M. &
hoc tenet Hoſtien. in ſumma: vt ecclaſtica beneficia. poſt prin
cip. Secus dicit Innocen. in exemplis ſupradictis, cum quis iu
rat non vendere librum, vel non contrahere matrimonium.
vt ſic ſit ſpeciale in ſpiritualibus, vt non valeat in eis: quia fit
contra iuramentum, de hoc in Specula. de emptio. & vendi-
tio. §. tertio loco. verſicu. quid ergo, & hoc placet Archidiac.
infra capitulo, ſi a ſede. libro ſexto. Ioan. Andr. dicit poſſe de-
fendi, quod etiam receptio in canonicum contra iuramen-
tum facta tenet, licet recipientes ſint periuri. pro hoc facit
quod no. de conſtitu. cum acceſſiſſent, & in Specu. de legato.
§. nunc tractemus. ver. ſed ſi legatus, & de hoc ibi per Ioann.
Andr. qui refert ſic fuiſſe diſputando determinatum, niſi in
caſu in quo recipiens ſciens de iuramento procuraſſet ſe reci
pi. tunc enim periurus eſt, tanquam qui dedit cauſam periurio
22. quæſtione quinta, capitulo primo, & ſic tanquam periu-
rus repellitur. de iureiuran. quærelam. Dic procedere eo caſu
quo contrauenientes ſunt periuri: quod quando ſit, dico infra
contrario octauo. pro hoc facit quod not. in regula quod ſe-
mel. in quæſtione. libro ſexto. & de hoc etiam in tribus ſe-
ſequentibus contrarijs. Sexto oppono, ad hoc de iſta litera,
quæ probat receptionem non tenere. Solu. vt ſtatim dixi: vel
ſecundum Ioan. And. non dicitur hic quod non ualeat rece-
ptio: ſed quod non debeat fieri: & hoc placet Petr. & Egid.
Sed contra hanc ſolutionem eſt litera in verſic. quamquam.
vbi dicitur quod valet receptio vltra numerum: & deinde
ſubmittitur exceptio, niſi ſit numerus iuratus. Exceptio vero
ponit effectum contrarium diſpoſitioni præcedenti. de ex-
ceptio. a nobis. Eſt ergo ſenſus, quod quando numerus eſt iu-
ratus, receptio contra iuramentum non tenet: ſed ſaluando
prædictam opinionem, dic, quod non tenet ita quod dicatur
facta legitime: quia recipientes ſunt de periurio puniendi, &
ſufficit quod in hoc iſta duo æquiparentur ſcilicet, quod nu-
merus ſit iuratus: vel quod ſit confirmatus, adiecta clauſula
decreti, de qua in litera. Nam vtroque caſu licite non contra-
ueniunt, ſed eo caſu quo eſt adiecta clauſula, plus eſt, quia
etiam receptio non tenet, vt infra in nono & decimo con-
trarijs: ſecus in iuramento: quod non vitiat receptionem,
niſi, vt dixi in proximo contrario. Septimo oppono, ad hoc,
16 quia ſi prohibitus † alienare alienat in ſpiritualibus non te-
net alienatio. quod tenet Innocent. infra de teſtauten. Ray-
naldus, in verbo teneret. Solutio, qui iurauit non alienare
non propterea eſt ipſo iure prohibitus alienare: licet alienan-
do fiat periurus. Octauo oppono ad idem. quia ſi recipien-
tes ſunt periuri, ſunt infames, ſupra de teſtibus, teſtimo-

caſus contingere quod periurus non ...
tionabili recedit a iuramento. de iureiurando, quemadmo-
dum. Sic, & in caſu iſto poteſt eſſe quod recipientes non ſunt
periuri, vt quia augeantur facultates, quo caſu poteſt augeri
numerus non obſtante iuramento ex vi conditionis ſubintel
lectæ. de conſtitution. cum M. Item præſuppoſito, quod
etiam ante receptionem eſſent periuri, non per hoc ipſo iu-
re ſunt tanquam infames ab actibus legitimis excluſi, ſed
excludendi. de iureiurando. querelam. Et prædicta debent
intelligi ſecūdum Ioannem Andream, quando canonici col
legialiter contraueniunt. pro hoc nota. de reſcriptis, conſti-
tutis, & quod dixi de officio vicarij, capitulo penultimo,
quæſtione decima, Paul. in clementina. vt profeſſores. de re-
18 gula. quo ad hoc, an recipientes † contra iuramentum
ſint periuri. diſtinguit, quandoque canonici iurarunt ſtatu-
tum numeri: quandoque iurarunt contenta in ſtatuto. pri-
mo caſu ſi contraueniunt collegialiter, non ſunt periuri:
quia contraueniendo tollitur ſtatutum, & ſic etiam tollitur
iuramentum. Secundo caſu contrauenire non poſſunt, quin
ſint periuri. Ioannes de Lignano reprobat hanc differen-
tiam, dicens idem eſſe, iurare ſtatutum, vel iurare con-
tenta in ſtatuto, niſi iurentur contenta non facta mentio-
ne de ſtatuto, ſicut idem eſt confiteri inſtrumentum, vel
confiteri contenta in eo: vt notat Innocentius de exce-
ption. cum venerabilis, niſi fiat confeſſio non facta men-
tione de inſtrumento. dic quod etiam hæc fuit mens Pau-
li. Nam quando iurantur contenta in ſtatuto, per hęc ver-
ba, iuro contenta in hoc ſtatuto ſeruare: potius iuratur
ſtatutum, ex quo habetur ad ipſum relatio, quam iuren-
tur contenta, & de hac materia etiam dico de de his, quæ
fiunt a maiori parte capituli. capitulo primo, quæſtione ſex-
ta, & videtur, quod etiam ſi iurentur contenta in ſtatuto,
non habita relatione ad ſtatutum, tamen collegialiter poſ-
ſint contrauenire, intelligendo, quod iuramentum ſit de
concernentibus collegii, vel ſingulorum: puta ſi collegium
laicorum deliberat non recipere aliquem ad collegium niſi
ſoluat decem: & ſinguli iurant non recipere non ſoluen-
tem. Nam ſi collegialiter contraueniunt, videtur colle-
gium remittere obligationem ſibi acquiſitam: quod po-
teſt. de iureiurando, capitulo primo, & ſic contrauenientes
non ſunt periuri. & hanc cogitationem habui in ſcho-
lis dum legerem, & non inuenio tactam quod autem prius
dictum eſt, procedit quando collegium non poteſt remit-
tere iuramentum: vt quia non concernit eius fauorem. No-
19 no oppono, quod valeat receptio † contra numerum con-
firmatum a Papa, etiam ſi ſit adiecta clauſula, quod ſi
quicquam contra fieret non valeat: quia talis clauſula adij-
citur in fauorem canonicorum: ergo poſſunt renunciare, C.
de legibus, quod fauore. de regula. ad Apoſtolicam, Inno-
cent. videtur ſtare contrario, dicens quod nulla videtur ra-
tio quare canonici non poſſunt contrauenire, quando adie-
cta eſt clauſula, ſicut poſſunt quando non eſt adiecta, ni-
ſi ſecundum eum dicatur, quod hoc voluit Papa ſtatuere hic
de nouo in fauorem eccleſiarum ad euitandum infinita-
tem electorum, ad hoc de reſcriptis, cum in multis. libro
ſexto, & importunitatem petentium ſe eligi. quia plerun-
que per præces, vel minas conſueuerunt canonici violare ſta-
tutum, de priuilegio, cum olim, ſecundo, quod nota, & de
hoc etiam in ſequenti contrario. Decimo oppono ad idem
per contrarium, quod etiam ſi non ſit adiecta clauſula, non
teneat receptio contra numerum confirmatum a Papa, de
confirmatione vtili. capitulo primo, & ſecundo. Gloſſa, imo
mo ſtat contrario, deinde mutat opinionem, dicens, quod
ſine clauſula non obſtaret confirmatio quin poſſent contra-
uenire, quod eſt verius. Et idem tenent Vincentius Ho-
ſtienſis, & Gcffredus, qui dicunt, quod augmentatis facul-
tatibus non poteſt augeri ſi eſt adiecta clauſula, operatur e-
go clauſula, quod numerus videtur confirmatus fauore ec-
cleſiæ. pro hoc eſt quod dixi in proximo contrario: nec ec-
cleſia, id eſt capitulum poteſt hoc caſu renunciare ſuo fau-
ri, infra eodem, cui de non. libro ſexto, & pro hoc
* cuius conſtitutione, cum acceſſiſſent: & hoc * commun
approbat

Digitized by Google

petitionem.Sol.vt in glo.quia dicit non eſſe connexitatem
inter cellerarium, & G. quia agendo contra vnum non agi-
tur de iure alterius:ſed in contrario,& ſimilibus ſecus, quod
eſt verum.Nam in c.ad petitionem: ſi non tenuit deſtitutio,
neceſſario ſequitur ꝙ nō tenuit alterius inſtitutio. ſed poteſt
eſſe quod non tenuit receptio cellerarij,& tñ per hoc nō dēr
ceſſari receptio cellerarij.imo eſt diſtinctum.ad hoc facit qđ
no.in c.Daniel.alle.in glo.& quod dixi in d.c.ad petitionem,
in hac glo.ibi:denunciaſſe.de hac dico de ſimo.dilectus 2.cō
trario 3.ad fi. Quæro quid petebat procurator Trecenſis epi-
ſcopi.dicit Hoſt. ꝙ petebat nomine epiſcopi a cellerario fru-
ctu præbendæ quam tenebat,& ꝙ ei imponeretur ſilentium
ſuper ea.pro hoc facit quod dicitur in fin.in eo,ꝙ cellerarius
condemnatur ad reſtituendum ea quæ tenebat ratione inſti-
tutionis,quæ reprobatur vt in text. Exponit Innoc. quod co-
gitur reſtituere ea quæ tenebat,id eſt,poſſeſſiones, & iura ad
præbendam ſpectantia,quod potuit petere epiſcopus, ad cu-
ius collationem ſpectabant præbendæ,& ſic etiam potuit pe
tere ꝙ imponeretur cellerario ſilentium,ꝓut imponitur hic
in fi. Sed ad reſtitutionem faciendam ſibi non poterat agere
epiſcopus nomine ſuo. Opp.ad hoc:quia debuit etiam com-
pelli ad reſtituendum fructus perceptos. Sol. Egy.ꝙ illos fuit
20 lucratus:quia poſſedit bona fide.ꝓ hoc facit quod no.de off.
dele.cum cauſa.in fi.pro hoc etiam, ꝙ dixi ſ. in 20. notabili.
Secundo quæro,in eo quod cellerarius multa pro ſe induxit,
quę & quot ſint illa.Dic quod octo. Primum,quod fuerat in
ueſtitus in prębēda per legatum. Secundum,quia capitulum
Trecēſe aſſignauerat ei ſtallum &c.Tertium,ꝓcurator gene-
ralis ep̄i Trecenſis approbauerat prædicta.Quartum,quia cel
lerarius legerat euangelium ſua hebdomada ſicut alij cano-
nici.Quintum,quia interfuerat electionib. Sextum,quia ha-
buerat domum tanquam canonicus.Septimum,quia fuerat
receptus ad oſculum ꝑ epiſcopum.Octauum,quia per bien-
nium non fuerat ei ꝑ epiſcopum mota quęſtio.& ꝓ hoc vlti
mo eſt j.de frig.c.1.Sed dic ꝙ p̄dicta non ſuffecerunt. Primo
namq; non profuit inſtitutio legati:quia,vt dixi in 3.ꝯrio, le-
gato non licuit infringere priuilegium canonicorum, licet
canonici ad quos ſpectabat receptio autoritate propria hoc
potuiſſent.Secundum etiam non profuit: quia ſi non tenuit
inſtitutio,nec tenuit inſtallatio,neq; canonici inſtallantes vo
luerunt dare ius nouum. Tertium etiam non iuuit,quia con
ſenſus ꝓcuratoris generalis non præiudicauit ep̄o, cum non
eſſet ei hoc commiſſum.pro hoc eſt quod hic dicitur,in glo.
2.& quod dico de conceſ.pręben.c.1.q.2.imo plus dicit Inno.
quod etiam conſenſus ipſius epiſcopi non profuiſſet, ꝓ hoc,
quia non poteſt diſponere contra ius, de tempo. ordin. dile-
ctus.ſ.c.dilectus. vbi de hoc in glo.pe. Quartum quintum,&
ſextum non profuerunt: quia non prodeſt poſſeſſio in bene-
ficijs,cum in eis requiratur canonica inſtitutio.regu.1. lib.6.
nec hic agebatur poſſeſſorio, ſed petitorio. Septimum non
iuuit per id quod dicitur hic in glo.3.Octauum non iuuit.qa
non videtur epiſcopus deſtitiſſe ex eo quia diſtulerit:vt 7.no.
Et prędicta glo.2.ibi.§.vltim.procurator omnium bonorum
adminiſtrationem habens iuramentum defert.Item paciſci-
tur, vt in ſe.l. legitime, & præpoſito pecunijs non videtur eſ-
ſe mandatum,vt ſoluat niſi quibus debetur.ff.de ſol.ſi is cui.
Abb.ibi:ſi procurator tuus ſoluit indebitum, & ratum non
habes,repetis.ibi, ſi pater. per liberam peculij adminiſtratio-
nem quam pater filio concedit videtur conceſſiſſe,vt in frau
dem creditorum alienet.ibi,creditor.§.vlt.licet nepoti com-
miſerim liberam adminiſtrationem bonorum meorum, vt
poſſit vendere alienare &c.& paciſci,promittens ꝑ eum facta
rata habere,& non contradicere,ſolum quatenus ex fide agit
videor mandaſſe. Tertio quæro,in eo quod cellerarius petijt
epiſcopum coerceri a ſua moleſtatione, quam actionem in-
tentauit.Dicit glo.4.quod interdictum vt poſſidetis,quod te-
net Innoc. dicens ꝙ epiſcopus eum; vt canonicum non tra-
ctabat, vel ēt aliter eum moleſtabat in poſſeſſione iurium ca-
nonicatus.vel ſecundum Inno.Implorauit ſuꝑ hoc officium
iudicis:vel ſecundum eum melius dic,ꝙ agebat ep̄s quaſi ne-
gatoria contra cellerarium,vel cellerarius quaſi confeſſoria ꝯ
epiſcopum.Hoſt.dicit non curandum de nomine actionis.de
iud.dilecti. Dic tamen ꝙ magis conuenit literæ ꝙ cellerarius
agebat,ꝑ id quod dicitur hic in prin.ibi, cellerarius propo-
ſuit,& in ver.procurator.vbi dicitur,ꝙ procurator ep̄i propo
ſuit ex aduerſo, & hic bene fuit locus interdicto vti vti poſ-
ſidetis ad euitandam moleſtationem. Quarto quæro,in eo,ꝙ
hic dicitur quod non valet receptio contra numerum confir
matum adiecta clauſula decreti.quod valet in alijs confirma-
tionibus,& priuilegijs in quibus adijcitur hęc clauſula. Dicit
bet iudex etiam delegatus eam poteſt apponere in his, quæ
ad ſuam iuriſdictionem pertinent.7.q.2.quia frater. C.de iu-
di.properandum.§.ſin autem reus abſuerit,1. & §.præceden.
imo ſecundum Innocent. quilibet priuatus hoc decretum
poteſt apponere.ff de leg.3.quæſitum,& l.ſiquis in princ.vbi
ſi teſtator apponit talem clauſulam in teſtamento,ſi facit ſe-
cundum,non facta mentione de primo,quod non teneat ſe-
22 cundum.Sexto quæro †an cum cauſæ cognitione debeat ap
poni dicta clauſula decreti.Dicit Inno.ꝙ ſi cum cauſæ cogni
tione apponitur, maiores vires habet: vt not.j.qui ma.accuſ.
poſ.cum in tua. pro hoc eſt quod no.de deſp.impu.ad diſſol-
uendum.Et per hoc videtur Innocen. ſententiæ quod etiam ſi-
ne cauſæ cognitione poſſit apponi, quod maxime procedit
in priuatis perſonis,pro hoc facit quod dixi in q.præceden.Se
ptimo quæro in eo quod procurator epiſcopi dixit inſtitutio
nem cellerarij non tenuiſſe:quia capitulum non intendebat
augmentare numerum,quid ſi hoc intendiſſet.Dicit glo.pe.
quod tenuiſſet electio,& in h.d.Inno.quod vacante vna præ-
benda plures poſſunt eligi in canonicos,hoc expreſſo,quod vnus
habeat prębēdam integram,& alij prouideatur cum ſe facul
tas obtulerit.Sed ſi ſimpliciter recipiuntur,non valet:quia in
telliguntur recepti ad vnam præbendam,& ſic fuit hic: quia
non expreſſerunt aliquid,ideo non tenuit receptio.Opp.
ad hoc ſ.de conſti.cum M.Sol.Innocen.quod ibi fuit expreſ-
ſum quod prædixi,dic melius quo ad illud c.vt ibi dixi. & ip-
ſe Innocent.non videtur perſiſtere in ſuo dicto. Sed dicit in
eadem gl.quod in eccleſia habente certum numerum cano-
nicorum,vel præbendarum,vel vtrorunq;,ſi eligitur canoni
cus vltra numerum valet electio,& rumpitur priuilegium nu
meri canonicorum:ſed non rumpitur quoad numerum pręb
endarum,& h.d.bene colligi ſ.c.dilectus, & dic vt in d.cap.
cum M.Ratio diuerſitatis ſecundum eum,quia quo ad cano
nicatus tenet electio non obſtante numero. Sed electio plu-
rium ad vnam præbendam non valet, quia eſt contra conci-
lium Turon.niſi vellent nouum ius ſtatuere j.cap. vacāte.ſ.
eodem,tuę.ergo non rumpitur numerus.Item,in prębendis
ſtatutum eſt ꝙ non teneat receptio plurium ad vnam prębē-
dam:quia non tenet receptio niſi prębēda vacet j.de conceſ.
pręben.c.1.& ſ.c.maioribus.Sed in canonicatu non ſic ſtatu-
tum eſt.Ratio rationis ſecundum Inno. quia cum prębenda
maxime conſiſtat in rebus corporalib.non poteſt ius pręben
dale fieri niſi poſſeſſiones alicuius p̄bendę diuiderent,& hoc
eſſet malum:quia vna eſſet pinguis:alia nō.in d.cum M. Sed
ius canonicatus eſt incorporale,& indiuiſibile, & multi poſ-
ſunt ipſum habere ſine aliorum damno. dicit tamen Inn. nō
eſſe malum dicere quod canonici poſſunt de omnibus præ-
bendis vel de vna pingui nouam facere j.c.proxi. Sed Inn. in
alia glo.dicit melius dicendum,quod ad vnum ius canonica-
tus non poſſunt duo elegi:ſic quod ipſi electi habeāt tantum
vnam vocem in electionibus, & in alijs, & quod fungantur
in omnib.vice vnius.Sed bene poſſunt duo eligi qui habeant
duas voces,tamen ſecundum eum licet poſſint canonici face
re plures canonicos,vna tantum præbenda vacante non pñt
ius canonicatus dare ad vacaturam j.de conceſ.præben.ca.2.
Nam canonicatus eſt miniſterium,de quo fit ibi prohibitio.
quod no.& facit quod no.j.c.proxi. Ex iſtis conclude, ꝙ nu-
merus canonicorum facilius rumpitur quam numerus præ-
bendarum,ꝙ declara vt dixi in d.c.cum M. de hoc etiam ſ.ꝯ-
rio 4. Octauo quæro,ſi poſt ſententiam latam contra cellera-
rium ageretur contra G. & ipſe obtineat, an procederit hoc
cellerario,vt retractetur ſententia lata contra ipſum.Glo.vlt.
23 argum. ꝙ ſic: † quia ſententia lata pro vno ex ſocijs prodeſt
alijs.ꝯrium tenet,& dic,vt in ea.& ꝓ hoc eſt,quod dixi de ap.
vna ſentētia,& in hac glo.ibi,cum ſnīa proceſſit. ſubaudi vni
ca.ibi,non poteſt ideo victoria vnius alijs prodeſſe vt ibi.No-
no quæro circa hoc,vt quærit glo.ea.ibi:per decreta. iſtam,&
ſolue,vt in ea, & fuit quæſtio dominicalis Brixien. & incipit
duo fratres ex eodem patre,& cum gl.tenet Spe.de ſententię
prolatione.§.nunc de effectu. ver. ſed pone,& efficax ratio ꝓ
glo.eſt,quia potuiſſet alter obtinuiſſe diſpenſationem, & al-
ter non.de conſang.quia circa. Item potuiſſet in primo iudi-
cio fuiſſe colluſio. vel in ſecundo iudicio fuerunt reprobatæ
primæ probationes.pro hoc facit.ff.de adul.denunciaſſe, vel
condem-

ADDITIO.

a Quod non tenebit contra factum.Adde Archid.& Io.And.in c.cum de be-
ne.ſic.o.ſo.ti.lib.6.

34 [illegible]
35 *Surrogati an remouebuntur ſi diſpenſabitur cum priuato.*
36 *Ordinari nolens an poßit excommunicari.*
38 *Diſpoſitio vt ſubſiſtat, quæ ſuffiiant.*
39 *Diſpoſitio quando habet tractum ad futurum poteſt diſponi etiam ſuper non ente.*
40 *Mandatum de prouidendo eſt particulare, & indiniduum, licet incertum.*
41 *Diſpoſitio generalis quo caſu non comprehendat futura.*
42 *Diſpoſitio indefinita æquipollet vniuerſali.*
43 *Eccleſiæ nondum conſecratæ poteſt legari, & hæreditas relinqui.*
44 *Collatio facta per capitulum alteri quam impetranti an valeat.*
45 *Agatur ne durius cum miniſtro.l.quam cum l.*
46 *Factum contra formam datam quando ſit nullum*
47 *Denuntiatio præcedens impedit actum poſtea geſtum contrarium.*
48 *Collatio facta contra mandatum Papæ quando teneat.*
49 *Debitor an poßit agere vt remittatur denuntiatio.*
50 *Litera monitoriæ tribuunt ius.*
51 *Impetrans Apoſtolicus an acquirat ius in re.*
52 *Receptus in canonicum an poſſit agere contra eum qui contulit præbendam alteri.*
53 *Collator an poſſit aſſiſtere liti, ſi agitur contra cum cui facta fuit collatio.*
54 *Actio an competat contra confirmatorem.*
55 *Preces maiorum habent vim præcepti.*
56 *Actio an competat ex præceptorijs neglectis.*
57 *Index excommunicatus tempore datæ reſcripti, & tempore receptionis abſolutus an procedere poterit.*
58 *Prouentuum appellatione quid veniat.*
59 *Canonicus receptus an habebit diſtributiones tanquam habeat præbendam.*
60 *Diſtributiones quotidianæ in eccleſiis cultus diuini augendi cauſa inſtituta ſunt.*
61 *Ius an acquiratur per habens executorias, & quod.*
62 *Clauſula acceptandi infra menſem, quid operetur.*
63 *Dictio ante, quid importet, & num. 79.*
64 *Conditionum inſitam quę habent non ſortiantur effectum niſi illa adueniente vel purificata.*
65 *Clauſula inhibitionis & decreti quando habeant effectum.*
66 *Actus geſtus tempore in congruo quando ſit ipſo iure nullus.*
67 *Geſta pendente aliquo obſtaculo quod poſtea tollitur non ex hoc redduntur valida.*
68 *Collatio, eſt actus legitimus qui non poteſt eſſe in pendenti.*
69 *Clauſula, quod ſi non omnes, quid operetur.*
70 *Executor ſecundus non poteſt conferre beneficium, niſi ſibi conſtat poteſtatem eſſe à primo totaliter abdicatam.*
71 *Poteſtas ſuperueniens non validat actum geſtum ab inhabili.*
72 *Fictio requirit extrema habilita.*
73 *Beneficia eccleſiaſtica ad tempus conferri non poſſunt.*
74 *Periculum non eſt in mora modici temporis.*
75 *Acceptatio & collatio latè differunt.*
76 *Prohibito vno prohibentur ea per quæ peruenitur ad illud.*
77 *Executio pendet a ſententia tanquam a principali confirmata.*
78 *Collatio non poteſt eſſe in pendenti.*

REPETITIO.

Dllectus 2. Si Papa mandat capitulo vt aliquem in canonicum recipiãt, &
præbendam conferant ſi qua vacat, & canonici receptis literis alteri præbendam conferunt, co-
guntur impetrantem in canonicum recipere, & de redditib.
eccleſiæ loco prębendæ ſingulis annis aſſignare, donec præ-
bendam habeat. hoc dicit, ſecundum intellectum quem de-
claro. infra quæſtio. octaua, ſecundum quem eſt caſus ſingul.
facto non conſtaret. ſ. de receptione, licet poſſit prædicta repli
catio proponi poſt conte litem: tamen poſt factam receptio-
nem teſtium ſuper ea teſtes producere non poteſt: quæ verba
videntur obſcura. Hoſtien. ſicut ponit ea, licet proponi poſſit
poſt litem conteſta. non tamen probari. Sed tunc ſecundum
Egi. litera videtur contraria ſibimet: quia in principio innuit
canonicos admiſſos ad probandum: ſed in ver. nec ipſi. dicit
eos non debuiſſe admitti. Et reſpondet, ꝙ in electione iudi-
cis eſt ſi ex officio velit admittere, ne per ſurreptionem, &c.
de elect. cum dilecti. de re iud. cum olim. Simile de præbend.
cum ſecundum, de ætate & qualita. accepimus: ſed per hoc
4 deſtruetur illa regula, quod † allegans turpitudinem ſuam
non eſt audiendus, ex quo poſſet iudex ex officio audire. vn-
de dic quod ſenſus glo. Innocent. eſt, quod replicatio præmiſ
ſa poſſet proponi ante lit. conteſta. & poſt. & etiam probari,
dum tamen non ſint publicatæ atteſtationes. pro hoc ſ. de te-
ſti. fraternitatis. ſed verius eſt quod non expedit ſuper ea pro-
bationes fieri, quia eſt iuris: & de ipſa conſtabit de facto. ſ. ꝙ ca
nonici receperant contra concilium. dic ergo, quod hic con-
ſtitit de receptione ex confeſſione canonicorum qui confite-
bantur illum recepiſſe. ſed dicebant quod contra concilium,
quod iſte replicando negabat, addens, quod etiam ſi verum
eſſet, non debebant audiri, ſuam turpitudinem allegãtes. Sed
inquantum vellet canonicus ſe fundare per confeſſionem ca
nonicorum prædictam, teneretur recipere eam contra ſe ſ.
de inſtit. cum veniſſet. vbi dixi, & tunc eſſet probatum quod
contra concilium facta foret receptio: cuius contrarium hic
dicitur. dic ergo quod non refert quomodo conſtiterit. Nam
etiam præſuppoſito quod conſtiterit per probationes de rece
ptione, & quod canonici fuerunt admiſſi ad probandum, ꝙ
eſſet facta contra concilium, potuit eſſe quod fuerunt admiſ-
ſi: quia tunc non fuit allegatum, quod non eſſent audiendi
tanquam allegantes turpitudinem ſuam: vel iudex admiſit
capitula inquantum deberent de iure admitti, ſecundum ea
quæ no. de offi. delega. cum contingat. tempore vero diſputa-
tionis conſtitit quod non probauerant: ita quod etiam ſi fuiſ-
ſent admittendi, non iuſtificauerant ſuam exceptionem, &
cum hoc etiam conſtitit, quod exceptio de ſui natura non
erat admittenda. Ideo ex vtraque ratione contra canonicos
pronunciauit, & in eo quod dicit Innocen. quod hæc potius
dicenda eſt defenſio quam allegatio. dic confeſſio, id eſt iuris
allegatio. & quod dicit allegatio. ſcilicet, facti, id eſt exceptio
ſeu repliplicatio, vt ſit ſenſus, quod non egebat probatione: vt
etiam dixi ſ. eodem contrario. Item quantum ad illud de al-

trario quarto. Quarto oppono ad idem, quia licuit canonicis
venire contra factum ſuum illicitum. 40. diſtinctione, pœni-
tentes. glo. 3. non ſoluit, dic vt ibi no. de cleri. coniuga. diuer-
ſis, & ſ. de electio. noſti. & quo ad hoc cap. dic quod hic non
quæritur, an canonici poſſint venire contra factum ſuum, vel
non: ſed ſolum dicitur, quod allegantes turpitudinem ſuam
audiri non debent. & in hac glo. ibi, poſt mortem. de hac dico
de præſumptio. tertio. contrario quarto. Ibi per fundum. de
5 hac de ſent. excommun. officij. quæſtio. prima. † Quinto op-
pono ad idem: quia in pari cauſa tupitudinis potior eſt condi
tio excipientis. C. de condi. ob tur. cau. vbi autem. glo. 3. ſoluit
quod quia C. canonicus erat receptus, fuit potior ſua condi-
tio, quaſi velit quod poſſidebat. Ideo potior fuit eius condi-
tio. Goffr. dicit quod circa diuerſa delicta datur replicatio. ſ.
de diuor. ſignificaſti. de adulte. intelleximus. Sed circa idem
delictum non daretur replicatio contra exceptionem in fa-
uorem matrimonij. vel ibi datur replicatio circa diuerſa de-
licta. ſed circa idem delictum non daretur replicatio contra
exceptionem doli. ff. de doli exceptio. apud. §. Marcellus. dic
melius vt dixi de excepi. dilecti. Et in propoſito vera eſt ſolu-
tio glo. quod, quia C. canonicus erat in poſſeſſione canonica-
tus, potior fuit ſua conditio. regula in pari. lib. 6. & in hac glo.
ibi, turpitudinis: vt ſi detur pecunia, vt male iudicetur: vt ibi;
Solu. ſecundum Ioannem. Sexto oppono, quod Papa debue-
rit mandare etiam iſti canonico interim dari diſtributiones
quotidianas. de præben. dilectus. 1. & 2. Gloſſa vltima ſoluit,
ſecundum Pet. & Abb. hic non erant quotidianæ diſtributio
nes. dic melius, vt dixi de conſtitu. cum M. & in d. c. dilectus.
Et in ꝓpoſito ſufficit quod de hoc refricatur quęſtio, vtrum
deberentur, vel non. Quæro, ſi canonici præpoſitum vnius ec
cleſiæ elegerunt in ſuum decanum, ſcientes, quod nititur
vtranque retinere, & in hoc ſibi conſentientes, an ſi poſtea
pœnitent ſint audiendi accuſantes vel agentes contra ipſum:
videtur quod non. argum. de cleri. coniuga. diuerſis: & alio-
rum iurium quę allegat glo. ibi, & ſi obſtat. vſque ibi, argum.
contra. In contrarium, per iura quæ allegat eadem glo. ibi. ar-
gum. contra. vſque ibi. nonne. dicit Hoſtien. quod ad minus
in modum denuntiationis admittentur ratione pacti, de iu-
reiuran. quemadmodum. ad fin. de deſpon. impub. ad diſſol-
uendum. 35. q. 6. conſanguinei. præmiſſa trina monitione. de
accu. qualiter. de quo dic, vt no. de præb. cum non ignores.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij ſimplicis receptione quo caſu vacet primum.*
2 *Dominium quo caſu facilius perdatur quam poſſeſsio.*
3 *Ordinarius poteſt diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum ſimpli-
cium.*
4 *Actiones duas quis habet ex eadem re.*
5 *Ordinarius conferens ſcienter videtur diſpenſare.*
6 *Factum de authoritate ſuperioris a non habente alias poteſtatem tenet.*
7 *Reſponſio debet conformari interrogationi.*
8 *Prouiſio vel confirmatio facta per non habentem poteſtatem non impe-
dit electionem vel prouiſionem eorum ad quos pertinet.*
9 *Prębenda receptione quare vacat alia in eadem eccleſia, nec poteſt epi
ſcopus diſpenſare, ſecus in diuerſis.*
10 *Beneficium quando dicatur vacare de iure & de facto.*

Literas. Legitur varijs modis, vt ſ. in vltimo contrario, &
in 2. quæſtione: ſecundum veram lect. h. d. Si
hñs prębendam in eadem eccleſia recipit dignitatem cum p̃-
benda, vel aliam præbendam, vacat prima. & quamuis a ſupe
riore ſibi conferatur, tamen valet eius imperratio, etiam ta-
cito de poſſeſſione quæ colorata non eſt. Primo ponitur con
ſultatio. Secundo reſponſio. ibi, cum igitur. Prima ſubdiuidi-
tur: quia primo ponit formam mandati pro actore directi. Se
cũdo allegationem actoris, ibi, de facto: Tertio defenſionem
rei, ibi, ſed præpoſitus. Quarto elicit dubia ex prędictis, ibi, vſi
concilij ſ. c. 3. inueſtire. i. prius conferre: & poſtea in poſſeſſionẽ
inducere, ſic ſ. c. propoſuit. de pręben. pro illorum. præpoſi-
tus nunc canonicum ſine perſonatu. Gof. canonicorum mino-
ris eccle-

Digitized by Google

... de iure, non
autem de ſacto: vt hic in ver. cum igitur. Regulariter autem
factius perditur poſſeſſio. ff. de acqui poſ. ſi quis vi. §. differen
tia, quod dixi de renun. veniens. Oppono quod conſuetudo
debuerit iuuare præpoſitum: quia derogat iuri. de conſue. ca.
fin. Solu. vt in glo. 3. quæ dicit, quod erat corruptela. vel dic ꝙ
allegauit generalem conſuetudinem, non ſpecialem, ſecun-
dum aliquos quod nihil eſt: quia idem operatur genus quo
ad omnia quod ſpecies quo ad quædam. de offi deleg. ex par-
te. vel dic ꝙ non probauit conſuetudinem: quia nec apparet
de probatione: alias videretur valuiſſe. Nam poteſt quis de
conſuetudine habere dignitatem, & canonicatum cum præ-
benda in eadem eccleſia. de conſue. c. 1. lib. 6. Sed in hoc aliqui
diſtinguunt, dicentes quem non poſſe habere dignitatem
principalem cum canonicatu: ſed non principalem ſic: quæ
diſtinctio reprobatur ꝟ. de præb. cum in eccleſia. lib. 6. vbi va-
let conſuetudo, vt epiſcopus habeat vocem, vt canonicus, &
præbendam. dic ergo melius: vt ꝟ. q. 2. & in hac glo. in fi. Tan.
Ioan. Vin. & Phi. Secundo oppono quod debuerit valere con
3 firmatio archiepiſcopi, cum poſſit ordinarius † diſpenſare ſu-
per pluralitate beneficiorum ſimplicium: vt not. de elect. du-
dum. 2 Glo. vltima, ſoluit quod non poteſt diſpenſare, vt quis
habeat plures præbendas intitulatas. 70. di. ſanctorum. de cu-
ius capituli intellectu, dixi de cle. non reſid. c. fin. de reſcriptis.
cle. gratiæ. deinde glo. videtur ab hoc recedere, dicens in ſim-
plicibus non eſſe epiſcopis adeptam poteſtatem diſpenſandi:
dicit tamen ꝙ non poteſt epiſcopus diſpẽſare, vt quis habeat
plura beneficia in eadem eccleſia. quod dicit hic colligi, &
idem tenet Inno. ſecundum gl. in fine tenet ꝙ diſpenſare poſ
ſit. Dic verius ꝙ non poteſt, & de hoc ꝟ. in 5. contrario, & in
hac gl. ibi, ex conuentione. de hoc de re iud. quod ad cõſulta-
tionem. in gl. ibi. l. vl. in fi. patronus, aliam ſibi deſponſauit vel
deſtinauit hoc ipſo iure diuertere a libertate. ibi, municeps. 2.
vide de foro comp. ex parte. in 3. glo. & in c. penul. in glo. 2. Si
mulier. ſi vxor quæ nomina fœneratitia debitorum vltra do-
tem parafrenalium loco dedit adminiſtranda marito, ab illo
pro his cautionem exegit, erit illa contenta, alias lex dat ſibi
hypothecam in bonis mariti ex quo pecunias exegit. ibi, quo
tiens. vide de præbendis. de multa, in fine vlti. glo. ibi. §. ſcien-
dum. vide de cle. non reſi. cum dilectus. in gl. ſecunda. Tertio
oppono ad hoc. ff. de actio. & obliga. quotiens. vbi quis habet
4 duas actiones † ex eadem re. glo. non ſoluit. dic ꝙ non eſt iuri
contrarium ꝙ ex eadem re quis habeat plures actiones, quæ
recidunt in vnam: ſed duę prębendę non ſic in vnam recidũt
Ioan. And. facit ꝟ. contrario ſequen. Quarto oppono ad idem
C. de rei vxo. act. l. vna. §. ſciendum. vbi mulier habet dotem,
& legatum. Solu. ibi maritus hoc voluit & nulla eſt abſurdi-
tas. hic autem eſſet abſurditas: vt ꝟ. qõ. 3. Quinto oppono ad
5 hoc, quia ex quo ordinarius † contulit ſcienter videtur diſpẽ-
ſare. de fil. presby veniens ſolu. vt in gl. vltim. quę dicit ꝙ non
a intendebat diſpenſare: a quia neceſſarium eſt quod diſpenſa-
tio exprimatur: & in hoc vltimo dicunt aliqui hanc glo. ſin-
gularem. & pro primo, ꝙ hoc non intenderet, facit, quia vi-
detur potius inhærere velle iuri communi. Io. tamen tenuit
contrarium, dicens ꝙ ſi ſciebat intelligitur diſpenſare: vt no.
51. diſtin. qui in aliquo. 54. diſt. ſi ſeruus. in prima glo. 16. q. 1.
eccleſia. primum tenet Inno. de fil. presbyt. veniens. quod dic
vt ibi dixi. & de ſciſmati. fraternitati, & dicit glo. in fin. quod
ex cauſa potuiſſet archiepiſcopus diſpenſare. pro hoc de con-
ſue. c. 1. lib. 6. a contrario, & de hoc in glo. ergo videtur: & ſic
iſte ſinis glo. contradicit ei quod dicit hæc eadem glo. ibi, ſed
vt in eadem. quod dixi ſ. in 2. contrario, & illud verius, quod te
net etiam Ioan. An. dicens, ꝙ licet in diuerſis eccleſijs poſſet
epiſcopus diſpenſare: tamen in duabus canonijs eiuſdem ec-
cleſię non poteſt diſpenſare: & ſic poteſt intelligi hoc c. & be
ne facit de præben. clem. ſi iuſta. & quod ibi not. in vlt. glo. &
hoc communiter tenetur, & rationes huius dic vt ꝟ. quæſt. 3.
Sexto oppono, quia ſi non valuit quod fecit archiepiſcopus:
ita quod præbenda vacabat, debuit valere collatio etiam ante
reſignationem factam a poſſeſſore ſ. de pręben. de multa. ver.
is quoque. Soluit Innocen. quod confirmatio, de qua hic nõ
impediret quin ordinarius ad quem de iure pertinet poſſit
conferre. ſed hic loquitur in delegato Papæ qui prouidere nõ
põt niſi prius cogat poſſeſſorem ad reſignãdum. rõ diuerſita-
tis ſecundum eum: quia magis eſt reſtringenda delegati po-
teſtas tanquam extraordinaria. de qua loquitur cap. de multa
præſumendum, quod Papa per ſuas literas dare velit aliqui-
bus cauſam litigij: ſed bene eſt intentio Papæ quod poſſeſſio-
ne aduocata a poſſeſſore detur eccleſia impetranti. in ordina-
rio vero præſumitur, quod velit ius ſuum omni modo de-
fendere. ff. ſi quis ius dicenti non optem. l. vna. de feudis. ca. a.
vel verius dic, quod imo tenuiſſet collatio executorum. Et ad
cap. quia reſpondet, vt infra in prima qõ. Octauo oppono, ad
hoc. ff. quod cum tal. tuto. l. prima. §. fin. & de eo quod no. de
6 electio. nihil, vbi de authoritate ſuperioris tenet † quod fit a
non habente alias poteſtatem. Soluit Innocen. quod præmiſ-
ſa intelliguntur de confirmatione quam conſtat eſſe nullam
& quæ eſt contra ius ſcriptum, & de iure impoſſibilis. argu-
men. ff. de excu. tuto. qui teſtamento. ex quo enim præbendæ
ſunt diſtinctæ in eccleſia, non poſſunt duæ vniri in vna perſo
na: ſicut nec vna diuidi in duas perſonas. de prębend. tuæ.
89. diſtinctione. ſingula. Et per hoc ad contraria dic, quod lo-
quuntur de confirmatione a iure non reprobata, quo ad præ-
dicta tamen, quando teneat collatio, vel impetratio de bene-
ficio ab alio poſſeſſo, dic vt dixi ſupra capitu. cum noſtris. qõ.
18. Nono oppono, quia hic confirmatur triplex quæſtio, &
non datur niſi vnica reſponſio: & ſic contra: quia reſponſio
7 † debet conformari interrogationi. C. de tranſactio. vt reſpon
ſum, infra de ſpon. de muliere. Soluit Hoſtien. quod per vni-
cam reſponſionem, in eo quod dicit prębendam vacare de iu
re & non de facto, ſatisfecit triplici quæſtioni præmiſſæ. Pri-
ma fuit, an præbenda vacare dicatur cum quis aſſumitur ad
aliam, quæ ſoluitur: quia verum eſt quod vacauit de iure, li-
cet non de facto, quod ſemp intellige in eadem eccleſia: vt di
xi ſupra contrario proximo. & ſupra contrario quinto. Secun
da fuit, an per ſententiam deberet priuari. ad quam patet re-
ſponſio: quia: ſi de iure vacat, non eſt neceſſe quod priuetur,
ſed ſolum, quod de facto reſignet, vel remoueatur. Tertia
fuit, an per confirmationem pręmiſſam impediretur vacatio
primæ præbendæ: ad quam patet ſolutio, quod non, ex quo
prima præbenda vacat: non profuit autem confirmatio: quia
hoc non potuit archiepiſcopus: vt ſ. 2. & 5. contrario, & ꝟ. in
3. quæſt. Decimo oppono ad hoc & ad text. quia ſi præbenda
vacabat de iure, ergo conferri debuit per executores etiam
ante receptum mandatum. de quo hic in fin. de præbend. de
multa. ver. is quoque. Innocent. in verbo conferre. videtur ſta
re contrario, exponit enim conferre, id eſt de facto aſſignare.
Nam ſecundum eum etiam ante conferre poterant. dici ta-
men ſatis honeſtum eſſe quod de facto vacet præbenda, vel
ſm eum, licet dñs, i. ordinarius ad quem pertinet collatio poſ
ſit conferri quamcito vacat de iure, delegatus tñ eius hoc nõ
põt niſi expreſſe contineatur in literis ꝙ alius poſſidet. ſ. c. cũ
noſtris, vbi de hoc melius de præb. extirpandę. ver. alioquin.
Plus tñ placet Inno. ꝙ hic prębenda dr̃ de iure vacare: quia in
veritate is qui tenebat non erat prælatus: vt no. de ele. cum di-
lecti. de facto tñ erat pręlatus, vel canonicus, quia eius electio
eſt confirmata, vel de eo prouiſum per eum ad quem ptinet.
ideo tenent ea quæ cum eo fiunt nomine dignitatis, vel pręę-
bendæ. ff. de of. preto. Barbarius. ꝑ hoc de ele. nihil vbi de hoc
ideo neceſſaria eſt admonitio p ſniã, & ẽr de facto: vt hic ſm
Inno. dic ꝙ hęc ꝓcederent in dubio. Aut hic conſtabat ꝙ au-
thoritas ſuperioris non ſufficiebat, cum non poſſit diſpenſare
ẽt ſuper ſimplicibus in eadem eccleſia, vt ſ. in 5. ꝯrio. Sed tñ
impetratio non vr̃ valuiſſe tacito de poſſeſſione colorata, pro
pterea fuit opus ſecũdo mandato, cuius vigore prouidẽt exe-
cutores hic in fi. & ita dixi etiam in d. c. cum noſtris. ꝯrio 7. ni
ſi dicamus quod ibi allegabatur, ꝙ ex cauſa ſpeciali tenebat
collatio, vt ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ, vel ſimili, quod
innuit ibi litera, quæ de hoc mandat inquiri: hic autem non
ſic allegabatur. vnde ſtatim mandatur conferri, ꝙ poteſt intel
ligi ex vi primi mandati: ita ꝙ reſignatio quæ mandatur hic
fieri referatur ad factum. ſ. ꝙ de facto reſignet. ꝯ tamen facit:
quia dubitabatur in hoc capitul. an per aſſecutionem ſecun-
dæ præbendæ vacaret prima: vt in litera, & hoc videtur ſuffice
re, vt

ADDITIO

a Non intendebat diſpenſare Adde glo. in clem. j. de præben. text. in cap. non
poteſt. in fin. de præbend. Cadinal. in cap. diuerſis fallacijs. ſupra de cleric.
coniuga.

ligimus quod conſtabat, dicēdum eſt quod hic non erat poſ-
ſeſſio colorata, quod tenet Abb. dicens quod alio modo pro-
ceditur in c. cum noſtris. quam hic: quia ibi monent executo
res collationem fieri. hic conferunt, & hoc magis conſonat
literæ, & ſecundum hoc etiam non recepto ſecundo manda-
to potuiſſent executores conferre, & ſecundum hoc ſumma
ui. Oppono ad hoc ſ. cap. quia. Soluit Innocent. quod capitu-
lum Eboracen. de cuius proceſſu ibi agitur, bene habebat po-
teſtatem dandi poſſeſſionem præbendarum: & non archiepi
ſcopus. ſ. cap. poſt electionem. Ideo ex quo poſſeſſionem legi
time habebat, non debet alius mitti in poſſeſſionem, niſi eis
prius auferantur quibus erant collatæ per capitulum: licet eli
gi poſſent. dic verius, quod imo nec eligi: quia non conſtabat
ipſo iure quod collatio eſſet nulla. hic autem eoipſo, quod
conſtabat quod habet ſecundam prębendam in eadem eccle
ſia, conſtat ipſo iure quod prima vacat: ideo poteſt conferri,
& impetrari. Secundo quæro quæ fuit ratio quare præbenda
hic vacabat. Solut. patet ex ſuperius dictis in præcedenti q. &
in quinto & in vltimo contrarijs, quia vacabat per receptio-
nem præbēdæ in eadem eccleſia. Alij quod per receptionem
principalis dignitatis. quod dic vt in primo contrario. Inno-
cent. dicit quod præbenda vacauit per receptionem ſecundæ
in maiori eccleſia, vel ſaltem cum poſtea recepit præpoſitu-
ram in eadem eccleſia: quia non poterit habere præbendam
annexam præpoſituræ, & antiquam præbendam in eadem ec
cleſia: & pro hoc vult ſ. contrario ſecundo, & hoc verum: vt
infra eodem contrario. Gloſſ. dicit, quod ſicut per receptio-
nem ſecundi curati, vel perſonatus vacat primum: ita per re-
ceptionem ſecundæ præbendæ vacat prima, & hoc ſi habean
tur in titulum: ſecus ſi in ſtipendium, vel ſecundum eum, in
pluralitate præbendarum diſpenſare non poteſt, ſiue in di-
uerſis epiſcopatibus. 79. diſtinctione, ſanctorum, ſiue in eo-
dem, & ſiue in diuerſis eccleſijs. de prębend. cum non igno-
res: ſiue in eadem: vt hic: & reprehendit Tancred. qui dixerat
contrarium: quia crimina non ſunt palpanda ne incurata ſer-
uentur, quinquageſima diſtinctione, ſi quis diaconus, verius
eſt primum per id quod dixi ſupra in primo contrario, & de
9 hoc in ſequenti quæſtio. Tertio quæro, † quæ ſit ratio diuerſi
tatis quare per receptionem præbendæ vacat alia in eadem
eccleſia, nec poteſt epiſcopus diſpenſare: & ſecus in diuerſis;
dicit Ioann. Andr. quod ratio eſt: quia ſi per diſpenſationem
epiſcopi quis eſt canonicus plurium eccleſiarum, ſemper in
ipſis eſt inuenire numerum completum, ita quod ſi in qua-
libet illarum erat numerus duodenarius, iſte poteſt eſſe con-
ſiliarius & defenſor, tanquam canonicus in qualibet earum.
Item ſi in vna prædictarum eccleſia extra numerum canoni-
corum ſint perſonatus, vel officia perpetua: ſi perſonatum ha
bet cum canonia, numerus non infringitur: quia nunc ca-
nonicatui, nunc perſonatui poterit deſeruire. Sed ſi canonico
vnius eccleſiæ detur alia canonia in eadem eccleſia: aut eccle-
ſia non habet numerum, aut ſic. primo caſu non procedit,
quia iteratio illa fieret ſolum ad vocem, id eſt, verbo, id eſt, eſ-
ſet verbalis, ſicut cum ſecundo manumittitur manumiſſus,
vel baptizatur baptizatus, vel ordinatur ordinatus ad eun-
dem ordinem. C. de manu. vindic. l. ſecunda. 68. diſtinctione.
§. quod ergo, & quod ibi no. Secundo caſu cum habet nume
rum, frangeretur numerus, quia ſi erant 12. canonici, non
erunt niſi 11. & ſi cum alijs quinque diſpenſaretur, eſſent tan
tum ſex. Item ſubtrahitur eccleſiæ conſilium & ſubſidium
vnius, cum ex vna canonia teneretur ad hoc, & per ſecundam
nil additur, vnitas ergo eccleſię, & officiorum prohibeatur ꝙ
diuerſitas eccleſiarum, vel officiorum permittit. Et per hoc
licet ſit plus habere dignitatem & canoniam, quam duas ca-
nonias: tamen ſecundum magis reprobatur in eadem eccle-
ſia. pro hoc quod no. de tranſla. c. fin. & de præben. cle. ſi iuſta.
prę alleg. quæ not. de hoc etiam ſ. contrario quinto. Quarto
10 quæro, quando dicatur beneficium † vacare de iure & de fa-
cto. Solui Hoſti. proſequendo qualiter aliquando vacat de
iure & de facto. Aliquando de facto & non de iure. aliquando
de iure & non de facto. aliquando nec de iure nec de facto.
quę dixi ſupra eodem, cum noſtris. q. 8.

10 Eccleſiæ Romanę ius poteſt quis ſine mandato defendere.
11 Cauſa in ſententijs exprimi periculoſum eſt.
12 Conſuetudo non tantum operatur ſicut ſtatutum.
*13 Clericus an ex conſuetudine poſſit percipere fructus beneficiorum ſuo-
rum in abſentia.*
14 Conſuetudo ſpectari ſolet in omnibus vectigalibus.

1 Ex parte. Lateranen. conſilium † locum non habet
vbi non ſunt diſtinctę præbendę, nec certus
canonicorum numerus. Primo ponitur facti narratio. Secun
do partium confeſſio. ibi, tandem: Tertio ſententia, ibi, nos
igitur. Quarto gratia. ibi: quia vero quatuor, & ſic ad Papam
videbatur collatio deuoluta. vacauiſſent, vt quidam putant,
quoſdam clericos ſ. tit. 2. c. 2. Credens, quia ſolum capitulum
habebat conferre. male tamen credebat ſecundum Inn. cum
non eſſent ibi diſtinctę præbendæ, nec certus canonicorum
numerus: vt ſequitur. Mediolanenſem, ſuum metropolita-
2 num, ipſo, ipſorum perſonas. † No. ꝙ collatio canonicatuum
& præbendarum dicitur ordinatio. ibi, ordinauit, id eſt contu
lit, ſic ȷ. de cler. excommu. propoſuit. Secundo no. ꝙ id quod
facit maior pars capituli, dr̄ fieri per capitulum, licet aliqui ꝯ-
3 dicant. ſic ſ. de elect. cum inter canonicos. † Tertio no. ꝙ pla-
tus in collationib. debet adhibere ſibi aſſenſum capituli. ali-
bi ſufficit conſilium ȷ. de his quę fiunt a pręla. nouit. ꝙ eſt ve
rius, & dic, vt dixi de ele. cum eccleſia. dicit autem Inno. ꝙ aſ-
ſenſus capituli parum hic profuit, quia quod nullum erat, ra-
tificari non poterat. de ele. auditis. dicit Hoſt. ꝙ profuit ad gra
tiam facilius obtinēdam, vt ſequitur. Quarto no. ꝙ Papa ſup-
plet hic de facto: quod dic vt in glo. 2. & in ea in fi. 28. di. princi-
4 quam. Quinto no. ꝙ vbi non ſunt prębendæ diſtinctæ non va
cant præbendæ. de hoc in glo. 3. & in ea in fi. de hoc ȷ. eo. c. vl.
lib 6. in glo. nunquid. vbi ponuntur no. hic per Inno. & Hoſt.
Sexto no. ꝙ ſi allegatur aliqua ratio, & alia mouet iudicem,
poteſt eam ſupplere. de hoc in glo. 4. & in ea ibi. §. pe. vbi dr̄ ꝙ
forte pręror poſt tp̄s actionis non patietur de dolo excipi. ibi,
apud. Si depoſui apud ſeruum, & cum manumiſſo ago, non
tenet actio. l. vlt. de hac de poſtul. bonę. 1. ꝯtrio 3. Et in fi. dic vt
ibi de poſtu. c. 3. in 1. gl. & dixi de conſue. cum dilectus, ꝯtrio 4.
dicit Hoſt. ꝙ glo. non ꝓcedit quoad hoc c. nam quo ad partes
Papa terminauerat negotiū. Ipſe vero Papa ex officio voluit
facere gratiam extra iudicium, & inducit ꝓ hoc: quia ſine cā
non ſunt talia facienda. arg. ſ. c. cum noſtris. ad fi. concor. ff. de
tranſa. cum hi. §. vult igitur oratio. Septimo no. ꝙ in receptio
5 nib. canonicorum † non eſt ſeruanda forma, ſed ſufficit ꝯſen-
ſuus capituli. ſic colligit Inno. in verbo affectat: quia Papa hic
nō dicit ꝙ capitulum elegerit alios. ſed ꝙ affectabat receptio-
nem. pro hoc eſt no. de elec. cum inter canonicos. ſecus dicit
Inno. in electione ad eccleſias viduatas. de elec. quia pp. Hoſt.
dicit hoc argumentum hic non colligi, cum affectio iſta ius
non conferat, ſed adminiculatur ſolum gratiæ faciendæ per
Papam, vnde, vt dicit, etiam in ep̄atu poſſet elici idem argu-
mentum, de poſtu. bonę. 2. ad fi. dic ꝙ hoc eſt verum reſpectu
a huius c. tn̄ dictum Inno. verum eſt a quia forma c. quia pp, lo-
cum non habet niſi in eccleſijs viduatis, quod dic, vt dixi in d.
6 c. quia propter. in prin. † Octauo no. ꝙ debet attendi conſue-
tudo eccleſiæ. quod dic, vt in glo. vlt. & in ea ibi. cum olim. &
de conſue. c. vlt. li. 6. ibi, reduci per epiſcopum. de vi. & ho. cle.
quoniam, vbi de hoc, & in fi. vnde ꝯ reſcriptum apoſtolicum
in tali eccleſia impetratum, in qua non ſuppetunt facultates,
vnus ſolus poteſt contradicere. Nam ſecundum Innocent.
quando facultates non ſuppetunt, opprobrium eſſet eccleſiæ
quod ſui clerici mendicarent. 93. diſt. diaconi. facit de renun.
ad ſupplicationem, & eſſet ꝯ ius. de inſti. c. 1. ideo tunc vnus ſo
lus poteſt contradicere. 12. q. 2. non liceat. & quod no. de teſti.
cum olim. ſed vbi ſuppetunt facultates, tunc non læditur ec-
cleſia, ſed honoratur, & valet quod fit a maiori, infra de his
quæ

ADDITIO.

a Dictum Inno. verum eſt. Adde Rotam deciſione 433.

Digitized by Google

quatuor anni & amplius a tempore vacationis:& ſic facta eſ-
ſet deuolutio ad ſedem Apoſtolicam ſ.cap.2. Solu. Hoſtien.
quod archiepiſcopus potuit ignorare, & ſic tempus ei non
fluxit.de ſupplen. negl. prelatorum,licet,cum enim regulari-
ter non habeat poteſtatem in ſubditos ſuffraganeorum, de
officio ordi.paſtoralis.non imputatur ſibi, ſi non inquiſiuit:
quia nec conuenit alterius regni ſecreta ſcrutari. C. de com-
mer.& mercato.l.4.in princ.Secundo oppono ad hoc: quia
annuatim viſitare poteſt infra de cenſi.ſopitæ. Imputatur er-
go ſibi, ſi non inquiſiuit. ff. ad Macedo. l. penultima. 37. di-
ſtinctione. §.fin. Item debet teſtes ſynodales conſtituere, qui
talia referant.de accu. ſicut olim. videtur ergo affectator igno
8 rantiæ,† quæ æquiparatur ſcientię de ſpon.cap.fin.de tempo.
ordin.cos.lib.6.facit eodem titu. vna in fin. Item in his quæ
quis ſcire tenetur &c. regula præſumitur. libro ſexto. Sol-
uit Hoſtien. quod bonus iudex hoc terminabit conſiderata
beneficij qualitate,& modo vacationis,& locorum remotio
ne & fama.ff.de vſur.mora.quod no.de hoc etiam dico de ac-
cuſa.not.8. Et ſecundum hoc impetranti literas a Papa ſecun
dum formam ſ.cap.proximo, de hoc apponi poteſt nomine
archiepiſcopi:de officio delega.ſuper eo.Hoſtien. Tertio op-
pono, quod oppoſitio trium canonicorum debuerit admit-
9 ti cum effectu:quia vnus † ſolus poteſt proſequi cauſam col-
legij,etiam alijs inuitis,ſicut & agere.12.q.2.non liceat. Glo.
prima ſoluit quod hic ſuccubuerunt: quia nihil rationabile
oſtenderunt.dic ſecundum Ioan. And.quod imo habuerunt
pro ſe ſentētiam,licet Papa fecerit de receptis gratiam. Et vi-
dentur iſti apponentes eſſe tanquam defenſores:quia ſe & ec
cleſiam defendebãt,ne tenerentur tractare pro canonicis eos
qui non erant. Io.vero dixit quod iſti defendebant ius Roma
næ eccleſiæ potius quam ſuæ:ex quo arguit quod quis poteſt
10 ſine mandato defendere ius † Romanæ eccleſię.cui dicto ob
ſtat de confirm.vti.eum dilecti. Ad quod dic,quod etiam ſi-
ne mandato poteſt quis defendere quo ad commodum Ro-
manæ ſedis:ſed non poterit ex facto eius præiudicari ſedi apo
ſtolicę ſine mandato.dicto capitu.cum dilecta. Et dicit Ioan.
quod iſti ſunt ſimiles his qui deferunt bona vacantia in fi-
ſcum,qui poſt quadriennium admittuntur.ff.de iur.fiſci l.1.
§.diuus.In quo dic quod non admittuntur petētes bona quę
nunciata fuerunt per fiſcum apprehendi. Ipſa autem nuntia-
tio fit vſque ad viginti annos, vt ibi dicitur in duobus §§.
ſequentibus. Philip.dicit, quod iſti non agebant nomine ec-
cleſiæ:ſed tantum ſuo.ideo ſine mãdato fuerunt admiſſi: dic
vt dixi ſ.eodem contrario.& in hac glo. ibi.l.2.& 3.de hoc de
teſti.cum olim.q.2.ad fi.Ibi,poſſunt:imo tenentur interdum
ſub pœna.de elect.generali.de rebus eccl.non alienan.c.1.lib.
6.& de hoc etiam]. q.4.& in fin.adde quod not.de teſti.cum
olim. Quarto oppono quod potuerit epiſcopus conferre pr̨e
bendas hic,ſupplendo negligentiam capituli ſ. eodem cap.2.
Solu. vt in tex. quia cum non eſſent præbendæ diſtinctæ,non
fuit locus vacationi:& ſic nec deuolutioni. dicit tamen Vin-
cen.quod epiſcopus potuiſſet ſupplere negligentiam poſt ad-
monitionem,quod intelligit Hoſtien.ſtando prius termino,
infra quem capitulum faciat,& eo lapſo facit. eodem titu. ſi
capitulo.lib.6.]. de cler.excommun.propoſuit.de hoc de ele-
ctio.cum eccleſia vulterana. Quinto oppono in eo quod ntã
datur in fin.quod recepti habeantur pro canonicis: & tamen
receptio non tenuit. Sol. in hoc Papa fecit gratiam per quam
validatur receptio quæ fuit nulla.concordat.].cap.proximo,
vel poteſt intelligi, quod habebuntur pro canonicis per no-
uam receptionem, primum tamen magis conſonat literæ:
Quæro in eo, quod hic caſſatur inſtitutio tanquam facta ex
inſufficienti cauſa,ſi iudex fert ſententiam etiam iuſtam: ſed
exprimit quod autoritate talis iuris ita pronuntiat,quod non
facit ad rem,dicit Hoſtien.argum. huius c.quod ſententia nõ
valebit,quamuis ex alio iure teneat,pro hoc].c.dilectus,ad fi.
& verſic.expreſſum].qui fil.ſint legitum.per tuas. Idem not.
Hoſtien.de offic. delega. cum ſuper. vbi etiam dico q.8.. facit
etiam eo.titu.P.& G.vbi dico no.4.& quod dico de præſcrip.
11 cum ex officij.q.8. propterea † periculoſum eſt in ſententijs
cum ex primi: quia ſi ex prolatione apparet error,vitiatur, et
ſi alias tenuiſſet.vt prædixi.pro hoc de officio delega.cum ſu-
per.de re iud.ſicut,& quod ibi no.ſimile de accuſa.ad petitio-
nem.facit de reſcrip.ſuſceptum.lib.6.& quod not. de renun.
in præſentia.de præſcrip.cum ex officij.Si ergo vult iudex cau
dum conſuetudinem. Soluit Egi.intelligendo quod erat conſue
12 tudo † ſicut ſtatutum. Nam ſi ſemper conſueuerunt eſſe 10.
canonici,iſtud non facit numerum,niſi per ſtatutum ſic fue-
rit ordinatum. Ego non facio differentiam inter conſuetudi-
nem,& ſtatutum,dum tñ cõſuetudo ſit debite pręſcripta,nec
iſte tex.aperit quid ↄtineret conſuetudo:põt ergo intelligi quod
ↄtinebat certum modum portionum aſſignandarum cano-
nicis: vel ſi continebat certitudinem numeri:dic quod erat reſpe
ctu certi numeri canonicorum: ſed tñ numerus p̃bendarum
erat incertus. Et ſm hoc adhuc ſtabit diſpoſitio huius c. vel
expone ſm conſuetudinem.i.morem ſeu vſum facti, non tñ
præſcriptum,& poſſet intelligi de conſuetudine reſpectu pci
piendi fructus præbendarum in abſentia. Ex his arguunt qui-
13 dam,† clericum poſſe percipere fructus beneficiorum ſuorũ
in abſentia ex conſuetudine.ad hoc de conſti.cum omnes.de
cle.ægro.c.1.ff.de decurio.nõ tantum.§.non alias, ante finem
legis,melius.ff.de pollicita.l.antep.in fi.de admi.tut. ſi ſine.§.
pe. Nam & ſi hoc a lege datum nõ ſit,morib.tñ competit. ff.
ad muni.l.magiſtratus.& in oib.vectigalib.ſpectari ſolet ↄſue
14 tudo.† ff.de pub. & vecti.ſed publicanus.in fi.:8.3.ſeruitium.
quid.n.ſi hęc conditio fuiſſet appoſita ab illo qui ab initio p̃-
bendas conſtituit,tenere deberet conſtitutio e.q. Eleuthrius.
de cenſi.cum venerabilis.de præb.ſignificatum de ↄdi.ap.ve-
rum.ergo ẽt valet conſuetudo. Dicit Hoſt quod valere põt in par
te,ſed nõ in toto:oportet quod remaneat vñ ſuſtentetur vicarius
per quem deſeruiat, alias eſſet oneroſa:vt patet de pręb.cum
ſm,& c.extirpandę 1.reſpon.& quod no.e.c §.qui vero,& ſic
non valet conſuetudo.c.1.dic quod hic non colligitur quod conſue-
tudo valuerit. Nam ẽt ſi non valuiſſet,potuit Papa mãdare quod
procederetur ſm eam,de eo qui mit.in poſ.c. pe. & quod ibi
dixi.dictum tñ Hoſt.eſt verum.licet de conſuetudine genera
a li,quam Papa ſcit,& tolerat,a videatur inductum quod fructus be
neficiorum ſimplicium percipiant in abſentia: ſed alicubi re
linquitur aliquid dandum alicui qui tanquam vicarius deſer
uiat in diuinis:qua conſuetudine attenta conſului,quod ſi cano-
nicus petit fructus in abſentia,non poterunt ei denegari, niſi
p̃betur quod eccleſia illa de conſuetudine exigat reſidentiam. p̃
hoc quod no.glo.de reſcr.gratia.lib. 6. Illa enim conſuetudo
gñalis facit ius,& valet ↄ ius diſponens de reſidentia, ex quo
Papa eam tollerat:nec poteſt ignorare, quod tam late ſeruat:
non nego quin ex cauſa cog: poſſent ad reſidentiam. de cler.
non reſi.c.pe. Tertio quęro, in eo quod hic dr̃ in glo.1.an ſi capi-
tulum nollet defendi per iſtos de quibus hic, an debuiſſent
admitti vr̃ quod non.de procur. Pomponius.§.vlti. Gof.tenet ↄ-
trium,fauore eccleſiæ.argum. ff. de lib. cauſa. l.1.2.& 3. Dicit
tamen aliud in agendo, ſe iud.cauſam.pro hoc eſt quod not.
de teſti.cum olim.de reb.ecc.non alien.ſi quis.

A D D I T I O.

a Quam Papa ſcit & tolerat. Adde tex.iuncta glo. ſi in c.cum omnes.de conſt.
Fed.de Se.conſi.2 56.ver.de iure communi.

S V M M A R I V M.

1 *Præbenda quandoque eſt ſacerdotalis.*
2 *Factum in fraudem canonum prohiberi debet.*
3 *Gratiæ non ſunt ad conſequentiam trahendæ.*
4 *Commiſſarius ſi conferat indigno an poſſit iterum conferre.*
5 *Collatio epiſcopi in commiſſarium non tenet, ſi in commiſſione erat clauſula decreti.*

Conſtitutus. Is qui habet conferre, non poteſt de
iure alteri tradere ptãtem conferẽdi
primum beneficium quod vacabit. Pmo ponitur gratię pe-
titio. Secundo ipſius exauditio commiſſa Inno. Conferre. ſi-
mile de præb.inter cętera. Et]. deciditur ſupplicatio. pro ↄfir
matione gratiæ,quæ alias erat friuola. Concedatur,i.non con
1 cedimus quod fiant tales ↄceſſiones. Inno. † No. quod prębẽda qñq;
eſt ſacerdotalis:& poteſt intelligi ſacerdotalis:quia niſi ſacer-
doti conferri põt: vel is cui confertur dẽt fieri ſacerdos,& for
te in hac eccleſia erat ↄſuetudo quod tertia vel quarta p̃benda va
cans eſſet ſacerdotalis: vel erat alicui p̃bendę hoc onus anne-
xum.de pręb ſignificatum.de hoc ſ.e propoſuit. Hoſt.& hęc
debẽtur expectanti etiam authoritate Papali, niſi ſit in ætate
qua poſſit fieri ſacerdos.de pręben.ei cui.libro 6. Secundo no,

non licet inuito donatario: vt not. in contrario, ſimile notat
Archidiac. de præben. ſi cui. libro ſexto, quod etiam tenet hic
gloſſa penultima: quod autem fuerit donatio, dicit Innocen.
apparere in verbis hic poſitis. ibi, poteſtatem dediſti præben-
dam conferendi. Nam ſępe prælati pro magno dono conſe-
rũt alicui talem poteſtatem, quod licet hic inhibeatur de va-
caturis & vacantibus, tamen bene licet ſecundum Innocent.
no. dicit autem quod cap. in cauſis. non loquitur de donatio-
ne, nec in collatione ratione poteſtatis quæ tribuatur fauore
prouidentis: ſed fauore eccleſiæ, & talis prouiſio potius eſt ad
onus quam ad vtilitatem commiſſarij. Hoſtien. non placet di-
ctum neque ratio. Non enim eſt onus commiſſariorum, ſed
honor & vtilitas ſi prouiderint digno: & hoc appetunt. nam
ſaltem conſequuntur quod non habent ingratum. Item ex
poteſtate conferendi beneficium etiam vacans. dicit Hoſtiẽ.
fieri gratiam ſpiritualem. ideo non idoneo, vel affectu carna-
li conferri non debet. de præben. graue. Ioan. And. dicit quod
verius eſt dictum Innocen. per ea quæ no. in dicto. cap. in cau-
ſis. Quęro, pręſuppoſito quod valuerit commiſſio de qua hic.
4 ſi commiſſarius † contulerit indigno: an poſſit iterum confer
re. Gloſſ. prima quod non, & de hoc dic: vt de electio. ſi com-
miſſarius. libro ſexto. & in hac gloſſa, ibi, ſi cui. de hac in pro-
œmio in vltima gloſſa. Ibi, quam quam. de hac, de verborum
ſignificatione, abbte, in glo. vbi. Ibi, item crede. de hoc etiam
dic, vt in eodem cap. §. compromiſſarius. ibi, ſed nunquid. de
hoc etiam dic, vt in eodem cap. & in hac glo. ibi. §. penultum.
de hoc de cauſa poſſeſ. cum olim. contrario quarto. Secundo
5 quæro, ſi epiſcopus † confert ante commiſſarium. dicit glo.
prima, quod non valet collatio, ſi in commiſſione erat clau-
ſula decreti, dic quod etiam ſine clauſula ſufficeret inhibitio
executoris dati etiam ad compellendum infra eodem, ſi ſoli.
libro ſexto, fortius ergo ſufficere debet inhibitio Papę de qua
hic, etiam ſine clauſula. Cum ergo hic ſpectet collatio ad cõ-
miſſarium ex donatione epiſcopi, & confirmatione Papę, nõ
tenet epiſcopi collatio: quia ad eum non ſpectat. Ioan. Andr.
ad cap. dilectus. de præben. quod regulariter inducit pro ſe.
dicit idem Ioan. And quod ibi habens poteſtatem conferen-
di contulit: licet contra mandatum Papæ, non contra inhibi-
tionem de qua dictum eſt, & in hac gloſſa prima. in fin. Idem
Hoſtien. contrarium puto, vt quia dictum eſt, ad epiſcopum
non ſpectabat collatio: ſed ad illum H. ex donatione epiſcopi,
& confirmatione Papę. Ioannnes Andreas. Tertio quæro, ſi
ante mandatum Papæ contuliſſet epiſcopus. Gloſſ. ſecunda,
dicit quod valuiſſet collatio, quia donatio non tenebat. Op-
pono ad hoc, quod poſſit epiſcopus hoc delegare: de electio.
ſuffraganeis. Gloſſ. eadem ſoluit, quod in genere poteſt, non
in ſpecie. gloſſ. pro hoc de officio vica. cap. vltimo, libro 6. de
præben. ſtatutum, in fin. eodem lib per quæ iura & per hanc,
ſcholari optanti dare vicario ſuo poteſtatem in partibus con-
ferendi primam vacaturum, conſuluit Io. An. quod daret ge
neralem poteſtatem conferendi beneficia ad ipſum ſpectan-
tia: tamen per aliam literam inhiberet, quod ex quo vnum
contuliſſet non conferret ſecundum, niſi prius notificata per
ſona cui contuliſſet primum, & habito reſponſo quod colla
tionem illatam gratam haberet. Sed hoc ꝯſilium eſt in frau-
dem hujus cap. tamen dic, quod valuit traditio poteſtatis fa-
cta modo præmiſſo: quia non proprie dicitur fieri fraus vaca-
turis. Nam neque mandatum epiſcopi ſeparatę datum de ſi-
gnificando antequam conferret ſecundo &c. vt ſ. dedit talem
formam qua non ſeruata vitietur collatio: quia ex quo erat
vicarius, per conſequens habebat ordinarium: vt no. de of. vi.
c. 3. lib. 6. Cum autem datur forma alias habenti poteſtatem
valet quod ꝯ fit, de ſurrepa. clem. 1. vbi de hoc in glo. & dixi de
conſti. ex parte, & hoc niſi in ſecundis literis ex nunc reuocaſ
ſet poteſtatem, vel inhibuiſſet cum clauſula decreti. de elect.
prouida lib. 6. & dic vt ibi io glo. puta, & ſuper ea. Op. ad hoc,
quod etiam in ſpecie poſſit epiſcopus dare poteſtatem con-
ferendi primum vacaturum j. de ſurrepa. cum dilectus, vbi re-
ſeruat prælatus primam vacaturam. gl. 2. non ſoluit. dic vt ibi
in glo. pen. Item non ſequitur, ſi licet maiori, ergo & minori;
vt no. de ele. cum in cunctis. Io. And. Quarto quæro, in eo, ꝙ

2 *Superior, ex iure deuoluto habet eligere, non conferre.*
3 *Conſuetudo legem interpretatur.*
4 *Deuolutio an locum habeat in epiſcopatibus.*
5 *Diſpenſatio cum patiente defectum natalium ad dignitates eccleſiaſti-
cas, an includat epiſcopatum.*
6 *Diſpenſatio ſuper epiſcopatu non extendetur ad Archiepiſcopatum.*
7 *Diſpenſatus ad omnia ſpiritualia non poterit. epiſcopari.*

Dilectus. Lateranenſe concilium beneficijs vltra ſex
menſes vacantibus ad epiſcopatus non extẽ
ditur, & pręceſſit hęc decre. cap. ne pro defectu. de elect. quia
fuit in tertia compilatione, illud in quarta. Primo ponitur pe
titio. Secundo repulſio. ibi, nos canonicos. nec de extraneo
prouidere poſſet hoc caſu. Hoſtien. de hoc de electio. ne pro
defectu Ioan. Andr. archiepiſcopus, metropolitanus loci. de-
uoluta. per decre. ſecundam. ſupra c. iuſtitia. ſic, ſupra de ele-
1 ctio. innotuit. verſicu. habito. † Nota quod eligere ſpectare po
teſt ad vnum: hic enim dicitur quod archiepiſcopus elegit.
nam & ius collegij remanet in vno. de poſtula. gratum. licet
Ioan. & Goffr. ibi notent contrarium. Hoſtien. exponit, elegit
2 id eſt promouit. ſed etiam primum eſt verum. † Secundo no-
ta quod ſuperior ex iure deuoluto habet eligere, non confer-
re. dic tamen quod vnico actu ſe poteſt expedire: vt dixi in
dicto ca. ne pro defectu. Tertio nota, quod diſpoſitio iuris de
miniſterijs eccleſiaſticis, vel perſonatibus promulgata non
extendit ad epiſcopatus, niſi de his expreſſa, vel ſpecialis men
tio habeatur. de hoc infra quæſtione ſecunda Quarto notat
tendendum, quod fieri ſolet, ibi, non ſolet extendi. quaſi di-
cat, ille canon fuit hactenus ſic intellectus, & obſeruatus. vn-
de longa eius interpretatio mutari non debuit. ff. de legi. mi-
3 nime. conſuetudo † namque legem interpretatur. de conſue.
cum dilectus. de verborum ſig. abbate. Io. Tan. Gof. Oppono,
4 † ꝙ etiam in epatibus locum habeat deuolutio ſ. de electio-
ne pro defectu. Sol. vt in glo. hic. n. loquitur de concilio later.
ſ. e. c. 2. Contrarium de concilio generali. Et in hac gl. in fi. &
prælaturis alijs ꝑ quas vacet eccleſia regularis. Quæro, ſi poſt
capitulum ne pro defectu. emanaſſet hęc conſtitutio, an va-
luiſſet prouiſio de epiſcopatu facta ex vi concilij Lateran. dic
ꝙ non: licet valere potuiſſet ex vi concilij generalis. pro hoc
quod ſ. e. no. ex parte. & hoc caſu ſm Ho. voluntas & poteſtas
ſibi aduerſantur. de of. dele. cum ſup. Secundo quęro, ſi diſpen
5 ſetur † cum patiente defectũ natalium, vel alium, vt poſſit ad
honores, vel dignitates eccleſiaſticas promoueri, an poterit
promoueri ad epiſcopatum. dicit Inno. ꝙ non: quia diſpenſa-
tiones reſtringendę ſunt. de conſan. ꝙ dilectio. de tranſla. c. fi.
6 Tertio quæro, † ſi diſpenſetur ſuper epatu. dicit Inno. ꝙ non
intelligitur diſpenſatum ſuper archiepatu. 12. di. nos ꝯſuetudi
nem, ad idem de ele. ſcriptum. ver. pe. Quarto q̃ro, ſi diſpenſet
7 † ꝙ ad oĩa ſpũalia licite aſſumatur. dicit Inn. ꝙ nõ poterit epa
ri, quia in generali obligatione. &c. C. quę res pi. obl. poſ. l. j. de
of. vic. c. fi. li. 6. Cum. o. epalis dignitas ſpeciali priuilegio gau-
deat inter alia, non dẽt ſub obligatione generali comprehen-
di. arg. hic. & de ſen. ex. quia periculoſum. lib. 6. & de his in Sp.
ti. 2. §. fi. ver. quid ſi diſpenſatum, cum duobus ſeq. & faciunt
hæc pro his quæ determinata ſunt de elect. quamquam. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Monachi ſoli non poſſunt conferre beneficium ſpectans ad Abbatem,
& conuentum.*
2 *Monachi allegantes ſuam turpitudinem an ſint audiendi.*
3 *Menti ſtandum eſt cum de ipſa conſtat.*
4 *Stipulatio pœnalis facta de futura, hęreditate non tenet.*

Ex tenore. Non tenet promiſſio beneficij vacaturi.
Communis diuiſio. Secunda, nos cleri-
cum agentem abbatem defendentem, ex quo ad hoc non
fuit neceſſe fieri mentionem de conuentu. de reſcrip. edoce-
ri. ſuper hoc quod petebat, & eſt hoc, qui inepte petijt, & ius
ſibi non competebat. Oppo. ꝙ non valuerit promiſſio mona
1 cho. um et ex alia cã, quia fuit a ſolis monachis: † cum tñ ſoli
non

Digitized by Google

vacauerit eis,vbi non poteſt ſe offerre facultas,ſecus infra cap.
proxim. Hoſtiē.dicit,quod ideo ſuccubuit quia pręmiſſa fue-
rat expreſſe eccleſia primo vacans,ſecus ſi promiſſum fuiſſet
cum facultas ſe offerret infra cap proximo.quod dic vt ibi,&
℥.queſtio.prima,in fine.& tunc ſecundum eum potuit ſe of-
ferre facultas etiam ſi aliter quam per vacationem,vt per do-
nationem eccleſie vacantis, vel iuris patronatus,vel propter
ædificationem 16.quæſtio.ſecunda cap.primo ℥ de eccle.ędi.
ad audientiam,quod in idem recidit cum dicto Innocen.pro
Innocent. facit,quia cum promiſſa fuerit eccleſia ſpectans ad
donationem monachorum, oportuit intelligi de aliqua ec-
cleſiarum tunc ſpectantium.ar.de reſcript.cle.literas,& tunc
2 non potuit offerri facultas niſi per vacationem. † Tertio op.
quod non debuerint audiri monachi turpitudinem ſuam al-
legantes infra,de dona.inter.So.vt in glo.ſecunda,& tu ea ibi
l.prima, & ſecunda, nam cauſa deciſa per iuramentum aper-
te delatum non retractatur propter periurium. Quarto opp.
quod hæc decre.ſit ſuperflua.per capit.ſecundū,& 3.ſupra eo-
dem.Sol.Hoſtien.quod in illis nil dicebatur de ſcriptura quæ
forſan credebatur aliquid operari.ar. C.ſi minor ſe maiorem
dixerit,ſi alterius,de re.cred.generaliter,& optime,inſti.de in
util.ſtip.§·ſi ſcriptum,pro hoc faciūt omnes caſus in quibus
ſcriptura requiritur,de quibus de cenſi capi.primo,libro ſex-
to,hęc igitur ambiguitas tollitur,ar.ff.de ven.inſpi.l.prima §.
quamuis, & regulariter comparantur ſcriptum, & non ſcri-
ptum,cum ſcriptura non ſit de ſubſtantia,de fi. inſtrumen.in
exercendis,de fi.inſtrum.cum Ioannes. Et dicit Ioan. Cald.ꝙ
iura quæ dicunt de ſcriptura probant ſolennius agi illud, de
quo ſcriptura facta eſt,& quandoque difficilius reprobatur:ſed
non probant propter ſcripturam validari id quod de ſe nō te
net.Quæro,ſi promiſſio facta fuiſſet quamcito facultas ſe ob
tuliſſet,an ſi vacaret eccleſia in qua monachi habent patrona-
tum,illam conferre tenentur.videtur quod nō,quia nec poſ-
ſunt infra de iurepa.c.fin.Hoſtien.dicit contrarium,quia hæc
eſt mens promiſſionis prædictę ſi pręmiſerunt cōferre,vt ex-
3 ponatur ideſt,pręſentare infra cap.fin. Menti † autem ſtandū
eſt,ex quo de ipſa conſtat,de verborum ſig.in his,de reſcript.
eam te.quod procedere poteſt in promiſſionibus, ſed in im-
petrationibus non,in quibus nomine collationis non venit p̄
ſentatio.de pręben.cum in illis.libro ſexto,ſecundum Ioann.
An.ſed etiam in promiſſionibus idem dicendum, quia caſus
omiſſus habetur ꝓ omiſſo.ff.de cōdi.ob cauſam ſi extraneus,
pro hoc quod no.de reſcrip.ſuſceptum.libro ſexto,& non ꝓ-
cedit quæſtio,quia promiſſio non tenet infra eodem capi.ſe-
cundo,libro ſexto.Secundo quæro,ſi hic iurata fuiſſet ꝓmiſ-
ſio,videtur valere,cum iuramentum ſine periculo animæ ſer
uari poſſit,de iureiur.ſi vero.Goff.dicit quod non tenet,ſicut
4 ſtipulatio † pœnalis facta de futura hæreditate, quia cōtra bo
nos mores.ff.de verborum obligatio.ſtipulatio.pro hoc.C.de
leg.non dubium,de foro competen.ſi diligenti. & eſt expedi
tum ℥.e.cap.2.libr.6.quod hoc caſu non teneat pœna adiecta
promiſſioni,quod tenet etiam Inno. per dictam l. ſtipulatio.
& C.de pact.l.pen.

S V M M A R I V M:

1 *Prælatus qui promittit prouidere obligatur.*
2 *Litera iudicum delegatorum probant.*
3 *Promiſſio de conferendo beneficium cum poterit,vel cum vacabit,dif-
ferunt*
4 *Verbum (cum potero) quomodo intelligatur.*
5 *Promittens prouidere in eccleſia quæ habent diſtinctas præbendas,an
teneat promiſſio.*
6 *Conſtituto in minoribus ſi fiat promiſſo per verbum (cum potero) an
intelligatur de beneficio curato.*
7 *Promittens,ſuum non ſeruans promiſſum,tenetur ad intereſſe.*

1 Accedens. Obligatur prçlatus † qui promittit ꝓ-
uidere cum poterit,hoc dicit. Et cor-
rectum eſt infra ca.ſecundo.libro ſexto.Primo ponit factum.
2 Secundo approbat:ibi,nos.N.quod literæ † iudicum dele-
gatorum probant,ibi,liquido.pro hoc de probat. poſt ceſſio-
nem. Abb.dixit quod hic creditur:quia plures erant delega-
3 ti.Secundo not.quod aliud eſt † quem promittere beneficiū

non poteſt conferri niſi ſacerdoti,de præb. ſignificatum,non
dabitur præbenda ei cui promiſſa eſt,ſed aſſumetur ad eam ſa
4 cerdos.Nam cum dicit, † cum potero,intelligitur recte a 2.c.
ſecunda,faciat.& de iure.de reſcript. ſollicitatus,& honeſte,de
pœn.diſtinct.ſecunda charitas.ff.de condi.inſt.filius, & com-
modo.ff.de verborum ſignifi.nepos Proculo.Cum vero ſim-
pliciter dicitur de primo vacaturo: ſecus, quia tunc pręciſe te
netur.Item eſt alia ratio ſecundum Innocen. quia cum dicit,
cum potero: multi ſunt modi poſſibilitatem habendi ſine
morte,cuius deſiderium fuit ſpecialis cauſa prohibendi de va
caturo ſ̄.eodem cap.ſecundo,poteſt enim facultas ſe offerre,
& alijs modis de quibus in glo Dicit ergo Innocen.quod vbi
non fit mentio vacaturæ tacite vel expreſſe: vt hic, tenet pro-
miſſio.ſecus ſi ſaltem tacite,ſupra cap.proxim.dic vt prędixi,
quod hodie indiſtincte non tenet,præſuppoſito autem quod
teneat prout ſecundum hęc tempora tenebat, procedunt in-
5 fraſcriptę quęſtiones. † Secundo quæro,ſi aliquis promittit
prouidere in eccleſia quæ habet diſtinctas præbendas, dicit
Innoc.quod promiſſio non tenet.Oppono,ad hoc ſ̄ de pręb.
dilectus,& ca.relatum,quia ibi tenet receptio in canonicum,
& per conſequens habebit præbendam cum facultas ſe offer
ret.Ergo eadem ratione poteſt ſimpliciter promitti præbēda
cum ſe facultas obtulerit.Solu.Innocen. quod aliud quando
acceſſorie datur,quam quando p puram promiſſionem,vult
dicere,quod in cōtrarijs ſurgit promiſſio ipſo iure,vel dic,ꝙ
etiam ſi promitteret ꝓuidere cum ſe facultas offerret:tenuiſ-
ſet,ſecundum hęc iura,vt hic,ſecus quando ſimpliciter pro-
mittit prouidere ſ̄.cap.proxim.& quod,ibi dixi.Tertio quęro,
ſi epiſcopus non habet niſi in vna eccleſia collationem præ-
bendarum,& promittit prouidere cum ſe facultas obtulerit.
Dicit Innocenti.quod tenet promiſſio:quia poteſt eſſe quod
ab alio obtinebit vt ſibi faciat prouideri, quod.vt prędixi ſ̄.q.
prima,procedit ſecundum hęc tempora.Quarto quæro,ſi cō
6 ſtituto † in minoribus fiat promiſſio per verbum,cum pote-
ro:an intelligatur de beneficio curato.videtur quod non: qa
non eſt capax talis beneficij:& reſtringitur ad id cuius eſt ca-
pax.de præben.ſuper.& cap.fin.Hoſtien.dic quod imo debet,
ſi eſſet ætatis idoneę ad ſacerdotium,de prębend.ei cui.libr.6.
Quinto quęro,ſi expreſſum fuit de curato,dicit Hoſtiē.eum
adhuc non poſſe petere curatum,niſi ſit ſubdiaconus, de ęta.
& qua.pręterea.Oppo.ad hoc de eo quod dixi ſ̄.queſtio. pro-
xi.& de inſti.ca. 1.lib.6. Solu.ſta contrarijs,quia ſufficit quod
7 ſit ętatis idoneæ ad ſacerdotium. † Sexto quæro,ſi promittēs
non ſeruat promiſſum·Dicit Hoſt.quod conuenitur ad inter
eſſe,inſti.de verbo.oblig.§ antepen.& penultim.Nam ex nu-
da promiſſione datur actio ſecundum canones, de pact. qua-
liter,de arbi.per tuas,de quo dic vt de pact.ca.1.vbi dixi ꝙ po-
tius datur officij imploratio quam actio.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio beneficiorum communiter ſpectat ad epiſcopum, & capi-
tulum.*
2 *Verbum,ordinare,accipitur pro conferre.*
3 *Deuolutio propter negligentiam inferioris fit ad ſuperiorem.*
4 *Vices plurium perſonarum quis habere poteſt.*
5 *Facit quis aliquid tanquam alter.*
6 *Dolus non ſuffragatur doloſo.*
7 *Officia ſingula debent ſingulis conferri.*
8 *Relatiuorum natura eſt vt vnum non ſit aliud.*
9 *Conſuetudo contra naturam rei non valet.*
10 *Simile non eſt idem.*
11 *Negatio plus negat quam ponat affirmatio.*
12 *Prohibitus vna via cenſetur prohibitus.*
13 *Vox quam habet prælatus, vt canonicus, an excedat voces canoni-
corum.*
14 *Prælatus quando aliquid facit de conſenſu capituli.debet habere con
ſenſum ſaltem maioris partis.*
14 *Epiſcopus an interſit capitulo, vt canonicus,vel vt prælatus,quomodo
cognoſcatur.*
16 *Donata ambaſiatoribus an ſint mittentium.*

Poſtulaſtis. Subtile & allegabile hoc dicit. Si ad
capitulum prælatū & poteſtas confe-
rendi pertinet,de vno ad alterum lapſu temporis non tranſit
ſecus ſi

Digitized by Google

a dinare [a] accipitur pro conferre.ibi,ordinare, & de ſignificatu
3 huius verbi.de præben.niſi. † Quarto nota,quod propter ne-
gligentiam inferioris fit deuolutio ad ſuperiorem.i.proximũ
etiam Papam,ſi alius non eſt medius,de ſup.ne.prçla.licet,&
remittit Hoſt.de electionibus,cum in cunctis. Quinto nota,
quod prælatus cum capitulo quandoque facit, vt prçlatus,&
hoc eſt regulare & de iure communi,vnde ſecundum Hoſti.
ſi aliud non apparet,dicendum eſt quod exercet,vt prælatus,
quandoque exercet vt canonicus ſ̃.de præben. cum in eccle-
ſia.li.6.de hoc J.quæſtio.7.Sexto no.ex hoc,quod canonicus
detur quod non per hoc.c. & per ea quæ dixi in proxima q.
Item cum peccent vtentes tali conſuetudine,non poteſt cur
ſus temporis prodeſſe, de ſymo. non ſatis. Item inducentes
eam habuerunt malam fidem,ergo eſt impræſcriptibilis, de
præſcrip.c.fi.de conſue.c.vlti.In contrarium, quia contra ca-
nones præſcribitur, de elec. cum eccleſia, & c. cumana, de
cau.poſ.cum eccleſia,de iudi.nouit.ſup.ti. t.ea noſcitur, in fi.
Dama.q.1.huius ti. ſoluit diſtinguendo triplicem conſuetu-
8 dinem,† Prima contra ius naturale, ut contra præcepta legis
& euangelij, & hæc nullo curſu temporis confirmatur, de
conſue.c.fi.de ſymo non ſatis,& ſic loquatur Aut.ut nulli iu
dicum.§. quia ergo,quia male inuentæ conſuetudines nul-
lo tempore confirmantur. Secunda contra ius poſitiuum
inductum in fauorem vtentium,& hæc præſcribitur,cū poſ-
ſent illi ſuo renuntiare fauori, de regula,ad apoſtolicam, &
c.ſtatuimus.Tertia,quādo ius poſitiuum inductum eſt in fa-
uorem eccleſiarum,& contra illud non præſcribitur conſue
tudo niſi per Papam,vel aliud ius approbetur,& hoc propter
malam fidem & peccatum connexum,de præſcri.c.fi. dic vt
9 dixi plenius de conſue.c.fi.Tertio quæro an † canonici com-
muni conſenſu poſſint venire cōtra conſuetudinem iuratā.
Ioan.11.diſt.in his,dicit per hoc c.ibi,iuramento, quod ſic,ſi
cauſa ſubeſt.& idem de cōſti.cum omnes, dicit quod poteſt
immutari conſuetudo iurata per ſaniorem partem capituli.
Archi. de cleri. non reſi. ca.vno. lib.6.dicit tolerabilem con-
ſuetudinem iuratam non poſſe per c.in melius reformari
authoritate propria. Allegat de iureiu.ſi vero.de elec.venera-
bilem, & quod ibi no.dicit quod forte ſecus ſi cauſa ſubeſſet
per no.in d.ca. in his.Io.Andr.dicit quod communiter tene-
10 tur,quod iuramentum,† quo ſingulares de collegio vel cor
pore iurauerunt conſtitutiones,non impedit quo minus eas
collegialiter tollere poſſint. Arctat enim ſingulos quamdiu
ſunt ſtatuta & non vltra,& dicit Io. Andr. ſic ſeruare totum
orbem,alias omnes ſtudentes fere eſſent periuri,cum ſingu-
lariter iurent ſeruare ſtatuta vniuerſitatis,quæ poſtea per eos
ſublata vel correcta non ſeruantur,idem dicit in rectoribus,
& officialibus locorum vel corporum,& minime ſunt mu-
tanda &c.ff.de legi.l.minime,ſicut ergo iuramētum de obe-
diendo

Digitized by Google

Lig. & per hoc eſt vnus modus perpetuandi ſtatutum. alius modus datur a quibuſdam, vt vniuerſitas vel corpus per ſindicum ad id ſpecialiter conſtitutum iuret illud non mutare: qđ
31 non placet Ioan. An. quia vniuerſitas † non eſt capax iuramẽti: vt no. de iureiur. veritatis. pro hoc de ſen. excommu. Romana. li. 6. & ꝙ no. in Additione Spe. de iureiuran. circa fin. & qđ dixi de excep. cum venerabilis. & de hoc etiam dixi dę præb. dilecto. in 8. contrario.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ex officio debet compellere ſubditos vt ſeruent interdictum a non ſuo iudice latum.*
2 *Peccata debent tenere ſuos authores.*
3 *Reſponſio debet eſſe conformis interrogationi.*
4 *Canonicus an poſſit eccleſiam interdicere.*
5 *Puniri an poſſit non delinquens, propter delictum alterius.*
6 *Eccleſia cathedrali interdicta per iudicem competentem non propter delictum, an poſſit epiſcopus ibi celebrare.*

Quæſiuit. Canonicus non interdicit eccleſiam, ſed hoc facere epiſcopus debet eum capitulo ſuo. Communis diuiſio. Secunda ibi, taliter. minimis. i. modicę ſcientię inferioris gradus. Inn. vel reſpicit ætatẽ debita. quã forte recipiebat canonicus pro præbenda & ſimilibus ſecundum Innocẽ. dic in his. ſ. quia ponit interdictum in eccleſia: vel quod melius eſt non loquitur de delicto: quod ꝓpter hoc non poſſit poni interdictum: ſed de delicto: quod alias perpetrat. & dicit quod propter hoc non eſt interdicenda eccleſia, ſed ipſe tantum puniendus. Innocen. & quælibet iſtarum cõuenit literæ. In his. ſi indebita penſione in eccleſijs non red-
1 denda. & infra. quærit an tale interdictum ſeruandũ ſit. † Nota ibi, ſuſtinere. quod epiſcopus ex officio debet compellere ſubditos vt ſeruent interdictum a non ſuo iudice latum. In-
2 nocen. † Secundo no. quod peccata debent tenere a ſuos au-
a thores. ad quod quotidie allegatur. tenentur autem authores iuſte: quia delinquens naturaliter videtur ſe obligare ad pœnam. ff. de iure fiſci. impetratores. ibi, te pœnæ ſubdidiſti. qui textus eſt ſingularis. & hoc tenet gloſſ. ff. de poſtula. l. prima. §. beſtias. Oppo. quia quæſitum fuit de canonicis interdicen-
3 tibus, & videtur generaliter de omnibus, & ſic reſpõſio † nõ eſt conformis interrogationi. contra id de fi. de inſtru. inter. ver cæterum. & ibi no. glo. arg. quod. Sol. ſecundum Hoſtien. plenius reſpondit, & ſic ſub genere compræhendit etiam q̃-
4 ſtionem formatam de canonico. Secundo op. an † canonicus poſſit eccleſiam interdicere. cum poſſit habere ius epiſcopale in eccleſia: quia etiam non epiſcopo poſſunt epiſcopalia ꝯpetere. de præſcrip. veniens. Gloſſ. prima ſtat contrario, dicẽs quod tunc poſſet. & idem Hoſtien. pro hoc de foro conpe. cũ contingat. quod procedit ſecundum Phi. ſi ſumitur ius epiſcopale pro cura animarum quam poteſt habere canonicus in eccleſia ſimul cum præbenda. de præben. extirpandę. §. qui vero. & tunc poterit interdicere eccleſiam, cum hoc ſit de cura de elect. dudum. a. Nam & decanus interdicit. de app. dilectus. Innocen. dicit conſuetudinem non iuuare canonicum vt poſſit eccleſiam interdicere: quamuis iurare poſſit vt habeat iuriſdictionem, & per conſequens poterit eccleſiam vt perſonas interdicere. argu. de offic. deleg. ex terris. vult dicere, qđ ſine iuriſdictione ex vi conſuetudinis hoc non poſſet. dicit ẽt Innocen. ꝙ ſi eſſet prælatus habens ordinariam vel delegatã poteſt interdicere. de appella. dilectus. de offi. delega. ſané. vel ſecundum eum ex conſuetudine poteſt induci vt canonicus habeat iuriſdictionem in aliquos ſuper quos habet prælationem: vt quia habitant in præbenda, & tunc ſecundum cõſuetudinem poterit non tantum interdicere homines vel excõmunicare: ſed etiam terram. non intelligas quod velit Inno. terram poſſe excommunicari, ſed interdici ſolum. de ſenten. excommu. Romana. ver. in vniuerſitatem. libr. 6. dicit etiam Innocen. quod conſuetudine non poteſt induci quod pro factis communibus eccleſiæ quilibet canonicus interdicat vel excommunicet homines eccleſiæ. Nam quomodo poterit eos ligare qui non ſunt eius ſubditi, contra id 21. diſtin. infe-

…bi poteſtas excommunicandi: vt dixi de reſtit. ſpol. olim. 3. & de hoc inf. e. contrario. Hoſtien. tamen dicit, quod irrationabilis eſſet conſuetudo quæ daret hanc poteſtatem priuato, ꝓpter periculum in interdicto imminens: quia punitur vnus pro alio, vnde etiam quando Papa contra dominium vel cõmune, ſcribit ſolet excipere interdictum. facit extrauag. Bonifacij. 8. prouide attendentes. de qua dico de verbo. ſignifica. cũ in partibus. & remittit Hoſtien. de exceſ. præla. ca. 1. verius eſt quod dixi per no. in d. c. olim. tamẽ dic, quod eoipſo quod qs præſcribit poteſtatem interdicendi, intelligitur præſcripſiſſe iuriſdictionem quo ad hoc. & per hoc tolluntur aliqua dicta Innocen. præmiſſa etiam in hac gloſſ. 1. interdicto: concor. de foro compe. cum contingat. Hoſtien. & dicit Lau. ꝙ ſic fit in Hyſpania & Italia. ibi. §. oportet, vbi dicitur, ꝙ non delinquat res, ſed hi qui res ſpondent. Tertio oppo. in eo quod hic vult debere fieri interdictũ per epiſcopum cum conſenſu fratrum i. canonicorum, cum etiam ſolus poſſit. de conſue. c. 3. lib. ſexto. Solu. illud de conſuetudine, ſecus ergo de iure. Quarto op-
5 po. quod etiam non delinquens † poſſit puniri propter delictum alterius. de conſe. di. 1. in ſancta. Solu. vt in gloſſ. vlti. & in ea ibi ſancimus. propinqui noti & familiares non puniuntur ſi ſocij non fuerint. Ibi, ob maritorum culpam vxores inquietari vetant leges, & in fi. de hoc plene. 1. qõ. 3. in ſumma.
6 24. q. 3. in ſumma. † Quæro an eccleſia cathedrali interdicta ꝑ iudicem competentem, non propter delictum, poſſit epiſcopus ibi celebrare. videtur quod ſic. de offi. ordi. irrefragabili. §. cæterum. vt ſpiritualis ſponſus penſum debitum reddat ſponſæ ſuæ. de celebra. miſ. cap. 1. nulla exceptione obſtante. de cõiu. lepro. c. 1. Hoſtien. dicit, quod hoc poterit ſecundum tenorem priuilegij epiſcoporum. de quo de priuil. quod nonnullis. dicit Io. An. quod illud nõ loquitur de ſpeciali interdicto eccleſiæ: ſed de generali. de quo etiam intelligit c. vlti. de ſenten. excommu. libro ſexto. vt ibi no. in ver. adijcimus. in 1. gl. pro hoc, quia in c. quod nonnullis. dicit tex. cum communę terrę &c. quod eſt verius.

ADDITIO.

a Peccata debent tenere. Adde l. ſancimus. C. de pœ. & in l. ob maritorum. C. ne vx. pro ma.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ad eligendum reſtringi poteſt.*
2 *Inueſtitura fit per anulum.*
3 *Capitulum non debet eligere niſi cum ſibi conſtat eccleſiam vacare.*
4 *Iuri ſuo an quis renuatiare poſsit.*
5 *Allegatio optima reſeruari debet in fine.*
6 *Reuerentiæ exhibitio eſt recognitio ſuperioritatis.*
7 *Dominium. non transfertur ſine traditione.*
8 *Clauibus traditis intelliguntur res clauatæ tradita.*
9 *Mandare, et præcipere, differunt.*
10 *Lis dicitur pendere poſt terminum datum per executorem.*
11 *Exhæredatus quomodo recognoſcat teſtamentum.*
12 *Beneficiatus non poteſt renuntiare ſine authoritate ſuperioris.*
13 *Renuntiatio etiam expreſſa in manibus non ſui iudicis non tenet.*

1 Ex ore. † Communis ordinatio eccleſiæ per contradictionem & appellationem eius, cuius intereſt, impediri non debet, primo ponitur factum. Secundo deciſio, ibi: quia vero. Prima ſubdiuiditur: quia primo ponit partium comparationem. Secũdo ibi, ex parte. B. allegationem, quæ quatuor continet. literarum apoſtolicarum formã, anulli miſſionem: executorum dationem: capituli rebellionem. Secunda etiam duo facit. Primo ex triplici motiuo cõcludit contra B. ſecundo confirmat electionem præpoſiti exprimẽs quare. & B. ſilentium imponit, ibi, nos. & infra in trono &c. vt inf. de priui. ex ore. Audiſſent. pro certo a venientibus a curia vbi confirmatus erat Innocen. quondam. quaſi dicat ꝙ de cætero non eſt præpoſitus. & de hac dictione dixi de offic. deleg. cum

... maiori parte, propter
hoc punitur in hoc titulo. Pe. numero, ſic de elect. dudum. i.
imponentes. ſimile de conceſſio. præben. poſt electionē. in fi.
2 Not. † ꝙ epiſcopus ad eligēdū reſtringi pōt, ſicut hic Papa re
ſtrinxit ad menſam. Inferior autem non poſſet. ff. de re iudi. l.
4. §. ſi quis condemnatus. regula indultum. lib. 6. de elec. cum
in veteri. vbi dico contrario 1. & dicit computandum a rece-
ptione literarum. de appel. ſuper eo. Secundo no. ꝙ reſtringit
literas electionis. quia hic Papa mandauit vt eligerent B. &
hoc poteſt princeps, ꝙ non poſſet inferior. de elect. cum ter-
3 ra. Ioā. And. quod intellige vt ibi dixi. † Tertio no. ꝙ p anulūa
fit inueſtitura, & ſolet allegari in cōuentibus cū datur anulus.
4 † Quarto no. ꝙ non dēt capl'm eligere, niſi cū ſibi conſtat ec-
cleſiam uacare. ibi, audiſſent. exponēdo vt dixi ſup. litera. Quin
to no. ibi, quç ſic nec &c. modum allegandi, vt primo deſſiua
tur factum. ſecundo prçſuppoſito quod factum eſſet, oſtendā
tur ꝙ de iure non tenet: ſic faciunt cauti aduocati: quia etiam
nihil debent omittere ꝙ faciat pro cauſa: quia quæ non pro-
ſunt &c. de teſti. præterea. Sexto no. vt in gl. quia erat. & in ea.
& ibi in integra. Idem Hoſtien. & facit hæc glo. ad ea quæ di-
xi de elect. dudum. 1. Dicit Innocen. quod quidam dicunt ꝙ
caſſata fuit propter defectum ætatis. Septimo not. quod in fi.
5 reſeruari debet optima allegatio: † ſic enim vltimo Papa alle-
gat ꝙ etiam ſi. B. ius haberet, illi renunciauerat exhibendo re
uerentiam Henrico. ſimile de teſta. Rayn. ver. tutore. Octauo
no. ex hoc, ꝙ quis recognoſcit alium in ſuperiorem exhiben
do reuerentiā. de hoc in gl. no. hic. Item eius ſententiæ paren
do. de reſtitu. ſpoliato. olim. 1. procurationem præſtando. 42.
diſtin. quieſcamus. munus conſecrationis recipiendo. 3. qō 6.
hoc quippe. 24. diſtinctio. presbyteri. aliquem ad exercenda
pontificalia admittendo. 8. quæſtio. 1. Pontifices. Goff. e. & in
hac gl. ibi. l. 2. & ſic & ibi conſentit quis dicendo, prælegatur,
7 ſcilicet ſcriptura. 95. diſtinctio. bene quidem. Ioan. And. † No
no no. ex hoc, ꝙ quis poteſt renunciare iuri ſuo: & hoc in iu-
re priuato. de regul. ad apoſtolicam. Secus in publico. de foro
competent. diligēti. Opp. ꝙ ex quo Cçleſtinus inueſtierat, nō
potuerit capitulum alium eligere ad beneficium tanquam
non vacans. de conceſſio. præbenda. propoſuit. Solu. Celeſti-
nus non inueſtiuit, ſed inueſtiri mandauit, quod vult glo. 1.
& idem Goffred. qui in litera ibi, inueſtituræ. ſupplet, facien-
dæ, non factæ. Idem & Innocen. dicēs, quod ſic allegabat, ſed
non probauit: quia ſi probaſſet, ſecus. nam ſicut ex electione
acquiritur ius canonicatus. facit quod no. de conceſſio. præbē
da. propoſuit: ita ex inueſtitura ius vacantis beneficii. ſufficit
enim quo ad hoc conſenſus eius qui eligitur, vel cui confer-
tur, & conferentis, & eligentis. de electio. cum inter canoni-
cos. vel ſecundum Innocen. dedit anulum in ſignum inueſti
turæ, non præſentis, vel forte inueſtiri debebat ſub conditio-
ne, quæ forte non extitit: & ꝙ non fuerit inueſtitus apparet,
quia non erat in curia: ſed deſtinauit Celeſtinus anulum, ſci-
licet executori de quo inueſtiret: quod placet. & in hac gloſ.
prima. in fi. ſed etiam ante inueſtituram quod fit in fraudem
donationis apoſtolicæ, debet reuocari: vt in dicto capitu. cum
olim. Sed ibi alia fuit cauſa reuocationis, ſcilicet ſurreptio.
Goffred. Secundo oppo. ad prædicta, quod etiam ſi fuerat in-
8 ueſtitus, non ſuffecerit, quia non transfertur dominiū † ſi-
ne traditione. C. de pact. traditionibus. de rei vendi. quotiens.
de diſtra. pigno. qui prædium. Soluit Innocen. ꝙ extra caſum
de quo in proxi. contrario. vbi dictum eſt per inueſtiturā ius
beneficio acquiri, per inueſtituram de corporalibus, vel per
alium contractum non tranſit dominium, niſi in caſu. C. de
dona. quæ ſub modo l. 1. de pac. inter emptorem & vendito-
rem. commiſſoria. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. 1. §. per eum. de
acquiren. rer. domi. homo liber. de donatio. inter vir. & vxor.
ſi vxor filio. pro hoc. C. de ſacroſanct. eccle. l. fina. nec etiam
poſſeſſorio vt hic. facit. ff. de acquiren. poſſeſſio. poſſideri. pri-
mo reſponſo. Tertio oppo. ad hoc vlti. de conſuetu. capitu. 2.
Solut. vt ibi, vt declarantur prædicta. & de hoc hic in glo. 3.
quæ opponit ad idem de pluribus iuribus. ad quæ non reſpō-
det. Ioan. Cald. reſpondet. & ad cap. contra ſanctorum. dic ꝙ
id quod ibi dicitur, vel introducti, exponitur, vel, pro id eſt. &
ſic poſtea expulſi repetunt poſſeſſionem quam corporaliter
acquiſiuerant. vel dic ſecundum eum, quod licet clericus ex
collatione vel electione & confirmatione habeat ius benefi-
cuſtodia ſunt res, intelliguntur res traditæ. ſed anulus, bacu-
lus vel liber vel quid ſimile per quod fit inueſtitura, nil habēt
commune cum rebus beneficij. Ideo per illa nō intelligit
translata poſſeſſio. ſimile ad id quod dixi de clauibus, eſt qd
no. de inſtrumento legato de officio. deleg. coram. in gloſſ. 1.
in fi. Ad l. quamuis. & ad l. ſi finita. §. vlti. & c. contingit. dicit
Io. Cal. quod illa in odium illius qui non admittit miſſum in
poſſeſſionem iuſſu iudicis: quia dato quod non appræhende
rit, fingitur miſſus poſſidere, ex quo ſtat per aduerſarium. &
in hac gloſſ. 4. ibi, quam fecit. non fecit, ſed fieri mādauit. vn-
de non procedit arg. gloſſ. Innocen. & Hoſtien. Ibi, vt inter di-
uinum. de hac & ſequen. in d. c. ex literis. contrario 4. Ibi, quā-
uis. de hoc in c. contingat. infra alleg. in glo. 4. ibi, §. vlti. iuſſus
mitti in poſſeſſionem ex edicto de damno infecto nō admiſ-
ſus agit in factum præſtandum quantum præſtari oportet ſi
cautum fuiſſet. Quarto oppo. quod non debuerit tenere ele-
ctio capituli contra mandatum Papæ. de præben. inter cæte-
ra. Sol. ſi mandatum eſſet cum clauſula, vel datis executorib'
ad prouidendum, vel aliquid aliud factum per quod afficere-
tur p̄henda, pcederet ꝯriū. & de hoc de conceſ. p̄ben. ſi ſoli. li.
6. hic aūt fuit ſimplex mandatum, vt ēt dicit gl. 4. in fi. contra
quod tenet facta collatio vel electio. Dicit tū Io. aliud eſſe, cū
10 Papa mandat †: aliud cum præcipit: nam mandare eſt rogare
ff. de leg. 2. cum pater. §. mando. ff. mandati. l. 1. C. communia
de leg. omnem. 23. q. 4. Guiliſarius. in prin. licet interdum præ
cipiatur per verbum mando. C. de acti. & obli. l. ſi quidem, p
hoc eſt quod dixi de offi. deleg. quoniam abbas. in contrario
antepe. Et intellige quod executores hic erant dati ad cōpel-
lendum. vel forte quia literç non valuerunt, quia ſurreptitiæ,
ideo non fuit affecta præbenda. Quinto oppo. ad hoc, quod
etiam ſi fuerint ad compellendum, non tenuerit electio, cū
iam executores incepiſſent proceſſum, ibi, aſſignato termi-
no. de conceſ. præben. ſi ſoli. libro ſexto. dic, q p nō apparet ꝙ
interdixerint, quod requiritur vt teneat factum ab ordinario
d. c. ſoli. vel ſi dicimus literas non tenuiſſe, vt dixi in præcedē
ti contrario, ceſſat ꝯtrarium. Et ſufficit quod de hoc hic non
11 fuit altercatio. Sexto op. ad idem, quia † poſt datum terminū
per executorem, lis dicitur pendere, qua pēdente nihil eſt in-
nouandum. vt lite pe. c. 1. de ap. ſignificante. So. proceſſus exe
cutoris non eſt ſemper iudicialis, vt no. de præſumpt. c. fin. &
de offic. dele. cle. vna. Item ſecundum Hoſt. literæ fuerūt nul-
lç, vt ſup. contrario 4. ideo non tenuit termini aſſignatio nec
proceſſus. Septimo oppo. quod non valuerit electio antequā
prior præpoſitus eſſet cōſecratus in epiſcopum, vel ſit decur
ſum tempus de conſecrandis. de elec. cum in cunctis. Innocē.
ſtat contrario. & ita ſupplet ad verbum confirmatus. vel dic ēt
ante conſecrationem poſſet fieri electio in manibus ſui præ-
lati. de renuncia. admonet. de conceſ. præbē. propoſuit. quod
dixi de conceſ. p̄ben. c. 2. in princ. q. 2. Octauo oppo. quod non
tenuerit renuntiatio, nec profuerit etiam ſi tenuiſſet. de præ-
ben. dilecto. ver. niſi. ff. de decurio. Hærennius. vbi perceptio
ſalarij non facit decurionem, cum ſecundum legem creatus
non eſt. glo. Not. hic non ſoluit: dic, vt in d. c. dilecto. in gl. per
hoc, dicit Hoſtien. quod quis poteſt renuntiare iuri ſuo priua
to, non publico: vt ſup. no. 9. exemplificat in prælato conten-
dente de iure publico. i. de correctione peccati, cum conſtat
de vitioſo ingreſſu. pro hoc de inſti. cum veniſſent. ad finem.
& non bene apparet quid velit hoc exemplum: dictum tamē
non eſt verum. Ad l. Herennius. dic, quod hic non allegatur
renūtiatio quo ad tribuendum ius H. ſed quo ad excludendū
B. & in hac gloſſ. ibi. §. Lucius. ſi creditore vno p̄ſte maior ps
creditorū apud prætorē decerni facit vt certā portionē ab hæ
redibus recipiat, illç conſenſiſſe videtur. ibi, l. 2. pater p̄ns q nō
ꝯtradixit cū filius nominabatur ad decurionatū, ꝯſenſiſſe vi-
detur: ibi, ſi p ponas. §. 1. ſi exhæredati ab inſtituto hæreditatē
emūt, vel res ſingulas ſcienter, vel ꝯdixerunt, vel ſi ſic fecerūt,
deſun-

ADDITIO.

a Per anulum. Adde Ab. in c. propoſuit. in 1 col. de conceſ. præben. & quid ſi-
gnificet anulus. eſt glo. in verbo ſignum. in c. 1. de conſue. glo. in verbo anu-
lus. in c. fœminç. 30. q. 5. glo. 1. in c. nūtes. ea. cauſa & q glo. in verbo anulus.
in c. cleri. el 2. de vita & hon. cle. glo. 1. in c. ſi quis deſponſauerit. 27 quæſtio.
2. Et quis fuit inuentor anuli, vide per Albert. de Roſa. in ſuo dictionario. in
verbo anulus.

Digitized by Google

deinceps a talibus collationi-
bus.& vtraque bona. Quinto no. ex hoc ſecundum Hoſtien.
1 ꝙ excuſabiles † ſunt multa ſcribentes, quæ licet ꝓuectis non
ſint neceſſaria,nouis & poſteris poſſunt eſſe ꝓfutura. de pœ-
ni.& re.Deus qui.inſtitu.de iuſt.& iure.§.igitur.& ꝺ leg.§.ſed
nec in præmiſſis.& melius eſt doctos onerare ſcientijs,quam
iuuenes fraudare dicendis.concor.13. qō.2.non æſtimemus.
Caſſiodorus in prologo epiſtolarum : plerunque peritiæ ge-
nus eſt vitare quod placeat doctis:parcant etiā ſcribentes quo
ad alta & ſubtilia. Nam glo.ſicut & lex debet eſſe communis
4.diſt.erit.ad hoc de præben. dilecto.de ſacra vnct.c. vno.vbi
4 de hoc.† Sexto no. ꝙ errans ꝯ ius dicitur facere ex malitia vł
5 indiſcretione. de temp.ordi.vel non eſt.† Oppo. ꝙ ſine accu-
ſatore poſſit quis damnari.C.de proba.iubemus.vbi dicit pro
ducentem ſcripturam ſuſpectam vt falſarium detineri.So.vt
in gl.3.& in ea ibi,publico.ratio huius no.de ordi. cog. cap.2.
in fi.glo.penul.ibi,de manifeſta.vbi hæc gl.Et in fi.addit alios
caſus.de teſtib.tam literis.de proba.tertio.Item,cum quis ap-
pellationem non proſequitur,vel iudicum literas radit. de re
ſcrip.olim. vel in ſurreptitio impetrante, vel abutente reſcri-
pto Apoſtolico.de reſcript.c.fi.Item,cum quis ſibi eſt reus a-
ctor & teſtis & iudex,vt cum ſe obligauit ad certam pœnam.
de elect.cum dilecti.ad fi.Item cum quis ſuccumbit in cauſa
appellationis.de app.vt debitus.Item cū quis probationes ad-
uerſario ſubtrahit.de teſti. conſtitutis. 2. Item in proponente
exceptionem,& in probatione ſuccumbēte, de dolo. finem.
Item cum quis illudit iudici,vel aliquam malitiam commit
tit.de alie.mu.iudi.cā. 1.de poſtu.bonæ. 2.ver.nec nocebat.Itē
in vindicta iniuriæ ſacerdotibus irrogatæ. C.de epi.& cleri.ſi
quis in hoc. Alios caſus ponit Spe.de inquiſitione.†:quando
autem,in prin.& circa præmiſſos caſus poſſet inſtari. ſed dic
6 vt in eis.Secundo oppo. ꝙ actore † non probāte non debeat
ſemper reus abſolui.de iureiur.c.fi.Sol. vt in glo.ſimile:& in
ea ibi,actor.& ibi hæc gloſſ.& facit quod no.2.q.6.§.1.de hoc
in Specu.de proba. §.1.ver.nunc ad propoſitum.ibi,Quintus
Mutius. Item fauore eccleſiæ,vt cum petit bona quæ rector
poſſidet tempore mortis.de peculio cle.ca. 1.& ꝺ ꝑdicta.l.de
pecul.cler.ca.fi.& in eo quod ibi dicitur, ꝙ ea quæ acquiſiuit
mulier ſtante matrimonio ad eam præſumuntur perueniſſe
de bonis viri,dicitur hoc eſſe propter vitationem ſuſpitionis
turpis quæſtus.ibi,iure communi vel ſpirituali.per l.ſiue.quę
ſequitur. ſed illud non competit, cum excipiat caſus quibus
actore non probante &c.& dicitur in d.l.ſiue.quod ſi appare-
at eum cuius ſum hæres dominum,reus habet probare ſe do
minum.ibi,circa.de hoc de teſti.ex tenore contrario.2.in fin.
ibi,tribus.de hoc in d.c.ex literis.in glo. 2.ibi,fallaciter.in fin.
& illis criminibus non minus iudex accuſatorem ad docēda
quæ detulit,quam reum ad purganda quæ negat,debet vrge-
re:vnde dicit Ioā. Cal. ꝙ hæc lex loquitur in infamato de his
criminibus de quibus dicit glo. propter quam infamiam de-
bet ſe purgare etiam accuſatore non probante. facit optime
6.q.vlti.§.fi.Et per hoc poſſet dici ſecundum eum de iure ca-
nonico nil ſpirituale in his criminibus: tamen dic,quod illa
lex ēt loqtur de ſuſpecto, non tantum de infamato:ut ibi pa-
7 tet.An autem propter ſuſpitionē poſſit indici purgatio † di-
xi de offi. ord.ex parte.ibi, republica fiſci vel ciuitatis Roma-
nę,nō aliarum.ff.ad l.Iul.pecul. l. 4.no.glo.C.de eri.pecul.l.v-
na.ibi,ſæpius.ſ.a quo repetitur indebitum.ibi. §.ſi quis.alias ē
lex negans emācipationē ritè factā,id ꝓbabit.Ibi, ſi filius.Fi-
lius negās ſe in poteſtate patris eſſe, habet probare. & in fine.
Item propter contumaciam non iurantis. de iura.cal.c.fi.Itē
ꝓpter cōtumaciā nō venientis.vt lit. non ꝯteſt.qm̄.§.in alijs.

A D D I T I O.

a Nō debet negligere. Adde gl.in verbo prodiga, in prohe.decretaliū,& Apo
ſtolus ad corin. 9. expedit magis mori quam vt quis gloriam meam eua-
cuet,tranſumptiue in c.ſacerdos.1.q.2.

S V M M A R I V M.

1 *Præſumitur contra occulte dantes.*
2 *Papa tenet locum Dei in terris.*
3 *Diuinare non eſt noſtræ potentiæ.*
4 *Papa habet poteſtatis plenitudinem.*
5 *Inquiſitio contra prælatum ſine fama præcedente quando fieri poſſit.*
6 *Cauſa & occaſio qualiter differant.*

1 primę inquiſitioni rn̄det.Nota ꝙ† præſumitur contra occul-
te dantes.de hoc in gl.no.& in ea ibi. Anaſtaſius.ibi,in occul-
te recōciliante damnatum.ibi,ita fidei.occultū fideicōmiſſū
factum nō capaci deuoluitur in fiſcū.ibi,non exiſtimo.refert
an tutor vtens pecunia pupilli palā ſe debitorem faciat pupil
lo.an ſub adminiſtratione tutelæ latenter ex illa pecunia ſua
cōmoda iuuet.ibi,pernicioſam.ibi,de muliere ſub ſpecie reli
gionis in priuatis receptaculis habitante:idē de occulte præ-
dicantib.de hæreti.cum ex iniuncto.Conuenticulas facienti-
bus.C de epi.& cle.conuenticulā.occulte mulierib.cohabitā
2 tib.de ꝑſump.tertio.†Secundo no.ꝙ Papa tenet locū Dei in
a terris.ſic ſup.de transla.ca.2. Alibi primus hō dr̄ tenuiſſe vicē
Dei in terris 33.q.5.hæc imago.Ioā.alibi dicitur de ep̄o.e.qō.
3 mulier.Gof.† Tertio no.ꝙ diuinare non poſſumus.de hoc in
gl.ſic & Paulus.& ī ea.ſi fideiuſſor.de hoc.de pur.can. cōſtitu
tus.ibi l. 1. occultum fideicommiſſum factum capaci defert̄
in fiſcum.ibi,ſi putator.de hoc.de homi.c.fi.notabili. 1. Et in
fine.de hoc de ſeruis non ordin.c.1.quod facit contra ſolutio
4 nes diuinatorias.†Quarto not.ꝙ Papa habet plenitudinē po-
b teſtatis.b de vſu pal.ad honorem.Quinto no.vt in glo. uno &
in ea ibi,ſiue.de hoc ſup. ver.proxi.contrario 2. Sexto not. de
verbo poſſumus,& verbo debemus.& eadem verba de iudi.
nouit.ver.non enim.& de differentia inter ipſa.no. ff. de offi.
c præſi.præſes.Septimo no.de verbo maxime c& de hoc dixi de
ſum.trini.c.2.ver.in nullo.& eſt ſenſus hic , ꝙ etiā ſi archiep̄s
non dediſſet cām,tn̄ Papa inquiſiuiſſet:& hoc ad aures ſuas ꝓ
babiliter peruenerat.Et per hoc no. Hoſt. ꝙ licet non debeat
5 inquiſitio †fieri cōtra ꝑlatum quo ad remouendum ipſum,
niſi tanta ſit fama quæ ſcandalum generet.de acc. qualiter 2.
tn̄ vt emēdet id ſuper quo peccauit & pęnitentiā agat,ēt ſine
aliqua fama,ꝓcedi pōt & ſic pōt ītelli.ſm̄ eū.de collu.c. 2.dic
ꝙ hic non fuit proprie inquiſitio ad effectū vt corrigeret ar-
chiep̄s,ſed veri inueſtigatio,vt ſciretur an collatio facta per ar-
6 chiep̄m teneret.†Octauo not. differentiam inter cauſam d&
d occaſionem.de hoc de maio.& obe.ſolitæ.in prin.Opp. quia
non apparet ad quid Papa allegauerit hic ꝙ non proceſſerit
ex plenitudine poteſtatis,hoc potuiſſet facere tn̄ iuridice,ſed
ipſe reſpondet ꝙ imo ex debito officii:quo etiam quiſque or
dinarius teneretur ad talia.de accuſa.qualiter 2.de iudi.nouit.
7 †Quæro an collatio occulte facta teneat.Glo not.in fi. ſentit
ꝙ ſic.pro hoc,quia contractus licet fiant dę nocte,valēt. C.de
tranſac. non minorem. quia dies incipit a media nocte. ff.de
ferijs.more.de offi.dele.conſuluit.In cōtrarium, quia electio
non tenet:vt in eadem glo.ergo nec collatio,cum æquiparē-
tur.de cauſa poſ.cum olim.dicit Innocent. quod non ſolum
in epiſcopatibus,ſed etiam in præbendis neceſſe eſt electio-
nem publicari,& niſi publicetur,ſi fiat alia electio,tenet.cre-
dit tamen quod ſi fiat infra tempus legitimum, non tenet a-
lia electio poſtea facta quandocunque publicabitur prima.ar
gu.de elect.quia propter.in fi.& hoc ſatis innuitur hic ſecun-
dum eum.dicit tamen,quod quia nō poteſt hoc eſſe ſine gra
ui negligentia , poteſt ei qui ſe celauit auferri cancellaria : vt
hic,& alij dari . Ex hoc apparet quod non præciſe vult colla-
tionem Clandeſtinam non tenere.Archi.de præb. ſi tibi abſē
ti.lib.6.dicit Innocen.tenuiſſe occultam collationem præbē-
dæ non valere.Sed (vt dixi) hoc non tenet, ſed ſolum quod
priuari poſſit.& de hoc in ſequenti.q.Secundo quęro,an hoc
ſit verum ꝙ priuari poſſit.Hoſtien.dicit ꝙ non: quia hæc pœ
na non eſt iure ſcripta:ergo non imponenda. ff. de religio.&
ſum.fu.l.& ſi quis.§.generaliter.de ſepul.vio.l.2.§.non perpe
tuę.

A D D I T I O N E S.

a Papa tenet locum. Adde c.1.de nomi.li.6.in cle.1.in §.denique. de megiſt.c.
ad apoſtolicæ.in §.nos itaque.de re iudi.lib.6.
b Habet plenitudinem poteſtatis. Adde tex.in cle. 1.in fi.vt in pen. cap. propo
ſuit.de conceſſio.præb.c.per venerabilem.in §.rationibus.qui fi.ſint legi.ca.
de cætero 2.quæſt.6.
c De verbo maxime. Adde quando iungitur cum verbis importantib. cauſam
finalem tunc abundat:nec ſtat implicatiue.vt eſt tex.iuncta gl. in verbo ma-
xime.in c.ſi quis epiſcopus damnatus 11.q.4.& in c.cum olim.in ver. maxime
ſenex,iuncta glo.fin.de teſti.& in c.cum contingat:iuncta gl.1.de fo.comp.c.
Io.An. Ant.de But.& Io.de Imo.& alij in c.ad abolendā.de filiis pſby. alex.
de Imo conſi.78.inc.viſis dubitationib.elegāter formatis in vit.col.in 3.vol.
d Differentiam inter cauſam. Adde Card.Alex.in ca. conſequens.in 3. colum.
21.diſtinctio.

Digitized by Google

dis.& l.ſi quis argentum Oppo.ad idem de hoc cap. Sol.hoc
ſolum intendit hic:quia ſi nullo apparente ſuperior qui cre-
dit poteſtatem de ſe deuolutam confert,non poteſt ſibi aſcri
bi maliciæ vel culpę.non tamen per hoc innuit ꝙ collatio ſu
perioris teneat:imo contrarium inquantum recipi voluit ꝓ
bationem.vel dixit hoc allegando , non diffiniendo.Hoſtien.
& idem no.Archi.in dicto c.ſi tibi. Tertio quæro in quo fuit
gratia quod Papa dedit huic facultatem probandi. Solu.vt in
a glo. cum primę.& in ea ibi.l.vlti.erronea confeſſio aduocati
reuocatur infra triduum.ibi ab excommunicato. de hoc inf.
de diuor.ex literis.in gl.fi.ibi.§.tormenta.de hac. & ſe.de cau-
ſa poſſ.cum eccleſia.ver.nos.notabili primo.

A D D I T I O.

a Erronea confeſſio. Adde l.1.C.de erro.aduo.& Pau.de Caſt.conſi.31.

S V M M A R I V M.

1 *Contraria allegans non auditur.*
2 *Archiepiſcopi in ſimplicibus beneficijs diſpenſare poſſunt.*
3 *Modus adiectus collationi inducit ſimoniam.*
4 *Beneficium conferri non debet quo ad nudum nomen.*
5 *Collator non poteſt retinere partem permutatam beneficij.*
6 *Pactum circa beneficia prohibetur.*
7 *Symonia an committatur cum confertur beneficium affectu carnali.*
8 *Cap.cum noſtris.de conceſſio.praben. declaratur.*
9 *Epiſcopo mortuo in cuius poteſtate ſint res eius.*
10 *Cuſtodia quando pertinet ad clericos, an poſſit committi archieſſo.*
11 *Fructus beneficij an alteri quam epiſcopo liceat retinere.*
12 *Epiſcopus an poſſit alienare res eccleſiæ non vacantes.*
13 *Alienatio epiſcopi de bonis eccleſiæ in perpetuum quæ requirat.*

Ver.omnib. Præmiſſa excuſatione ſua exprimit
culpã archiepiſcopi, q dat ſicut hic ar
chiepiſcopus.Innocen. ſed alius cui confert,vel alius ꝑcipie-
bat qui mortuus eſt,ad hoc de inſti. cum veniſſent.in fi.Hoſ.
donatione per pactionem in ea appoſitam.Vincen.percepit.
ipſe collator.Primum quod dicitur §.ver.ſi vero. Secundum
quod dicitur ſup.ver.an conueniat palliare,quaſi pallio coo-
1 perire.de vſu pal.niſi.† No.quod allegans contraria a non au-
a ditur.de hoc in glo.quoniam.Turpe eſt enim aliquẽ vacilla-
re vel variare.de temp.ordi.dilectus.de pœnis.ſuper his.Go.
& maxime coram Papa,vt innuit litera ibi.non ſolum uobis
nam mentiri Papæ ſacrilegium eſt,vt arguit glo. de pœni.di-
ſtin.1.ſerpẽs.& maxime in ſacerdote,vt erat archiepiſcopus:
quia,vt dicit Hoſtien.eius verbum aut ſacrum,aut ſacrilegũ.
& in hac glo.quoniam.ibi,cum præcum.de hoc de proba li-
2 cet.ver.qq.notabili.2.† Secundo no.ex verbo diſpenſare.ꝙ ar
chiepiſcopi poſſunt in ſimplicibus beneficijs diſpenſare.Ho.
quod dic,vt dixi de præben.cum iam dudum.de reſcript.cle-
men.gratię.Et dic quod hic non colligitur: quia vt dicit Ioã.
An.diſpenſare ponitur hic pro diſpenſare vel diſtribuere.54.
diſt.in.diſpenſatio.26.q.7.allegant.Tertio not.quod † modus
3 adiectus collationi inducit ſymoniam.de hoc in glo. nota.&
in ea ibi.l.1.in legatis & fideicõmiſſis modus aſcriptus pro ꝯ-
ditione ſeruatur.ibi,cum in teſtamento,Titio Stichum lego
vt eum manumittat,cauens de manumittendo ſtatim illum
petit.Idem in legato ad monumentum;vt in l.ſeq.ibi,quiſhę
redi.§.vlti.incipit Plautinus.de hoc de iureiuran, petitio.not.
2.in fi.de hoc inf.de condi.ap.verum.Quarto nota.quod non
4 debet conferri beneficium † quo ad nudum nomen, ibi,nu-
dum officium. ſic etiam non debet quis haberi hæres nudo
5 nómine.C.de inoffi. dona,l.3.Quinto no. ꝙ collator † nõ po
teſt retinere partem prouentuum beneficij. de hoc in gl.inf.
de cenſibus.& de præben.auaritię, & c.extirpandę.in fi.Sexto
no.pro generali allegatione,ibi,alibi.& ibi, canone.ſic inf.de
ſen.excommu.illorum. circa medium.nec eſt contra ff.ad l.
Corneliam de falſis,l.fi.quæ loquitur cum quis allegat ꝓ le-
ge quod non eſt lex.Goff.de hoc dixi de coha. cleri.veſtra.de
elec.cle,conſtitutionem.in prin. Septimo no.quod pariter ꝓ
6 hibetur pariter cum mediatore † ſicut cum eo cui cõfertur
beneficium vt hic in ver.an conueniat. an autem mediator
poſſit teſtificari;dic,vt de teſti.c.1.lib.6.Oppo.in eo quod ibi,

non poteſt epiſcopus de illis aliquid diſponere.In ſecundo au-
tem membro. quando ipſe collator poſſidebat,hoc ſonat,ꝙ
epiſcopus poſſidet de iure fructus vacantis dignitatis:puta q̃a
eſt dignitas quæ beneficium & penſionẽ recipit de mẽſa epi-
ſcopi,poteſt epiſcopus ſtatuere ꝙ ad tempus teneantur fruct⁹
eius:vt hic.nec tunc aliquis erit in dignitate:vel dic melius ſe
cundum eũ,ꝙ aliq̃s erit in dignitate , ſed prouentus non per-
cipiet:vel poſſet intelligi ꝙ hoc fit non tñ ſi de mẽſa epiſco-
pi percipit dignitatis redditus:ſed etiam ſi aliunde , dũ tamẽ
de iure vel de conſuetudine cauſa cuſtodię tñ percipiat,vt fu
turo ſucceſſori reſeruet:quod ſemper debet fieri, niſi forte in
præcedenti caſu.12.q.2.hoc ius.& c.caritatem. ſm Inno.& ꝙ
dicit,præcedenti caſu.dic.ſ.cum ſtatuitur ꝙ ad tempus tenea
tur. Hoſtien. vero dicit hoc,quod hic dicitur intelligendum
de quocunq; beneficio cuius collatio ſpectat ad epiſcopum:
hoc ſaluo , quod ſi archidiaconus vel alius habet cuſtodiam,
quamdiu vacat,ab alio non erit auferenda. & de hac cuſtodia
no.de inſti.cum veniſſent.de app.bonæ. Sed ex quo eṗs cõtu-
lerit ceſſat cuſtodia.facit quod no.de reg.iur. ꝙ ob gratiam.li
bro 6.& ſic ſine alicuius iniuria eṗs percipiet fructus ſi eos ſi-
bi reſeruauit ante collationem vſque ad certum tempus de-
ducentur tamen fructus neceſſarij pro diuinis.qđ dic,vt de of
fi.ordi.præſenti.lib. 6.dicit etiam Hoſtien. quod tamẽ primo
membro litera eſt clara : ſed in ſecundo hæc eſt mens , quod
aut collator tṗe quo cõtulit,ꝑcipiebat fructus beneficij de iu-
re , & taliter ꝙ ẽt poſt inſtitutionem illos percipere debebat
forſan ad tṗs , & tunc nullum vitium.Aut illo tempore per-
cipiebat illos de facto tñ.de iure tamen ſolum dum vacabat,
& tunc eſt vitium ſi conuenit &c.vt in tex.Item quod ad præ
cedens dictum Hoſtien.idem cum Hoſti. videtur in alia glo.
velle Innocen.dicit enim quoſdam dicere. ꝙ etiam ſi capitu-
lum vel alius poſſidet,põt eṗs ſtatuere de prouentibus haben
dis:ſed non propter collationẽ dignitatis.i.ꝙ non retineat,ex
eo quia contulit illi dignitatem : ſcilicet paciſcendo ſup hoc
cum illo.quæ verba intelligit Hoſtien. generaliter,etiam ſi a-
lius quam epiſcopus habet conferre.Et ſm hoc dicit,quod q̃
uis hunc intellectum verba huius literæ, non approbent.põt
tamen tolerari,dum tamen id fiat. de conſenſu collatoris.ar.
ff.de offi.archi.ad hæc.in fi.inf.de dona.paſtoralis.Innocen.ta
men nihil dicit de collatore,ſed ſolum quando alius q̃ epiſco
pus tempore vacationis poſſidet beneficium: nec in tex.loq-
tur niſi quando ſpectat collatio ad ipſum qui reſeruauit fru-
ctus.dictum tamen præcedens etiam eſt verum.& dic gene-
raliter,ꝙ hæc litera hoc ſolum vult prohibere quod is.qui ꝯ-
fert non retineat ſibi prouentus quaſi paciſcendo cũ eo cui
fit collatio:ſed non paciſcendo licet ſibi reſeruare ex cã quan
do ipſe percipiebat fructus. Et idem ſi nemo percipiebat:vt
quia reſeruabantur futuro ſucceſſori: ſicut de iure fieri debet
de offi.ord.cum nos.Si autem alius percipiebat:ſecus,quo ca
ſu non poteſt collator ſibi reſeruare.quia ſi ex collatione cõ-
ſequeretur vt percipiat fructus, hoc videtur ſymoniacum:vt
in litera.Si vero inciperet ante collationem,ageretur de præ-
iudicio alterius qui non debet priuari iure ſuo ſine culpa.de
conſt.c.a. Et in hoc Innocen, in alia glo. generaliter dicit,ꝙ
epiſcopus non poteſt fructus eccleſiæ cõuertere in ſuos vſus,
cum non poſſit hoc fieri ſine ſummaria cognitione.10.q6.2.
c.1.& c.hoc ius.12.q.2.ſine exceptione.& inter dantem & re-
cipientem debet eſſe diſtinctio. C. de autho.tu.l.1.de inſtitu.
c.fi.de iurepatro.per veſtras.dicit tamen Inn. ꝙ cum authori-
tate ſui capituli poteſt ſtatuere ꝙ ad tempus & in perpetuũ
poſſit fructus alicuius dignitatis tenere & in proprios vſus cõ
uertere.argu.de conſti. cum acceſſiſſent. de conceſ.præbẽ.cũ
8 noſtris.Refert tamen alios intelligere † c.cum noſtris. quan-
do authoritate ſuperioris.& hanc decre.quando pro vtilitate
ipſius.dignitatis:non autem ſua retinet prouẽtus:alias enim
debent

A D D I T I O.

a Allegans contraria. Adde docto.in c.examinata.de iudi.doc.in c.vt quis du-
as.de elec.libro 6,docto in l.1,C.de furtis. docto. in l. vbi repugnantia. ff.
de re iur.

bus,poteſt epiſcopus ex cauſa retinere ad tempus prouentus: vt hic in perpetuum,no.de rebus eccleſiæ non alienan.clem. ſi vna:quod dico J.ſeptima,& octaua quæſt.& hoc quod dixi eum retinere poſſe ad tempus, procedit dummodo nonpaciſcatur cum eo cui confert,& hæc eſt mẽs literæ. Tertio quæro,in eo quod hic & ſecundo membro diſtinctionis, de qua ſupra quæſtione proxima,in.princip.loquitur quando archiepiſcopus pereipiebat prouentus, quando hoc eſſe poſſit.dicit Innocent.quod poteſt intelligi cum ipſe creauerat dignitatem,qua vacante poſſidebat illam, & habebat cuſtodiam tanquam patronus, & ſibi de temporalibus reſpondebatur. de app.bonæ.16 q.2.cap. primo. Sic etiam alteri patrono eccleſiaſtico de temporalibus reſpondetur.de priuileg.cum, & plantare.§.in eccleſijs.de præben.in Lateranen.Secus autem dicit Innocent.ſi eſſet patronus laicus: quia tunc,non patronus,ſed epiſcopus cui ſubeſt eccleſia,per ſe, vel alium res eccleſiæ gubernabit.de officio ordin.cum vos.de ſucceſſ.ab inteſtato,cap.fina.vel archidiaconus,ſi hoc habet de conſuetudine.de inſti.cum veniſſet,61.diſtinctione.ſi in plebibus. pro hoc de exceſ.prælatorum,c.2.& c.accedentibus, in fin. ſed in hoc vltimo contrarium tenet Innocen.de app.bonæ.vbi dico contrario primo.ſed quod hic dicit,verius eſt,vt etiam ibi dico. Oppono ad hoc,decima quæſtio.2.cap.fin.de offic.ordin. cum vos.Soluit Hoſtien. quod loquuntur ceſſante conſuetudine,vel priuilegio.argum. J.de iudeis. multorum, & quod ibi not. Oppono ad hoc, quod etiam ceſſante conſuetudine ſit idem.7.q.2.non licet.Soluit Innocent.quod prædicta ſunt vera ſi eccleſia non habet collegium.argum.dicti cap non licet.Oppono ad idem J.de teſta.regula ea quæ. vbi deputatur adminiſtrator Solut.vt ibi not.Quarto quæro circa hęc,mor-
9 tuo † epiſcopo in cuius poteſtate ſint res eius.Dicit Innocen. quod Iconomi.75.diſtinct.quoniam quidam. vel dic & melius ſecũdum eum quod in poteſtate Iconomi, & cum hoc cleri eccleſiæ.12.q.2.illud,& c.caritatem.Et ſi non ſit ibi Iconomus,clerici cuſtodient. & ſi non ſint clerici, cuſtodiet archiepiſcopus.12.q.2.non licet.& cap.non liceat alicui,& q.3. ſicubi.de hoc,ſcilicet,de cuſtodia & fructibus eccleſiarum vacantium, habetur de elect. generali.libro 6. dixi de electio. vt præteritæ. q.14. Quinto quæro,quando ad clericos pertineat
10 cuſtodia † An poſſint committere archiepiſcopo.dicit Innocent.quod ſic,9.q.3.conquæſtus, & hoc niſi Papa dederit viſitatorem: quia tunc ipſe ſolus cuſtodiet. 61. diſtinctione. obitum,& c ſequen.dic quod idem ſi deputat procuratorem de elect. cum nobis. in fin. quia in hoc non eſt vis in vocabulis,ſimile de procura.petitio.Sexto quæro,an alius quam Papa poſſit dare viſitatorem prædictum. Dicit Innocent.quod ſine cauſæ cognitione, & non vocatis quorum intereſt, in præiudicium alterius alius quam Papa non poteſt: de hoc de ſupplen.negl.prælatorum,eccleſiæ.libro 6. Septimo quæro,in eo quod hic dicitur, epiſcopum poſſe retinere prouentus beneficij ad tempus,quanto tempore hoc poſſit.dicit Hoſtien.quod ad triennium,vel quinquennium.ad longum autem tempus non põt, quia p id videretur habere iusin beneficio. ff.de ſuperficie.l.§.quod ait.ſi ager vectiga.l.1.& vlti. Et dic longum tempus decennium,vt no.in dictis iuribus,& de re.eccleſiæ non alie.c.primo.in glo. vltim. Octauo quæro,in eo quod dicit quod epiſcopus debet ſtatuere ſuper retentione ex cauſa iuſta,& neceſſaria, quæ cauſa ſufficiat. dicit Hoſtien. quod quælibet paupertas, vel propter guerram, vel litigium,magnam emptionem,vel longam peregrinationẽ, vel aliud ſimile.argum. de dona. Apoſtolicæ. de relig. domi, c.2.16.q.j.& temporis.de cenſi.cum Apoſtolus, vbi de hoc, Innocen. autem exemplificat de cauſa iuſta,vt pro debitis eccleſiæ ſoluendis.Et idem dicit hic glo.vltim.Idem etiam Hoſtien.de officio archipresby.c.fin. dic quod quælibet paupertas non ſufficit ſi eſſet aliunde remedium: quia requiritur cã non tãtum iuſta,ſed etiam neceſſaria:vt hic.Oppono ad hoc, quod etiam ex cauſa non poſſit epiſcopus hoc ſtatuere J. de verborum ſignific.cap. penultimo,vbi ſuper hoc fuit priuilegium a Papa impetratum.Illud tamen ca.hic in glo.vltim.in fin.inducitur pro. Item primum confirmatur: quia in facto non poteſt authorizare,vel diſponere. de rebus eccleſiæ non alie.clem.ſi vna.Sol.vt no.de reſcr.ſi propter.in gl.an legatus. libro 6.& vltia glo. Et videtur Ioan.Andr. ſtare contrarij,di-

...re,quia non reperitur iure cautum:cum conſenſu tamen epiſcopi & capituli hoc poſſet vnire in perpetuum. de rebus eccleſiæ non alien. clement. 2. Sed cum conſenſu capituli non poſſet ſibi retinere,vt in ſequen.quæſtio.per hoc reſpondi in quęſtione facti.Conſtitutum fuerat beneficium,& adiectum quod ſpectaret ad collationem plebani, & quod eſſet in optione eius conferre, vel ad menſam ſuam retinere. dixi enim.quod talis ordinatio in hoc quod poſſit ad menſam retinere non valet,niſi interueniat conſenſus epiſcopi, & capituli, & talis cauſa, quæ ſufficere poſſet ad vnionem faciendam: alias obſtaret dicta clemen. & ſufficit quod hic non inuenitur a iure permiſſum: ſed potius prohibitum. quia non debent beneficia ſine cauſa ſupprimi,quod dixi, vt de conſti. cum acceſſiſſent.in vltima gloſſa. Decimo quæro,cum hoc epiſcopus ſtatuit,an requiratur conſenſus plebani. Gloſſa vltima,quod ſic.& idem Innocent.per cap.quanto. de his quæ fiunt a præla.qui etiam plus dicit, quod pro vtilitate eccleſię vacantis poſſunt eius res alienari.decima,quæſtione ſecunda, cap.vltimo. Ad quod oppono,ne ſede vacan.cap.primo.Solu.
12 vt ibi,& in hac glo.ibi,debitis.hucuſque.glo. Ioann.† Vndecimo quæro de eccleſia non vacante. dicit Innocent. quod etiam res eius poteſt epiſcopus alienare ex iuſta cauſa. de his quæ fiunt a prælatis.paſtoralis.de donatio. conſultationibus. de præbend.auarinæ,& capitulo,expoſuiſti,decimaſexta,quęſtione prima,ſtatuimus. Nam & pro eis agere poteſt.de ſucceſſio.ab inteſtato, capitulo fina.& eccleſiæ cum ſuis dotibus pertinent ad epiſcopum.decima,quęſtione ſecunda, capitulo ſecundo,& tertio.Item poteſt eas vnire. de excel. prælatorum,ſicut,& diuidere. de eccleſi. ędifican. ad audientiam. & ex toto dignitatem remouere.de conſtitut. cum acceſſiſſent. dicit tamen Innocent.quod quando dignitas non vacat,irrequiſito eius prælato,non poteſt eius iura diminuere ſine cauſę cognitione.C.de emancip.nec auus.de communi agro deſerto.quicunque.libro 12.de dona. conſultationibus.de eccl. ędificandis, ad audientiam. Oppono ad hoc, quia deberent etiam requiri patroni.argument. decimaſexta, quæſtione ſeptima, filijs. dicit Innocent. quod prædicta forte locum habent tantum in eccleſijs vbi epiſcopus habent ius patronatus ex fundatione,cum tunc ſit eis reddenda ratio de temporalibus.decimaſexta,quæſtione ſecunda,capitulo ſecundo, & eis incumbit cuſtodia,dum vacant.vt no.de appella.bonæ. Ergo eorum nomine poſſunt agere,nec poſſunt res earum alienare:quod vltimum videtur contradicere ei quod dixi.§. ea.qõ. & illud verius, quod poteſt alienare ex cauſa. Si autem laici habent ius patronatus.dicit Innocent.quod cum tunc eccleſię cum dotibus ſuis pertineant ad epiſcopos, poterunt contradicere.argumen. dicti c.filijs,& etiam de honeſtate requirendus eſt aſſenſus patroni.10.q. 2. pręcarię.licet, vt Inno. refert, quidam intelligant illud de rebus a principibus collatis: & ita,quod ibi dicit,ſine regio conſenſu. intelligit ibi Hugo. de reb.collatis a rege,vel quando rex eſt patronus.tamen puto,quod ex cauſa,etiam contradicente patrono, teneret alienatio:pro hoc eſt quod not. J.de condi.appo.verum.in gloſſ. fin. Ex prędictis infert Innocent. quod modica videtur differentia,ſiue vacent,ſiue non:cum ſemper de reb. eccleſię poſſit epiſcopus ordinare quod iuſtum eſt: ſed facilius cum vacat.tamen etiam cum vacat non poteſt ſtatuere niſi forte vrgentiſſima cauſa ſubeſſet, quod fructus diminuantur in vita prælati.de dona.conſultationibus.Deinde in alia glo.dicit In-
13 no.ꝙ quandocunque ex cauſa alienet epiſcopus † in perpetuum bona eccleſię vacantis,non valet alienatio niſi eccleſia habeat defenſorem legitime conſtitutum.argum.C.ſi ob pupli.penſ.l.fin.de adminiſtratio.tuto.l. lex quę, & niſi fiat pręmiſſo tractatu & cauſę cognitione.12.q.2.c.primo. Oppono ad hoc de his quę fiunt a pręlatis.tua,& c.paſtoralis.Soluit Inno.ꝙ non negatur ibi hęc debere requiri; & quod in eis minus dicitur per alia iura ſuppletur,& hoc in perpetua alienatione. Ad tempus autem poteſt epiſcopus concedere ſine tãta ſolennitate.argum.hic ſecundum Inno.quę no.& quod dicit Inno.de tractatu,probatur etiam in dicto c.tua.& de rebus eccle.non alienan.c.1.lib. 6. vbi etiam probatur de defenſore deputando. Et dicit Innocen. quod licet poſſit epiſcopus alicui concedere quod eccleſiam vertant in ſuos vſus.d.c.cõſultationibus.tamen non debet res eccleſię vendere vel diſſipare.12.q.2.c.vltimo. Nec aliquid inde accipere pro ſe: 12.q.2.

Digitized by Google

2 *Spiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt.*

Dicto de rebus ſpiritualibus clericorum.ſ.de præbendis,&
1 beneficijs,videndum eſt de temporalibus †ſine quibus ſpiri-
tualia diu eſſe non poſſunt.1.q.3.ſiquis.Et quia interdum quę
ritur an clerici poſſint talia alienare,Ideo,&c.Goſ. ex hoc pa-
tet φ habuit rubricam,de reb.eccleſię alienandis vel non.Sed
Hoſt.habuit tãtum de rebus eccleſię non alie.Ideo no.φ hęc
rubrica ponit orationem perfectam,ſicut ſ.ti.1.& ne ſede va-
can.& vt lite non conteſta.cum ſimilibus. Dic φ in antiqua
fuit rubrica primo modo : & ita eſt hodie communiter : ſed
breuitatis cauſa allegatur ſecundo modo,de materia. 10.q.2.
12.q.2.facit.17.q.4.nullus.cum duobus ſequentibus. Reperi-
tur in ſexto & clemen.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus non poteſt res vnius eccleſiæ alteri donare ſine ambarum conſenſu.*
2 *Conſenſus eccleſiarum quare requiratur in commutatione.*

1 NOn licet. Breue.vel ꝑ alia verba.†Non
poteſt prælatus res vnius ec-
cleſię alteri donare ſine ambarum conſenſu.
a Nota ibi,Abbati.φ Abbas poteſt a authoriza
re alienationi eccleſiarum ſuarum in ſua iu-
riſdictione.de hoc dixi de trãſa.ſtatuimus. &
no.eodem ti.cle.j.in glo.de epiſcopo.ſed hoc non poteſt ſine
conſenſu ambarum,vt hic. Nam ſi non licet epiſcopo,vt hic
dicitur,multominus abbati.cum epiſcopus ſit maior. 10.q.j.
regenda.93.diſt.a ſubdiacono.Oppono ad hoc:quia tota ſoli-
citudo & poteſtas monaſterij pertinet ad abbatem. 18.qõ.2.
nulla.Solu.illud verum quo ad regulam & ad ipſam pertinẽ-
tia:ſed alienationen ſine conſenſu epiſcopi non faciet.12.q.2.
abbatibus.17.q.4.in venditionibus.de his quę ſi.a præla.c.2.&
& c.ea noſcitur.Dic tamen φ vbi abbas eſſet exemptus,tunc,
non epiſcopi, ſed alterius ſuperioris licẽtia requireretur,ſ.Pa
pæ, vel alterius ſuperioris immediati ad abbatem qui habet
iuriſdictionem quaſi epiſcopalem,vt no.in d.clem.1.in gloſſ.
præallega. Secundo oppono ad idem,quia ſi ambæ eccleſiæ
erant in poteſtate epiſcopi vel abbatis , debent poſſe diſpone-
re,vt volunt de re ſua.&c.de ſepul.de his.dic φ erant in pote-
ſtate quo ad agendum & defendendum,non quo ad ſpolian-
dum.de reſtitu.ſpoli.conquærente . Tertio oppono ad idem.
12.q.2.bonæ.de eccl.ędifi.ad audientiam.Glo.prima ſoluit φ
non poſſunt alienare ſine cauſa:ſed ex cauſa ſic. de hoc. 16.q.
1.eccleſiæ,j.eodem cap.primo.lib.6.Idem Innocen. & Hoſt.
qui etiam per iura allegata in glo.dicunt φ cum iuſta de cau-
ſa epiſcopus ędificat nouam eccleſiam,poteſt ei deputare iu-
ra quę debẽtur matrici eccleſię,vt decimas,oblationes,mor-
2 tuaria,& ſimilia. † Quęro,quare requiritur conſenſus eccle-
ſiarum in commutatione. Dicit Io. And. φ ideo,quia com-
mutatio quæ eſt contractus bonæ fidei,celebrari debet cum
eo qui habetur loco domini.de excep.cum venerabilis,& ſe-
cundum Vincen.ideo non ſufficit conſenſus clericorum qui
in eis ſunt,quia timetur fraus.de tranſactio. cum hi. §.ſi vni.
nec epiſcopus ſine eis vacante eccleſia.decima quæſtione 2.ſi
quis epiſcopus.

A D D I T I O.

a **Abbas poteſt.Adde quod hoc procedit quando eſt exemptus:quia tunc cen**
ſetur habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, vt eſt glo. in verbo proprij
prælati,in clement.prima, eodem titu.Innocent in cap.ex ore. de priuileg.
ſecus ſi non eſſet exemptus quia tunc eſſet neceſſaria authoritas epiſcopi.vt
in c.abbatibus.12.q.2.

S V M M A R I V M.

1 *Res eccleſiæ a regibus peti non debent.*
2 *Bona eccleſiæ dicuntur eſſe pauperum.*
3 *Eccleſiarum bona ſunt eccleſiæ generalis.*

tellige quia requiritur præſcriptio tricennalis.10.q.3.placuit.
vbi de hoc,& hodie quadragenaria & bonafides : de præſcri-
ptio.de quarta.pro hoc eſt quod no.c.fi.& in hac glo.ibi, qui-
cunq;.vt de hoc.Quæro de intellectu ibi,irrita habeãtur quæ
obtinent,Inno.exponit.i.donationes a regibus factę,per quas
obtinent bona eccleſiarum. Alij vt Bonagui. & Hug. ſm ali-
quos intelligunt non ſolum de his,quæ ſic obtinent a regib.
ſed etiam quę prius iuſto titulo obtinebãt ab eccleſia.Sed hic
intellectus eſt multum rigidus:& pręcedens magis conſonat
literæ.Secundo quæro,ibi,a communione eccleſiæ,de intel-
3 lectu dictæ eccleſiæ:i.generalis.Ex hoc no.φ bona † eccleſia-
rum ſunt eccleſiæ generalis, quod dixi de cauſa poſſeſ. cum
ſuper . omnes enim ſunt vna eccleſia, ita quod vna perdente
omnes videntur perdere,& econuerſo.de his quæ fiunt a prę
latis.cum Apoſtolica.

A D D I T I O N E S.

a **Bona eccleſiæ. Adde c.cum ex eo.de elect.lib.6.c.cauſa carpenſis.& ibi glo.**
de verb.ſig.Inno in c.in literis.de reſti.ſpo.
b **Dominus mundi. Adde glo.in cap.conuenior.23.quæſtione 8.Bald.in l.pri-**
ma.C.de ſumma trinit.

S V M M A R I V M.

1 *Liber homo dicitur habere peculium.*
2 *Clerici an poſſint imponere collectas.*
3 *Liberti proles poſt manumiſſionem nullius patrocinio eſt obno-*
xia.

Conſenſus. Rector eccleſiæ ſi dat eccleſiæ rem du-
quam ponit in ɔſilijs. 138. non. n. negari pōt quin hęc ɔceſſio
ſit ꝑpetua, eſt ergo alienatio, quæ fieri nequit obſtāte iur̄o, &
ēt ſi non ſit iuramentum præſtitum, obſtat ius ſ. c. ꝓxi. & hic.
defendi tn̄ pōt primum, præſuppoſito ꝙ ſic haberet ɔſuetu-
do. nam poteſt operari ꝙ prælatus in ꝑpetuum donare pōt.
8 d. c. cęterum. ergo fortius ꝙ ad vitam. Octauo quæro, † quidā
dedit res ſuas monaſterio ſub hac ɔditione, vt de eis tot ven-
derent quot ſufficerent pro ſatisfacendo creditorib. an in di-
ſtrahendis bonis talibus requiratur ſolennitas tractatus quæ
ſeruatur in alienatione bonorum eccleſię. Conſultum fuit ꝙ
non, quia non poſſunt dici facta eccleſiaſtica, ex quo ſub hac
conditione tranſlata ſunt in eccleſiam. de condi. app. verum.
facit quod dixi de foro competen. verum.

A D D I T I O.

* 342. Adde quod eius conſ. non excedunt nu. 303. Sed hoc dicit Fede. in cōſ. 142. in c. Domino Ioanni. B. S.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicus prædium eccleſiaſticum perpetuo locare non poteſt.*
2 *Locatio quando dicatur facta in perpetuum.*
3 *Verba, legitime reuocare, quid importent.*
4 *Conductores an habeant actionem contra locatores ad pecuniam ſolutam.*

1 Ad audientiam. †Canonicus prædium eccleſiæ perpetuo locare nō poteſt
communis diuiſio. Secunda ibi, ideoque, damnum, maxime.
Egid. & in hac gloſſa ſecunda, ibi, l. ſecunda, ponit caſum de
filio inſtituto a matre, qui viuente patre non agnouit, & mor
tuo patre repudiat hæreditatem paternam, & agnoſcit ma-
ternam. ſeparantur enim bona paterna a maternis. dicit gloſ-
ſa, hic non fuerunt mixta. Et in fine, facit ſupra capitulo ſi
quis, ſecunda, quæſtione prima, primates. Oppono in eo,
quod dicit, quod ſi alienata non poterunt reuocari & cæt.
poſſunt enim indiſtincte reuocari, ex quo contractus non te-
nuit, ſupra capitulo ſi quis. Gloſſa ſecunda, ſoluit, quod non
poterant reuocari, ex quo contractus non tenuit, ſupra eo-
dem, ſi quis. Gloſſa ſecunda, quod non poterant reuoca-
ri de facto, vel ſine ſcandalo. Idem Innocent. Hoſtienſ.
ad verbum, non aliter reuocare, ſupplet, maxime: primum
verius. Quæro an canonicus poſſit locare prædia eccleſiæ ad
tempus, videtur quod ſic: quia hic ſolum prohibet in perpe-
tuum: quod eſt verum ſi prædia ſunt aſſignata ſuæ præben-
dæ. de hoc, infra ne prælati vices ſuas, capitulo finali,
alias etiam ad tempus non poſſet, & ſic intelligendo ad ver-
bum

Digitized by Google

... poſſit venire contra factum ſuum, dixi ſupra cap. ſi quis. quæſtione ſecunda. Quarto quæro, † an conductores habeant actionem contra locatores
4 ad pecuniam ſolutam, dicit glo. vltim. quod ſic, ſi fuerunt bonæ fidei. ſecus ſi malæ. Et idem Tan. Goff. Vincen. & Innocē. & ſupra cap. ſi quis, licet ibi non ita firmet. & Ioann. duodecima quæſtione ſecunda, vulteranę in glo. ſecunda. Sed idem Ioan. tenet contrarium. decima, quæſtione ſecunda, hoc ius §. ſi vero, & Hugo. & Hoſtien. hic, dicens quod hæc actio datur in odium alienantis, & ſic eſt ſpecialis caſus in quo emptor malę fidei habet actionem. Primum tenet Ioan. And. quod eſt verius. Et in gloſ. ibi §. ſi quis, emptor reſtituit rem eccleſię, nec contra ipſam agit ad pręcium, contra iconomum ſic, ſi habet proprium. Ibi, vniuerſa res fiſci, vel eccleſię alienata per colonum vel emphiteutam repetitur non præſcriptione longi tēporis, nec repetitur pręcium per iniquos comparatores, ibi, ſi fundum, emptor fundi quem ſciebat alienum, vel obligatū, ſi ſibi de euictione non cauit, quod pro eo dedit non repetit, ſecus ſi ignorauit, in fine. declara hunc §. vltimum prout dixi ſupra, ſi quis quæſtio. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Regulares an prohibeantur inſtitui in eccleſiis ſecularibus.*
2 *Mandatum de prouidendo clerico ſeculari de beneficio eccleſiaſtico, an comprehendat eccleſiam ſolitam regi per regulares.*
3 *Perſona intermedia interrumpit conſuetudinem.*
4 *Mandatum de prouidendo monacho de beneficio competenti comprehēdit eccleſiam ſolitam aſſignari clerico ſeculari.*
5 *Eccleſiæ cuiuſque ſtatus conſiderandus eſt, nec per alicuius inſolentiam ſubuertendus.*

Poſſeſsiones. Habet duo dicta. Secundum ibi, aut non debes ſine ſuperioris authoritate. Innocent. aſſignare, facit de prębend. cum de beneficio. lib. 6. Oppono, ad primum dictum 12. quæſtione 3. cap. ſi. Solu. vt in glo. prima, & de hoc infra de dona. paſtoralis. Et in ea ibi tertiarum, ideſt tertiam partem de rebus parochialis eccleſię ſibi debitam, vt ibi, frequens tamen ſolutio glo. verior.
1 & ibi approbat. † Quæro an regulares prohibeantur [a] inſtitui in eccleſijs ſecularibus, ſicut hic prohibentur econuerſo. Sol. vt in glo. ſecunda, & dic vt in dicto cap. cum de beneficio. per quod declaratur hoc capi. in ſecundo dicto. Secundo quæro,
2 circa hoc, ſi mandatur † ſeculari clerico prouideri de beneficio eccleſiaſtico, an comprehendatur eccleſia quæ conſueuit regi per regulares, dicit Hoſtien. quod non, ſiue ſit parochialis, ſiue prelatura, vel præbenda, vt hic, & de cle. cum cauſam, & cap. cum in magiſtrum, & capit. officij, de teſta. cap. primo, de ſta. monacho. cap. fina. verſi. prętereà. quod intelligit ſi per 40. annos ſine interpoſitione clerici ſecularis miniſtrarunt religioſi, aliter non eſſet conſuetudo. de elect. cumana, de cauſa
3 poſſ. cum eccleſia, & cap. cum olim. Perſona † enim intermedia interrumpit, de electio. venerabilem, de fil. presb. ex tranſmiſſa, & cap. ad extirpandas. Et in hoc etiam dicit quod neceſſe eſt quod ſit talis eccleſia, in qua duo monachi conſueuerunt commorari, alias contra. de capel. mo. capi. penultim. & fin. Per quod cap. vt dicit Egi. intellexit Lodouicus hoc ca. de conuentualibus, non de capellis, quod reprehendit Ioā. de Lig. dicens idem in capellis conſuetis gubernari per religioſos, qui etiam dicit, quod aliquando Papa mandat prouideri de beneficio conſueto gubernari per regulares, & tunc procedit quod dictum eſt. Aliquando mandat prouideri de beneficio regulari, & attendetur vltimus ſtatus, etiam ſi pręſcriptio non ſit completa. dic per hoc non tolli dictum. Hoſtienſ. Item licet conueniens ſit quod attendatur vltimus ſtatus, tamen beneficium conferri poteſt regulari, & ſeculari ſi præſcriptio non eſt completa: nec contrarium iure probatur: ſed potius pro hoc facit cap. cum de beneficio, in eo quod ꝓ. iubet prouideri clerico ſeculari de beneficio conſueto regi ꝑ religioſos tanto tempore quod præſcriptio ſit completa, erga contrario, ſecus ſi non eſt completa. quicquid dicat ibi Archi.[b] Item in eo quod Hoſtien. dicit requiri, quod ſaltem ibi duo monachi, intellige vt dixi in dict. cap. fina. & de ca. monach. quando monachus inſtituitur ita quod per hoc religioſi, ita quod apparet, cum hoc quod quandoque fuerit īterdictum ne inſtituerentur ſeculares, alias non procederet præſcriptio, quod tantum per religioſos, cum ſit negatiua in effectu, pro hoc quod dixi de cleri. coniu. Ioannes, de conſue. cap. fin. Secundo quæro, ſi † mandatur prouideri monacho de be-
4 neficio competenti, dicit Hoſtien. Bertrandum dixiſſe, quod prouideri poterit de eccleſia quæ conſueuit tantum clerico ſeculari aſſignari. Hoſtien. putat contrarium: quia contrariorum eadem eſt diſciplina 32. diſtinct. hoſpitiolum, inſti. de libertinis §. primo, inſtituetur ergo cum religioſis eiuſdem ordinis, quia hoc dicitur beneficium ſibi competens 16. quæſti.
5 prima, placuit, & capi ſic vitæ. antiquus ergo ſtatus † cuiuſq; eccleſiæ conſiderandus eſt: nec per alicuius inſolentiam ſubuertendus, de ſup. neg. præla. cap. ſecundo, ad hoc de conceſſi. præbendę, ex parte. niſi ex certa ſcientia Papæ: vel authoritate dioceſani ex cauſa aliud fiat, ſecundum no. in dict. capit. quod dei. glo. ſecunda, hic ſentit primum, licet dicat inuitis clericis hoc non faciendum. Abb. dicit hanc decre. non loqui de conuentualibus eccleſijs monachorum: ſed de alijs, quibus miniſtrare conſueuerunt, dic quod ſi beneficium eſt nō curatum, non poteſt conferri monacho. ſi curatum, ſic. dict. capi. quod dei. tamen ſi conſuetum eſt regi per regulares tantum, etiam curatum ſibi conferri non poterit dict. ca. cum de beneficio. Tertio quæro, ſi ius conferendi beneficium in quo conſueuerunt miniſtrare monachi per eorum negligentiam deuoluitur ad dioceſanum, dicit Abb. quod non ponet ibi clericum, ſed monachum, & ſic eſt terminatum de ſupplen. negli. pręla. cle. quia regulares.

A D D I T I O N E S.

a An regulares prohibeantur. Adde Rotam deciſ. 155. & deci. 10.
b Quicquid dicat ibi Archidiaco. Adde Archidiaco. capitu. peruenit, el ſecundo 18. quæſtio. ſecunda.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus rei eccleſiaſticæ alienatæ cedunt ei in quem facta eſt alienatio.*
2 *Verbum, per multos annos, de quot ſit intelligendum.*

Ad noſtram. Eccleſia reſtituitur contra alienationem, per quam enormiter fuit lęſa. Primo ponitur petitio. Secundo commiſſio. ibi, quocirca caſienſe, alias ſecuſienſe, vnde originem duxit Hoſtienſ. & audiui qđ eſt in pedemontium, & vocatur monaſterium ſancti Iuſti. Villam, quę dicitur de monachis, & in valle ſecuſiæ ſita eſt, neceſſitate, famis vel debitorum quod factum erat ſub pacto legis commiſſoriæ obligata, conceſſerunt in feudum, obligata, & forte factus fuerat contractus vēditionis, de emp. & vendi. ad noſtram, quod. l. ſoluere pecuniam ſuprascriptā, reuocari dicebatur in antiqua, quod de fructibus illius villæ, ſingulis diebus habere ſolebant vnum ferculum, & in feſtis 12. lectionum piſces vel aliud æquipollens, pecunia, minore reſtituto reſtituitur maior contra eum. ff. de mino. ait prætor. §. vlt. C. vbi & apud quos, l. ſecunda, exoneratione. l. redimendo, vel oneratione, quia forte pro intuitu, & pro inueſtitura.
1 Hoſt. prima cōmunior. † No. quod fructus rei eccleſiaſticæ, alienatæ cedunt ei in quem facta eſt alienatio, licet poſtea reſcindatur. de hoc infra contrario ſecundo. Oppono in eo, ꝙ mandat cōtractum reuocari ſi monaſterium fuit enormiter damnificatum, quod hoc etiam ceſſante, contractus non valuerit ſupra eodem nulli. Hoſtienſ. ſtat contrario, & ibi enorme diſpendium, ſupplet, maxime, ſecundum eum mos gerēdus fuit monachis, quia ad hoc ſe obligarunt, de reſtitut. ſpo. cap. primo. Innocen. intelligit quod ſic tenuit contractus, ita quod nulla deerat ſolennitas, quo caſu ſi monaſterium erat enormiter læſum, reſtituitur, vt hic: ſi leuiter, nō, quod etiam tenet gloſſ. ſecunda, & eſt verius, & in ea ibi capitulu. ille non ſufficit ſine dioceſani conſenſu. Hoſtien. 12. quæſtione ſecunda, abbatibus. Et in fin. de hoc in dict. capi. cum cauſa, in gloſſ. vltim. Secundo oppono, quod reſtituta villa debuerint & fructus percepti reſtitui. ff. de mino. quod ſi minor §. reſtitutio.

Gloſſ.

Digitized by Google

tio:quia etiam ſi contractus fuiſſet nullus,tamen propter bonam fidem fecit fructus ſuos,& quod dicit hic pro labore, intelligo ſumptuum, quod non repetit, exquo habet fructus: ſed ſi per eos,res eſſet facta maioris æſtimationis, etiam vltra fructus,repeti poſſent,de in integrum reſtitu.capit. primo,& quod ibi dixi,& in hac gloſſ.vltim.ibi,bonę fidei emptor non dubie ꝑcipiendo fructus,etiam ex aliena re ſuos facit,ibi,ſumptus,interim facti per bonæ fidei poſſeſſorem in alieno excedunt fructus,ante li.conteſ.perceptos,officio iudicis,habetur
2 ratio. Quæro in eo,quod dicit quod per multos † annos tenuerat.de quot ſit intelligendum. Dicit gloſſ.prima,quod de paucioribus, quatuor,quia poſt quadriennium non datetur reſtitutio.quod eſt verum niſi ex cauſa.de reſtit. in integrum cap.primo,lib.6.& forte,propter eminētiſſimum damnum, hic etiam poſt quadriennium fuit conceſſa reſtitutio. facit, quod dixi in tex.ſub ver.reuocati,dicit Hoſtien.ſe habuiſſe factum notum, & quod a tempore contractus lapſi, erant plures quam decem anni.& de hoc in dict.cap.primo. Et ex hoc no.quod duo,vel tres anni,dicuntur multi.inſtit. de iure perſo.in fin.licet aliter ibi dicat gloſſ.& procedunt hæc quotiens contractus tenuit,ita quod fuit opus reſtitutione,ſed ſi non tenuiſſet,etiam poſt quadriennium auditur eccleſia,de in integrum reſt.cap.ſecundo,lib.6.& ſic ſecundum Ioan.An.vidētur iſti fuiſſe auditi beneficio iuris communis, qa contractus fuit nullus,quia factus ſine authoritate dioceſani. Secundo q̄ro,qua actione redderut pecunia,dicit Innocen.quod certi ꝯdictione ex mutuo, vel actione mandati ſi eorum mandato ſoluit. Tertio quæro,qua actione cogerut dimittere villam, dicit,quod per rei vendicationem ſi cōtractus non tenuit,vel per in integrum reſtitutionem ſi tenuit. Quarto quæro,an aliquo caſu tenere potuerit,dic quod ſic ſeruatis ſolemnitatib. in alienationibus rerum eccleſiæ,hodie tamen prouiſum eſt circa iura vel poſſeſſiones monaſteriorum:vel adminiſtrat.onum regularium non ꝯcedenda cuiquam ad vitam ſeu aliud certum tempus niſi neceſſitas,aut vtilitas beneficiorum hoc expoſcat.eo.titu.clem.1.dic,vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Laici quando dicuntur religioſi.*
2 *Laici religioſi non poſſunt habere regimen eccleſiarum.*
3 *Laici tenentur obſequi clericis.*
4 *Princeps poteſt eccleſiam priuilegiare.*
5 *Papa ex officio ſuo conſulit indemnitati eccleſiarum.*
6 *Conſtitutio promulgata ſuper non ſubiectos eſt potius deſtitutio, vel deſtructio.*
7 *Priuilegia conceſſa eccleſiæ per principes ſeculares quæ ſint.*
8 *Bona feudalia non poſſunt in eccleſiam tranſire.*

Cum laicis. Alienationes de feudis vel alijs rebus eccleſiæ non tenent,etiam ſi per cōſtitutionem laicorum approbentur: Primo ponitur exceſſus. Secundo prouiſio:ibi,volentes,manet,ideſt aſtringit. Egi.imperandi,ipſis clericis,hoc enim eſſet monſtruoſum,de maiorit. & obe.cum inferior.cum ſimilibus,refrigeſcere.ſupra,de elect.cap.ſecundo,vel imo non ſolum præſumendo quod eſt infra eccleſiarum,ideſt,eccleſijs venditarum vel donatarum, vel aliter inter viuos acquiſitarum iuriſdictionum,dicunt interdum, quod clericis non licet habere niſi decimas, quare non debent ſe intromittere de temporali iuriſdictione,vt ſic eos ęquipararent Ciſtercienſibus,de ſta.mona.recolentes,ſed etiam,quaſi iſtud denotet magis præſumptuoſum, mortuarijs,prohibendo forſan ne relinquātur poſſeſſiones eccleſijs, vel pręcipiendo quod relictas alienent,vel ne vltra tantum'of feratur in mortuario,& his ſimilia,vel quod non valeat relictum ſine ſolemnitate teſtium,contra id,de teſtam,cum omnes,& c.ſeq.vel quid ſimile.Pe.aſſenſu,& non ſeruata ſolemnitate qua ſupra cap.nulli,in pręſumptas,ab inferiorib. & nō ſuis iudicibus,vt in prin.Cenſuram,iam latam,quod dic,vt J. de immu.ecc.non minus,de ſenten.excommunic.nouerint.
1 † Nota,quod laici a dicuntur quandoque religioſi,quod dic,

ba.in pręſentia. Tertio ꝓpter [illegible]
ff.de conſti.princi.beneficium. Quarto propter animarum fauorem 13.quæſtione ſecunda,animę.C.de ſacroſanct.eccleſi. ſancimus,primo. Quinto propter fauorem vltimæ voluntatis,eodem tit.l.prima,hic ergo funiculus non ſolum duplex, ſed multiplex nullatenus rumpi poteſt,de treu.& pa.cap.primo,poſſent & alię rationes aſſignari,ſecundum varias cauſas priuilegiorum,quę ſunt attendendæ,quia eis ceſſantibus ceſſat priuilegium,de iureiuran.& ſi Chriſtus,ad fi.& in hac gl. ſecunda,in fin.licet priuilegiare poſſint, non tamen poſſunt ſe intromittere de poſſeſſione in dotem data,etiam ſi per ipſos data fuerit, cum ſit facta eccleſiaſtica, de prębendis, dilectus 3.Hoſtien. Et Ioan. And.ſic loquitur in cap.nouerint,all.
5 in glo. † Quinto no.quod Papa ex officio ſuo conſulit indemnitati eccleſiarum,de inſti.cum veniſſet,& conſulitur hic de iure,ſed de facto non eſt qui exequatur,& ſic parum ꝓdeſt. de re iud.cum aliquibus,rectores enim & pontifices muti.de iure ſuo male tuti,cum ſint cornuti,non audent cornib. vti. vt dicebat dominus Bertrandus epiſcopus Graſſenſi. contra quos Greg.43.diſtinct.ſit rector. & Symacus 16. quæſtio.pri
6 ma,in canonibus. Sexto nota,quod conſtitutio † promulgata ſuper non ſubiectos,vt a laicis ſuper rebus eccleſię, eſt potius deſtitutio vel deſtructio, quia nititur deſtruere libertatē eccleſiæ. Septimo nota ex hoc,quod talis conſtitutio eſt ipſo iure nulla,etiam ſi ſit eccleſiæ fauorabilis,quod dixi de conſt. eccleſia. Oppono,quod princeps non poſſit eccleſiam priuilegiare 10.quæſtione prima,nouerint.glo. ſecunda,non ſoluit, dic,quod licet priuilegiare poſſit, vt hic,non tamen poteſt ſe intromittere de poſſeſſione in dotem eccleſiæ data, vt ibi, etiam ſi per ipſum data fuerit,cum ſit facta eccleſiaſtica.de ꝑben.dilectus 3: Quæro circa quartum notabile.quę ſint priui
7 legia † conceſſa eccleſię per principes ſeculares. Hoſtienſi.dicit quod patent per leges dicentes quem poſſe rem ſuam patrimonialem donare, vel relinquere eccleſię inter viuos, & cauſa mortis. C.de ſacroſanct.eccleſi.generali,& l.iubemus, nec eget talis donatio inſinnatione,eodem ti.l.illud. Et quando imperator donat eccleſiæ ſola immenſitas eſt menſura. Auth.eadem §.ſi vero minus,& hęc priuilegia ſunt extendēda,non reſtringenda,de donationibus,cum dilecti.vnde ſi qs de curiali fortuna dederit res ſuas eccleſię,a lucratiuorum ꝓſcriptionibus ſunt liberæ,& immunes,vt ſit differentia inter res diuinas,& humanas.C.de ſacroſanct.eccle.ſancimus,ſecūda,& l.fina.nec debent hæc priuilegia per non vſum vel abuſum tolli,cum futurum tempus reſpiciant. Auth.eodem tit. §.ad hęc ſancimus,& irritanda eſt conſtitutio ſi qua fiat contraria.C.de ſacroſanct.eccl.decernimus,& l.fina.de epi.& cle. omnia priuilegia, & hęc & ſimilia ſunt priuilegia de quibus putat Hoſtien.hic fieri mentionem,quæ ſtabilia debent eſſe, ſecundum eum propter rationes de quibus in dicto 4. no.de alienatione feudorum & aliarum poſſeſſionum. Solu.vt dixi ſuper tex.vt quia diſponebatur per cōſtitutionem laicorum, quod talia ſibi obuenirēt a laicis infra annum,& dicit alienarent vel ſimpliciter ſiue obuenerint a laicis: ſiue non,alias occupant non ſine crimine ſacrilegij,de foro competenti.conquæſtus. Oppono ad hoc:quia ſi ſic erit quod eccleſia non teneatur alienare,cito poterit acquirere omnia temporalia, cū etiam dominium acquirat ſine appprehenſione. C.de ſacroſanct.eccle.l.fina.de conſuet.ex literis, vbi de hoc:nec deſinit eſſe hęres.decima collatio.de feu.alie.ſi clientulus,nec de facili poteſt alienare ſupra cap.nulli.ſol.Hoſtien.quod debet recurri ad Papam,qui prouidebit,de immun. eccleſi.aduerſus, principi vero ſeculari non licet talia reuocare vel infringere, infra de pę.ſignificauit,hoc enim eſt conſilium generale ſeruandum,vt euangelium,vnde non valet contraria conſtitutio vel conſuetudo,de conſuę.cap.fina. Oppono ad hoc,quia ſaltem

A D D I T I O.

a Laici. Adde docto.in rub.de regu. ca.iuſta.16.quæſtio.prima,& in ca.quod Deo 33.quæſtio.5.

... quod perſonaliter ſeruiatur, procedunt contraria, quia quando eſt ad vitam, non poteſt dare eccleſię, quod non habet, de iure patro. quod a iure, tale, autem eſt ſeudum de canena. Item quando debet ſeruiri perſonaliter, idem, vt prædixi, quia perſonalia non transferuntur in alium, de offi. delega. cap. fina. de vſu pal. cap. ſecundo. ff. de ſol. inter artifices, quod procedit ſi ſeruitium erat tale quod non cōueniebat clerico, cuius arma ſunt lachrymæ 23. quęſtione 8. §. primo, & cap. primo, & ſecundo, alias per clericum præſtabitur, vt no. Innocen. de proba. in p̄ſentia: ſi vero eſt paternum, & in quo conſueuit per alium ſeruire, tranſibit ad eccleſiam, decima colla. de gradi. ſuccedē. in feu. cap. primo, & ſecundo, & de inueſtitura quam Titius accepit §. item placet. & cap. ſequen. Idem de allodio ideſt re libera. vt ibi no. Et hoc caſu quo relinquitur eccleſiæ feudum, ſi tenebatur per alium vaſallum in feudum, non poterit retinere, niſi ab eccleſia, cui relictum eſt, de nouo inueſtiatur, & hic eſt caſus quo quis ſine culpa perdit feudum, decima col. de pace iura. fir. l. vna §. penultim. vel iudicandum erit hoc ſecundum diuerſas cōſuetudines nouas vel violenter inductas, ſed antiquitus rationabiliter obſeruatas, dummamen non ſint nimis oneroſæ eccleſijs, de conſuet. capitul. primo, de hoc remittit Hoſtien. ad ſummam de immu. eccleſi. §. inquantum, ver. ſed nec illa.

De præcarijs. Rubrica.

Viſo de alienationibus in genere: quia præcarij conceſſio ſpeciem alienationis habet, ideo &c. vel ſic, viſo de contractibus per quos dominia rerum alienantur, nunc de his p̄ quos tráſfertur commodum & vtilitas fructuum & vſus. Hoſtien. de materia 10. quæſtio. ſecunda, præcariæ, & cap. ſępe. fit, & 16. quęſtio. 3. clerici. & cap. ſequen. Quęro quæ ſint præcarię. ſol. vt infra cap. 1. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Præcaria ſunt perpetui contractus.*
2 *Precaria quid ſunt.*
3 *Precarium quid dicatur.*
4 *Ex contractu præcariarum qua actione agatur.*
5 *Precaria cum renouantur an ſit neceſſarius conſenſus capituli & Epiſcopi.*

a PRæcariæ: a Hoc cap. & ſequens habētur pro paleis. decima, quæ
1 ſtione ſecunda. † No. quod precarię ſunt perpetui contractus, tranſeunt enim in hæredē, ex quo renouantur de quinquennio ad quinquennium, & fit renouatio ne pereat memoria contractus. Oppono, quod imo præcariæ fiant non tātum ad quinquennium, ſed etiam vſque ad vitam capientis 12. qōne ſecunda, ſæpe, decima, quæſtione ſecunda, precarię. ſol. multipliciter accipitur iſta dictio precarie, vel precaria: vt dicit, gl. prima, puod dico J. quęſtione prima, ſed quo ad contrarium dicit Innocen. quod hic loquitur, ſecundum cōſuetudinem patriæ, de iure vero ſcripto fit vſque ad mortem recipientis, dict. cap. precariæ, quod etiam Abb. Hoſtien. dicit quod loquitur de generali conſuetudine per canones approbata, non de ſpeciali, pro eo eſt, quod dicitur in textu ibi, ſecundum authoritatem, ſed Abb. exponit dictionem, &, quæ ſequitur pro ideſt: quia ſecundum eum non inuenitur alibi hęc authoritas, in quo quid teneatur, non refert quo ad iuris diſpoſitionem.
2 † Quæro, quid ſunt precariæ. Gloſſ. prima facit differentiam inter precarium, & hæc precaria. Hoſtien. etiam facit differentiam inter precarias in plurali, & hęc precaria in ſingulari, dicens hic loqui de precarijs in plurali quę renouantur quinquennio. Abb. dicit differentiam non eſſe inter pluralē, & ſingularem, nec probatur iure. vnde qua facultate inducitur eadē reprobatur, facit quod ait Hier. ſuper Matth. 4. ca. & hęc quod non ſit differētia inter temporalem & ſingularem, etiam ſentit glo. J. cap. fin. in glo. fin. in fin. Et placet Ioan. And. ergo erit tantum differentia inter pręcarium de quo J. cap. fin. & precatur dict. capit. precariæ, decima, quęſtione ſecunda, non tranſmittuntur ad hæredem, vt no. in dict. cap. & hic in gloſ. Alio modo, & communiter dicuntur precarię, quæ conceduntur ad vitam accipientis, & de his loquitur di. ca. precariæ. Et quo modo fiant dico J. cap. proxim. quæſtione prima, & ſic intellige hanc glo. & in ea ibi accipientis, & hoc modo non multum differt ab vſufructu. Secundo quęro, an lapſo quinquennio intelligatur pręlatus renouaſſe tacite. glo. vltim. quod ſic. Oppono ad hoc 12. quęſtione ſecunda, longinquitate. gloſſ. eadem non ſoluit. Hoſtien. ſoluit quod illiſtatur: quia videtur colonus renuntiare iuri ſuo ſi non petijt renouationem, quæ fit fauore eccleſię, ne origo contractus ſit incerta, propter qđ abſolueretur poſſidens, licet præſcribat. & hoc niſi eccleſia vellet eum etiam inuitum retinere J. de eo, qui duxit in ma. cap. primo. C. de legi. quod fauore, quod eſt verius, niſi ex aliquo alio detegeretur conſenſus prælati, & in hac gloſ. vltim. ibi §. vltim. ſi precarium datum eſt ad tempus, patitur eum qui rogauit poſſidere, videtur ruſus precario cōcedere. Ibi, eadem, ſi tranſacto tempore locationis conductor manet in fundo, tacito conſenſu locatio cum vinculo pignoris renouatur.
Tertio quæro, qua actione agetur ex contractu precariarum,
4 dicit Innocen. quod condictione ex hoc cap. vbi eſt hęc conſuetudo, ſicut in emphiteuſi. an datur condictio ex lege. C. de iure emphi. l. prima, pro hoc. ff. de cond. ex lege l. vna, & de hac condictione dixi de teſti. ſpo. ſępe. Quarto quæro, de exēplo huius capi. Abb. exemplificat de eo qui terram incultam accipit a prælato, & ibi ędificat dato aliquo eccleſiæ, & poſtea ſingulis annis ſoluit aliquid faciendo fieri renouationem, vt hic, & ita etiam ſeruatur in contractu libellario. Quinto quæ
5 ro, an † cum renouātur precarię, ſit neceſſarius conſenſus epiſcopi, & capituli. Specu. de locato §. nunc ſequitur videre, ver. & hic, circa finem, dicit quod non quod not. quia ſingulare, tamen de ſe clarum, quia in renouatione non fit alienatio. J. de iudeis cap. ſecundo.

ADDITIO.

a Precariæ. Adde de materia iſtius cap. vide Ange. conſil. 181. incipien. et forma, & ſerie.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor non tenetur ſtare contractui prædeceſſoris.*
2 *Contractus factus irrationabiliter quando dicatur.*
3 *Pœnæ adiectio an valeat in contractu irrationabiliter facto.*
4 *Cōtractus prædeceſſoris quando relinquatur prouidentiæ ſucceſſoris.*

De precariis. Reuocat ſucceſſor precariam, p̄ prędeceſſorem irrationabiliter fa
1 ctam. Præmittit factum cui prouidet ibi, præcipimus. † Not. quod ſucceſſor non tenetur ſtare contractui prędeceſſoris, & inducitur hoc cap. J. ne præla. vi. capi. fina. quod non teneatur ſtare locationi prędeceſſoris, de quo aliter ibi dico, & ad hoc & ſimilia ibi reſpondeo. Quęro de exemplo huius capi. Petr. & Abb. ponunt caſum per cap. precariæ, decima, quęſtione ſecunda, vt quia de domo ſua recipiebat laicus 10. pro penſione in loco ſtudij, & dedit eccleſię, etiam quo ad fructus, & recepit ad vitam rem eccleſiæ quę in fructu valet 30. vel ſi tenuit vſumfructum domus, recepit rem valentem 20. ſi ſtudio recedente domus non valet, niſi quinq;, prælatus contractum diſſoluet, non obſtante pœna adiecta. quod tenet Spe. eodem titu. in prin. quod reprobat ibi Ioann. Andr. ſi precaria fuit rationabilis ab initio, & facta fuit inde ſcriptura, non debet eccleſia vti fraude in ſuis contractibus, de don. per tuas, quod eſt verius, ſed dicit dictum eorum procedere poſſe quando non fuit factus contractus ſolemniter per ſcripturam: ſed amicabiliter ex confidentia ſic proceſſerūt prælatus & laicus, vel quādo non fuit actum principaliter de re, ſed de precio ſingulis annis inuicem dando: licet forte poſt talem conuentionem, precij res ex quibus precium 10. habebatur fuerunt deſigna-
2 tę. † Secundo quæro, quando dicitur hic contractus factus irrationabiliter. Innocen. dicit quod quandoque contra vtilitatem eccleſiæ. Hoſtien. exponit irrationabiliter, ideſt contra rationem

Ibi l.prima,ſi matrimonium non tenuit,nec dotis conſtitu-
tio,& pactum ſuper ea factum habetur acſi factum non fuiſ-
ſet,& reſtituitur per condictionem ob cauſam,ibi §. vltim.ſi
creditor vendens pignus duplam promiſit, quia ſic expedie-
bat,vel hoc habebat conſuetudo,condemnatus de euictione
agit ad ſummam debiti,& ad intereſſe:alias ſi nõ expediebat,
intereſſe non petit.ibi.illud §.vltimo,re quam tutor intendit
euicta datur actio vtilis in illum, cuius tutela geſta eſt in id,
quod in eius rationibus eſt allatum:vel in totum ſi tutor nõ
eſt ſoluendo,ibi §.ſi procurator.de hoc ſupra eadem queſtio
ne.Quarto quero,in quo relinquitur prouidentiæ ſucceſſoris
4 † ſolu.vt in litera, & apertius,dic, quod conſiderabit an expe-
diat eccleſiæ, quod contractus firmus remaneat, & tunc rati-
ficabit tacite vel expreſſe,an vero expediat, vt reuocetur tan-
quam damnoſus,& reuocabit,eſt ergo ſuæ prouidentiæ,alias
prudentię an reuocet,aut confirmet.ſic duodecima,quæſtio-
ne ſecunda,ſi qua.

S V M M A R I V M.

1 *Principio ex inordinato plura inordinata ſequuntur.*
2 *Homeri interitus.*
3 *Precariæ voluntate concedentium non reuocantur.*
4 *Precarium an differat a commodato.*
5 *Precarium in quo à locato differat.*
6 *Precarium qualiter debet reſtitui.*
7 *Precarium quibus modis finiatur.*
8 *Dominus vendens an repetere poſſit ab eo cui conceſſit.*
9 *Precarium qualiter ſilienetur.*
10 *Precarium recipiens an teneatur de culpa.*
11 *Capitulum eccleſiæ cathedralis ſine epiſcopo an poſſit conſtituere precarias.*

Precarium. Habet tria dicta,ſecundum ibi,ſolui-
tur. Tertium ibi,porro, non etiam.
Et dicit Hoſtiē.quod in primo exemplari compilationis erat
litera,vel etiam,quę fuit correcta, & impropriè,nam melius
fuiſſet dictum,ſed non,& illi literæ corruptæ bene adaptatur
id quod ſequitur,& facit infra,no.primo,aut melius dixiſſet,
ſed ſoluitur,vel ſoluitur etiam ipſum precarium, id eſt, rem
precario conceſſam,& in alium tranſlatam.Not.ex eo,quod
dixi in verbo non etiam, quod ex vno inordinato principio,
1 plura inordinata † ſequuntur,& lapidandus non eſt magiſter
vel ſcholaris ſi quandoque errat, ex quo author hic errauit,
& quod interdũ bonus dormitat Homerus.Horatius in poe-
tica.Hoſtien.dic tamen quod hic non fuit propriè,& dicit Io
an.And.prout poteſt colligi ex ſpeculo hiſtoriali, Homerus
fuit inter philoſophos primus poeta.id eſt, poetice ſcribens,
& præcipuus apud grecos,ſicut Virgilius apud latinos, inſti.de
iure nat.§.ſed ius.Et dicunt Clenardus lib.tertio,& Valerius,
2 lib.9.quod leuem quęſtionem a piſcatoribus ſibi factam ſol-
uere neſciens, cum per id impudenter derideretur ab eis, vir
verecundi ingenij,quaſi toxicato confuſionis iaculo perfoſ-
ſus mortuus eſt. Multos etiam tales qui dolore vel gaudio
mortui ſunt,ponit ibi Valerius lib.9.capi.13.quæſtionem vi-
dere potes in Policrato lib.primo, & in lib.philoſophorum,
3 vbi de ipſo tractatur.† Secundo nota, quod precariæ non re-
uocantur voluntate concedentium. ſ. capitanea. ſecundum
Hoſtien.non enim debent eſſe viri eccleſiaſtici variabiles, vt
eccle.benefi.capitu.vno,de renuncia.clemen.vna.de pact.qua
liter,de arbi. per tuas,de iurepatro.cum autem, nec fraudem
ſuis adhibere contractibus 27.quæſtione prima,de viduis, de
dona.per tuas.Oppono,quia innuit litera ibi,inuito domino,
quod ſola alienatione trãſferatur dominium,contra id.C.de
pact.traditionibus,inſti.de rerum diui. §.per traditionem, &
§.venditę.ſoluit Hoſtien. quod alienans conſtituit ſe preca-
rio nomine poſſidere, vel fuit tradita poſſeſſio altero de mo-
4 dis qui nota.de conſuetu.capitu.ſecundo. † Quero an preca-
a carium differat a a commodato,& in quo. ſolue, vt in gloſſa
prima.Et dicunt quidam,vt Goffred.non differre niſi in ver-
interdictum, vnde vi. quæ veniunt a die electionis.ff.de vi &
vi arma.l.prima,§.ex die.de reſtitutione ſpoliatorum,grauis.
Et ſi in conceſſione precarij fuit expreſſum, vt reſtituatur
quandocunque petetur, agetur ad repetendum actione præ-
ſcriptis verbis,ſi non fuit expreſſum, ſed ſimpliciter conceſ-
ſum,agetur precario,& ſi interuenit ſtipulatio, agetur ex ſti-
pulatione,& ceſſabit precarium.ff.eo.l.& habet §. cum quis,
& l.interdictum. Vincen.cætera,dic,vt in hac glo. & in ea.ibi,
& ſi ad certum tempus,& ſic non valet pactum,contra natu-
ram contractus appoſitum.Abb.ibi certe §.vlti.vnde diſtin-
guitur,an concedens ſit dominus,an non:quia etiam non do
mino a quo habebatur precarium competit hoc interdictũ.
ff.eod.quæſitum,primo reſponſo,ibi,durante.ſecus ſi eo iam
finito.vt ibi.Quarto quero,an alijs modis finiatur precarium
7 † quam hic expreſſis.Gloſſ.ſecunda,ſoluit, quod ſic, & ibi fi-
nitur,idem ſi currere cepit. ff. eod.certe.primo reſponſo.Ibi,
hæredis recipientis, & ideo ipſe hæres ex ſui perſona, cum iã
defecerit precarium,non tenetur precario niſi ad hoc,vt reſti
tuat ſi habet,vel ſi dolo fecit quominus haberet.ff.eo. quæſi-
tum §.vltim.hęreditaria vero actione de precario ſemper te-
netur.ff.de diuer.& tempo.præſcri.cum hęres.ff.de precario,
cum precario.Innocen.ibi,alienauerit, vnde non requiritur
ipſius reuocatio.Goffred.ibi,debitor.Item ſoluitur finito tẽ-
pore ad quod conceſſum fuit.ff.eod.cum precario.ibi l.quar-
ta, locatio vel precarij datio, quam feciſti donec voles,mor-
tua finitur.Et in fin.de hoc de reſcrip.ſi gratioſę,primo reſpõ
8 ſo. libro ſexto. Quinto † quæro,an dominus qui vendit,po-
ſtea poſſit repetere ab eo cui conceſſit,dicunt Vincen.& Gof
fred.quod non,licet contractus ab eo ſumpſerit initium, ta-
men cum ille teneatur emptori.ff.eo.quęſitum §.quod a Ti
tio. iniquum eſſet,eum teneri duobus.ff.de exerci.§.ne in plu
9 res.Sexto quęro,† an eo ipſo reuocetur,quod is in quem fuit
alienatum precarium vult reuocare,videtur quod ſic per tex.
ibi,reuocare volenti,ſed ſupple & reuocanti, & nunc propo-
nitur interdictum ab emptore nomine venditoris:ſi vero nõ
reuocat,videtur tacite approbaſſe precarium, & ideo ipſum
interdictum decętero ſuo nomine proponet,& in hoc eſt dif
ferentia inter eum,re.iocet, vel non.ff.eo.quęſitum §.illud,& in
inde hoc ſumitur,non reuocabit nomine venditoris ſed ſuo.
10 ff.eo.quęſitum §.illud tamen.Septimo quæro,an is qui rece
pit precariam,teneatur de culpa.Glo.tertia,quod non.Et dic
ſecus in commodatario qui tenetur,etiam de leuiſſima.infra
capitu.proximo.Ratio differentię colligitur ex prima gloſſa,
quia maiorem vtilitatem habet,cum non reuocetur niſi vtu
11 finito,quod ſecus in precario.†Octauo quæro,an capitulum
eccleſię cathedralis poſſit ſine epiſcopo celebrare præcarias,
de quibus hic in fin.& duobus capit.ſupra proximis, videtur,
quod non:quia ſi precaria fit perpetue prout dixi in capitulo
primo,non debet capitulum hoc poſſe, ſicut nec poteſt alie-
nare ſine licentia epiſcopi : ſimiliter ſi precaria fit ad vitam,
quia adhuc contractus eſt perpetuus,vt nota.de rebus eccleſi.
non alienand. clementin.prima,in gloſſ.fina.In contrarium;
quia de iure hoc permittitur,dummodo fiat rationabiliter,
decima,quæſtione ſecunda,precariæ,& hic,& ſupra cap.pro-
ximo. Federic.in conſilijs,conſil.285.dicit,quod valet ſi capi-
tulum habebat bona diſtincta,quod eſſe poteſt,.de reſcriptis.
edoceri,quod placet intelligendo,quod ſit conceſſa precaria,
ad vitam recipientis, ſecundum modum de quo in dicto ca-
pitu.precarię.licet etiam dici poſſet alienatio,non tamen om
nino propriè. Et quamuis eſſet alienatio,conceditur a me,
per iura pro hoc allegata.videtur tamen obſtare de rebus ec-
cleſi.non alienand. clemen. prima, in principio. Sed dic,vt
ibi dixi queſtione decimatertia,& decimaquinta,& pluribus
ſequenti. Sed precariam perpetuam renouabilem de quin-
quennio

A D D I T I O.

a An precarium differat. Adde glo.& ibi Bar.in l.ſecunda.C.de preca.Bald.in
l.in commodato,in §.ſicut.ff.commo.doct.in l.contractus.ff.de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 Dictio, cum, aliquando ponitur pro quando.
2 Commodatarius tenetur etiam de culpa leuiſſima.
3 Dictio, etiam, eſt implicatiua.
4 Damnum quod quis ſua culpa ſentit debet ſibi imputari.
5 Circunſtantia contractus tolluntur per pactum.
6 Precarium, & commodatum an differant.
7 Commodatum dicitur beneficium.
8 Commodatum gratia commodatarij non debet in eius laſionem trahi.
9 Commodatario an imputari debeat caſus indiſtincte.
10 Pactum contra naturam contractus non valet.
11 Caſus fortuiti an veniant ex pacto, niſi ſpecialiter enumerentur.
12 Clauſula generalis comprehendit caſus ſimiles expreſſis, & minores, non autem maiores.
13 Rei quo caſu pereat periculo debitoris.
14 Aeſtimatio duplex, vna qua facit venditionem, alia qua non.
15 Commodatum an ante vſum expletum reuocari poteſt.
16 Commodatum quid ſit.
17 Depoſitarius quare tenetur de leuiſſima culpa.
18 Dolus an ſit culpa.
19 Culpa in genere quid ſit.
20 Depoſitarius quando teneatur ex dolo praſumpto.
21 Culpa lata quid ſit.
22 Error iuris an ſit culpa lata.
23 Leuis quid ſit.
24 Culpa leuiſſima quid ſit.
25 Commodatarius de qua culpa tenetur.
26 Caſus fortuitus quid ſit.
27 Furtum an ſit caſus.
28 Renuntiatio ſpecialis quare valeat, non generalis.
29 Renuntiationi generali iurata an ſit ſtandum.
30 Iuramentum quid ſit.
31 Commodatarius quomodo teneatur de mora.
32 Commodatum qualiter reſtitui debeat.
32 Commodatarius re amiſſa tenetur ad æſtimationem.

CVm gratia. Dicit qualiter, & de quo commodatarius teneatur, & quod commodatum intempeſtiue non reuocatur, vel ſic. Commodatarius gratia ſui tenetur, etiam de leuiſſima culpa, non de caſu, niſi in tribus caſibus hic poſitis, hoc primo. Commodatum intempeſtiue non reuocatur, habet duo dicta. Secundum ibi: contra, prima ſubdiuiditur, quia Primo ponit vnum dictum. Secundo aliud, a quo excipit tres caſus. ſecunda ibi: licet. Secunda principalis ſubdiuiditur in dictum, & rationem. Secunda ibi: cum, tantum, dictio negatiua de cauſa poſſeſſion. cum eccleſia, excludens hic fauorem commodantis. Accepit, ſcilicet a commodante, eſt enim proprie accipere quaſi ab alio capere. Aſſumimus autem per nos ipſos, facit de electio. qualiter. de homi. tua. in fin. quandoque non: ſic, de celebra. miſſa. cum Marthæ, in principio trigeſimatertia, quæſtione quarta, ille, de electio. officij, in fin. & capitulo, quia propter, in principio. tenetur, re commodata perempta vel deteriorata, licet aduerbialiter pro quamuis, ſic infra titu. primo capitu. fina. aduerbialiter ponitur ſupra tit. primo capitu. fin. vtroque modo de donatio. inter virum, & vxorem, nuper. niſi, quia negatiua ſequitur, ponit, non excipit, ſic infra eodem capitu. de reſtitutio. capitu. penultimo. de hoc in regu. peccatum. libro ſexto, per dom. Ioann. And. Commodati, directa, ſcilicet, quæ datur commodanti, & eius hæredi. etiã contra hæredem commodatarij. ff. eodem l. tertia §. hæres. Expletum, ideſt, completum vel finitum, & allega. Goffred pro ſimili. ff. de peri. & commodo rei vendit. leg. prima, in fine. & l. ſecunda, & quid dicant, vide de donatio. cum dilecti. in quarta gloſſ. res. mobilis vel immobilis, de hoc in gloſſ. cum pro quia, redditiuum cauſę, de hoc infra: notabil. primo, oportet, de hoc verbo not. vigeſimaquinta, quęſtione prima capi-
1 tu. primo. † Nota. de dictione cum, a quæ hic in princip. poni-
a tur pro quando, ſic ne ſede vacan. capitu. primo, in fine. Alibi pro quia infra eodem capitu. ſupra titu. ſecundo capitu. final.

mo ſapientiæ, & ſermo ſcientię conuenienter ponuntur inter dona gratis data. & ſic ſunt gratię gratis datæ, ſed charitas, eſt gratia gratum faciens, quia per eam quicquid facimus, eſt acceptum Deo, & ſic facit nos deo gratos, de hoc primo ſententiarum diſtinctio. vigeſimaſeptima, & per Thoma. prima ſecundę quæſtione 111. articulo penultimo, & vltim. hic autem gratia pro vtilitate ſeu contemplatione intuitu vel fauore, concordat regula, quod ob gratiam. libro ſexto, & hoc verbum bene conuenit huic ɔ̃ctui, q̃ de natura ſui eſt gratuitus: vt gloſſa prima, facit prima, quęſtione prima capitu. primo.
3 † Tertio nota de dictione, etiam, b quæ eſt implicatiua, de cõ-
b ſtitu. cum omnes, vbi dixi. Quarto nota. quod commodatarius non tenetur de caſu regulariter, in tribus tamen caſibus tenetur de quibus hic, & in eo, quod dicit de mora, nota. Goffred. in ſumma, de vſu. in princip. primę columnę. Hoſtien. in ſumma. eodem titulo §. ex quibus caſibus, ſub §. ex mora. de hoc. ff. de vſu. mora. & reg. mora. libro ſexto. de loca. propter. ver. qui etiam, quæſtione ſeptima, & ſequen. Et dic, quod vbi commodatarius haberet legitimam exceptionem, non dicit eſſe in mora. & ſic non eſt ipſius periculum dict. regu. mora. ff. eodem, in rebus §. poſſunt, & quod nota. C. eodem l. tertia.
† Quinto nota. quod damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſi-
4 bi debet imputari regu. damnum, libro ſexto, & dic imputari quaſi inſcribi, vel in ipſius damnum imputari, vel æſtimari, & cæt. verbum ſatis viſitatum apud iuriſtas. C. eodem l. prima de verborum ſignificatione, dilecto. regu. imputari. libro ſexto, de conceſſio. præbend. clemen. vnica, in fin. Sexto no. quod non tantum imputatur culpa, ſed etiam caſus, qui ſequitur
5 culpam. † Septimo no. quod per pactum tolluntur circunſtã-
tiæ contractus, & quod contractus ex conuentione legem ac-
6 cipiunt. regula contractus. libro ſexto. † Octauo nota, diffe-
* rentiam * inter commodatum, & precarium, de hoc in glo.
7 penultim. † Nono nota, quod commodatum, dicitur beneficium, & eſt beneficium, large beniuola actio gaudium tribuens capienti. infra de pœnis, ad aures, & decima coll. ex qui. cauſa, feud. amit. capitu. primo, vltra medium, & quod dicit Seneca libro primo, de beneficijs. Decimo not. quod non debemus decipi beneficio, ſed iuuari, de hoc vigeſimaquinta, quæſtione prima capitu. primo, & hic deciperetur commodatarius ſi reuocari poſſet vſu non expleto. Si enim commodans ab initio denegaſſet, forte ſibi alias prouidiſſet emptione vel locatione vel aliter. ff. eodem, in commodato §. ſicut, non pœniteat ergo in alterius præiudicium. ff. de regu. iur. nemo ponit. regula. nemo poteſt. libro ſexto, & ſecundum Hoſtien. concordat ad literam ſupra titu. primo capitu. fina. ff. de ſer. excommu. ſeruus qui. eadem l. Oppono, quod commoda-
8 tum † gratia commodatarij non debeat in eius læſionem trahi, vt per hoc teneatur de leuiſſima culpa: vt hic, per regul. quod ob gratiam, libro ſexto. C. de lega. quod fauore. Solutio hic fauor non retorquetur in læſionem: ſed is cui fauetur, amplius tenetur ad ampliorem cuſtodiam, facit de pœnitentia. diſtinctione tertia, ſepties, de teſtamen. cum in officij, & hac ratione datur actio negoc. geſtorum ei, qui amici gratia gerit ipſius negotium. ff. de negotijs. geſtis lege, tertia, & in id in quo amicus per euentum læditur, dummodo fuerit vtiliter cœptum. ff. de negotijs geſtis, lege, ſed an vltro §. primo. Ioann. And. qui etiam dicit, quod ſi præter, vel vltra regulas iuris communis aliquid alicui fauore vel gratia conceditur, ad illos caſus reſtringitur regula, & illud non retorquetur in eius læſionem, vt in contrarijs. Oppono, quod commodata-
9 rio † debeat imputari caſus indiſtincte infra de pigno. ſignificante. Solutio. ibi in mutuo, in quo transfertur dominum in ac-

ADDITIONES.

a De dictione cum. Adde l. ſi quis arbitratu. ff. de ver. ob. Car. in c. ſi. in 1. no. de conſue. Card. in clemen. 1. in 3. nota. de teſtibus. Raph. cuma. conſi. 56. incip. Petrus hæres.

b Dictio etiam. Adde docto in clemen. prima de præben. Abb. in cap. ex tuæ. de cle. non reſid. Car. in clem. religioſus, de procu. Ioan. Calde. conſi. 4. intit. de præbendis.

* Nota differentiam. Adde Cardinal. in capitu. precarium, ſupra, de precarijs numero 2.

Digitized by Google

10 preca.cum precario §.primo, ibi non valet pactum † contra
naturam contractus. Soluit. Abba.quod hic eſt circa circun-
ſtantiam. Naturaliſſimum eſt enim precarij, quod duret ad
placitum concedentis: ideo per pactum non tollitur, ſimile,
quod dicitur. ff.depo.l.prima §.penultim.& quod de conſue-
tudine dicitur, de elect.cum terra.de conſue.capitu. ſecundo,
libro ſexto. Non ſic autem naturale eſt commodāti ad quod
teneatur commodatarius, ſed alter ad plus, alter ad minus: vt
hic, & ſic hoc eſt de circunſtantijs quę poſſunt alleuiari, & ag
grauari per pactum. Per hoc dixit Abb.quod non valet pactū
de non reſtituendo commodatum poſt vſum completum,
quod dicit Ioann. Andr.verum niſi tranſiretur ad aliam ſpe-
ciem contractus, puta donationem. ff.de dona. cauſa mor.l.
vbi ita donatur. Quinto oppono ad idem, quod etiam ſi ſit
11 appoſitum pactum, non tamen veniant † caſus fortuiti, niſi
ſpecialiter enumerentur. ff.ſi quis ca.ſed etſi §.quæſitum. Gl.
ſecunda, ſtat contrario, & hoc quidam tenent dicentes, quod
nullo caſu in iudicijs, vel cōtractibus tenetur quis de caſu ni-
ſi fuerit ſpecificatus, quod placet Ioann.Bal.& Azo.in dict.§.
quod tenet etiam gloſſ.& Ioann. And.infra titu.primo capit.
ſecundo, & pro his facit, quia in iudicio quaſi contrahimus.
ff.de pecu.lege tertia, §.illud ſcribit C.eodem titulo.ff. de pol
li.l.prima. Alij, vt Martinus, dicunt, quod licet in iudicijs nō
teneatur de caſu non ſpecificato in contractibus, non tamen
tenetur ex generali pactione. Ratio diuerſitatis, quia iudi-
cium redditur in inuitum. ff.de verbo.obligatio.inter ſtipulā
tem, de iudic.capitulo primo. Contractus vero ſunt volunta-
rij. C.de actio.& obligatio.ſicut. Item, quia tantum valet ge-
nus quo ad genus, quantū ſpecies quo ad ſpeciē, de hoc de of
ficio. ordina. capitulo ſecundo. Item, quia tot ſunt caſus for-
tuiti quod impoſſibile eſſet illos enumerari. C de tempo.ap-
pellatio.l.fina.poſt principiū.de præſcrip.triginta anno.l.ſin.
in principio. Aſtringeretur ergo lex ad impoſſibile ſi cogere-
tur omnes enumerare quod eſſe non debet. quarta diſtincti.
erit autem. regula.nemo poteſt.libro ſexto, inducit etiam le-
ges. ff.eodem ſi vt certo §. nunc videndum, de pact.in.gen.§.
item ſi quis man. & Ariſtoni. Sed primi reſpondent ad pri-
mum, quod illud generale, fallit vbi requiritur expreſſio ca-
ſuum: vt hic. Ad ſecundum, quod enumeret contrahēs quos
poteſt, & de illis tenebitur promittens, leges vero intelligun-
tur de caſibus prouenientibus, ex dolo vel culpa, vel de ſpe-
cialiter, non de generaliter enumeratis. Alij diſtinguunt, an
aliqui caſus fuerint enumerati ſecuta clauſula generali, & tūc
omnes veniunt, ad hoc de procurato.qui ad agendum, libro
ſexto. Aut nulli ſunt expreſſi, & in nullo tenetur, vt in §.quę-
ſitum. Et hanc opinio. quæ fuit Bulga.approbat vſus, vt dicit
gloſſ. §. quæſitum, & hanc tenet Dyn.in regu.contractus, li-
bro ſexto, & hoc facit impoſſibilitas enumerandi certos. C.
quando mu.tu.offi.ſun.poteſt, authentic.matrimo. Odof. in-
telligit hoc quando aliqui caſus enumerantur ſecuta clauſu-
la, nec ſtetit per commodantem, ſed per commodatarium,
quo minus omnes enumerarentur, ſecus ſi per commodā-
tem ſtetiſſet. Ioann. And. tenet opinio. Bulga. maxime iuncta
limitatione Odof.& de hoc in Specula.de loca.§. nunc dicē-
dum, verſicu.ad euidentiam, & verſicu.ſequen.vbi etiam per
Ioann. And.& hanc etiam tenet Guil.de cu.in §.quæſitum.
12 Dic tamen, quod clauſula † generalis concernit caſus ſimi-
les expreſſis, & minores, non maiores. pro hoc de reſcript.ſe-
des, & de procurato, cle.non poteſt. ff.de vino tri.& oleo leg.
lege final §.cui dulcia.de penu.leg.nam quod, & ſecundum
hoc eſt differentia inter iudicia & contractus: quia in iudicijs
non ſufficit clauſula generalis ad tollendas exceptiones non
ſpecificatas, vt in §.quæſitum. Sed in contractibus ſic. Sed
Barto.de Salice.in illo §.dicit quod etiam in iudicijs clauſula
generalis concernit caſus non expreſſos in quibus eſt ſimilis
vel maior ratio: quia in iudicio quaſi contrahitur: vt ſupra
eodem cōtrario. Item, quia in §.quæſitum, fuit formata quæ
ſtio, an valeat renunciatio generalis. & Atilicinus reſpondit
non valere. Sed Vlpianus dicit quod non valet niſi ſit facta
ſpecificatio, referendo ſe ad quæſtionē formatam, quando re
nuntiatio erat omnino generalis, contra hoc eſt, quia ibi di-

do rei venditæ, l.antepenultima vbi qui rem debebat, fuit in
13 mora: † tamen non perit periculo ſuo, ad idem. ff. depoſi.ſi
plures, in fine. Solutio. ibi: ſi commodatario exiſtente in mo-
ra res perit, periculum eſt ſuum: vt hic: ſed ſi non perit, & cō-
modator incipit eſſe in mora, perit ſibi, vt ſic vltima mora no
ceat: vt in dicta lege antepenultima, & ff. de vſur. debitor. &
quod nota de decimis, cum homines. Sed in l.ſi plures, depo-
ſitarius vel eius hæres habebat iuſtam cauſam litigandi. vel
aliter: vt ibi nota. Septimo oppono, quod extra caſus hic exce
ptos teneatur commodatarius de caſu. ff.de ęſtimatio. actio.
l.prima. Solutio. quidam ſtando contrario dicebant, quod
quando res commodata tradita fuit ęſtimata, tenetur, per di-
ctam l.primā, in fine. Azo contra, ex eo, quod legi.& nota.ff.
commoda. ſi vt certo §.commodatum. ff.loca.opus.pro pri-
mis eſt, quia ęſtimatio debet aliquid operari. Ad quod reſpō.
Azo. quod operatur, quia ſi de natura cōtractus tenebitur de do
lo & lata culpa, tenebitur & de leui, & de leuiſſima, ſi de leuiſ
ſima, & de caſu, quod tenet Guilelmo. Naſo. Petr.& Abba.&
Hoſtienſi. & placet Accur. ff.commod.ſi vt certo §.nunc vi-
dendum. Sed Io. ibi: contra dicens, quod duplex eſt ęſtima-
14 tio: † vna quæ facit venditionem. ff.de iu.do.ſi rem.& l.quo-
tiens, & hæc bene facit tranſire periculum caſus. Alia quæ
non facit venditionem, & hæc non facit tranſire periculum,
dicta l. prima, de ęſtimato. actio. Sed hoc ſolum operatur,
quod facilius ſcitur æſtimatio ff.de præſcrip. ſtipulatio. l. final.
quod placet Ia.Bald.& Odof.pro quibus videtur caſus. ff.pro
ſocio.cum duobus §.damna. In dubio dicunt quidam, quod
præſumitur venditio per l.cum fundus. ff. loca. & hæc com-
* munior,* & quo ad hoc vltimum, quando ſumus in dubio,
dicit Ioann. Andr. quod vbi de natura contractus poteſt res
æſtimari illa æſtimatione quę facit venditionem, vt in dote:
verum eſt quod prædicitur. Secus vbi natura contractus hoc
non patitur, vt in commmodato. ff. eodem l.rei.ff.loca.non
ſolet. quia tunc in dubio non præſumitur emptio: vt in §.
damna.& l.cum fundus: non loquitur in re principali locata,
ſed in acceſſorijs, & facit, quod ibi nota. Bart.aliter diſtinguit
in dicta l.prima, de æſtimato.actio.ſed in idem recidit. Octa-
uo opppono ad hoc: quia etiam ſi traditur ęſtimata, non tran
ſeat periculum in accipientem. ff.de præſcrip. ver. ſi gratuitū
§.ſi margaritas, vbi dedi tibi margaritas ęſtimatas vt eas ven-
deres & precium dares: vel ſi non venderes, dares ipſas: peri-
culum eſt tuum tunc tantum, quando me de hoc rogaſti. So
lue. vt nota in dicta le.prima, de ęſtimato.actio.& dic, quod
ibi ęſtimatio non facit venditionē, quia vſus rei non tranſiuit
in accipientem, quod eſt de natura venditionis. Nono oppo-
15 no, quod etiam ante vſum expletum poſſit reuocari † com-
modatum, ſupra titulo primo capitu. fina. Gloſſ.penultima
ſoluit. quod ibi in precario, pro hoc eſt, quod nota. in dicto
capitulo fina.in gloſſ.prima, & in hac gloſſ.ibi, vitioſa, et qui
ignorabat vitioſa, ſecus ſi ſciret. ff.eodem l. penultima, quod
nota, de præbend. inter cętera. ibi, excuſatur, hoc verum in
commodato, ſecus in locato. ff. locati.ſed addes §.primo,
& vendito.ff.de actio.vend.tenetur §.ſed ſi vas, & in hac gloſ.
ibi l.penultim. ponit caſum in illo qui ſciens ſeruum furem,
16 commodauit illum hoc ignoranti, & illi furtum fecit. † Que
ro quid eſt commodatum. Gloſſa prima ſoluit, & in ea ibi,
vſum intempeſtiue non reuocādum, vt differat a precario,
ibi, vtentis datum, vel quaſi commodo datum, ſcilicet certi
vſus, & tēporis. diſcernitur enim commodatum a precario
non per vſum tantum, ſed per vſum, & tempus expreſſum,
vel tacitum, de tacito exemplum: commodaui equum ducē-
dum Romam, facit. ff.de verborum obligatio.continuus §.
cum ita, & ſic ſi rogaui librum mihi concedi ad certum
vſum & tempus, & tu ſimpliciter conceſſiſti, cēſebitur com-
modatum, vt reſponſio limitetur ſecundum interrogatio-
nem, inſtit.de inut.ſtipula.§.præterea, de fide inſtrumen.in-
ter.§.cæterū. Si autem ſimpliciter petij, dicit Specula.eodem
titulo §.ſecundo, verſicu.quid ſi res, quoſdam dicere non eſ-
ſe commodatum, ex quo datur ad certum vſum, ſed preca-
rium: quo tene: gloſſa. ff.eodem, in commodato.§.ſicut. pro
hoc facit quod ſequitur hic in gloſſa. Secundo quæro, ſi in-
ſeruenit

Digitized by Google

pium. Commodaui tibi ſaccum pecuniæ, vt ſpargeres in ta-
bula, vt videreris ditior. Ibi, poteſt commodare: commodat
enim non tantum dominus, ſed & fur, & prædo. ff. eodem cō
modare, & lege ſequen. ibi, obligatus, niſi quatenus factus eſt
locupletior: vt in lege. Iulianus infra alleg. quę alias incipit in
ter cum. † Tertio quæro, quare tenetur depoſitarius, etiam
17 de leuiſſima quando gratia ſui recipit. Gloſſ. ſecunda, ſoluit,
vſque ibi, ſi vero gratis, pro cuius intellectu, & pro intellectu
etiam literæ, & aliorum iurium, quia plerunque fit mentio
de dolo, lata culpa, leui, & leuiſſima, de caſu, videamus, quid
ſit vnumquodque iſtorum. Quarto itaque quæro, quid eſt
dolus, dicunt Hoſtienſ. & Abbas, quod eſt ſtudioſa machina-
tio ad alterum decipiendum adhibita. ff. de dolo lege prima.
Puta commodatarius latenter ſignificat ſuri vbi eſt res com-
modata, vt ipſam ſurripiat, & cum eo partiatur. † Quinto
18 quæro, an dolus ſit culpa, videtur quod non, cum non ſit la-
ta culpa vel leuis nec leuiſſima, & plures ſpecies culpę aſſi-
gnantur. ff. commoda. ſi vt certo §. nunc videndum. Melius
inſtitutio. quibus modis re contrahi. obligat. §. penultimo,
& ibi gloſſa. Item dolus diſtinguitur a culpa: vt in dicto §.
nunc videndum, & in dicto §. penultimo. Barto. tamen. ff. de-
po. quod Nerua. dicit dolum contineri ſub culpa, & aſſignat
quinq; ſpecies culpæ, ſcilicet, latiſſimam, quam dicit dolum,
latiorem, quam dicit dolum præſumptum, latam, leuem,
& leuiſſimam, quod procedit capiendo culpam generaliter,
& impropriе, vt etiam conueniat machinationi. Sed pro-
prie, vt culpa eſt deſidia ſeu negligentia pro eo, quod non eſt
prouiſum, quod a diligente prouideri potuit, procedit diſtin-
ctio prima, & ſic accipitur culpa. ff. ad legem Aquiliā. ſi puta-
tor. & in dicto §. nunc videndum, & in dicto §. penultim. Sed
ſecundo modo accipitur in dicta lege, quod Nerua. vbi dici-
tur culpam latiorem dolum eſſe, quando ſcilicet, pars non ad
hibet tantam diligentiam in rebus depoſitis quam in ſuis, &
idem dicitur infra titulo primo, bona fides, & talis dicitur do
lus præſumptus, & per hoc ſaluatur quod dicitur in dicta le-
ge, quod Nerua. nec expedit impropriare literam, vt dicamus
prout dicit ibi gloſſa culpam latiorem dolum eſſe, id eſt, do-
lo ſimilem. Sexto quæro, circa hoc, accipiendo culpam in ge
19 nere, quid eſt † culpa, † dicit Petr. quod eſt deuiatio a legis
diſpoſitione. Barto. in dicta lege, quod Nerua. reprehendit, di
cens per hæc non comprehendi niſi latam culpam, quæ eſt
ignorare, quod ab omnibus ſciri debet. ff. de verborum ſigni-
ficatio. latę, ipſe autem diffinit ſic. Culpa eſt deuiatio ab eo,
quod bonum eſt quod hominis diligentia potuit præuideri.
Sed vt dicit Raynutius, in quibuſdam additionibus in dicta
lege, quod Nerua. Petr. habuit eundem intellectum. arg. ff. de
ritu nup. qui liberos, vbi dicitur, quod videtur facere malum
qui non ſtudet ad bonum, pro hoc infra. de ſententia excom
muni. quantæ. Sed neutra diffinitio complectitur effectum
totum diffiniti, quatenus culpa comprehendit dolum. Nam
dolus non eſt deuiatio, quod eſt merum non ens, imo eſt
quid poſitiuum, quia eſt machinatio, id eſt, animi conceptio
praua, ſi dolus eſt malus. dicta lege prima, de dolo, dic ergo,
quod culpa eſt a bono deuiatio vel operatio mala, per hoc li-
quet, quid eſt culpa quatenus eſt dolus. quia quatenus loqui
mur de dolo malo eſt machinatio & cætera, vt prædixi, &
hunc dicimus dolum verum, qui probatur ex perſpicuis con
iecturis. C. de dolo, dolum, de renunciatio. capitulo ſecundo,
libro ſexto, liquet etiam quid eſt culpa latior, quia dicitur do
lus præſumptus: vt in dicta lege, quod Nerua. & dicto capitu-
20 lo bona fides. Exemplum, depoſitas † res dimiſiſti in aula:
tuas in camera: ſi perduntur depoſitæ tuis ſaluis, teneris ex
dolo præſumpto, infra titulo primo capitulo ſecundo, qui eſt
culpa latior, & hanc ſic diffiniuit Barto. in dicta lege, quod
Nerua. Culpa latior, eſt machinatio ad fallendum alterum
adhibita præſumptiue. de præmiſſo tamen exemplo alij di-
cunt, quod hoc eſt exemplum latæ culpę, quod tamen po-
tius ſit culpa latior, patet in lege, quod Nerua. vbi dicitur,
quod qui non adhibet diligentiam ad eum modum, quem
hominum natura deſiderat, fraude non caret, ſed dic, quod
latior & lata ſępe accipiuntur pro eodem, vt in ſequenti. &
quod dixi fraude, dic præſumpta. Differunt autem dolus ve-

ta, commodatarius dimittit rem commodatam in platea,
vel ſub porticu ſine cuſtode. Sed præmiſſam diffinitionem
reprobat Bartolus, in lege, quod Nerua. quia non conuerti-
tur cum ſuo diffinito cum quo conuerti debet. ff. de dolo, le-
ge prima. Nam furioſus non intelligit, quod omnes intelli-
gunt, tamen non eſt in lata culpa ff. de officio præſid. diuus,
qui enim ſenſu caret, non poteſt culpam committere. ff. ſi
quadrupes pauperiem, lege prima §. primo, infra de delict.
pue. capitulo primo. Raynutius ibi prædictam diffinitionem
ſaluat: quia ſecundum eum debet referri ad homines ſanæ
mentis, argumento. de diuor. lege finali §. ait, quod placet, vt
ſaluemus diffinitionem legis, quæ dicit, quod latæ culpæ fi-
nis eſt non intelligere, quod omnes intelligunt. ff. de verbo-
rum ſignificatione, latę, & per hoc lex non videtur facere dif
ferentiam inter latiorem culpam, & latam. Nam etiam la-
tiorem gloſſa, in lege, quod Nerua. exponit pro lata, & ideo
exemplum quod poſui ſupra queſtione proxima, de culpa la
tiori, aliqui ponunt de lata, & in hoc conſiderandum erit ex
coniecturis an ſit tanta culpa, quod faciat præſumi dolum,
& erit latior: alias dicitur lata. Barto. autem in dicta lege, diffi-
niuit ſic Lata culpa eſt deuiatio incircunſpecta ab ea diligen
tia, quam communiter habent homines eiuſdem conditio-
nis, & profeſſionis, & dicit conditionis: vt excludat eos, qui
habent iuſtam cauſam ignorantiæ: vt tunc tantum dicatur
lata culpa, quando quis eſt in ea conditione in qua ſunt alij,
qui fuerunt diligentes, vt quia fuit præſens ſicut ipſi. Dicit
profeſſionis, propter medicos, & ſimiles, qui in arte ſua dicū-
tur committere latam culpam, etiam ſi adhibeant maio-
rem diligentiam quam adhiberent imperiti illius profeſſio-
nis, niſi adhibeant illam quam communiter adhiberent om
nes diligentes ipſius profeſſionis. ff. ſi menſor fal. modum di
xerit lege prima §. primo, pro hoc de frigi. ſraternitatis, in eo,
quod dicit de matronis prouidis, hæc tamen diffinitio in ef-
22 fectu comprehenditur in diffinitione ſuperiori. † Octauo
quæro, circa hoc, an iuris error ſit lata culpa, videt, quod ſic,
quia omnes debent ſcire iura. de poſtulat. capitulo primo. C.
de legibus lege ſacratiſſimę, pro hoc gloſſa. ff. de inſa. liberi. §.
notantur. In contrarium, quia plerique excuſantur ab igno-
rantia iuris, vt minores, & mulieres. ff. de iu. & fac. ignoran. re
gula. Bartolus in lege, quod Nerua. dicit, quod aut loquimur
de ignorantia iuris communis, aut ſpecialis, ſeu municipa-
lis. Primo caſu, aut ius eſt certum, & talis ignorantia eſt lata
culpa, dicta lege regula §. penultimo. Aut dubium: quia de
hoc non eſt lex, ſed argumēta vel ſimilia, vel de hoc ſunt opi-
nio. & talis ignorantia non eſt lata culpa, ſed leuis vel leuiſſi-
ma, pro hoc eſt, quod nota. ff. de iuris, & fact. ignoran. lege ſe
cunda, in gloſſa, de iure. Secundo caſu, cum quæritur de erro-
re iuris municipalis, dicit, quod in omnibus eiuſdem muni-
cipij idem quod ſupra. In alijs dicitur error facti, de conſtitu-
tio. capitulo primo, libro ſexto, quod eſt verum niſi ſint in ca
ſu quo ligentur ſtatuto: quia tunc idem eſt in eis, quod in ho
minibus eiuſdem municipij: ita quod ignorantia non excu-
23 ſat. de conſtitutio. capitulo ſecundo, libro ſexto. † Nono quę
ro, quid eſt leuis culpa, dicunt Hoſtienſis, & Abbas, quod eſt
deſidia ſeu negligentia. inſtitu. quibus modis contrahi. obli-
ga. §. præterea. Exemplificant in eo, qui rem commodatam
in camera oſtio aperto ſine cuſtode reliquit. Exemplum po-
teſt tolerari: ſed diffinitio non eſt ſpecifica: licet eam ponat
gloſſ. in dicto §. penultimo, inſtitu. quibus modis re contra-
hi. obligatio. dic, quod eſt deſidia ſeu negligentia ſeu deuia-
tio ab ea diligentia quam exhibent diligentes eiuſdem con-
24 ditionis & profeſſionis. † Decimo quæro, quid eſt culpa le-
b uiſſima b. Dicunt Hoſtien. & Abbas, quod eſt quę præuideri
potuit. ff. ad legem. Aquiliā. ſi putator. quinquageſima diſtin-
ctione, hi qui infra de homi. quidam. quæ diffinitio ponitur,
per gloſſ. in dicto §. penultim. & eſt vera ad bonum intelle-
ctum.

ADDITIONES.

a Quid eſt culpa lata Adde Abbatem, in capitulo conſiderauimus. de elect.
b Quid eſt culpa leuiſſima. Adde gloſſam, & Bar. in l. quod Nerua. ff. depo.

Digitized by Google

ſcenicam,commodaui tibi veſtes ſcenicas:vt in concor.gloſ-
ſę.primum verius. ff. commoda.ſi vt certo §. interdum . vbi
etiam hoc tenet gloſſ.& dictum illorum procedere poſſet de
culpa latiori quę eſt dolus præſumptus, vt ſupra dixi :vel di-
ſtingue,quod accommodans vltro ſe obtulit ad commoda-
tum,& non tenetur commodatarius niſi de dolo, vt prędixi.
Aut ſe non obtulit, ſed fuit a commodatario requiſitus, &
tunc tenet etiam leuiſſima.ff.commoda. in rebus,in princip.
Sic diſtinguit Bartol.in lege, quod Nerua. quod non placet,
quia quando fuit rogatus a commodatario,dicitur commo-
datum factum gratia commodatarij in eo, quod complace-
tur ſibi:ſicut,& alias dicitur ſatisfactum quomodocunque ſa
tisfiat voluntati creditoris.ff.quibus modis pigno. vel hypo-
the. ſoluit,lege prima,& nota.in regu.peccatum,in gl.ſecun
da, libro ſexto, & ſic cedit ſub alio membro, quando gratia
commodatarij,primum ergo verius. Si autem gratia vtriuſ-
que,exemplificat Goffred.vt ſi amicum communem, inuita
uimus,& tu curam rei ſuſcepiſti,& ego tibi argentum com-
modaui,tunc dicit gloſſ.quod tenetur de lata culpa. Et alij vt
Vincent.Goffred.& Abba.quod etiam de leui.ſed non de le-
uiſſima,quod tenet gloſſ.in dicto §. interdum, per legē,in re-
bus,eodem titulo.Sed Tan.contra.primum communius. Si
vero gratia commodatarij,tenetur etiam de leuiſſima:vt hic
26 & dicta lege,in rebus.†Duodecimo quęro,quid eſt caſus for
a tuitus, a & an commodatarius ſiue gratia ſui ſiue dantis ſiue
vtriuſque teneatur de caſu in tribus caſibus enumeratis in li-
tera.Ad primum dicunt Hoſtien & Abb.quod eſt inopinatæ
rei euentus,qui etiam a diligentiſſimo præuideri non poteſt.
ff.de admi.re.ad ci.perti.capitulo ſecundo §.fina. C.de pigno.
actio.quę fortuitis,de homi.Ioann.quia enim diligentia vita-
re poſſumus ne nobis ab alijs detur.ff.eodem lege, ad nos, &
lege argentum, & ponit Abbas, exemplum in vi hoſtium :
incurſu prędonum:incendio:tempeſtate,& inundatione. Ad
ſecundum videtur quod tantum teneatur quando gratia ſui,
quia de illo tantum loquitur hic. Alij enim non tenentur de
leuiſſima,nec quandoque de leui,vt in quæſtione præced.er-
go minus de caſu.Ioan.An.tenet contrarium per capitulū ſe-
cundū infra titulo primo, ibi depoſitarius, qui non tenetur
de leui,his caſibus tenetur de caſu,quod indiſtincte intelligit
de pacto & mora. Sed de culpa dicit diſtinguendum qualita-
tem culpæ:vt culpa quæ non obligaret ad cuſtodiam non ob
27 liget ad caſum quod eſt verum. † Decimotertio quæro cir-
ca hoc,an furtum ſit caſus.Gl.C.depo.lege prima. pro ſocio.
lege, cum duobus §. damna,dicit de latrocinio, quod fit pa-
lam,quod eſt caſus fortuitus,pro hoc in Auth.vt nullhiud.§.
penultimo . C. de pignorati . actio. quæ fortuitis, de furto
quod fit clam, communiter dicitur, quod non eſt caſus for-
tuitus,niſi fiat a perſona coniuncta de qua etiam diligentiſſi-
mus non ſuſpicaretur.ff.de fur.eum qui §.idem ſcribit.Deci-
moquarto quęro,in eo,quod dixi ſupra in quinto contrario,
quod non veniunt caſus niſi ſpecialiter enumerentur, quæ
28 ſit ratio quare valet ſpecialis † renunciatio,non generalis,dic
ne contrahentes illaqueentur, qui generaliter renunciarent
tali iuri,cui ſpecialiter renunciaturi non eſſent vigeſimaſepti
ma quæſtione prima,de viduis.Item,generalitas parit obſcu-
ritatem,& incertitudinem,propter quæ ſæpe deficit,quod ſi
certum & clarum eſſet non deficeret.ff.de teſt. tu.duo. de te.
du.ſi quis de pluribus.Decimoquinto quæro,quid ſi genera-
29 lis † renunciatio fuerit iurata:videtur ei ſtandum,ſupra de iu
reiuran.cum vero,de pact.quamuis,libro ſexto,de iureiuran.
licet,libro ſexto. In contrarium , quia iuramentum nihil ad-
dit,nec obligat vltra conſenſum iurantis,ſicut nec ſtipulatio.
ff.de actio.& obligatio.obligationum ſubſtantia.Si igitur ge
neralis renunciatio caſuum in non cogitatis non habet con-
ſenſum,ergo nec iuramentum.at.de iniu.in noſtra.ff.de peti.
hære.legitimam,de inofficio teſtamento mater, & quod ibi
nota.infra de emptio.& venditio.capitulo penultimo, ad fin.
30 & ibi de hoc. Nam iuramentum † eſt quædam quantitas quæ
venit ad probationem actus geſti, non autem ad ampliatio-
nem,licet aliquando habeat vim clauſulę,ſi non valet iure te
ſtamenti, valeat iure codicillorum . vt dixi de iureiurando,

lo ſecundo,circa fine. quia ſatis eſt quod poterat apud domi-
num non perire,etiam ſi fuerit naturalis intentus, quia for.
ſan diſtraxiſſet:ita quod non ſibi ſed alij perijſſet , pro hoc
ff.ſi certum petatur , quod te. licet ibi Mar. contra primum,
32 & dic, vt ibi. † Decimoſeptimo quæro,qualiter debet reſti-
tui commodatum.Gloſſa ſecunda,in fine. dicit quod in pri-
ſtinam cauſam : alias condemnatur commodatarius quanti
intereſt aduerſarij,dic quod quandoque commodatarius nō
reſtituit per contumaciam, & iuratur in litem , quandoque
non per contumaciam , ſed per culpam : & tunc æſtimatur
quanti res fuit tempore moræ vſque ad ſententiam , & hoc
in actionibus bonæfidei:ſed in actionibus ſtricti iuris æſtima-
tur culpa a tempore moræ vſque ad litem conteſtatam,ff.eo-
dem,ſi mihi §.ſecundo ſecundum Vincenti.qui dicit in ſtri-
cti iuris iudicijs, quo ad æſtimationem cauſæ, & fructuum
inſpici non tempus moræ,ſed tempus litis conteſtatæ. ff. de
vſu. mora . §. in bonæ. ſecus in ęſtimatione rei, vbi generale
eſt quod inſpicitur tempus litis conteſtatæ, vt nota. ff. ſi cer-
tum petatur vinum , & infra de verborum ſignificatione, ex
parte , & de hoc quomodo æſtimatur intereſſe dixi infra de
ſententia excommunicationis ſacro. Decimooctauo,ſi com-
33 modatarius † perdit boues,& vult reddere ſimiles, ego vero
peto ęſtimationem. Specula. de ſoluti.§. ſequitur,in fine.ar-
gumen. pro & contra & nihil decidit. Dic quod me inuito
non poteſt ſolui alia res. ff. ſi certum petatur, lege ſecunda §.
primo,& ibi de hoc.Debetur ergo ęſtimatio ex quo res non
extat.ff.de leg. tertio,fideicommiſſa §. ſi ſeruo.

A D D I T I O.

a Quid eſt caſus fortuitus. Adde gloſſam in verbo,fortuito caſu.inſtitutio. de rerum diui.in § theſauros. Baldus in lege,quæ fortuitus.C.de pig.act.

De depoſito. *Rubrica.*

Viſo de contractibus, qui fiunt gratia recipientis, videa-
mus de contractu qui fit gratia concedentis. ſcilicet , depoſi-
to,vel ſecundum Hoſtienſem, viſo de commodato ſubmit-
tit de depoſito. Prima melior,de hoc prima diſtinctione, ius
naturale.vigeſima ſecunda,quęſtione ſecunda.ne quis . Quę-
ro quid eſt depoſitum,dic quod eſt id,quod eſt ad cuſtodien-
dum datum,& prępoſitio,de, auget , vt oſtendat totum fidei
eius commiſſum quo ad cuſtodiam pertinet. ff. eodem lege
prima,in principio.

S V M M A R I V M.

1 *Depoſitum factum perſona non obligat eccleſiam.*
2 *Factum eccleſiæ obligat eccleſiam.*
3 *Commendare eſt idem quod deponere.*
4 *Clerici proprium habere poſſunt.*
5 *Clericus quęſtionbus ſubijcitur.*
6 *Clericus vinculis ſubijcitur.*
7 *Iudex debet laborare ad compoſitionem.*
8 *Eccleſia vt teneatur ex contractu,quid requiratur.*
9 *Eccleſia obligatur ex facto prælati,& collegii.*
10 *Soluens pecuniam eccleſiæ quid agere debeat.*
11 *Modus probandi pecuniam verſam in vtilitatem eccleſię.*
12 *Excipere non licet poſt ſententiam,nec noua inſtrumenta prouidere.*
13 *Solutum ab eccleſia cauſa tranſactionis an poſſit repeti tanquam indebitum.*
14 *Repetitio æqualiter datur vbi eſt æqualis fraus.*

GRauis. Ex depoſito facto apud cleri
cum eccleſiæ non tenetur ec-
cleſia,niſi in eius vtilitatem ſit verſum . Pri-
mo ponitur deciſa narratio . Secundo ec-
cleſiæ abſolutio.ibi, cum igitur . Tertio de-
ponētis inſtructio:ibi,quocirca.Quarto iud
cum

Digitized by Google

abſque ingo. Io. cal. non debemus, quod petierat epiſcopus, vt prædixi. & ſic nota illud, quod iuſtum eſt petito &c. Hoſtienſis qui remittit de ſimo. ex diligenti. de iure. quaſi dicat ſe hoc poſſe de poteſtatis plenitudine, de qua de conce. præben. propoſuit. Hoſtienſis, ſuademus. conſulendo, quòd pro quia. audiuimus. vigeſimoſecunda, quæſtione quarta, hoc. vbi videtur, eis canonicis, ſcilicet eccleſiæ contra quam agit Aſportauit, ſonat in vitium, & ſupple, vt autem poſſis pecuniam rehabere, quod remediũ poſſumus adhibemus,
1 nam & in iudicibus &c. † Not. quod depoſitum factum perſonæ non obligat eccleſiam. de hoc in gloſſ. ſecunda.
2 † Secundo nota ex hoc a contrario, quod factum eccleſiæ obligat eccleſiam. de hoc infra, quæſtione prima, Et hoc dicit Ioan. Andr. verum ſi eccleſia eſt in dolo vel lata culpa, infra capitu. proxim. nec tunc impetraret reſtitutionem in delictis. ff. de mino. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. dic quod tunc tenetur eccleſia eo modo quo teneretur alius, de
3 hoc infra quæſtione nona. † Tertio not. quod commendare eſt idem quod deponere. ibi, commendatum. & ff. de verb orum ſignificatione, commẽdare. ff. eodem. Lucius. C. eodem, is penes quem, & ideo quod ſupra appellauit de-
4 poſitum, hic appellat commendatum. Hoſtienſis. † Quarto nota, quod clerici poſſunt habere propriu m. ibi, loculos, & poteſt intelligi loculos, ſcilicet tuos, ideſt, epiſcopi deponentis, & ſequens copula, & ponitur copulatiue. Alij, vt Pe. exponunt loculos, ideſt, loca ſecreta ad quæ tales diuertere conſueuerunt, primæ veriores. Et ſecundum Io. cal. locu-
* lus* dicitur diminutiue paruus locus ad pecuniã cuſtodiẽ-
5 dam in terra factus. † Quinto nota, quod clericus ſubijcitur quæſtionibus, quod dicit gloſſ. penulti. verum de ſuſpectis. Et dicit Abb. quod ille infamis erat. pro hoc litera ibi, audiuimus, & dicit nunquam inueniri torqueri clericos niſi infames, quod ſing. nota, hæc tamen litera non multum facit, quia non ſufficit ad inferendam infamiam quod Papa audiuerit, ſed alia requiruntur de quibus dixi de accu. cum oporteat, ſed tamen cõmuniter approbatur dictum Abb. de quo dic vt dixi de regul. iur. cum in contemplatione, quæſtione vndecima. Dicit etiam Hoſtienſis, quod torquendi debent torqueri moderate, & citra corporis periculum, vt probant iura alleg. in hac gloſſ. ſecunda, quinta quæſtione ſexta. §. porro. quadrageſimaquinta di. cum beatus. de pig. lator. de hoc
6 dixi in dicta reg. cum in contemplationem. † Sexto nota, quod clericus ſubijcitur vinculis vt depoſitum reddere cõpellatur. Et in hoc dicit gloſſa vltima, quod etiam ſit infamis, de hoc tertia, quæſtione ſeptima. §. tria. ad fin. Et ex hoc quod dixi de vinculis, arguitur, quod ſi quis clericus alterius adminiſtrationem geſſit, & malam rationem reddit, poteſt teneri in vinculis donec ſatisfecerit, pro hoc allegat. in gloſſ. penultim. & expreſſius de obligat. ad ratiocinia. cap. vno. ne cle. vel mo. capitulo ſecundo, & ſic vtitur eccleſia Anglicana. Dicit Hoſtienſis, quod timeret hoc facere niſi
a interueniret autoritas Papæ, a vt hic fuit quandiu clericus eſt paratus ſtare iuri: quia nec per id amiſit priuilegium. de ſentent. excommunicat. in audientia. & capitul. contigit. ſecundo. Ad capitulũ ſecundũ, ne cleric. vel mo. dic vt ibi not. nec probat hoc Ioan. Andr. dic vt dixi in d. capitulo ſecundo contrario, primo, & in hac gloſſ. vltim. ibi infamat eum qui ſuo nomine conuentus & condemnatus eſt: vt nota, infra. capitulo proxim. & in fine. Vinc. Septimo nota,
7 ibi, paciſci. † quod iudex debet laborare ad compoſitionem. de tranſact. capitulo fin. Oppon. in fin. quod Papa non debuerit approbare tranſactionem, quæ ſi fieret
b eſſet calumnioſa b tanquam præiudicans eccleſiæ, quæ non tenebatur, vt ſupra patet, ergo non valet. ff. de condictione indeb. in ſumma. Hoſtienſis, dicit quod ratione litis euentus, qui eſt dubius, admittitur compoſitio: & forte allegabat epiſcopus de conſenſu capituli depoſitum factum, & capitulum conſenſiſſe facto, vel pecuniam verſam in utilitatem ſuam, vel aliud ſimile per quod pendebat litus dubium, vel hoc facit Papa in ſuſtentationem vitæ, & gitur de magno præiudicio eccleſiæ, & de fructibus beneficiati ſatisfieri debet creditoribus eius infra de fideiuſſo. capitulo ſecundo. valebit autem compoſitio facta cum canonicis etiam ſine depoſitario: quia forte lucrabantur interim eius fructus, vel priuatus fuerat, & hæc ſolutio poteſt ſuſtineri, tamen prima uerior, ſecunda vero non tenenda tanquam ponens ſpecialitatem ſine neceſſitate. Sed contra primam facit litera in principio, quæ dicit, quod depoſitum erat factum perſonæ, non eccleſiæ. Ad quam poteſt reſponderi, quod licet non fuiſſet doctum pecuniam eſſe verſam, poterat adhuc doceri: quia forte non erat in cauſa concluſum, & in hoc dubio tranſigi poteſt. Item, litera intelligi poteſt de amicabili compoſitione quam poterant canonici facere etiam de ſuis redditibus: nec poterit dici calumnioſa, ex quo ſponte faciut ſcienies ſe non teneri: & ſic uidentur donare, quod forte faciunt ad conſeruandam famam ſuam & eccleſiæ, vel pro redimendo vexationem, de hoc, infra quæſtione decima, & duodecima, Quæro, quid ſi depoſitum eſſet uerſum in utilitatem eccleſiæ. Dicit gloſſa prima, quod tenebitur eccleſia, licet apud eam non fuerit depoſitum, quod etiam probat litera, & in hac gloſſa, ibi, ei qui. qui dat mutuum ſeruo ſi verſum eſſet in rem domini habet actionem de in rem uerſo. Ibi, an in pupillum, ſi apud pupillum depoſui datur actio, etiam ſi dolum non commiſit, in quantum locupletior factus eſt. Secundo quærò circa hoc, an ſit opus generaliter ad hoc
8 ut teneatur eccleſia † ex contractu, quod probetur verſum. Dicit Innocentius, quod non ſolum in mutuo, ſed etiam in omnibus contractibus qui fiunt gratia vnius contrahentium, non eccleſiæ, non tenetur eccleſia, niſi inquantum verſum eſt in utilitatem eccleſiæ. Si autem fiat gratia eccleſiæ ſaltem pro parte: puta in emptione, locatione, & ſimilibus, ſufficit, quod utiliter contraxit, ff. de minor. verum, §. ſciendum, & §. ſequenti. imo etiam ſi non utiliter, dummodo ſeruetur forma, tenet contractus: ſed reuocari poteſt per in integrum reſtitutio. C. de prædijs minor. ſi quidem. de in integrum reſtitutio. capitulo primo. Et hoc ultimo uidetur Innocentius tenere opinio. gloſſę, duodecima quęſtione ſecunda, in ſumma. & capitulo ſine exceptione, quę dicit contractum alienationis rei eccleſiaſticę tenere ſi ſit ſeruata forma, etiam ſi fiat in caſu nõ cõceſſo, cuius contrarium communiter tenetur, quod dixi in dicto capitulo primo Oppono. ad prędicta, decima, quęſtione ſecundo, hoc ius. Solu. Innocentius, quod ibi in mutuo, quod licet contrahatur gratia eccleſię, non tamen tenetur, niſi ſit verſum, ut ibi, & non credit Innocentius, quod in aliquo contractu niſi in mutuo is qui contrahit cum eccleſia, debeat eſſe ſollicitus, quod pecunia uertatur in utilitatem eccleſiæ: quia non inuenitur hoc iure cautum, & per hoc uidetur recedere ab eo quod ſtatim dixit, in quolibet contractu qui fit gratia contrahentis, non eccleſię idem eſſe in mutuo. Et idem Innocentius, de inde refert alios dicere, quod curioſus debet eſſe contrahens, ut pecunia expendatur in utilitatem eccleſię. alioquin non tenet contractus. Sed pro alia opinio. quod ſpeciale ſit in mutuo, facit litera a contrario, ibi, non eccleſię commẽdatam, & quod dixi s. in ſecundo no. quod eſt uerius. Opp. ad hoc, quod imo

uerior

ADDITIONES.

* Loculus. Adde quod apud iuriſc. loculus ſignificat ſacculum pecuniæ, & crumenam l. librorum, in fi. de lega. tertio, & in l. Dominus §. primo & ibi glo. in uer. loculorum de pen. lega. ut & in hoc ſenſu accipit Horat. Epiſto. a. ibi. leuo ſuſpenſi loculos. B. S.

a Autoritas Papæ. Adde doctor. in capitulo, ſi clericus, de ſententia excom muni. libro 6.

b Eſſet calumnioſa. Adde quando calumnioſa trãſactio tenet, vide glo. Bart. & Bal. in l. ſub prætextu. circa medium. C. de tranſactio.

in hoc etiam ut ſoluat priori creditor. Aucthentico.de non
alien. reg. eccleſiæ, ſancimus, nec aliter liberatur niſi hoc
curauerit, ſicut etiam eſt ſpeciale in mutuo facto ciuitati,
ff.ſi certum petatur ciuitas, & in muliere conſentiente in-
ſtrumento creditoris, C. ad velleia. antiquæ, & authentica,
ſi qua. & in ſeruo, ff.de in rem verſo, quod ſi ſeruus, §. nec
non, & lege ſi pro parte, §. verſum. In alijs autem contra-
ctibus non ſic eſt adhibenda diligentia ſecundum Inno-
centium, & adde quod nota.ſupra ne ſede, vacante capitulo
fin.infra de ſolutio.capitulo fin.de fideiuſſo. quod quibuſ-
dam. Mihi placet hæc vltima opinio, quod ſolum debeat
probari verſum in mutuo, & non ſemper, ſed tunc tan-
tum, quando, vt ſoluatur creditori expedit, quod alienen-
tur immobilia eccleſiæ: vel mobilia præcioſa, Sicut enim
non poſſent prælatus, & conuentus alienare ſine ſolennita
te de qua duodecima, quæſtione ſecunda ſine exceptione,
ita nec alienationi cauſam præbere contrahendo, ſic intelli-
go cap. hoc ius, verſi.is curator, & ſic loquitur, vnde pon-
dero, quod ibi ponitur dictio, hic, quæ non eſt in codice in
aliquibus libris, in aliquibus ſic, & debet exponi, ideſt hoc
caſu quo quæritur de alienatione bonorum eccleſiæ pro-
pter ſolutionem faciendam: vt ibi in princi.loquitur: quan
do vero ſoluitur ſolum de fructibus, ita, quod parce viuen-
do prælatus, & collegium ſibi ſubtrahunt, ut ſatisfaciant,
tunc magis proprie videntur cogi ipſi contrahentes quam
eccleſia, pro hoc de fideiuſ. peruenit, in Authen. de alie.
& emph.contracti.§.ſi vero quis, col.nona. Archidia.tamen
in dicto capitulo hoc ius, dicit, quod licet aliquis de manda
to prælati, & collegij deſtinetur ad accipiendum certam pe
cuniam mutuo, nihilominus locum habet exceptio de pe-
cunia non verſa: per l.verum, cum ſequenti ff.de inſtitu. &
ff.quod ius ſu.l. prima, §. pupillus, quæ hoc non probãt, quia
loquuntur quando pupillus hoc fecit ſine authoritate tu-
toris, ſecus ſi cum authoritate: quia tunc obligatur, dicta le
ge verum, & ſic potius faciunt prout ex quo prælatus cum
collegio recipiunt mutuum, cum habeãt poteſtatem admi
niſtrandi: teneantur de fructibus ſatisfacere, etiam ſi non
doceatur verſum, quod dic procedere non tantum quoad
prælatum qui contraxit: ſed etiam quo ad ſucceſſorem,
9 † quia obligatur ex facto prælati, & collegij: ut nota.de ord.
cogn.capitulo ſecundo, in gloſſ.tertia, pro hoc iſta litera ibi:
perſonæ, non eccleſiæ, & ſupra contrario ſecundo, & de fi-
deiuſ.quod quibuſdam, quando enim fit a prælato, & colle
gio dicitur factum ab eccleſia. ſi tamen eſſet prælatus ſecu-
laris, qui hberet hæredem, tenetur hæres, non eccleſia di-
cto, §.ſi vero quis, & ita conſului, quæ nota, tanquam ſingu
laria, & per neminem tacta, & de hoc etiam dico in dicto
capitulo, quod quibuſdam. Tertio quæro, quare ſpeciale eſt
in mutuo. Dicit Hoſt.ꝙ fauore eccleſiarum, & odio fœnera
torum, cum oporteat eccleſias frequenter mutuum contra
here: eſſent enim creditores parati, vt lucrentur, infra de v-
ſur.in ciuitate, & cap.conſuluit, & contingeret bona eccle-
ſiarum diſtrahi, per quod deeſſent alimenta pauperibus fuit
ergo ſpecialiter prouidendum, ar.C.de ſacroſanctis eccleſijs
priuilegia, & l. iubemus, & authen.hoc ius. In Aucth.de nõ
10 alie.rebus eccleſiæ in prin.& per totum. † Quarto quæro,
quid debet facere is qui ſoluit pecuniam eccleſiæ ſi vult eſſe
bene tutus. Dicit Innocentius, quod debet ſoluere authori-
tate ſuperioris ordinarij, argu. ff. de mino. ait prætor §. pri-
mo, C.de admi.tu.ſancimus, & l.penultima. Quinto quæro,
ſi ſine hac ſolennitate. Sol. Innocentius, quod liberatur, ſed
eccleſia reſtituitur ſi pecunia non ſit verſa. C.ſi aduer. ſolu.
l.prima.ſi tutor vel curator, l.prima. In quibuſdam tamen ca
ſibus eccleſia non reſtituitur, ſicut quando aliqui ſoluunt
eccleſiæ redditus, vel penſiones annuas, quæ non excedunt
ſummam centum aureorum, C. de admi.tutorum ſanci-
mus, & l.conſtitutionem, ad trebel.ſancimus, pro eodem
enim reputat Innocentius ſoluere prælato, & tutori, de quo
loquuntur dictę leges: tamen in eccleſia etiam ſi ſumma ſit
maior, non puto, quod expediat in ſolutione facienda præla

ditio, inde. nam hoc C. pro empt, lege nn. inſtitutio. quia
11 alie. non li. §. fin. † Septimo quæro de modo probandi pe
a cuniam a verſam in utilitatem eccleſiæ. Solu.ut dico infra
de fideiuſſo. quod quibuſdam. Octauo quæro, qualiter con
ſtabit quod eccleſiæ ſit factum depoſitum. Dicit gloſſ. ſe-
cunda, quod eoipſo, quod theſauro eccleſiæ infertur. No
no quæro circa hoc, ſi ignorante prælato transfertur in
theſauro eccleſiæ: an eccleſia tenetur. Gloſſa. ead. arguit,
quod ſic, pro hoc de officio archidia.ea quæ. contrarium te
net dicens eccleſiam non teneri, niſi in præſentia prælati,
& capituli factum ſit. Et idem Goffred. & Phi. Innocentius
dicit, quod etiam tunc uidetur eccleſia teneri, niſi aliquod
lucrum ex depoſito ſenſerit, argumen. ff.de peculio, licet, §.
ſi filius, infra de priuile.cum olim. ſecundo. Dicit Ioan. An
dreas, congrue diſtinguendum inter deputatum ad cuſto-
diam vaſorum eccleſiæ, & deputatum ad cuſtodiam de-
poſitorum: quaſi velit, ꝙ ſecundo caſu obligatur eccleſia,
primo non, pro hoc quia ſecundo caſu eſt ac ſi de conſenſu
eccleſiæ facta foret depoſitio. quod placet per hanc literam
a contrario. Nec lex, licet, §. ſi filius, probat contrarium,
& de hoc etiam dixi ſupra, in ſecundo nota. Et intellige,
quod erat deputatus ad cuſtodienda depoſita, & etiam ad
recipiendum in depoſitum, & in hac gloſſa, ibi lege prima
qui ſciens latronem ſuſcepit, vel offerre iudicibus ſuperſe-
dit, pro qualitate perſonæ punietur capitali ſupplicio, vel
rerum diſpendio. Ibi lege vna, tenetur nauta, & cau-
po de furto a quocunque illorum quos ibi habebat,
& in fine. Vincentius. Decimo quæro, eo caſu quo pote-
rat per eccleſiam excipi, quod mutuum non erat in vti-
litatem eccleſiæ verſum, ſi ſit tranſactum, vel iudicatum,
& agitur actione in factum ex re iudicata, uel conditione
ob cauſam, vel ex ſtipulatione, vel præſcriptis verbis, ut
detur, quod in tranſactione conuenit, vel quod iudicatum
eſt. An poterit excipi de non verſo, dicit Innocentius,
quod non, niſi beneficio reſtitutionis iuuetur eccleſia
contra rem iudicatam, uel tranſactionem, quia poſt ſen-
12 tentiam † non licet excipere nec noua inſtrumenta pro-
ducere, ſupra, de re iudica.inter, & capitulo. ſuborta, ſupra
de tranſactio.capitulo primo, C.ſi aduer.tranſactio.& ſi ad-
uerſ. rem iudic.per tot.C.de exceptio.præſcriptionem, ff.ſi
quis cau.lege, ſecunda, in princi. Refert tamen Innocentius
quoſdam dicere, & forte bene, quod ſi ſciens indebitum,
vel non uerſum in utilitatem eccleſiæ, tranſegiſſet, datur
repetitio per condictionem ex iniuſta cauſa, uel ſine iuſta,
quia calumnioſa eſt tranſactio. ff. de condictio. indebiti, in
ſumma. ſecunda, quæſtione tertia, §. notandum. Quidam
etiam, ut refert Innocentius, dicunt, & forte bene, quod ſi
per calumniam allegans falſum ſciens quis obtinuit iniu-
ſtã ſententiam, etiam aduerſario, & iudice conſentienti-
bus, obſtabit ei doli exceptio, ubi eorum conſenſus non
excuſat in malicia. argumen. ff.de iudicatis, ſi prætor. §. pri
mo, & in hoc reperitur contextus Innocentius, varius ta-
men communiter habetur, ut prædixi: ſed alij habent ſic.
Conſenſus enim non excuſat a malitia. de hoc, infra eadem
quæſtione. Dicunt etiam iſti, ut refert. Innocentius, quod
hoc caſu res iudicata non tollit conditionem ſine cauſa.
Alij, ut refert intelligunt, lege ſi prætor, §. primo,
quando contra abſentem fertur ſententia, pro aliquo
præſente ſcienter falſum allegante, & hic intellectus
uerus, quem intelligit, ibi gloſſa, & hoc caſu ſententia
lata

ADDITIONES.

a De modo probandi pecuniam. Adde Bald. Angel. Sali. & Paul.de Caſt. in l.ciuitas, ff.ſi cert.pet.

Digitized by Google

*prælato, fecit ſcient. Innocentius in quadam opinio. Refert
enim quoſdam dicere, quod ſemper licet eccleſiæ venire
contra tranſactionem initam fraudulenter, ſcientibus, &
conſentientibus ambabus partibus, C. de tranſact. præſes,
quod debet intelligi de his qui non poſſunt præiudicare:
alias non procederet, & hoc nota, quia vidi non bene intel-
ligi per aliquos. Vndecimo quæro, quid ſi tranſactio dica-
tur nulla: vt ſi conueniat, quod detur aliquid pro vſuris, Di-
cit Innocentius, quod hæc tranſactio nec actionem impe-
dit, nec exceptionem, quia per nullam tranſactionem te-
netur quis ad vſuras, quod nota ſingulariter pro hoc facit
ſecundum Hoſtienſem de vſuris, quia in omnibus, & cap. ſe.
niſi forſan priuatas perſonas aſtringat proprium iuramen-
tum, quod tamen non poteſt eccleſia obligare: ut legitur. &
nota. de iureiuran. debitores, & capitulo ſicut noſtris, de ar-*
13 *bitr. per tuas, infra de ſolutio. capitulo finalis* † Duodeci-
mo quæro, an ſolutum ab eccleſia ex cauſa tranſactionis, vel
iudicari poſſit repeti tanquam indebitum. Dicit Innocen-
tius, quod non: quia non fuit indebitum ſaltem ciuiliter,
nec ſine cauſa ſoluitur, ex quo tranſactum eſt, vel iudica-
catum, ff. familiæ erciſcundę, cum putarem, ff. de re iudica.
de qua re. §. *finalis de condictio.inde:* Iulianus, & lege in ſum
ma. *in principio. In hoc tamen dicit* Innocentius, quod ec-
cleſia quæ dedit ex calumnioſa tranſactione, quando credit
verſum in utilitatem eccleſiæ, & non erat, poterit repetere:
ſed ſi ſciret non verſum, & tranſigeret, non poteſt repetere:
quia ſcienti non infertur dolus, ff. de action. empti. lege,
prima in fi. niſi tempore quo factus fuit contractus mutui, in
fraudem ordinatum eſſet, quod poſtea fieret tranſactio ſu-
per hoc, ut auxilium, quod habebat eccleſia, tolleretur per
tranſactionem, hoc enim caſu ſecundum Inno. dici poſſet,
quod etiam ſi vterque ſciret non uerſum in vtilitatem eccle-
ſiæ, tamen ſolutum ex cauſa huius tranſactionis, etiam pote
rit repetere per condictionem ex iniuſta cauſa, & contra a-
gentem ex tali tranſactione excipere: quia ſicut datur repeti-
14 tio † quando fit fraus de contractu ad contractum alterum
vel eundem eo tempore celebratum, ff. de dona. inter vi. &
uxor. ſi quis ſponſus §. circa. ad velleia. quidam. de action.
empti. Iulianus, §. idem Papinianus, & lege emptorem,
§. Iulianus. Et nota, infra titulo primo, ad noſtram, ita debet
dari repetitio ſi fraus fit de contractu ad contractum qui alio
tempore fieri debet, cum ſit æqualis fraus vtrobique, nec ex
cauſa repetitionis ſit ſola fraus, ſed etiam eo caſu quo eccleſia
ſciuit de calumnioſa trãſactione. Dic, quod prohibetur repe
tere ſolum quando potuit eccleſia ſibi præiudicare, & ideo
ſecus eſſet ſi prælatus hoc ſolus feciſſet: per id quod dixi, ſu-
pra in quarta quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Cura maior debet adhiberi in rebus proprijs quam in alienis.*
2 *Depoſitum an ſit uel locatio, quando aliquid pro cuſtodia recipi-
tur.*
3 *Condemnari an quis poſſit ex eo, quod quis non adhibuit parem dili
gentiam in rebus depoſitis ſicut in ſuis.*
4 *Depoſitarius non tenetur niſi de dolo.*
5 *Depoſitarius an ſemper teneatur de culpa.*
6 *Depoſitarius de qua culpa teneatur.*
7 *Depoſitarius an de culpa leuiſſima teneatur vbi tenetur de
caſu.*
8 *Dominium an transferatur in depoſitarium.*

BOna fides. Primo dicit, ad quid tenetur
depoſitarius. Secundo quomo
do depoſitum repetatur, ibi, ſane. Oppo. quod ma
1 ior cura † debeat adhiberi ĩ rebus proprijs q̃ in alie
nis, 47. diſti. §. neceſſe. ad fi. Sol. ut ibi no. gloſſ. in uerſi. debet
culpa leui & leuiſſima. Goffred. & Hoſtien. idem Petrus, &

poſitis ſicut in ſuis, poſſit condemnari. Gloſſa prima quod
ſic, quia non minorem diligentiam præſtare debet in alienis
quam in ſuis, & in hoc caute loquitur cum dicit non mi-
norem, quia interdum maiorem. Aut enim eſt diligens, aut
diligentiſſimus, aut minus diligens. In primis duobus caſi-
bus non minorem, ut hic & ff. eod. quod Nerua. In tertio
maiorem, alias tenetur. ff. ſoluto matrimonio, ſi conſtante,
§. ſi maritus, & de hoc in l. quod Nerua. Oppon. ad hoc, quia
licet bona fides abſit non debet condemnari, cum teneatur
4 ſolum de dolo † ff. eodem, lege prima, §. in commodato, &
§. ultimo, gloſſa prima, ſoluit, licet non formet in eo quod
dicit, quod quia bona fides præſumitur adeſſe, dolus præſu-
mitur abeſſe. Et in ea ibi, lege prima, locator horreorum
conductori præſtare non cogitur periculum incendij vel ef-
fractionis latronum, ſed ſi illęſis horreis ex repoſitis rebus
aliquid perijt, tenetur. Ibi, §. quod vero ſenectute, commo-
datarius damnum contingens incendio ruina vel ſimili mo
do, non præſtat niſi, cum poſſet res commodatas ſaluare,
ſuas prætulerit, ibi, ſi dolo, ibi dicitur quod dolus contra-
rius eſt bonæ fidei. Ibi, ſimile, plus ſimile eſt quod dicit lex
præſumi contra tutorem qui dicit ſe non fęneraſſe pecu-
niam pupilli, quia non inuenit nomina idonea, ſi eo tempo-
re propriam fęnerauit. ff. de adminiſtratione tutorum, tutor.
§. non eſt. Secus ſi nec ſuam fęneraſſet, eodem titulo, cum
plures, §. finali. Goffred. Secundo quæro, ſi ſuperueniente
igne non potuit depoſitarius ſuccurrere rebus depoſitis, &
ſuis ſimul. Dicit Hoſtienſis, quod, ſi ſaluat ſuas, non præ-
ſumitur fraus, argumen. ff. de iudicijs, ſi longius, ad ſilla. ſi
quis in grau. §. cum omnes, loca. lege, naue, vigeſimatertia,
quæſtione quinta, ſi non licet, & hoc ſecundum quoſdam,
niſi præcioſiores eſſent depoſitæ. Nam & alienas tales pro-
5 prijs prætuliſſet. † Tertio quæro, an depoſitarius de culpa
teneatur extra caſus hic expræſſos. Gloſſa ſecunda dicit quod
tenetur de lata culpa, & inſtat in hoc an ſit dolus, an dolo
comparetur de quo dixi ſupra, titulo primo, capitulo vno,
quæſtione quinta, & pluribus ſequen. Et dic quod regulari-
ter dolo comparatur, quia vbi tenetur quis de dolo, tenetur
etiam de lata culpa, fallit in caſibus nota. inſtitutioni. de ſu-
ſpectis tutoribus, §. ſuſpectus, & in infamia quæ irrogatur p
ſententiam condemnationis de dolo, ſed de culpa, nõ ut ibi.
In criminibus publicis quę inferunt pœnam ſanguinis. ff. ad
legem Corneliam de ſiccarijs, lege, in lege. Item ob ſolum
dolum iuratur in litem. ff. de in litem iuran. in actionibus, &
non ſi ob culpam, quod tenet Azo in ſumma. C. de in litem
iuran. Item, non valet pactum ne dolus præſtetur, quod etiã
dicit hic gloſſa ſecunda, & de hoc de iureiuran. quemadmo-
dum. §. illud, in gloſſa prima. Sed ne præſtetur culpa ſic. ff. de-
po. lege prima, §. ſi conuenerit, & in hac gloſſa ſecunda, ibi,
§. ſecundo, dicitur, quod quia nulla verſatur eius vtilitas a-
pud quem deponitur, ideo ſolus dolus præſtatur. Ibi: contra-
ctus, quidam dolum malum duntaxat recipiunt, vt depoſi-
tum, & præcarium, dolum & culpam mandatum & com-
modatum & cætera. Ibi, ſi fideiuſſor, de hoc de crimine fal-
ſi, ad falſariorum, nota ſexto: Ibi. §. penultimo, cum hæres
de culpa teneatur, quæritur ibi, an ſolum de illa, quę dolo eſt
proxima, an etiam de leui & negligentia. Ibi. §. is quoque a-
pud quem, ibi dicitur magnam negligentiam in doli crimẽ
cadere. Ibi, lata culpa plane dolo comparabitur. Ibi, ne dolus
futurus, de hoc de iureiuran. quemadmodum. §. illud, in
gloſſa prima. Ibi. §. ſi pecuniam, ſi deponitur penes te pecu-
nia, adiecto quod vtaris ſi uoles, antequam vtaris depoſiti
teneris. Ibi: ſi quis nec ſi forte proficiſcens depoſui penes te
hoc deſiderante pecuniam, quam, ſi prædium emeres, poſ-
ſes conuertere, tuo periculo eſt pecunia. Ibi, nominen-
tur, idem Innocentius, ibi, qui autem, §. ſecundo, ſi con-
ſtitui quod certa perſona fideiuberet, quæ fideiubere non
vult, teneor ad intereſſe, vel) ut ęque idoneus fideiubeat,
ſed ſi nulla mora interceſſit, non teneor. Quarto quæro
6 † de qua culpa tenetur depoſitarius in caſibus his exceptis,
ibi, de culpa, vſque ibi, pacto. Dicit Goffred. quod de leui,
& leuiſſima, de lata autem dic quod tenetur etiam ex-

de leuiſſima, ff.eo.lege prima §.ſi quis ſeruum, & ibi hoc te
net gloſſa in verſicu. culpam, quia hic contractus æquipara-
tur locationi. Quinto quæro in caſibus in quibus tenetur
7 † depoſitarius de caſu, in quibus hic in verſic. pacto. an te-
neatur de culpa etiam leuiſſima. Dic, quod ſic, & multo for
tius, quia qui tenetur de caſu, tenetur etiam de culpa etiam
leuiſſima: ſed non econuerſo. Et colligendo caſus hic poſi-
tos, dat Hoſtienſis verſus. Culpa, mora, pactum, & gratia
proxima, caſum Depoſiti ſubeunt, merces, oblatio, culpa.
Abbas ſic, & melius. Gratia, dolus, pactum, mora, pericu-
la præſtant. Oppono, ad hoc, quod non veniant caſus, niſi
enumerentur, ſupra titulo primo, capitulo vno. Gloſſ. ſecun
da ſtat contrario. Et idem Innocentius, quod dixi in dicto
8 capitulo vno. in quinto contrario. † Sexto quæro, an in de-
poſitarium transferatur dominium, vel poſſeſſio. Gloſſ. ſe-
cunda, quod non. Dic tamen, quod quandoque tranſit do-
minium, ſcilicet, quando res conſiſtit in numero pondere,
vel menſura, & conuenio de reddendo idem, vel tantundem
eiuſdem generis etiam ſi tacite hoc veniat, vt ſi depono præ
dicta non conſignata, ſi enim conſignata, vel clauſa tacite,
videor prohibuiſſe ne depoſitarius vtatur, ff.eod.l.die.§. pri-
mo, cum tribus ll.ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus in quo ceſſat compenſatio propter odium perfidiæ.*
2 *Depoſitum an reuocari poſſit.*
3 *Depoſitum mortuo deponente cui ſit reſtituendum.*
4 *Depoſitarius ſi condemnatus ſit quia non reſtituit depoſitum, an ſit infa mis.*
5 *Differentia inter compenſationem, & deductionem.*
6 *Retentioni an ſit locus in depoſito.*
7 *Compenſatio quibus concurrentibus admittatur.*

§. Sane. † Nota, caſum in quo ceſſat compenſatio
propter odium perfidiæ, vt in depoſito. Item
ceſſat propter dubium: ut, quia non eſt liquidum: ut hic
in fin vel propter fauorem, vt in tributis, quæ debentur fiſco,
ff.de iu. fiſci. auſertur, §. qui compenſationem. Eſt autem
perfidia, ideſt peruerſa fidei, ſi is cuius fidei rem meam cu-
ſtodiendam commiſi, reſtituere denegat, uel non fide cuſto-
diat. Ex his infert Abbas, quod emphyteota poteſt domi-
no compenſationem opponere, ſi dominus ex cauſa mutui
ſibi debet quinque, & ipſe ex penſione tenetur in totidem,
de hoc in Specula.de locato, §. nunc aliqua. verſicu. ſeptua-
2 geſimonono. Oppono, quod depoſitum † non poſſit reuo-
cari, ff. eodem, bona fides, duodecima, quæſtione ſecunda, ne
quis. Solutio. regulariter reuocatur, ut hic, fallit in caſibus
de quibus in dicta lege, bona fides, ſcilicet cum fur deponit
apud dominum: & dominus concurrit cum fure ad peten-
dum. & cum bona deponentis ſunt confiſcata, fallit, duode-
cima quæſtione ſecunda, ne quis. de hoc in gloſſa penultima.
Quæro ſi opponitur pactum de non reuocando depoſitum,
Dic, quod nihilominus poteſt reuocari, ff.eo.lege prima, §.
3 penultimo. Secundo quæro, ſi mortuus eſt depoſitor, † &
duo de hæreditate litigant, & quilibet repetit depoſitum.
Dic, quod dabitur ei qui cauet de defendendo contra reli-
quum. Si neuter cauet, deponetur in ædem ſacram. ff.depo-
ſi.lege prima, §.apud Iulianum, & ibi nota, quod ſi vterque
vult cauere, dabitur prius venienti: ſi ambo concurrant, lo-
cus eſt gratificationi. benefacit de teſcriptis, duobus, libro,
4 ſexto. Tertio quæro, ſi depoſitarius † non reſtituit, & ob
hoc condemnatur. Gloſſ.tertia dicit, quod fit infamis, ſi con
demnatur, ſecus ſi per procuratorem, de hoc ſupra de iudi-
ci.cum te.in gl.prima, & in hac gloſſ.tertia, ibi, §. penultimo.
ſi apud te depoſuero, vt poſt mortem tuam reddas, vel poſt
meam reddatur, mutare poſſum voluntatem, & ſtatim pe-

placet, & idem tenet Innocentius, de loca. propter, §.fin. vbi
dico in ſeptima quæſtione. Sexto quæro, quid intelligitur hic
in eo, quod dicit, in alijs admitti compenſationem. Gloſſ. vl-
tima ſol. Ex qua nota.cum tex. quod regulariter admittitur
7 compenſatio † concurrentibus his de quibus hic. Fallit in ca
ſibus de quibus, ff.de compen.ob negocium, & in hac gloſſ.
ibi, duos menſes, nec ex hoc ſpacio fit deterior conditio repe-
tentis debitum: de quo conſtat, cum non debeat conſtringi
debitor ad ſoluendum uſque ad quatuor menſes, C.de uſur.
rei iud.l.ſecunda, nota de officio delega.quærenti. Hoſtienſis
ibi.§.ſi centum, de hoc de conſtitu.cum omnes, in gloſſ.hæc
videbatur. Ibi, ſi ex ea.rem quam tuo nomine emiſti de pe-
cunia mea te inuito quaſi compenſationis cauſa in me tranſ-
ferri iniurioſum eſt. Ibi, rerum, ſcilicet dotalium, quæ non
minuentur propter neceſſarias expenſas, quæ alias minuunt
dotem. Et in fin. dicit Phi. etiam in cautionibus, & ſtipula-
tionibus compenſationem fieri. ff.de dam.infect. qui bona
§. ſi quis.de compenſatio. ſi ambo. §. ultimo, vbi de hoc in
gloſſa.

De emptione, & uenditione. *Rubr.*

Viſo de contractibus, qui fiunt gratia alterius cotrahen-
tium, uideamus de his qui gratia utriuſque. Et primo de
emptione, & venditione. Goffre. vel ſecundum Hoſtienſem.
Poſt tractatum contractuum, per quos perceptio fructuum,
uel uſus, & commodum rei ſeu cuſtodia transferuntur, ſub
mittitur de contrctu per quem transfertur dominium, facit
ad materiam, de pœnitentia diſtinctione quinta, qualitas, pri-
ma, quæſtione prima, ſtudet, & cap. eos qui. & quæſtione ter-
tia, quaſi per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Hoſpitalitas ſeruanda eſt etiam per non clericos, & nume- ro.4.*
2 *Res uendi debet communi præſentia.*
3 *Epiſcopus dicitur preſbyter.*
5 *Vendere nemo compellitur inuitus.*
6 *Conſuetudo non currit contra peccati correctionem.*

PLacuit. Cohibet epiſcopus ne carius
vendatur tranſeuntibus, quam
in mercato venderetur, hoc dicit ſecundum
unam lecturã, ſecundum quam eſt caſus ſin
gu. in quo epiſcopus iudicat de laicis, ratio-
nem dico infra in ultimo contratio. Legitur
autem, & aliter, ut infra in primo, & ulti-
mo contrario. Primo ponit modum monitionis. Secun-
do denunciationis, ibi: alioquin. Vendant, & uendita tar-
de non tradant. C. de actionibus empti, cum uenditorem.
Alioquin. ideſt ſi non parent monitioni, humanitate, ideſt
1 æquitate, & pietate. Nota, pro hoſpitalitate † ſeruanda etiam
per non clericos. Et dicit gloſſa, eos poſſe compelli ad hoc
per excommunicationem, cuius contrarium tenet Innocen
tius, niſi eſſet notorium: quia tunc poſſet epiſcopus excom-
municare, uel interdicere, niſi emendent. pro gloſſ. facit, §.
hinc etiam allegatus in gloſſ. ea. Sed gloſſ. ibi intelligit de
ſacerdote, & tunc facit pro Innocẽ. de hoc, infra in primo, &
2 ultimo contrario. Secundo nota quod res † debet uendi eo
præcio quod poſſit reperiri in mercato, & ſic communi præ
cio, ff.ad l.fal. præcia, & dicit gl.10.q.ſecũda hoc ius, ꝙ ſi eccle
ſiæ volenti uendere rem ſuam, offeratur ultra iuſtum prçciũ,
non recipiet. Laurentius ibi contra, primum verius iure
poſt:

Digitized by Google

epiſcopos tantum, exponendo ibi, prouideant, ſcilicet epiſcopi, ſed ſecundum hoc potius facit pro: quia hic ſolus epiſcopus prouidet, licet præsbyteri denuncient, de hoc etiam, infra, in primo & vltimo contrario. Oppo. quod non debeant
4 cogi non clerici ad hoſpitalitatem † cum ſpeciale ſit in clericis, de præben. de monachis. Solu. litera in principio duplicem habet ſenſum. Primus, quod præsbyteri debent eſſe hoſpitales, & monere parochianos vt non carius vendant &c. & tunc ſic conſtrue. Placuit vt præsbyteri ſint hoſpitales, & plebes admoneant vt non carius &c. & ſic contrarium non vrget, ſed hæc eſt extorſio. Alius ſenſus prout iacet, quod præsbyteri admoneant vt non carius &c. & ſic contrarium non vrget, ſed hæc eſt extorſio. Alius ſenſus prout iacet, quod præsbyteri admoneat illos de plebe vt ſint hoſpitales &c. & dicit Hoſtien. hoſpitales, ideſt eleemoſynarij & charitatiui quo ad pauperes. Non enim ſufficit dare totam decimam, niſi de nouem partibus fiat eleemosyna. 16. quæſtione prima, decimæ, & c. reuertimini, infra, de deci. capitulo primo, & tunc ad contrarium dic, quod hic non coguntur laici eſſe hoſpitales in miniſtrando alimenta de ſuo, ſed ſolum monentur ad hoc vt ſint non impij, & non carius vendant tranſeuntibus &c. Hoſtien. tamen voluit quod cogi poſſunt dare eleemoſynam pauperibus: diuitibus non. prima, quæſtione ſecunda, paſtor. quod probat tantum de clericis, nec laici vnquam coguntur, nec hic dicitur, niſi quod moneantur ut ſint hoſpitales, & eſt ſenſus, quod moneantur ut gratis teneant hoſpitalitatem: quatenus autem hæc nolint facere gratis, ſed pro præcio, ſi velint vendere maiori præcio tranſeuntibus quam uenderent in mercato: coercebuntur per epiſcopum, vt infra, in vltimo contrario. Item ibi, ut & ipſi, ſenſus eſt quod non tantum præsbyter debeat eſſe hoſpitalis, ſed etiam plebes, ideſt parochiani debent moneri vt & ipſi hoſpitales ſint. Et ſecundum hæc intellige quod dixi in primo not. Secundo oppo. † quod nemo inuitus vendere
5 compellitur. C. de contrahen. emptio. dudum, & l. inuitum. ff. de contrahen. emptio. imperatores, quia in re ſua &c. C. manda. in re mandata, de iudę. nemo exteris, infra, de ſepul. in noſtra. Sol. a principio quis non cogitur vendere, ſed ex quo rem venalem exponit, cogitur vt iuſto præcio vendat, ut hic. Hoſtien. dicit quod hic eſt ſpeciale propter humanā neceſſitatem, quæ etiam excuſat a furto. infra, de fur. ſi quis, & ab excommunicatione. 12. quæſtione 3. quoniam, de ſenten. excommun. inter. Nam quotidie videmus homines cogi uēdere granum tempore cariſtiæ, ad hoc de fer. licet. Mar. de ſillimannis, dicit tria conſideranda. Primum ſimpliciter vendere. Secundum vendere minus iuſto præcio. Tertium vendere iuſto pręcio. Ad primum nemo compellitur. C. de iur. deli. nec emere. Nec ad ſecundum. ff. ad l. Iuliam, de anno. l. fin. Circa tertium dixit duobus modis conſiderandam rem, uno ſingulariter, & tunc non compellitur ſingulariter vendere. ff. re. amo. non enim. Alio modo in communi, vt cum præcipitur libram carnis pro tanto dari, & ad hoc poteſt quis cogi, ut hic, & ff. de offic. præfe. vrb. l. prima. §. cura. Alij dicunt in victualibus ſpeciale, quod qui rem venalem expoſuit, iuſto præcio vendere cogitur, ut in §. cura. & ff. de mu. & ho. l. fin. § item epiſcopi. In alijs, puta domo, prędio, & ſimilibus quilibet eſt moderator rei ſuæ, per iura ſupra allega. Dic quod hic nihil aliud probatur niſi quod tranſeuntibus non poteſt carius vendi quam communiter vendi poſſet, tamen quod cogatur quis vendere victualia, probatur. ff. de extraor. crimi. l. annonam, vbi prohibetur annonam augeri in præcio. Gloſſ. tamen ibi dicit quod ibi non coguntur vendere, nec puniuntur ſi non vendant, ſed ſolum ſi cauerint ut carius vendant. ff. ad l. Iuliam, de annona. l. ſecunda. Dic hoc verum regulariter, ſed ex cauſa iuſta non tantum victualia, ſed etiam alia cogitur quis uendere. ff commu. præd. venditor. §. ſi conſtat, vbi hoc ſingulariter probatur. Tertio oppo. in eo quod hic dicit, per præsbyterum procedi, cum ſolus epiſcopus habeat iuriſdictionem in ſua dioceſi, de ſim. c. ord. capitulo primo. Gloſſ. vlti. ſol. exponendo præsbyterum, ideſt, epiſcopum, pro hoc, infra, de pecu. capitulo vt clerici apud proprios epiſcopos, §. ſi vero eccleſiſticum. collatione ſexta. de officio vica. capitulo, primo, qui etiam defendūt oppreſſos, & pauperes, ſeptuageſimaſeptima diſtinctione, capitulo primo, vigeſimaquinta quæſtione quinta, adminiſtratores, vigeſimaquarta, quæſtione tertia, ſi de potentibus, & capitulo ſequen. in Authen. vt differ. iud. §. primo, & §. ſi vero continge. primo, & ſecundo, & §. in ciuitatibus, de ſanc. epiſco. §. ut autem omnes. Refert Abbas, quod audiuit magiſtrum ſuum inducentem hoc capitulū, pro iuridictione eccleſiaſtica, vt epiſcopus poſſit punire quoſdam qui farinam fabæ miſcebant ceræ venali, ſicut punitur hic plus debito vendens. Dic, quod hic non probatur niſi, quod coercet vendentes carius vendere tranſeuntibus quam alijs, quaſi ſit cauſa pia ſupra de treu. & pace capitulo primo, & ſecundo, & hic eſt etiam ſingularis caſus vt dixi ſummando, tamen etiam in alijs caſibus in quibus venditores delinquunt, quando notorium foret delictum: ita, quod conſtaret tales facere cōtra conſcientiam, hoc poſſet, ſupra de iudi. nouit, & ſic poteſt intelligi in primo notabili, & poteſt dici, quod id quod hic dicitur, poteſt epiſcopus, & non ſeruata forma monitionis: de qua de iudi. nouit. alias autem expedit, quod obſeruetur: vt ibi, & in hac gloſſ. vltima, ibi: olim, & de pecul. cap. ſecundo, & tertio.

SVMMARIVM.

1 Fraudans pondera, & menſuras, triginta dies in pane, & aqua pœniteat, & quod aliter puniatur nu. 3.
2 Dardanarii qui dicantur.

1 VT menſuræ. † Fraudans menſuras, & pondera, triginta dies in pane, & aqua pœniteat. Nota, quod menſuræ, & pondera, debent eſſe iuſta, & de menſurarum diuerſitate, infra de cenſi. ex parte. Et quid iuris cum aliquid emitur falſo pondere, uel menſura, dicitur ff. de dolo. arbitrio, §. de eo. quia tenetur vendens de dolo: ut ibi, & de hoc per Hoſtienſē in ſumma eodem, §. quibus menſuris, & procedunt hęc, quando fraudatur lucri cauſa, ut in litera, ſecus ſi ſic conueniret inter contrahentes, ff. eod. imperatores, & non tantum in negotiis, ſed etiam in iudicijs debet eſſe recta menſura, ut in iuribus allega. in gloſſ. prima & de re iudi. capitulo primo, libro ſexto, & in hac gloſſ. prima in dar-
2 danarijs. † dicuntur * ſic illi qui dant operam, ut annona carius vendatur, ſic dicti a quodam dardano qui ad hoc maxime operam dabat: ut nota. ff. extraordin. cri. annonam, & in dicta lege in dardanariis, dicitur quod falſus modus menſurarum pro modo commiſſi criminis extra ordinem punitur. Secundo nota, de pœnitentia certa triginta dierum,
a hodie ſunt arbitrariæ a infra de pœnitentiis, Deus. Oppono,
3 quod etiam aliter puniatur, † ff. de extraord. criminis. annonam, in fine. Gloſſ. vltima ſtat contrario, dicens, quod tenetur lege cornelia de falſis, cuius pœna eſt publicatio bonorum, deportatio. ff. ad l. corneliam. de falſis l. prima, ſed per l. annonam, ſolum probatur, quod alii relegantur. Alii in opus publicum mittuntur, & dicitur in dicta lege annonam, quod Diuus Adrianus pro falſa ſtatera, legem corneliam impoſuit, & pro falſis menſuris in inſulam relegauit.

ADDITIONES.

* Dicuntur. Adde de his Dardanarijs, Alci. libro quarto de uerb. ſign. & in lex. Practica. in Dardanarijs, ubi quis fuit Dardanarius ille. B. S.

a Hodie ſunt arbitrariæ. Adde capitulum quem pœnitet. de pœnit. diſtinct. prima gloſſ. prima in capitu. tempora pœnitudinis. 26. q. 7. glo. in ver. arbitr. & in c. ſuſcepimus de homini.

9 *Deceptus an poſſit velle ſtare contractui qui non tenet propter dolum.*
10 *Deceptus minus quam in dimidia an poſſit ad aliquid agere.*
11 *Locatio uenditioni proxima eſt.*
12 *Permutatio ſimilis eſt emptioni.*
13 *Iudicijs bonæ fidei ueniunt ea de quibus non eſt cogitatum.*

a Cum dilecti. a Cum res venditur minus dimidia iu
ſti præcij, in arbitrio eſt emporis, vt
rẽ reſtituat recuperato præcio, vel iuſtum præcium ſuppleat.
Primo ponit factum Secundo diffinit, ibi, quia vero. Tertio
proteſtatur, ibi: ſalua. Contrariam, imo, quia parentem conti-
nebat errorem, videtur, quod ab illa non fuerit neceſſe appel
lare, ff. quæ ſenten. ſi appel. re. l. prima §. cum alia cauſa, puta
enormi leſione, de re. eccle. non alie. ad noſtram, vel quia nõ
conſenſit epiſcopus, de his quæ fiu. a præla. tua. & cap paſtora
lis, vel quia dolus dedit cauſam contractui. de hoc in gloſſa.
1 † Nota, quod non valet venditio rei eccleſiaſticæ facta per
aliquos de capitulo. de hoc in gloſſa prima. Secundo nota de
cauſula, quod ſi uterque &c. & de hoc, ſupra de offic. delega.
2 prudentiam, in princi. & capitulo coram. † Tertio nota ca-
ſum, in quo admittitur petitio, & ſententia alternatiua. de
hoc, infra in primo, & ſecundo contrario. Quarto nota, quod
qui ſuccumbit ex vna cauſa ex alia poteſt agere. de hoc in glo.
penul. Oppo. quod valuerit ſententia decani: quamuis enim
ſit in optione emptoris ſupplere iuſtum præcium, vel reſcin-
dere venditionem in qua venditor deceptus fuit vltra dimi-
3 diam: † tamen emptor tantum obligatus eſt ad rem reſti-
tuendam. C. de reſcin. vend. l. ſecunda, vbi tenet hoc gloſſ di-
cens, quod re perempta non tenetur emptor ad aliquid per
l. ſi ex legati. ff. de verbo. obliga. ſicut etiam cum quis cõdem-
natur in actione noxali, pone in decem, ſolum eſt obligatus
ad decem, licet habeat facultatem ſoluendi ſeruum pro no-
xa. ff. de re iud. miles, §. decem. inſti. de noxa. in princi. ff. de pe
ti. hæredita. item veniunt, §. cum prædiximus, & §. ſequent.
Solutio. quidam ſtant contrario: ut Ioan. Bald. & Dama. cod.
titu. quæſtione prima. Alij dicunt emporem obligatum al-
ternatiuè, & alternatiuè fore pronunciandum, de re iudi.
quod ad conſultationem, & quod re perempta non liberatur
emptor ab obligatione ſupplendi præcium. Nam alternati-
4 ue obligatus, † ad duo, & ſi vnum dare non poteſt, tenetur ad
alterum, ff. de iu. doti. plerunque in fin. de reſcriptis. inter cę-
teras, quod tenuit Bartholomeus Brix. in veneriali. uigeſimo
ſecundo, & Goffred. hic, & infra eo. cum cauſa, & approbatur
aperte in tex. Ad legẽ. ſecundã, dic, quod non obſtat imo facit
pro medio, quod dicit venditorem teneri ad reſtituendum
præcium, cum ergo ſit in optione emptoris, an reſcindatur,
an non, non debet cogi ſimpliciter, nec pronunciari reſcin-
dendam, vt pronunciauit decanus: ſed alternatiue, ut facit, Pa
pa. Ad §. decem, dic, vt in contrario ſequenti. Secundo oppo.
ad hoc: quia ſi alternatiue poteſt pronunciari, ergo, & peti, &
5 ſic admittetur libellus † incertus, contra id ff. de iniu. prætor,
§. quod autem, de lib. ob. capitulo ſecundo, & tertio. Hoſtien.
infra capitulo penultimo, dicit, quod ex cauſa admititur in-
certitudo, ff. quo. leg. lege prima § quod autem, pro hoc de
in integ. reſtitu. conſtitutus, hic autem ſubeſt cauſa, quia ut di
cit Abbas, ex quo reus eſt obligatus alternatiue, alterum tan-
tum petendo peteretur plus cauſa. de plus pe. capitulo, vno. fa
cit, quod no. de teſta. Raynaldus, verſi. demum, & de conceſ.
præben. cum ſuper. Per hoc dic ad §. decem. allega. in præce.
contrario, quod ibi obligatio non fuit alternatiua, ſed ſolutio
tantum: hic autem ſecus vt prædixi. Item quantum ad illud
capitulũ Hoſtien. hic dicit, quod hic fuit peccatum in proceſ
ſu, quia non fuit formata petitio, & ſententia ſub diſiunctio-
ne, vt debuit, ut docet capitulum penultimum, infra
eo. quia ſi ſic formata fuiſſet, Papa etiam monachos ſub di-
ſiunctione condemnaſſet. de teſta. Raynutius, ad fin. & capit.
Raynaldus, ad finem. Tertio oppono, quod ex alia ratione va-
luerit ſententia decani. Nam venditio fuit nulla tanquam
facta ignorante capitulo, vt hic in princip. nullum ergo fuit
ius quæſitum monaſterio. Gloſſa quarta ſoluit, quod ad hoc
ctus ſine ſolennitate. duodecima, quæſtione ſecunda, [illegible]
nec ratus haberi. Quinto oppono, ad hoc: quia cum conſti-
terit de deceptione vltra dimidiam, debuit Papa pronun-
tiare diſiunctiue, permittendo optionem emptori, an re-
ſcinderetur contractus, an suppleretur præcium, per id quod
dixi ſupra, in primo contrario, quod non fecit, ſed ſimplici-
ter reuocauit. Soluit. Innocentius, quod non conſtitit de
quãtitate præcii: ideo reſeruatur quæſtio canonicis ſuper de
ceptione præcii, ideſt, ſuper quantitate, argumento, de te-
ſtibus, cum cauſam. & idem Hoſtienſis, vel dic, quod etiam
ſi cõſtiterit de quantitate præcii: non tamen ſuper hoc po-
tuit pronunciari, quia non apparet, quod petitio monacho-
rum fuerit alternatiua, ut eſſe debuit. Hoſtienſis, & de hoc
ſupra contrario ſecundo, Innocentius, poſtea dicit, quod per
officium iudicis iudex ad quem antequam inciperet cogno
ſcere de appellatione an eſſet iuſta, vel iniuſta, poterat man-
dare, quod res tranſlata in alteram partium poſt appellatio-
nem reuocaretur in ſtatum priſtinum, ſupra de exceptione
dilectæ, quod eſt verum: ſed non cadit ad textũ, quia non ap
paret, quod res tranſlata fuerit pendente appellatione, verior
eſt ergo præcedens ſolutio. Quæro, ut quærit gloſſa, ſecun-
da. Solu. ut in ea. & ibi, ſpectandum. idem Goffred. & In-
nocentius, & in hac gloſſ. ibi, ex mille: §. primo. de hoc ſupra
de rebus eccleſiæ non aliena. ad aures, contrario primo. Ibi,
ſi voluntate. in fine. ibi, deceptus in præcio, non agit niſi de-
ceptus fuerit ultra dimidiam conſiderato contractus tempo
re. Ibi, lege penultima, de hac de uſuris, capitulo fina. §. pri-
mo, notabili ſecundo. Ibi, ſi quis: quia ſi in ædium mearum
poſſeſſionem miſſus es, quia tibi non cauebam a te miſſo:
ergo propter alias ædes vicinas quas habeo, non poſſum pe-
tere per te mihi caueri, cum in illas miſſus ſis: quia ego non
6 caui. † Secundo quæro, an contractus in quo quis decipi-
tur per dolum aduerſarij, teneat: Gloſſa vltima diſtinguit
inter contractus bonæfidei, & ſtricti iuris. De primis dicit,
quod ſi dolus dat cauſam contractui, non tenet. De ſecun-
dis dicit, quo tenent, ſed eliditur ope exceptionis, & de pri-
mis ponit Hoſtienſis exemplum, quis habebat corpus iuris
alias non venditurus, ſuaſi, ut venderet: quia alia compila-
tio facta erat: & ſic iſta parum ualeret, ſecus ſi incidit in cõtra
ctum, quod dic ut in gloſſ. Et idem tenet gloſſa ff. de dolo.
arbitrio, & lege, quod uenditor. & C. de inutili ſtipulation.
dolo, & dicit Hoſtienſis, quod eo caſu quo dolus dedit cau-
ſam contractui in optione, non doloſi fore, an dicat contra
ctum nullum, an contra decipientem agat de dolo. ff. de do-
lo. eleganter, unde dixit ibi Bulgatus, præceſſit venditio, ut
in firma, ſecuta eſt traditio, ut infirmanda, ff. de dolo. arbi-
trio, & lege, quod uenditor, quaſi agatur ad reſcindendum
de facto, quatenus de facto proceſſit, ſed de iure eſt nulla.
Petrus, de bel. perti. tenuit, quod licet dolus det cauſam con
tractui bonæfidei, tenet tamen contractus: ſicut etiam te-
net contractus ſtricti iuris, ut prædixi, quia quotiens contra-
ctus habet eſſentialia, tenet: nec per extrinſeca annullatur, ff.
de pact. iuriſgentium, §. ſi ob maleficium. Ad legẽ, elegan-
ter, in principio, quæ dicit uenditionem nullam. Reſpondet
illud uerum, ſi opponatur, uel ponderato effectu, & ſi dica-
tur, quod in contractibus bonæfidei exuberat bona fides, re-
ſpondet Petrus, quod illa exuberantia non inducit nullita-
tem: ſed hoc operatur, ut purgetur in eis dolus per actio-
nem de dolo. C. de inutili. l. ſtipulationi dolo. Eodem mo-
do reſpondet ad legẽ tertiã, in fine. ff. pro ſocio, quod ibi
ſocietas eſt nulla, ſcilicet oppoſita exceptione, ff. de
mino.

ADDITIO.

a Cum dilecti. Adde an iſte textus habet locum ſi eccleſia vel alias in con
ceſſionem emphitheoſis ſit deceptus vltra dimidiam iuſti præcii. vide
gloſſa. in l. ſi ea pactione. C. de vſur. Ang. in l. ſecunda C. de reſcind.
vend.

nem eſſe nullam per dolum qui dedit cauſam contra-
ctui, ſtandum eſt legi. Nec vrget ratio Pet. quia poteſt dici quod contractus talis non habet ſua ſubſtantialia, maxime conſenſum, qui eſt fundamentum contractuum. ff. de pac. l. 1. neque enim videtur conſentire is qui per dolum fuit in-
8 ductus. Oppo. ad hoc, quia ſi dolus † dat cauſam matrimonio, vel profeſſioni, tenet vtrumq;. de conuer. coniug. veniẽs. vbi de profeſſione, quod me. ca. cũ dilecti, vbi de matrimonio hoc tenet gloſſ. vlti. & idem tenet gloſſ. ſingularis. ff. de ritu nup. a diuo. Solu. in ſpiritualibus dolus dans cauſam contractui non vitiat, vt dicit gloſſ. in dicto cap. cum dilecti, quod eſt fauore talium, & non dicitur proprie dolus vel deceptio ex quo quis trahitur ad melius, dicto cap. cum dilecti, ubi etiam dixi, & ſecundum hoc diſtinctio gloſſ. procedat in non ſpiritualibus. Cætera dic ut in gloſſ. & in ea ibi. vbi dicitur venditionem nullam eſſe, ſi in hoc ipſo ut venderet circunſcriptus eſt. Ibi, ſi quis, cum aliter conueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus, erit ſubtilitate iuris adſtrictus, ſed doli exceptione vti poteſt. Ibi, cum poſtea quam, ſi victus circumuenit victorem vt ei caueret nullam ſe controuerſiam moturum, pactum eſt irritum. Ibi, elegan ter. §. primo, de hoc per Ioan. Andr. in Spec. de dolo & contu. in fine primæ partis, & dicitur in d. §. quod ſi minor circunſcriptus ſeruum vendidit, & emptor fuit in dolo, tenetur ex empto: alias vẽditio nulla. Ibi, bonam fidem in contractibus conſiderari æquum eſt. Ibi. §. ſi quis colludente, vbi ſi quis emit a procuratore meo colludente habet actionem ex empto: vt aut ſtetur emptioni, aut diſcedatur, & ſic ille. §. non probat id ad quod glo. inducit. Nam ibi contractus non eſt omnino nullus, poteſt enim dominus ſtare contractui ſi vult. Et in fi. de hoc. 20. quæſt. 3. conſtituit. in vlti. gloſſ. & de conuer. coniug. dudum, in gloſſ. antepe. & per Hoſtien. eo. §. in ſumma qualiter reſcindatur. Tertio quæro de caſu quo
9 nõ tenet contractus propter dolum † an poſſit deceptus velle ei ſtare. Dic quod ſic, niſi contractus eſſet a lege prohibitus, quod dicit gloſſ. ſingularis dicta l. a diuo, quod eſt ideo,
10 ne dolus proſit dolo. † Quarto quæro, an deceptus minus quam in dimidia poſſit ad aliquid agere. Gloſſ. vlti. dicit qđ non. Vincen. infra, cap. ſecundo, dicit quod hæc fallit in dote, in qua decepto minus dimidia etiam ſine dolo ſuccurritur. ff. de iure dotium. iure ſuccurſum. §. vlti. vt ſi mulier decepta eſt: quia ſi ſeruum minori præcio æſtimatum dedit in dotem, reſtituitur ſecundum diſtinctionem. l. ſi res §. primo. ff. de iure dotium. Quinto quæro, an diſpoſitio huius cap. locum habeat in alijs contractibus quam in venditione: puta
11 in locatione † Vincen. quod ſic: quia proxima eſt venditioni. ff. locati. l. ſecunda, & l. item ſi præcio. §. vlti. Sexto quæro,
12 quid in permutatione † Vincen. dicit idem: quia ſimilis eſt emptioni. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. l. vlti. ff. de rerum permu. l. vlti. Septimo quęro quid in tranſactione, de hoc, infra, cap. penul. & de his in Spec. eo. ti. §. nunc dicendum, ver. ſed nunquid prædicta, & ſequentibus, vbi etiam dicitur quod in feudo vel emphiteuſi locum non habet. Octauo quæro, qua actione petitur reſciſſio in caſu de quo hic, quidam quod per officium iudicis, & per reſtitutionem ex clauſula ſi qua iuſta. C. ex quibus cau. ma. in contractibus, gloſſ. C. de reſcin. vend. l. ſecunda, dicit quod actione ex eo contractu, & ſic ex
13 vendito, in caſu huius ca. quia in † bonæ fidei iudicijs veniunt ea de quibus non eſt cogitatum, & hæc opi. verior. poſſet etiam agi condictione dictæ l. ſecundæ, & huius cap. ff. de condi. ex lege. l. una, de qua condictione ex lege dixi de reſtitutione ſpoliatorum, ſæpe, & de hoc, infra, cap. penulti. in glo. finali.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio uiri etiam de conſenſu mulieris non valet in donatis propter nuptias.*
2 *Titulus requiritur in præſcriptione longiſſima.*
3 *Res datæ propter nuptias non poſſunt alienari: et conſentiente vxore.*
4 *Matrimonio ſoluto, quæ actio detur mulieri in bonis mariti.*

1 ſeianum, etiam, non ſic in donatis propter nuptias, [illegible] bus non valet alienatio viri etiam de conſenſu mulieris, C. ad velleianum, authentica, ſiue a me. niſi ut infra dico, & ſecundum hanc lecturam, habet plus dubij, & hoc dicit, ſi vir habens alia bona vnde vxor ſibi conſulere poteſt, conſentiente vxore rem propter nuptias vxori datam vendidit, emptorem, qui ſpacio triginta annorum poſſedit, non poteſt inquietare ſuper ea: maxime ſi præcium fuit conuerſum in cõmunes vſus viri, & vxoris, & eſt caſus ſingularis ſecundum ea quæ dico, infra in fine. Communis diuiſio. Secunda ibi: quia igitur expreſſum, vnde videbatur indignum, quod conueniret. de proba. per tuas, C. de non numera. pec. generaliter, quantitate, ſi ſubaudis, quod poſt biennium conſenſit cum vir haberet in bonis. decreta. plana. Hoſtien. dic vt infra contrario primo, præſumit, ſcilicet domum repetendo, quod dic vt dicto contrario, non potuiſſe, bene dicebat niſi aliud iungatur, ſi uera ſunt loquitur more ſæcuolæ, qui cleric. vel uo.
2 inſinuante. Hoſtien. † Nota, quod in præſcriptione longiſſima requiritur titulus, ibi tituloque iuſto. quood dicit Goffre. procedere, quia in foro eccleſiaſtico agebatur, ſed dic, quod allegatur ad inferendam bonam fidem, titulus enim non exigitur etiam de iure canonico niſi in capitulo, primo, de præſcriptione, libro ſexto, Item tempus illud potius allegabatur ad inducendam præſumptionem conſenſus mulieris præſtiti poſt bienium, quam ad inducendam præſcriptionem, ut dico, infra ad finẽ Oppono, quod Papa minus bene
3 pronuntiauerit: quia res † datæ propter nuptias non poſſunt alienari etiam conſentiente uxore, nec currit præſcriptio: nec ſufficit, quod in communes uſus uertatur, ut in iuribus allegat. in gloſſa. Solutio ut in ea, quæ dicit, quod mulier nõ auditur, quia erat unde poſſet conſuli mulieri ex alijs bonis mariti: & ſecundo conſenſit poſt biennium. Item quia prætium in communes uſus erat uerſum. Item, quia ſoluto matrimonio donatio propter nuptias cedit uiro, uel eius liberis. Sed contra iſtas ſolutiones eſt, quia hoc ſolum ſufficit, quod tempore uenditionis ſit unde poſſit conſuli mulieri: quia ſecundum Innocetium, licet tunc agere poſſet, non tamne cogitur, C. de iure dotium ubi, Item nec illud de biennio procedit, quia nec dicitur hic, quod conſenſerit poſt biennium, nec etiam ſufficit, quod in cõmunes uſus ſit uerſum quo ad partem mariti, ut dicitur in eadem gloſſa, poſt princip. Ibi, quia pro parte mariti non potuit allegari, ideſt pro parte quæ ceſſerat in uſum mariti: imo nec pro alia ſecundum Innocẽtium, quia de bonis mariti debet uxor ali. & dicit Abbas, quod audiuit magnos ceſpitare in intellectu huius uerbi, & procedit dictum Innocenti, intelligendo, quod fuerit conuerſa in communes uſus, ideſt in alimenta mariti, & uxoris. Sed ſi intelligitur in communes uſus, ut propter alendos, uel redimendos communes parentes quos uiuos habent: bene ualeret diſtractio ſecundum Hoſtien etiam prædij dotalis, ſi ſoluto matrimonio quamuis. Et idem ſi pro redimendo prædia dotalia maiores habentia redditus, ff. de iureiuran. lege. fina. Nam etiam, quod per ſolutionem matrimonij donatio cedebat uiro, non procedit ſecundum Hoſtien. Nam donatio propter nuptias fit, ut poſſit conſuli mulieri non ualenti aliter dotem ſuam recuperare, & propterea prohibetur alienatio; nec ualet mulieris conſenſus in Authentico, de æqualitate dotium, §. hæc igitur, & ſequentib. & §. his conſequens, & ſequentibus. In Authentico, ut immobilia ante nuptias, collatio. quinta, de hoc infra de donatio. inter uirum, & uxor. capitulo, finali. Communiter tamen hoc ultimum, ſcilicet quod ſoluto matrimonio dos cedit uiro, uel eius liberis: placet doctoribus ut dicit Ioã. Andre. & ex hoc habetur prima lectura, de qua. ſupra. Et ex hoc notat, Abbas, quod factum nouum iudicis iuuat partem, etiam ſi non exiſtimet per illud ſe excuſari. hic enim nihil fuit allegatum de hoc contra mulierem, & tamen ex hoc ſuccumbit. Sed quia non apparet, ꝙ Papa fundetur niſi ſuper rationibus in textu expreſſis, non bene poteſt hæc ſuſtineri. de iure tamen bene uerum eſt, quod ſoluto matrimonio ſublatæ ſuntactiones quo ad uxorem in rebus ſic donatis. Et ad iura per Hoſtien. ſtatim inducta in con-

Digitized by Google

quarum quælibet per ſe ſufficeret. Prima ſi conſenſit poſt biennium, cum vir tunc haberet vnde ei conſuli poſſet. Secunda eſt, quia lapſi dicebantur 30. anni. Ita tamen ſecundum eum, quod computentur a tempore quo maritus cepit ſua ſubſtantia male vti, ſecundum notata, infra de dona. inter vir. & vxor. per veſtras, & tunc quod ſequitur de conſtante matrimonio non eſt contra allegantem in eo, quod videtur allegaſſe contra ſe: quia conſtante matrimonio non currit præſcriptio, vt dicit gloſſ. alias ſi maritus non cepiſſet ſua ſubſtantia male vti, videretur hæc allegatio eſſe contra allegantem: ſed ut infra dico, hic non allegatur temporis diuturnitas ad inducendam præſcriptionem, ſed ad inducendam præſumptionem conſenſus: ideo computatur tempus a die venditionis, traditione ſecuta, ut vult hæc litera, nec apparet hic, quod uir male cepit uti ſubſtantia. Tertia ratio ſecundum Hoſtienſ. eſt, quia in communes vſus verſa erat pecunia declarando vt prædixi ſecũdum eum, qui concludit, quod cum quælibet de prædictis rationibus per ſe ſufficiat, fortius ſimul iunctæ: quia triplex funiculus &c. de treu. & pace, capitulo, primo, quod non procedit, ut infra ſtatim dico: quia non eſt verum, quod hæ rationes ſeparatim ſufficerent: intelligendo ſecundum lectu. veram, quod mulier egerit hypothecaria. Item etiam ex alio non procedunt iſtæ rationes ſecundum ea quæ infra dico. Dicit etiam Hoſtien. ꝙ eſſet plana litera, ſi diceremus iuramentum interueniſſe, pro hoc de iureiuran. cum contingat, ſed hoc eſſet diuinare. dicit Ioan. And. per illa verba, ſi vera ſunt &c. poſſe dici, quod hæc decre. inducit ſpecialem caſum, ſecundum quem concurrentibus omnibus hic expreſſis tutus eſt emptor, ſimile, quod not. de offic. delega. conſultationibus: Sed non videtur hoc procedere, quia Papa non fecit hic ius nouum, ſed reſpondit ad conſultationem, pro hoc quod nota. de tempo. ordi. cap. pen. in glo. penul. Item, ſi rationes iſtæ non ſufficiũt ſeparatim, non debent etiam ſufficere coniunctim, quia nõ ſunt eiuſdem naturæ, ſimile, quod dixi de proba. cum cauſam, declarando illam regulam, quæ non poſſunt &c. tamen oportet intelligere aliquas de præmiſſis rationibus ſimul, & non ſeparatim, & certo caſu ſaluari poteſt hæc lectura, ut infra dico, & quia per hæc nimium intricatur intellectus huius cap. dico poſt longam inueſtigationem, quod etiam præſuppoſito, quod non erat aliquod ius ſpeciale, per quod mulier lucraretur donationem ſoluto matrimonio: tamen ſi voluiſſet agere hypothecaria pro dote ſuper rebus donatis propter nuptias, potuiſſet, ſic loquitur in Authen. de æquali. dotium, §. hæc igitur, & ſequenti. §. his conſequens, & C. de iure dotium, ubi, ſed non apparet quod ſic egerit, hic tamen ſic intelligendum eſt: alias decre. non eſſet dubia, & fruſtra fuiſſent allegata illa quæ allegantur in textu, quod non eſt dicendum, hoc autem caſu ſi mulier egit hypothecaria, fuit opus bona mariti prius fuiſſe diſcuſſa, & inuenta non ſoluendo: ut nota. Cyn. in dicta l. vbi, quæſtione. 11. & hoc præſuppoſito, quod agere voluerit hypothecaria: tunc procedit, quod ponderat litera de verſione in communes vſus, intelligendo uſus præterquam in alimentis vxoris, ad quæ tenetur uir, ut prædixi, quo ad alia enim eo reſpectu quo in utilitatem eius eſt verſum ipſa contrauenĩens non auditur, C. ad velleianum, authentica, ſi qua, & quatenus præcium fuiſſet verſum in vſus ſolius mulieris, hæc ſola ratio ſufficeret, vt ibi, ſed quia verſum erat etiam in uſus uiri pro parte, ponderantur, & aliæ rationes in textu, quæ etiam ſine illa ſufficiunt vt infra, dico, Nam ponderatur, quod erat tempore venditionis: vnde poterat mulieri conſuli in bonis viri. Item de continua poſſeſſione triginta annorum apud emptricem per authenticã, ſiue a me. C. ad velleianum, ſicut enim excluditur mulier ab hypothecaria, ſi expreſſe poſt biẽnium conſenſit alienationi de re donata propter nuptias, ſi eſt in bonis mariti, vnde poteſt conſuli mulieri, vt ibi. Ita hic, quia præſupponendo, quod conſtet tempore venditionis fuiſſe unde conſuli poſſet, præſumitur etiam, quod poſtea uſque ad biẽnium, & etiam poſt vir fuerit ſoluendo regula ſemel, & quod ibi nota. libro ſexto, & taciturnitas vſque ad triginta annos operatur idem, quod operaretur conſenſus ſecundi: & tunc erat unde ſibi conſuli poſſet: & ſic, ut prædixi, præſumitur etiam poſtea fuiſſe unde ſibi conſuli poſſet, & taciturnitas triginta annorum operatur hic id, quod operaretur conſenſus poſt biennium. Et per hoc nulla diuinatio fit in textu. Item apparet quare ponderet omnes præmiſſas cauſas, ſicut ponderauit ibi, præſcriptis occaſionibus, & hoc ut dixi quo ad excludendum mulierem ab hypothecaria: ſed quo ad excludendam eam ab actione in rem, ſufficit, quod matrimonium eſt ſolutum, ut prædixi. Sed ſecundum hanc lecturam, ut prædixi, multa eſſent in textu ſuperflua, & fuiſſet hæc decreta. de non dubio, unde ſta præcedenti. Et nota quia quo ad caſum authenticæ, ſiue a me, ad hoc ut per conſenſum ſecundo præſtitum excludatur mulier ab hypothecaria, requiritur, ꝙ ſit unde conſuli poſſit mulieri in alijs bonis uiri. Et uidetur uelle illa auth. & clarius in corpore unde ſumitur, ꝙ ſi tempore quo mulier agit hypothecaria, non eſt in bonis uiri unde conſuli poſſit mulieri: non præiudicat mulieri ꝯſenſus ſecundo præſtitus: imo, ut dicitur in corpore etiam ſi frequenter conſenſerit, nõ præiudicatur ſibi. ex quo ipſa incurrit læſionem: quia non poteſt aliũde ſibi cõſuli. hic autem ſufficit, ꝙ probetur, quia tempore uenditionis erat unde poſſet ei conſuli: quia ex hoc ut prædixi, præſumitur, ꝙ & hodie ſit, & in hoc eſt ſui caſus, & ratio propter diuturnitatẽ temporis, poſſet tñ dici, ꝙ ſi docetur nõ eſſe in bonis uiri unde poſſit conſuli mulieri, tolletur præſumptio pręmiſſa, & audietur mulier, per dictam authen. ſiue a me. Sed primum, ꝙ nullatenus audiatur, magis ꝯſonat huic literę, ut autem a dicta authẽ. non nimis recedamus, poteſt dici, ꝙ ſi in bonis mariti eſt etiam hodie unde poſſit cõſuli mulieri, excluditur mulier ab hypothecaria ob taciturnitatem. 30. annorum: ẽt ſi pręcium non ſit uerſum in communes uſus: qa tanta diuturnitas inducit pręſumptionem conſenſuum poſt biennũ, ut prędixi, ſed ſi hodie, nõ eſt in bonis unde poſſit cõſuli mulieri: licet fuerit tempore uenditionis, ad hoc, ut excludatur mulieris ab hypothecaria: oportet, ꝙ omnia concurrant de q bus hic, & ſic ſaluabitur hoc ultimo caſu lect. p̃miſſa Io. An. & hæc no. quia hactenus intellectus capituli fuit nimis clarus. Et propter hoc ad bonũ ſenſum iuſtificatur ſummarius præmiſſus q coniungit omnes caſus de quibus in textu. quod tñ intellige ſcḋm p̃miſſa, & in hac glo. ibi, ſimile, hoc intellige per no. de præſcrip. cum nõ liceat, in ult. gl. Ibi, ſi qua mulier. alias hodie ſi muliere, ubi ſi coniunx pro uiro intercedit, ẽt ſi pluries id faciat, nõ ualet, niſi in mulieris utilitatem pecunia impenſa probetur. Ibi, ſi filius, de hoc s̃. eo. cõtrario, Ibi communia, ut Hiſpania. Vincen.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus uſurarius qualiter conſtituatur circa emptiones, & uenditiones.*
2 *Iudex ſuper uſuris procedit ex officio.*
3 *Factum in ueritate magis attenditur, quam ſimulare conceptum, ſeu ſcriptum.*
4 *Pactum de retrouendendo an conſtituat contractum uſurarium, & nu. 5.*
6 *Contractus feneratitius per quos modos præſumatur.*
7 *Contractus emptionum conditionalium cum pacto de retradendo introductus fuit ab vſurarijs pro paliandis uſuris.*
8 *Cambiorum ſiccorum malus mos introductus.*
9 *Contractus ſimulatus an validetur iuramento.*
10 *Renuntians exceptionibus in inſtrumento an poſſit apponere exceptionem ſimulationis.*

Ad noſtram. Fictus emptor qui uerus eſt creditor reſtituere cogitur rem in ueritate pignoratam, ſed ficte uenditam, ſi ſatisfactum eſt ſibi de ſorte fructibus cõputatis, & contractum eſſe non uenditionis ſed pignoris conuincitur ex coniecturis de quibus hic, h. d. & de hoc ult. ꝫ. ſcḋo, & q̃to ꝯtrijs, primo narrat factũ. Scḋo dat iud. cem, ibi: qa ergo ab M. uſurario. Egy. hoc tñ dr̃ hic, ꝙ

alias

Digitized by Google

quod ſimulare fuit conceptum ſeu ſcriptum, de hoc in glo.
2. & C. de contra.lien. emp. ancillam, de ſacroſan.eccle.qui
ſub prætex.de conſe. diſt. 3. ſolet quæri.ſup.quod met.cauſa,
c.1.inf.de regula.clerici.de cele.miſ.de homine.Hoſtien. Ter
tio not.quod fraus,& dolus &c.de reſcri.ſedes, de eo qui du-
4 xit in matri.ca.1.Oppo.quod propter pactum † de reuenden-
do non debuerit iudicari contractus vſurarius, nam tale pa-
ctum ualet.C.de pac.inter emp.& vendi.l.2.Dic quod hic nō
fuit ſimpliciter pactum de reuendendo, ſed de reuendendo
poſt ſeptennium, & ſic interim emptor lucrabatur fructus.
Item fuit pactum de reuendendo pro modica quantitate, &
ex his præſumitur pignus,quia ſi fuiſſet venditio,non curaſ-
ſet promittere de reuendendo etiam ante ſeptennium. Item
non dediſſet pro modico,quia non præſumitur iactare.ar.de
renun.ſuper hoc,& de hoc inf. contrario.5.Secundo opp. ad
5 hoc inf.de pigno.illo vos,ubi fuit † pactum de ſtatim reuen-
dendo vel uſque ad duos annos, & tamen præſumitur fœne-
ratitius contractus. Solu.ibi fuit pactum de reuendendo pro
maiori prætio quam eſſet primum,ſecus ſi pro eodem, quia
tunc licet emptori eſſe ſine vllo danno repetendo rem ante
omnem fructum perceptum. Et ſic conſului in quæſtione
facti in qua erat caſus. Quidā recepit mutuo a Titio,qui Ti-
tius vſurarius probari non poterat,& pro cautione fecit ven-
ditionem de centum de prædio valente ducenta, deinde per
aliud inſtrumentum promiſit Titius reddere prædium quā-
docunque vſque ad biennium,redditis ſibi centum, quære-
batur an probato maiori valore rei inferretur quod contra-
ctus eſſet fœneratitius. Reſpondi quod non, & hoc quando
non eſt appoſitum pactum de computando fructus in ſortē,
quod appoſitum fuit in c.illo vos. Nam ex illo ſolo apparet
non eſſe venditionem, de cuius natura eſt vt emptor faciat
fructus ſuos,de quo in d.c.pro hoc facit quod not.Cy.C.plus
valere quod agitur,l.3.& quod dixi de iureiuran.ex literis,&
de hoc etiam infra contrario quinto. Tertio op.in eo quod
dicit,quod patebat contractum eſſe vſurarium: cum tamen
potius ex forma inſtrumenti apparet emptio.gl.3. metu con
trarij exponit pater.i.præſumitur,& in ea ibi,illo uos, ubi de
materia huius gl.& in ea ibi,eum qui,de hoc de dolo.c.fi.no
tabili ſecundo. Quarto oppo quia potuit debitor agere con-
tra creditorem per condictionem c.cum dilecti.§.eo.ex quo
erat res vendita minus dimidia iuſti præcij. Soluit Goſ.quod
quia non erat verus contractus, non expediebat creditori ſic
agere. Et intelligit Abb. quod nec iuſtum præcium fuerat da
tum ipſi venditori. Dic quod etiam non dicitur hic quod eſ
ſet facta deceptio vltra dimidiam,pro hoc litera ibi,vix dimi
diam, nam quod uix fit tamen fit, de cogna.ſpi. cap.2.lib.6.
Quinto opp.ad idem, quod propter paucitatem præcij non
debuerit pronunciari contra creditorem. C. de reſcin. ven.l.
dolus,vbi dolus emptoris qualitate facti non quantitate pre-
cij æſtimatur. Glo.4.non ſoluit.Ioan.And.dicit quod hic etiā
fuit qualitas facti, quia infra certum tempus reſtituere tene-
batur,vnde dicit Inn. quod hæc ſola præſumptio ſufficiebat,
ſcilicet quod quantitas erat exigua, ut per hoc iudicaretur
venditio fraudulenta vel vſura, tamen ſecundum eum hæc
nihil valet ſine prima, ſcilicet quia infra certum tempus re-
ſtituere tenetur rem emptam. Abb.dicit multum ponderan
dum quod debitor volebat recipere mutuum, pro hoc eſt
quod no.in d.c.illo vos. Dic verius ut dixi in duobus primis
contrarijs, & in litera in ver. ad nouennium, quod hic non
fuit pactum tantum de reuendendo, ſed de reuendendo pro
modico,& reuendendo tantum poſt ſeptennium, & ſic in-
terim creditor lucrabatur fructus,& in hac gloſſ.4.ibi. §.mo-
dus, ex quantitate præcij fides tranſactionis alimentorum,
æſtimabitur conſiderata ætate & valetudine tranſigentis.Ibi,
per diuerſas.l.penul. & de hoc de alie.mu.iudi.cap. 2.in glo.
2.Ibi,& ſi quæſtiones,de hoc eodem titu.ex tuæ,in gl. 1.Ibi,
dolus,de hoc.§.eo.contro.Ibi,ſi vſufructus.ibi, maritus poſt di-
uortiū vſumfructū fundi ſibi in dotē dati:cuius proprietas mu
lieris nō erat,locat vel vendit vno nummo ipſi mulieri,cum
cedi nō poſſit niſi illi cuius eſt proprietas.Sexto oppo.quod
non tantum per concā lateranen.concilij, ſed etiam grauiorē
debuerit contra creditorē procedi. inf.de vſuris. eo.quæſtus.

ad terminum repiſtat fraudulentiam.argu. ff.de actio.emp.&
vend.Iulianus §.idem Papinianus. & omne iuramentum ha
bet ſuſuſpectum.de renun.ſuper hoc.de iureiuran. debitores.
dicit etiam de facili contra vſurarios præſumēdum:quia peſ-
ſimum genus. & ſic præſumi expedit animabus ipſorum ar.
de ſponſa.veniens.de vſur.in ciuitate.ff.de re milita.non om-
nes.§.a barbatis. C.de vſur.cum allegas. de reſcin. ven. ratas.
faciunt enim multas baratarias, nunc emendo, nunc parum
emendo:parum vendendo,quæ ſunt baratariæ: ideſt ad bara-
trum eos perducentes:& ſecundum Ioan.And.experiētia do-
7 cuit †, ꝙ vſurarij dimiſſis contractibus mutui inchoauerunt
facere contractus emptionum conditionalium: ſcilicet cum
pacto de retradendo rem poſtea,& ne forma illius contractus
ex vi illius pacti iudicet illos vſurarios, faciunt purum inſtru-
mentum emptionis,deinde aliud de reuēdendo. Item hodie
oportet debitorem confidere vſurario ſicut ſacriſtę faciendo
ſibi purum inſtrumentum venditionis: quia nec volunt face
re pactum de retradendo etiam per aliud inſtrumentum, ne
conuincatur mutuum. Item nolunt exprimi veram vel qua-
ſi quantitatem præcij ipſius rei licet creditum ſit minus,vt n̄
obſtet eis hoc cap. Alij ſoluta ſibi ſorte & vſura non faciunt i-
ſtrumentum liberationis niſi fiat eis confeſſio per debitorem
de facta ſibi reſtitutione vſurarum: circa quod prouidendū
eſſet per conſtitutionem, qua caueretur quod reſtitutiones,
remiſſiones,donationes & quietationes vſurarum intellige-
rentur fictitię hoc ipſo quod poſt illas apparet fœneraſſe. Io.
And.quod foret durum,dummodo quis libere faciat,valet re
miſſio vſurarum:vt not.in reg. peccatum lib. 6.dic tamen vt
dico de iureiur.ad noſtram.2.q.5.dicit etiam Ioan. And.quod
vitianda eſſēt iuramenta ſuper his præſtita. Item prouidendū
circa ceſſiones quas procurant fieri per eos qui ſoluerunt vſu
ras aliquibus de omni quantitate quam vſurario ſoluiſſent,
vt cedens impediatur repetere.ceſſionarius vero ipſorum eſt
amicus,& de ipſo confidunt. Sunt etiam qui faciunt contra-
ctum venditionis Florenorum vel alterius monetę,cum ve-
rè mutuent. Sunt alij qui in ſtatione dicunt ſe ponere pecu-
niam ad commune lucrum,& conueniūt de quota lucri,cū
in veritate nullę ſint merces,vel viles. Sunt & alij qui vendūt
merces,puta petiam panni,& de hoc conficitur inſtrumētū.
poſtea cum debitor non querat mercem, ſed pecuniā,emūt
ab eodem pro minori. Item in eo quod ex perſona ipſorum
præſumitur contra eos,prouident ſibi faciendo inſtrumenta
confici in perſonam alterius conſanguinei vel amici,& tot
ſunt fraudes,nec competens cadit promiſſio,& videmus eos
dominari in curijs prælatorum & principum.& verificatur
illud,Pecuniæ obediūt omnia.de hoc de ſimo. ſicut 2. Ex his
patet id quod dicitur de vſu.cle.vna.§.cæterum.ſ. ꝙ fœnerato
res ſic vt plurimum contractus vſurarios ineunt,doloſeque,
& conuinci non poſſunt de vſuraria prauitate. Ioan.And.ho-
8 die etiam pullulat contractus † cambiorum per Venetias vel
Florentiam:ut quia debitor uult pecuniam: creditor facit li-
teram Venetijs ut detur ſibi Florentię: cum tamen debitor
uelit eam Venetijs. Nec mittitur litera, ſed expectatur quid
ualuit pecunia Florentię in certo termino: & tanto plus ſol-
uit debitor:qui tamen contractus ſi non fieret cum fraude,nō
eſſet illicitus. Et ſic quando in partibus habes pecuniam mit
tendam Ro.& das mercatori cum aliquo lucro, & ipſe facit
tibi dare in alio loco, vt communiter fit propter viarum di-
9 ſcrimina. † Secundo quæro,an contractus ſimulatus a valide-
a tur iuramento. Gloſ.C.plus ualere quod agitur l.3.dicit quod
10 non,quæ eſt notab. Tertio quæro †,ſi in inſtrumento renū-
tiatum eſt omnibus exceptionibus,an exceptio ſimulationis
opponi poteſt. Dicit Barto.in l.nemo. ff.de le.1.quod ſic,quia
etiam inſtrumentum infertur eſſe ſimulatum. Secus ſi ex in-
terual

ADDITIO.

a An contractus ſimulatus. Adde Ant.de bu.in c.cum contingat.de iureiurā. glo.& doct.& Paul.de caſt.in l.ſi quis per co.de fideiuſ.Bal.in l.ne petitores & in l.1.C.de ope.liber.

Digitized by Google

2 *Deceptus vltra dimidiam quando quis dicatur.*
3 *Tranſactio an poßit reſcindi propter deceptionem:*
4 *Reſciſio quo iure petatur.*
5 *Actio venditi non datur ad reſcindendum.*
6 *Minor ſi iurauit non venire contra venditionem an poſtea audietur?*
7 *Iuramentum non trahitur ad ea de quibus non eſt verisimile iurantem ſenſiſſe.*
8 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur.*
9 *Iurans ſuper facto uidetur iurare ſuper iure ex facto deſcendente.*

Cum cauſam. Summa vt ſup.c.cum dilecti.pars
de teſti.cum cauſam. Primo poni
tur quæſtio.Secundo ſententia.ibi:ſententiãdo.Ciues iſti fue
runt emptores caſamentorum monaſterij minus dimidia iu
ſti præcij. agebat ergo monaſterium ad id,qđ patet ex forma
ſententiæ.Caſamentis.vulgare loci.Abb.cõſtituiſſet per cõfeſ-
ſionem partis: vel per teſtes productos. de teſti.cum cauſam.
vltra dimidiam:ſed non conſtitit a principio quantum vltra
Ideo ſuper hoc mandatur recipi teſtes. de teſti.cum cauſam.
1 † No.ꝙ yconomus agit pro monaſterio.quod procedit quã-
do datur ad agendum.quandoque vero ſtatuitur ad cuſtodiã
de offi.ordi.cum nos.Secundo no.quod cum dicitur quis de
ceptus in venditione.attenditur tempus venditionis: vt hic ĩ
2 fi.& d.c. cum dilecti. † Quæro quando dicatur quis deceptus
vltra dimidiam.Gloſſ.1.exemplificat dupliciter, & tenet pri-
mam.& dicit Hoſtien.quod efficaciter tollitur ſecunda, quia
ſecundum ipſam non erit reperire caſum deceptionis in ven
ditore . Nam ſi res valet decem: oporteret quod daretur pro
nihilo & pro minus.& ſic non eſſet emptio,quæ non proce-
dit ſine præcio.inſti.eod.§.item præcium.Secundo quæro,in
eo quod dicit gloſſ.de emptore decepto, qualiter agat.dic qđ
agit ut reſtituatur præcium ſuperfluum: aut vt reſoluatur cõ-
tractus.ff.ſol.mat.ſi circunſcripta. Plinius ſecundus lib.1.epi-
ſtola vltima ſic dicit:Mala emptio ſemper ingrata eſt,pro eo
maxime ꝙ domino ſtultitiam exprobare videtur. Tertio q̃-
ro,ſi emptor ſciuit de deceptione.dicit Spec eo.ti.§.nunc di-
cendum.verſi.quid ſi aliquis,qđ nõ aget. vſque ad verſi.ſi au-
3 tem.vbi de hac materia.† Quarto quæro,an ſicut reſcinditur
venditio propter deceptionem, ita poſſit reſcindi tranſactio.
Glo.2.dicit aliud in tranſactione,quod tenuerunt Ioan. Tan.
Vin. dic, ꝙ ſi quis deceptus eſt in tranſactione vltra dimidiã
valoris rei,non habet locum hoc capitu. propter rationẽ hic
a poſitam in gloſſ.Sed ſi deceptus eſt vltra dimidiam eius a qđ
valet res habito reſpectu ad dubium euentum litis,bene ha-
bet locum. argu. eius quod tenet Bartol. in d.l.2.C.de reſcin.
ven.& eſt notandum. Quinto quæro quo iure agitur ad reſci
4 dendum †.Gloſſ.2.refert quoſdam dicere, quod officio iudi-
cis,& vſque ad quadriennium tantum agetur.pro hoc de re-
ſti.in integ.c.1.lib.6.quod procedit cum in integrum reſtitu-
tio petitur,ſecus ſi generaliter imploratur iudicis officium,
ut in exemplis notatis.de offi.iudi.c.2.& C.ex quibus cau.ma
io.in contractibus. vbi hoc tenet gloſſ. deinde dicit etiam,qđ
agetur ex vendito ad ſupplendum præcium, vel reſcindendũ
quod dixi ſup. eo. cum dilecti. quæſtio.vlti.Oppo.ad hoc,qa
5 † venditi actio non datur ad reſcidendum.C.de act.emp.l.vẽ-
diti.2 Solu.per illam l.Pet.de Bel.reprobat glo.iſtam ibi,& in
l.2.C.de reſcinden.vendi.quæ idem dicit. Dic quod gloſ.non
dicit quod detur actio ex vendito ad reſcidendum tantũ:ſed
alternatiue,vel ad reſcidendum,vel ad ſupplendum precium.
Item lex illa dicit quod non facile datur,quaſi quãdoque de-
tur,ut ibi notatur. Hoſtien.dicit quod hoc plus in ſubtilitate
quam in vtilitate conſiſtit,cum non teneatur exprimere no-
men actionis.de iudi.dilecti. Dic tamen vera eſſe quæ ſuperi
dicta ſunt.& de hoc in dicta l.2.per Barto.nec tollitur actio ex
vendito per condictionem ex dicta l.2. & ex hoc c.quia con-
dictio ex l.bene concurrit cum alia actione, vt dixi de reſtitu.
ſpo.ſæpe.& in hac gloſſ. ibi. de reſcin.ven.l.2.ibi,humanũ eſt
ut uel præcium emptoribus reſtituatur &c.& aperte.C.ex qb.
cau.ma.in contractibus.qui bo.fi.ſunt etiam maioribus cauſa
cognita publica iura ſubueniunt. & hoc placet Pet. de Bel.p-
ti.ſbi.l.3.non facit.dicit enim quod non fiat traditio rei ven-

Glo.dicit quod maior etiam deceptus vltra nõ audietur:mi-
nor ſic.Et nota glo.in eo quod dicit, quod iuramentum mi-
noris excludit beneficium ętatis,non ius commune,niſi iura
ret nõ repetere rem ex eo quod deceptus eſſet vltra dimidiã,
quia tunc non audietur,ut dicit glo.& idem Hoſtien.& gloſ.
C.de reſcinden.vend.l.2.& in corpore vnde ſumitur authen.
ſacramenta.C.ſi aduer.vend.pro hoc de iureiuran. cum con-
tingat.& hæc eſt communis opi. Pet.de bel.perti.dicit iuran-
tem ſimpliciter non poſſe contrauenire.Nam qui effuſo ſer-
mone loquitur ſibi indiſtincte præiudicat.C.de dotis promiſſ.
l.fin.in fine.Item,vna repudiatio tollit duo remedia.ff.de ſuc-
ceſſo.edicto.l.prima.§.ſed videndum. Fatetur tamen,quod ſi
ſpecialiter renunciaret vni,non præiudicaret in alio: vt ſi iura
ret non contrauenire ratione ętatis. Dyn.conſuluit in hoc id
quod ponit Cyn.in l.2.pęralleg.q.2.& tenuit,qđ ſi minor iu-
rauit non venire contra contractum de iure uel de facto,ſi læ
7 ſus fuerat enormiter poterit reſtitui. quia † iuramentum nõ
trahitur ad illa de quibus non eſt veriſimile iurantem ſenſiſ-
ſe.ff.ad municipales.l.fina.in princip.de iure patro.adigere. §.
fina.de non numerata pecunia.l.fina.pro hoc de iureiuran.pe
titio. Nec eſt ueriſimile quem renunciare ei quod ignorauit
ſibi cõpetere.ff.de inoffi.teſta.mater.ee petitio. hæredi.legiti-
mam. ſed minor præſumitur ignoraſſe beneficiũ reſtitutio-
nis ſibi cõpetere: ergo debet reſtitui acſi nõ iuraſſet.ff.de mi-
no.l.1.& l ait p̃tor,pro hoc facit qa ẽt mulier præſumit̃ igno-
rare beneficiũ velleiani, niſi fuerit certiorata. C.ad velleianũ.
l.1.ff.ad uelleianũ.l.fi.§.pen.de hoc de for. comp. ſi diligenti.
Cõparantur autẽ minor & mulier quo ad p̃ſumendam & to
lerandam ignorantiam . ff. de iuris & facti ignoran .regula.
ſecundo reſponſo.ff.de eden.l.fin.& nota.ff.de iure fi.l. ſecũ-
da §.vltim.Item,parificantur ruſtici,& minores,dict. l.prima
§.fin.ff.de probatio.cum de indebito §.ſinautem.Sed vt in ea
dem l.§.plura. dicitur in ruſtico præſumitur , & toleratur iu-
ris ignorantia:ergo & in minore, & in eadem l. circa princi-
pium.Nam etiam in maiore vbi agitur de damno vitando iu
ris ignorantia toleratur.ff.de iuris & fact.igno.error.& l.iuris.
8 Item extrinſeca ſolennitas † non præſumitur.ff.de publicia-
na,quęcunquę §.fina.& nota.ff.de verborum obligatio.ſcien
dum,quod dixi de teſti.ſignificauit,de re iudi. ſicut,& eſt ex-
trinſeca ea quam verborum prolatorum ſignificatio non in-
cludit , ſed certioratio non includitur nec per interpretatio-
nem apta eſt includi in verbis inſtrumẽti.ergo oportet,quod
certioretur,pro hoc facit,quod nota.in dict.capit.ſi diligenti.
& ſic vult Dy. quod minor propter iuramentum non exclu-
ditur,quin etiam ratione ætatis propter leſionem poterit cõ
trauenire,niſi fuerit certioratus.Barto.in l. ſecunda. C. de re-
ſcin.ven.dicit ſtandum iuramento etiam ſine certioratione,
per l.primã.C.ſi aduer.ven.& auth.ſacramenta,pręallega. vbi
ſufficit quod minor iuret non retractare contractum. Ad ra-
tionem ſupra factam , quod iuramentum non extenditur ad
non cogitata . Reſpondet,quod fuit cogitatum generaliter.
9 pro hoc C. de tranſac.ſub prætextu.quia ex quo iurauit † ſup
facto videtur iurare ſuper iure ex facto deſcẽdente.ff. de iure-
iuran.duobus.§.ſi quis iurauerit.dicit ergo ibi Bart. ꝙ ſi iura-
uerit non venire contra venditionem ratione minoris ætatis
vel alia quacunque , non poterit cõtrauenire per remedium
huius c.Sed ſi ſimpliciter iurat non contrauenire, iuramẽtũ
repræſentat eum maiorem : vt in authen.ſacramenta. quod
tenet gl. in d.l. 2. & ſic in dubio videtur iurare tantum de nõ
contraueniẽdo ratione minoris ætatis.quod etiam vult hæc
gl.cui ſtari poteſt,propter eius authoritatem, alias videtet ꝙ
etiam hoc vltimo caſu , quando iurat ſimpliciter,ex quo iu-
ramentum repræſentat eum maiorem,non poſſit contraue-
nire etiam beneficio huius c.Sed dic,ꝙ repræſentat eũ maio
rem,ſed

ADDITIO.

2 a *Vltra dimidiam eius.* Adde glo.in l. Lucius.in §. fi.ad trebel.& in l.ſi quis cum aliter.de ver.oblig.

Digitized by Google

beneficio.& certioratus fuerit. Nam cum iurat non contra-
uenire, debet intelligi ea ratione qua iura dicunt. minorem non obligari, ſcilicet ratione ætatis per dictam authen. ſacramenta. Item non proprie dicitur contrauenire qui petit ſe reſtitui: quia per reſtitutionem contractus reſciſſio: quo ſublato tollitur iuramentum ei acceſſorium, ſicut dicimus de ſtatuto iurato quod dixi de his q̃ fiunt a maio. par. capi. c. j. Nec dicitur violari iuramentum: quia iuris autoritate violatur. de iureiur. quanto. & c. venientes. quia potius dicitur non extendi ad hunc caſum. de iureiuran. petitio.

SVMMARIVM.

1 Contumacia imputatur contumaci.
2 Debitor quod non teneatur defendere, nec facere rem ementis.
3 Euictio non euitatur per ſententiam iudicis per iniuriam latam.
4 Venditor ubi non teneatur de euictione.
5 Denuntiatio an fieri debeat uenditori ſcienti de lite.
6 Denuntiatio emptoris uenditori quo tempore fieri debeat.
7 Venditor an teneatur de euictione emptori qui compromiſit & ſuccubuit.
8 Venditione contracta an ſtatim ſit locus euictioni.
9 Res ſi perit caſu ante traditionem, cuius periculo pereat.
10 Emptori petenti an dari debeat dilatio ad denuntiandum uenditori.

1 Si venditori. Re euicta tenetur uenditor, niſi in tribus caſibus hic expreſſis. † No. q̄ contumacia imputatur contumaci. de hoc in gloſ. 2. & in ea ibi, tanquam contumax in non ueniendo. de hoc de dolo & contu. cle. ſi ante. in vlti. glo. Secundo no. quod ſi per iniuriā &c. de hoc in glo. 3. & in ea ibi hæredem ſcriptum non defendentem vel colludentem. vt ibi. Tertio nota. pro allegatione generali, a ibi, ſanctiones. de hoc de cohab. cleri. veſtra. & ibi ſunt illę ſanctiones. dic ut in glo. & in ea ibi. l. 1. prætio vel gratia male iudicans tenetur ad intereſſe & fit infamis. in fi. & de re iud. c. 1. lib. 6. Oppo. quod debitor † non teneatur defende-
2 re, ſicut etiam non tenetur facere rem ementis ff. de acti. empti. quia etiam aliam rem quis vendere poteſt. Solu. contrarium eſt uerum. per hoc tamen non infertur quin uenditor teneatur de euictione. licet autem uenditor non teneatur rē facere ementis, vt prædixi, emptor tamen tenetur facere nūmo uenditoris. d. l. ex empto. §. 1. ratio primi, quia ſufficit q̄d venditor tenetur de euictione. ratio ſecundi, quia emptor ꝓmittens nummos, promittit incertum, quia non promittit determinatos. vnde tenetur illos facere accipientis. ff. de le. 3. qui concubinam. §. hæres. Vincen. Secundo oppo. quod emptor non teneatur renunciare vēditori. ff. de eui. l. Hęrennius, primo responſo. Solu. tenetur ut hic, niſi remiſſa fuerit renū-
3 ciandi neceſſitas: ut in contrario. Tertio oppo. quod ſi † p iniuriam iudicis lata ſit ſententia: non per hoc euitetur euictio, quia per hoc non eſſet ſufficienter conſultum emptori, quia ſemper habet actionem contra iudicem. Soluit Innocen. intelligendo de tali iniuria ex qua iudex tenet. ff. de iudi. filius. C. de pœna iudi. l. una. Si autem eſſet caſus quo iudex non tenetur, uel ſi probationes ſufficientes non induxit emptor ſine dolo malo, tenetur venditori qui de probationibus illius rei debet eſſe ſollicitus. venditori enim imputatur defectus ꝓbationum, ut hic, emptori vero ſua culpa & iudicis iniuria.
emphyteoſis in tempore reuocationis: quia precariȩ renouantur de quinquennio in quinquennium, ſupra de preca. capitulo primo. Emphyteoſis. de 10. Alibi. in 29. differunt & aliter, vt dixi in dicto capitulo primo, quæſtione prima. Sed in pleriſque locis contractus libellarius in omnibus accipitur pro emphyteotico, ſicut hic Paduæ. Et ſimiliter contractus ſuperficiarius: a feudo autem differt in multis quæ de ſe patent. ſed inter cætera differt: quia emphyteota ſi non ſoluit canonem cadit a iure ſuo, vt hic. non ſic in feudo, vt in Specula. eodem, §. nunc vero, verſiculo octuageſimo quinto. ſed eſt contra. decima col. quæ fuit cauſa prima beneficij amittendi. §. ſed nec. vbi dicitur quod nulla eſt cauſa iuſtior perdendi quam ſi non ſeruatur cauſa propter quam fuit datum. Solu. illud loquitur quando ex illa cauſa tantum datur: ſecus ſi promittitur fidelitas, & vltra hoc penſio, quia tunc non dicitur datum propter penſionem: ſed eſt quaſi cauſa impulſiua, & ſic conſului. Oppo. ad hoc de eo quod not. Hoſtien. in ſumma de feu. §. quibus modis. ver. quid ſiquis facit. Solu. illud intellige ſecundum præmiſſa. ſ. quando feudum eſt datum pro illa penſione tantum. ſecus (vt prędixi) ſi vltra hæc præmiſſa eſt fidelitas, & maxime ſi penſio eſt exigua. quia tunc videtur cauſa impulſiua concedendi feudum. qua ceſſante non ceſſat diſpoſitio. Quinto
7 † quæro an emphitheoſis ſit contractus bonę fidei,[a] vel ſtri-
e cti iuris: dic quod ſtricti iuris, quia non enumeratur inter contractus bonę fidei. de excep. cum venerabilis. in gloſſ. 3. quod tenet Specu. in d. §. nunc aliqua. ver. 3. & ibi Ioan. And. in ad-
8 di. † Sexto quæro, qualiter contrahitur. Solu. patet ex diffinitione de qua ſupra quæſtione prima. quia contrahitur interueniente ſcriptura. Item conſenſu vtriuſque, ideſt domini & emphiteutę, & concurrentibus alijs de quibus per Azo. in ſumma de iure emphi. §. celebratur. & per Hoſtien. in ſumma. eodem. §. qualiter contrahatur. Et ex his not. quod contractus emphitheuticus eſt de his quibus requirit ſcriptura. quod etiam nota. de cenſi. capitulo, primo libro, ſexto. quod eſt iuſtum: cum ſit contractus perpetuus, vt conſeruetur hominum memoria. vigeſima tertia. diſtinctione præterea. ff. de
9 probatione. ſi arbiter. & quod nota de probatio. tertio. † Septimo quæro, in quibus rebus, dic in rebus ſoli tantum. de hoc in gloſſa. prima. in eo, quod dicit quod contrahitur in rebus immobilibus tantum eccleſiaſtica autem emphiteuſis contrahitur in his immobilibus tantum quæ videntur congrua inconomo & alijs gubernatoribus eccleſiæ. C. de ſacroſanct. ec. authen. perpetua. de hoc de re. ec. non alie. ad noſtram. duodecima, quæſtione ſecunda, ſi qua. in Authentica, de non alienandis. §. ſi vero quidam. C. de ſa-
10 croſanctis eccleſijs, authentica, ſi qua. per Cynus. † Octauo quæro, quæ actio naſcatur ex emphyteuſi. dicunt quidam quod condictio ex lege prima. C. de iure emphyteut. quod reprobat Petrus, ibi, & Cynus, quia per illam legem non inducitur iſte contractus, de nouo, quia erat prius. inſtitution. locato. §. adeo. ſed reponitur in nouam formam. pro hoc etiam, quod dixi de reſtitutione ſpoliatorum, ſæpe. dicunt ergo, quod datur præſcriptis verbis ſi non interuenit ſtipulatio: quo caſu datur actio

ADDITIONES.

a Quid eſt contractus emphyteuticus. Adde Iaſonem in lege ſecunda, de iure emphyteu.

* Emponemate. Adde ſecundum alios dici a græco verbo ἐμφυτεύω, quod eſt, inſero vel conſero.

b In quo differt iſte contractus. Adde glo. in verbo. ad locationem, inſtitut. de loca. Lau. in clem. 1. de rebus eccl. non alienan. Ioan. de Imo. in c. ad audientiam eodem titu.

c A contractu venditionis. Adde inſtitutio. de emptione & venditione, in §. cum autem.

d A contractu libellario. Adde Cyn. in l. prima. in 2. q. C. loca. Bald. in l. prima. C. de iure emphy.

e Si contractus bonæfidei. Adde gloſſam, in capitulo, cum venerabilis, de exceptio.

dere meliorationes:quę forma ſeruari debeat. Solu. paret ex litera,& ex his,quæ dixi in primo notabili. & in eo quod hic prohibetur vendere non ſeruata præmiſſa forma. dicit Spec. in dicto §.nunc aliqua.verſiculo 121. quod idem in permutatione,cum quadam tamen diſtinctione,quod dic, vt ibi. & facit quod not.etiam idem Specu.de feudis.§.2.verſiculo 32. & vtrobique per Ioan.Andr.Decimo quæro de ſuperficiario
12 †qui fecit meliorationes in rebus eccleſiæ. An poſſit aliquo titulo in alium transferre. Bartol.ff.de ſuperficiebus.l.prima. §.penultimo,quod non,niſi ſeruata forma de qua hic. Et ſic quod hic dicitur de venditione, procedit etiam in alijs contractibus.pro hoc dicit Barto.textum eſſe ſingularem. C. ne rei dominicæ,vel templorum,l.ſecunda,qui tamen loqui videtur de dominio directo,non de meliorationibus:tamen di
13 ctum placet. Vndecimo † quæro,an ſicut emphyteuta a volens
a vendere meliorationes tenetur dominum requirere: ita & econuerſo teneatur dominus requirere emphyteutam. Dicit Specula.in dicto §.nunc aliqua.verſiculo 93.quod non
14 de hoc ibi.†Duodecimo quæro,an poſſit emphyteuta dona
b re b non ſeruata forma de qua hic:quidam quod non,vt Vincent.quia donatio eſt alienatio. de rebus eccleſię non aliena. nulli.pro hoc infra de dona.inter virum & vxorem,nuper.10. col.de feudi alienatione,c.imperialem,lex autem facit de alienatione mentionem.C.eodem,l.vltima.Alij contra.pro quibus ſunt iura de quibus in gloſſ. 3.quod tenet gloſſ.C.de iure emphy.l.fin. Et Innocent. hic & Specula.in dicto §.nunc aliqua, verſiculo 108. pro hoc, quia qui vendit affectum habet precium.argum.ff.de in litem iuran. nummis. ſufficit ergo ſibi quod precium habet a domino. Sed qui donat,habet affectum ad donatarium,quem remunerare vult, vel ſibi obligare. Quidam diſtinguunt, an ſit emphyteuta eccleſiæ, an priuati,dicentes quod primus donare non poteſt:quia res eccleſiarum non poſſunt alienari,ſicut nec minorum. C.de prędijs minorum, non ſolum.de ſacroſan.eccl.l.fin.Sed emphyteuta priuati poteſt.quæ diſtinctio non placet Ioan. An. cum directum quod habet eccleſia non alienetur. Verior ergo eſt opinio,quod donare poſſit:quam tenet Cyn. in dicta l. fin.& Ioan.And.in Specu.dicto §.verſiculo 107.de feudo tamen videtur textus quod vaſſallus non poſſit donare. decima colla. qualiter olim poterat feudum alienari.cap.vno §.donare.vnde tenendo quod prædixi de emphyteuta, quod donare poſſit,dic aliud in eo.dic tamē, ꝙ debet requiri dominus quo ad hoc vt donatarius recognoſcat ab ipſo emphytheuſim: alias poſſet domino præiudicari, qui contra nouum poſſeſſorem ſi ageret haberet neceſſe probare de dominio.propter quam rationem tenet Barto.C.eodem,l.fina.quod idem in donatione,quod in venditione:quod non eſt verum per omnia, per ea quæ ſupra eadem quæſtione dixi.ſed eſt verum quoad hoc quod nunc dixi.& in hac gloſſa tertia.ibi,l.prima libro vndecimo,ibi dicitur,quod valet donatio fundi emphyteutici ſaluo iure fiſci Ibi,lex vectigalis.lex erat data fundo vectigali, vt rediret ad dominum ſi poſt certum tempus vectigal ſolutum non eſſet. ſi poſſeſſor pignorauit,valet obligatio: ſed ſi non ſoluitur vectigal,dominus vtitur iure ſuo,& pignus euaneſcit.Ibi.§.vltimo.Ibi,etiam vectigale prædium pignori dari poteſt:ſed & ſuperficiarium,quia vtiles actiones ſuperficia
15 rio dantur. † Decimotertio quæro, an emphyteuta poſſit
c legare, c vel extraneum hæredem inſtituere. de primo dicit Specu.in dicto §.verſiculo 112.quod ſic.quia legatum eſt donatio.inſti.de lega.circa princip.De ſecundo idem Specula.dicto verſiculo 113.dicit idem,quia inſtituendo hæredem non dicitur alienare dicit tamen,quod ſi conceſſa eſt emphyteoſis alicui & ſuis hæredibus,ſi eſt emphyteota priuati,nomine hæredum veniunt etiam extranei. ſi eccleſiæ,veniunt ſui tantum.in Authentic.de non alienan.§ emphyteoſim. de hoc dic melius,vt dixi de probatio.in præſentia.hodie autem conceditur communiter emphyteoſis pro ſe,& cui conceſſerit: tunc licet emphyteotæ, etiam eo viuente, in alium transferre:puto tamen quod iſta verba debent intelligi quod transferat prout eſt de iure,ideſt ſeruato quod hic dicitur. Decimo
16 quarto quæro,†ſi emphyteota dedit alteri in emphyteoſim, qui vult vendere,cuius conſenſum requiret.dicit Azo, quod ea eſt eadem ratio quæ in eccleſia. p[illegible] de feud.capitulo ſecundo quæſtione decimanona, & de perſonis prohibitis exemplificat Philip.quando per l.municipalem prohibentur:quia lex ſcripta de hoc nil ſtatuit: quod intellige ſpecifice:ſed in genere ſolum dicit, quod non fiat in perſonas prohibitas: tamen ſpecialiter videtur prohibita eccleſia.decima col.de feud.ali.§.inde.Innocent.exemplicat de prohibitis per pactum factum inter emphyteotam,& dominum, ſed in eo quod gloſſa enumerat eccleſiam, dicit Hoſtien. quod ſicut legiſtæ excipiunt eccleſiam in emphyteoſi ſecularium, ſic & clerici excipere debent ſeculare in emphyteoſi eccleſiæ.argum.ſecunda,quæſtione ſeptima, ſi ſacerdotes,& capitulo laici.de immu.eccleſ.non minus, & capitulo, aduerſus,dicit ergo,quod intelliguntur prohibiti eccleſiaſtici vel ſeculares qui duriores ſunt illo, qui alienat, cum quo contraxit eccleſia.Concludit,quod ſi emphyteota donat, vel legat ius ſuum eccleſiæ,valet quo ad hoc: quia eccleſia recipiet æſtimationem:& de conſuetudine ſeruatur in prouincia prouinciæ, quod eccleſia tenetur infra annum vendere: de hoc in Specu.dicto §.verſiculo 117.quod vltimum placet ſcilicet,quod eccleſiæ debeatur æſtimatio:quia quando quis prohibetur capere ſine culpa ſua,debetur æſtimatio. ff.de lega. primo, apud Iulianum. §. fina. ſed alienatio in eccleſiam prohibetur non ex culpa eccleſię,ſed quia eccleſia nunquam moritur.de reſcrip.ſi gratioſæ.libro ſexto. præiudicaretur ergo domino quo ad ſpem quam habet, vt ius emphyteutæ redeat ad dominum.Cætera quo ad hoc dic,vt in gloſſa quæ ta,& in ea ibi,ſerui. vel euidenter pauperes. Hoſtien. & mulieres, Vincent. & hoc de mulieribus forte dicit Vincent. ad ſimilitudinem feudi a quo excluduntur: quod tamen dic, vt dico de feud. capitulo ſecundo, quæſtione vigeſima, ſed aliud videtur in emphyteoſi,quia ſufficit, quod non prohibentur, ibi, l. ſecunda,fideiuſſor debet dari locuples non ſolum facultate,ſed etiam conueniendi facilitate, & in fine,& in alijs,C.locati.curiales,& l.milites. Abb. C.de curialibus lege milites, libro decimo.Hoſtien. Decimoſexto quæro, de intellectu, ibi, emphyteota ſecus præſumendo,dic ſcilicet aliter vendendo, ſupple, & tradendo. ſecus ſi non tradidit, vel tradidit & recuperauit in primam cauſam.de hoc in Specula. dicto §.verſiculo 95. & 96. Item ſecundum Hoſt. expone præſumendo,ideſt peccando altero de modis de quibus ſ. notabili primo & ſecundo,& in eo quod dixi,quod ſi in nullo peccauit tenetur dominus emphyteotam ſuſcipere, & in poſſeſſionem inducere, dic quod hoc faciet aut per ſeipſum, aut per proprias literas, aut per atteſtarionem ſolenniter factam, data ſibi ſolum quinquageſima parte precij ſeu æſtimationis rei emphyteoticæ: & ſi dominus præmiſſa atteſtatione requiſitionis per emphyteotam factæ, ex tunc infra alios duos menſes non fecerit, ex tunc licet alienare emphyteuſim:etiam ſine domini voluntate: vt C.eodem, lege finali. ſimile ſecundum Hoſtienſem, quod de bonis
18 menſæ. Decimoſeptimo quæro, † in eo quod permittit
d emphyteutam expelli ſi non ſoluit canonem d per biennium: quid ſi in contractu fuit appoſita pœna cum clauſu
e la,rato manente pacto e.dicit gloſſa quinta, quod pœna poteſt peti:

ADDITIONES.

a Sicut emphyteota. Adde Baldum in cap.primo.in § donare. quali. feud.poteſt ali. Bald.in addi.Specu.titu.de loca in §.nunquam. Aluarotus.in c.j.de pro hi.feu.ali.per Fede.in vſibus feudorum.

b Emphyteuta donare. Adde Io.de Imol.in l.vſufru ff.ſolut.matrimo.Bald.in §.libellare,in titu.de pace conſtantiæ in cap primo. in §. donare. qualiter, olim,feud.no.ali.in cap primo.in § fin.quę fit prima cauſa bene. amit. & in l.fin.C.de iu.emphy.

c Poſſit legare. Adde cap.primo.de feud ali.& in c.imperialem.de prohi.feu. ali per Fede.

d Si non ſoluit canonem Adde glo.prima in cap.literæ.de dila. glo. vltim.in §.adeo.ff de loca.gloſſa tertia,in authen.qui rem. C.de ſacroſanct.eccleſ.& ibi Cyn.

e Clauſula rato manente pacto. Adde tex.& doc.in l.cum proponas.C.de tranſac.doc.in c.inter.R.ſenatorem.de elect.

Digitized by Google

ibi,qui ſidem.ibi,ſtipulamur pœnam,ſi contra pactum veni
tur rato manente pacto. Ibi,pacto.addi poteſt pœnalis ſtipula
tio: quia forſan reſciſſo pacto pœna ex ſtipulatu peteretur. Ibi
cum propónas,primam.vide de iureiuran.cap.3 contrario ſe-
cundo,in fin primam vide de teſt. Raynutius.in fin.2 glo.Ibi,
cum pactis. in fine, illi debet permitti pœnam pete. e qu. .n
19 illam non incidit. † Decimooctauo quæro, in eo quod per-
mittit moram celeriter purgari, quando dicatur celeriter.
Glo.& ita,poſt multa dicit hoc arbitrarium.ſimile quod no.
80.diſt.cap.fin.de hoc.18.diſtinctio.propter 1.J.de regu.iuris,
mora.libro ſexto. Alij dicunt de duobus menſibus: vt ſicut
emphyteuta tanto tempore dominum expectat,vt hic. ita &
x domino expectetur.C.de iure emphy.l.prima, ad hoc.ff.de
iure fiſ.auſertur.§.qui compenſationem,facit de fugi.cap.pri
mo,vbi dixi in 8.notabili. Alij quod vſque ad quatuor men-
ſes.de officio delega. quærenti. Alij quod vſque ad lit.conte-
ſta.ſed vt dicit Ioan.Andr.hanc deſtruit finis cap.ſi enim non
requiritur quod extra iudicium moneatur, multominus re-
quiritur quod in iudicio,cum plus ſit in iudicio petere quam
extra iudicium admonere,& in hac gloſſa.ibi.§.vltimo.certe
doli mali exceptio nocebit ei qui pecuniam oblatam accipe-
re noluit,ſi amiſſa fuerit. Ibi.§.meminiſſe.de hoc & duob.ſe-
quentibus.de foro competen.ſi diligenti.q.8.ad fin.Ibi,l.vna.
vide in c.J.ſtatim alleg.in gloſſ.prima.Ibi.§. ſed quod ſimpli-
citer. dicitur modicum tempus quo potuit ſarcinulas com-
ponere & quęrere aduocatum.Ibi,& ſi poſt tres.de hoc de do
lo,cum dilecta.ver.quia propter.contrario 2. Ibi.§.ait prætor.
de hoc in d.c.de cauſis.§.illis.notabili 2.Ibi,continuus.§.2.de
hoc de app.cum ſit.in prin.contrario primo, ad fin.verior eſt
20 opin.glo. Oppono ad hoc,quod imo † eoipſo quod non ſol-
uit,ſtatim ſit locus pœnæ: ita quod mora purgari non poſſit,
ex quo biennium a iure eſt aſſignatum ſ.de ſuppl.negl.præla.
c.pen.& fin. Sol.pœna non eſt commiſſa,nec reſciſſa emphy-
teuſis quouſque dominus patitur conductorem in re.vnde ſi
poſtea accipit penſionem,reſirmatur contractus tacite ſecun
dum Inno.vel ſecundum eum ſemp durat emphyteuſis quo
uſque authoritate iudicis reſcindatur.de vtroque dicto Inno.
tangit glo.pen.& dico J.q.2 2. Ad contrarium dic, quod pœ-
na non committitur hic quo ad hoc, quod ipſo iure perdat
emphyteuta iura ſua:quo caſu loquuntur contraria. pro hoc
C.de iure emphi.l.2.vbi apparet quod res emphyteutica non
reuertitur ad dominum ipſo iure,quod ſentit gloſſ. ff. ſi ager
vect.l. 2. Decimonono quæro, ſi poſt tempus petit dominus
penſionem quam denegat emphyteuta. An poteſt vlterius
ſibi celeriter prouidere. Dicit Inno.quod non,nam cum anti
quo, & communi iure non liceret vltra tempus præfixum
ſoluere,imo res emphyteutica auferebatur ſibi, & hodie de
gratia liceat,& ſit facta additio iuri communi,vt celeri ſatisfa
ctione poſſit ſibi prouidere,reſtringendum eſt. Nam qui exa
ctus debitum non ſoluit, non poteſt dici ꝙ celeriter ſibi ꝓui
deat. Celeriter ergo ſecundum Innocẽtium reputabitur ſibi
prouidere qui exactus in iudicio,vel extra ſtatim, & ſine vllo
termino ſoluit.& fortius ſi antequam exigatur.Conſuluit ta-
men Hoſt. quod non moretur. Nam ſi tractus ad iudicium
ſoluit,non videtur ſpontaneus.de hoc per eum in ſumma.eo.
titu.§.potuit.ver.quid ſi de natura,& verſi.quod verius.& ſe-
21 quen.& in Specu.dicto §.verſiculo 84.† Vigeſimo quæro,an
cum emphyteuta incidit in pœnam,ita quod poteſt expelli:
perdat etiam meliorationes ſuas.dic quod ſic,per l.2.C.de iu-
re emphy.quod dicit Jacob.de Bel. in Authen. de non alien.
§.quod autem.col.ſecunda. procedere etiam in emphyteuta
eccleſiæ:quod probatur decima,qō.2.qui rem. Vigeſimopri-
22 mo quero, † ſi emphyteuta poſſedit rem ſpatio quadragin-
ta annorum,& ſoluit penſionem. Dicit glo.C.de iure emph.
l.2.in glo.expellere. quod præſumitur celebratus fuiſſe con-
tractus emphyteuticus. Dy.ibi dicit quod habebit rem, quia
tanto tempore præſcribitur emphyteuticum,ſed non præſu-
mitur contractus emphyteuticus fuiſſe celebratus niſi defen-
datu..per l.alienationis.ff.de verborum ſignificatione. Vige-
a ſimoſecundo quero an,propria authoritate a poſſit dominus
expellere emphyteutam qui nō ſoluit canonem debito tem-
ex contrario,& ibi no. poteſt autem turbare,quia emphyteu
ta poſſidet vitioſe,& ab ipſo domino.ff.vti poſſi.l.l. prima.in
fin.cum l.ſequenti.pro hoc eſt quod dixi de præſcri.veniens.
Et dic verius, quod non licet domino turbare de facto em-
phyteutam,ex quo non cadit ipſo iure a iure ſuo. vt ſ. quæſt.
✱ 18.& in hac gloſſ.ibi,de metatis,metati [a] ſunt milites qui cer
tis metis caſtra conficiunt,quæ vallo circundari ſolẽt.hinc di
cuntur caſtrametati.de his.C.de epiſcop.& cleri.omnia,& in
hac glo.ibi,lex vectigalis.de hoc ſ.q.duodecima.Ibi, l.prima:
ſi vendo ſeruum exportandum ſub pacto manus iniiciendæ:
ſi non exportetur ante manumiſſionem,manus iniicere poſ-
24 ſum. Vigeſimotertio quæro,ſi emphytheuta † tradit alij poſ
ſeſſionem,vel ab alio expellitur Gloſſ. eadem dicit quod do-
minus tunc non deiiciet poſſeſſorem : & hoc probatur ex di-
ctis in præcedenti quæſtio. quia non poteſt dominus eiicere
emphyteutam propria authoritate: multominus tertium:
quod tamẽ eſt verum,niſi incontinenti deiiceret repellendo
vim vi.de reſt. ſpoliatorum.olim, primo. Ex his & ex eo, qđ
dixi ſ.quæſt.proxima, infertur id quod dicit hæc gloſ. prima.
in fin.in eo quod dicit, quod illa verba quæ ſunt in litera ibi,
iuſte poſſet expelli, referuntur tantum ad ſecundam partem
diſiunctæ,ſcilicet, quando canonem non ſoluit. nam in alia
parte diſiunctæ,quando emphytheuta alienauit, non poteſt
emptor expelli propria authoritate,vt tunc dixi. Sed dic quod
illa verba,iuſte expelli,referuntur ad vtranque partem: quia
etiam quando emphyteuta alienat, poteſt expelli ipſe em-
phyteuta, id eſt iure ſuo priuari:& poteſt dominus facere ſi-
bi alium emphyteutam, quatenus autem intelligatur ver-
bum,expelli,de facto & authoritate propria:tunc non poteſt
dominus expellere,nec emptorem nec etiam ipſum emphy-
teutam, ſi contradicit & exire non vult, vt ſupra quæſtione
proxima,& in hac gloſſ. ibi, colonus, ſi colonus non admiſit
eum cui locator fundum vendidit, & quem mandauerat re-
cipi:poſtea colonus ab illo eſt expulſus:ipſi colono competit
interdictum contra expulſorum: & demum locatori contra
25 colonum. Vigeſimoquarto quæro, † ſi emphyteuta ceſſa-
uit per biennium, & tantum amplius quod non poteſt pur-
gare moram. An dominus recipiendo poſtea penſionem po-
terit eum expellere. Gloſſa eadem diſtinguit inter emphyteu
tam priuati,& emphyteutam eccleſiæ,de ſecundo infra quę-
ſtione vigeſima ſexta,de emphyteuta priuati dicit gloſſ. quod
dominus eum expellere non poterit.quod procedit, quando
recepit penſionem temporis futuri. de hoc in Specula. dicto
§.verſiculo vigeſimotertio,& vigeſimoquinto,& quod dixi
de emphyteuta qui ceſſauit per biennium. Idem ſi ex alia
cauſa res emphyteutica cecidit in commiſſum: vt quia em-
phyteuta peruerſe fuit verſatus in re, vt dicit Specula. dicto
verſicul.vigeſimotertio.Idem dic ſi ex alia cauſa vt quia alie-
nauit,quia ſubeſt eadem ratio,& in hac gloſſ. ibi, poſt diem.
de hoc de pœnis.ſuam,contrario primo.vltra medium. Vige
26 ſimoquinto quæro, † ſi recepit tantum de tempore præteri-
to. Dicit Iacob.de Aret.& Barto.in dicta l.ſecunda, quod aut
primo expellit,& poſtea petit penſionem,& poteſt. C. de ſa-
croſanct.eccleſ.authen.qui rem. Aut primo percepit penſio-
nem:& aut ſine proteſtatione.& non poteſt,quaſi mora pur
getur.ff.ſi quis cau.l.ſecunda,de publicanis,vectigalia. §. vlti-
mo.de eo quod certo loco,lege final. quod videtur procede-
re niſi in contractu ſit clauſula, rato manente contractu,
tunc enim recipiendo ſortem etiam ſine proteſtatione non
remittitur

ADDITIONES.

a An propria authoritate. Adde Iaſ.in l.ſecunda, in 56. quæſtione. C.de iure emphyt.

[a] Metatis. Adde Titius. Metata dici diuerſoria. quæ prouinciales militibus præbere ſolebant. ſuperuenientibus, vel alijs perſonis, inde Metatore: id eſt diſignatores hoſpitiorum,vt in Rubrica.C.de metat.allegata hic in gloſſa,& l.prima.& 9.cap.& l.fina C.de mun.& hon. & l. ſexta. C. de profeſ.& med. B.S.

Digitized by Google

dixi in d.c.cum M.in hac glo.ibi.l.2.primo reſponſo. de hac,
& ſe.de pœnis. ſuam ,contrario primo.vltra medium. Vige-
27 ſimoſexto † quæro,quid ſi ab emphiteuta recipit penſionem
eccleſia in caſu pręmiſſo.ſ.quando poterat expelli.Glo.penu.
ibi,ſed quid dices,dicit quod ſi ſolus pręlatus recepit,non pre
iudicat eccleſiæ,niſi in eccleſia ſit vnus tãtum ſacerdos:quod
no.Nam ex glo.colligitur , quod quando in eccleſia eſt vnus
rector tantum ſine capitulo habet eãdem poteſtatem quam
haberet prælatus cum capitulo, & de hoc,quando factum p̄-
lati obliget eccleſiam dico ſ.de fideiuſ.quod quibuſdam , &
no.de or.cog.c.2.in glo.& dixi etiam de depo.c.1.& dic quod
etiam ſi eccleſia prælatum habet & capitulum ; tamen ſolus
pręlatus recipiendo penſionem in hoc præiudicat eccleſiæ ,
quia habet poteſtatem adminiſtrandi.de reſcrip.c.doceri.nec
agitur de alienando aliquod ius eccleſiæ:ſed de non acquiren
do.pro hoc quod dixi de his quæ fiunt a præla. tua.quæſtio.8.
28 † Vigeſimoſeptimo quæro,ſi emphyteuta ſoluit tãtum par
tem penſionis.dicit Specu.in d.§.verſic.29.quod ſolutio par-
tis non prodeſt quin poſſit expelli,niſi excuſetur propter pau
pertatem.Alij dicunt,quod ad pœnam integram nō tenetur,
ſed pro rata.ſ.de pœnis ſuam . Alij,quod eoipſo quod domi-
nus recepit partem videtur renuntiare iuri ſibi acquiſito de
expellendo,per l.cum fidem.C.de non num.pecu.vbi renun-
ciatur exceptioni nō numeratæ pecuniæ per ſolutionem par
tis debiti:quod maxime procedit ſi dominus recepit partem
poſtquam iam ſibi acquiſitum erat ius:vt quia nihil ſolutum
erat,& biennium tranſierat. ſed ſi infra biennium facta fuit
ſolutio partis,procedere videtur opinio prima.tamen vltima
eſt ęquior,vt non dicatur ceſſaſſe in ſoluendo,niſi quando ex
toto ceſſauit,maxime inter perſonas eccleſiaſticas, argum.d.
cap.ſuam.vbi videtur caſus quo ad perſonas eccleſiaſticas.Vi
29 geſimooctauo quæro, † an biennium intra quod debet ſol-
ui penſio,ſit continuum:dic quod ſic.per l.ſecunda. C.de iu-
re emphiteu.ibi.per totum triennium.quod tenet Ioan. An.
in Specul.in dicto §.ſuper verſiculo 27. Vigeſimonono quę-
ro,ſi dominus fecit pactum de non expellendo: dicit Specul.
30 in dicto §. verſiculo 89.pactum † valere, licet non affirmet,
quod tenet gloſſ. C. de iure emphyteu.l.ſecunda.& Cyn.ibi.
quæſtione tertia, & Hoſtienſis in ſumma eodem verſiculo,
quid ſi pactus. Bartoſ. in dicta l. ſecunda. dicit idem : quia li-
cet pactum contra ſubſtantiam contractus non valeat, ff. de
pręcario.l.cum pręcario.contra accidentalia tamen bene va-
let.ff.de pact.pacti.ci.de contrahenda emptione,pacta.de hoc
per Bar.ff.de dona. cauſa mortis,vbi.contra ſubſtantiam con
tractus eſſet ſi apponeretur pactum pro emphiteuta , vt non
teneretur ſoluere canonem , ſicut contra ſubſtantiam vendi-
tionis eſt quod fiat ſine precio. inſtitut. de contrahenda em-
ptione.§.precium.ſed contra accidentalia eſt pactum de non
* expellendo.valet ergo,& ita * communiter tenetur,quia po-
tuit dominus renunciare iuri ſuo,infra de regula.ad Apoſto-
31 licam. Trigeſimo † quæro,ſi fundus emphyteuticus clade,
vel caſmate periret. Gloſſa penultima,ibi. Item ſi fundus cla-
de,dicit quod ſi ex toto periret,ſoluet emphiteuta totam pen
ſionem:quod tenet gloſſa inſtitut. loca. §. adeo, & C.de iure
emphiteu.l.prima.& Specu.dicto §.verſiculo 135.& ſic pro-
bant iura allegata in gloſſa,de augmento autem , & theſauro
inuento dicit quod erunt emphiteutæ.de hoc in Specula.di-
cto §.verſiculo 131 & ſequen.Ibi,clade,id eſt interemptione:
puta per alluuionem . Ibi, caſmate. quid ſit dixi de præbend.
tuis.Ibi,quidam,ſcilicet Martinus . Ibi,partis,infra de decim.
capitulo ſecundo.libro ſexto. & procedit hoc quãdo alia pars
non exprimitur:& hoc volunt leges iſtæ. Ibi,alij Bul. & gloſ.
C.de iure emphyteu.l.prima.Ibi,ſpeciale in tributo.ibi enim
aucto, vel diminuto prædio augetur, vel minuitur penſio.
Oppono ad hoc.ff.de contrahenda emptione,domum.§.fin.
vbi propter diminutionem partis domus emptæ vitiatur ven
ditio.Solu.ſecundum Vincent.ibi,quando fuit diminuta an-
te contractum : quo caſu diſtingue, vt ibi . hic quando poſt
contractum:& ideo in gloſſa.ibi,vel caſmate periret. ſupple
32 poſt contractum.Trigeſimoprimo quæro , † an propter ſte-
rilitatem rei emphyteuticariæ debeat penſio diminui . Gloſ-
ſa eadem dicit quod non.de hoc in Specula. dicto §. 137. pro
occupatum.ff.de bon.au.iud.po[illegible]
quod eſt inundatum dicitur deperditum . ff. de acquirenda
poſſeſſione,l.tertia.§. Labeo.& l.interdum. §.primo. & aper-
tius. ff. de peric.& com.rei vendi. ſi in venditione . §. primo.
Item,quia emphiteuta non habet actionem. ergo rem ami-
ſiſſe videtur.ff.de verborum ſignificatione.Labeo.§. final. Et
dicit Cynus in eadem l. prima . hoc eſſe notabile, & tota die
contingere,maxime in Italia. Item Bartol.in eadem l.prima.
Ioann. Andr.in Specula.dicto §.verſiculo 137.late hoc proſe
quitur,arguendo pro & contra.tandem concludit poſt Gui-
do.de Suza.quod aut ſuſcepit in ſe periculum caſus fortuiti,
aut non . Primo caſu tenetur . Secundo non tenetur , quod
non videtur procedere niſi caſus ſint enumerati.ff.ſi quis cau
tio. ſed & ſi quis.§.quæſitum.Gloſſa tamen,& Barto.in dicto
§.dicunt ſufficere , quod ſit mentio facta de caſibus fortuitis
etiam ſine enumeratione.Ad quod inducit Barto. C.de pig.
* action.l.quæ fortuitis.ſed primum * communius.Et de enu-
meratione, dic , vt de commodato. capitulo vno . quantum
ad opinionem Iacobi de Aretin. licet multi eam ſequantur,
tamen cum hic caſus veniſſet in multa diſcuſſione in ciuita-
te Paduæ propter quandam guerram : habita diligentia con-
ſiderauit,quod hæc opinio non eſt iuri conſona.Nam vt dici-
tur in dicta l.prima.de iure emphiteu. emphiteuta non libe-
ratur a penſione niſi tanta emerſerit clades quæ ipſius rei fa-
ciet interitum ,ſecus ſi aliud particulare damnum ex quo rei
ſubſtantia penitus non læditur. Non poteſt autem dici pe-
rempta propter guerram , ,cum etiam pendente guerra con-
tingere poſſit quod dominus inueniret emptorem ſui domi
nij,& emphyteuta ſuarum meliorationum.Item propter ta-
les caſus ſolet res,quæ locaretur ad tempus pro maiori quan-
titate dari in emphiteuſim pro maiori . Et ideo communis
conſuetudo habet maxime Paduæ , quod propter guerram
emphiteuta non liberetur a penſione.Et ad contraria,cum di-
citur : quod dicitur res perdita cuius facultas haberi non po-
teſt, dicitur verum, quando nullo modo poteſt haberi:& ſic
loquitur præallegatus §.cum qui.ſed guerra non tollit facul-
tatem niſi ad tempus dum durat guerra . Ad aliud cum dici-
tur,quod æquiparantur eſſe inundatum , vel ab hoſtibus oc-
cupatum : dic, quod æquiparantur non ſimpliciter: ſed
quo ad hoc , vt non poſſint poſſideri , dicta lege , cum
vnus . §. finali . Et ad id cum dicitur , quod inundatum
dicitur perditum , dic illud verum quo ad perdendam poſ-
ſeſſionem . non autem proprietatem : vt notat , gloſſa, in
dicto §. Labeo . & allegat.ff.de acquirendo rerum dominio,
adeo . §. inſula . in fine, vbi caſus. Nam dicitur ibi, quod
inundatio ſpeciem fundi non commutat, id eſt, non fa-
cit quod dominus deſinat eſſe dominus, vt dicit ibi gloſ-
ſa , & ſic non deſinit habere rei vendicationem . Et per
hoc reſpondetur ad legem, Labeo . §. finali , quę loquitur
quando nullam habemus actionem , & pro hac parte con-
cluſit totum collegium doctorum de Padua. Et pro hac
parte allegant aliqui pro caſu. C. de fundis patrimonali-
bus, & emphytheuticis : quicumque. primo , libro vn-
decimo , vidi tamen diſputantes terminare, quod hæc pro-
cedunt , quando datur res in emphytheuſim modo ſoli-
to, ſcilicet, pro minori quantitate , quam ſi locaretur. C.
de ſacroſanctis eccleſijs, Authentica perpetua. ſecus ſi pro
tantundem : quia tunc idem , quod in colono.: quia ſubeſt
eadem ratio, & ſic fiet remiſſio.ſupra capitulo proximo.ſed
hoc nunquam aut raro euenit. Trigeſimotertio quæro, ſi
prælatus minuit penſionem emphyteutæ, quia res pro parte
34 perierat.dic quod non valet remiſſio,† niſi ſeruetur ſolenni-
tas quæ ſeruari debet in alienatione rei eccleſiaſticę, quia eſt
alienatio . Nam redditus perpetuus computatur inter im-
mobilia.

A D D I T I O.

a Si propter guerram. Adde Bald. in §. vaſalli. in titu. de pace conſtan.in vſi-
bus feud.

Digitized by Google

nem, cauit de ſoluendo. Trigeſimoquinto quæro, ſi hæres
36 † ignorans de emphytheuſi non ſoluit penſionem. dicit glo. C. de iure emphi. l. 2. quod reſtituetur. pro hoc regula cum quis in ius, libro 6. vbi de hoc. & per Cyn. C. de iure emphit. l. 2. q. penultima. & Bart. ff. de verborum obliga. cum filius. §. in hac. & plures alias quæſtiones de hac materia ponit Specu. in præalleg. §. & Cyn. de iur. emphi. l. 1. & 2.

De rerum permutatione. *Rubrica.*

Dicto de emptione & venditione: quia permutatio vicina eſt emptioni. ff. eodem, quoniam. C. eodem, l. ſecunda, ideo &c. Goffred. vel aliter vt ſupra titulo ſecundo, de materia decima quæſtio. 2. ſed & perbutare, 12. quęſtio. 2. diaconi. & cap. pręcariæ, & cap. ſine exceptione. & cap. epiſcopus qui mancipium. Repetitur in 6. & clemen.

S V M M A R I V M.

1 *Permutatio communi conſenſu perficitur.*
2 *Caſus in quo valet alienatio eccleſiæ, etiam ſi non efficiatur melior conditio eccleſiæ.*
3 *Imperator ſolus ſanctionem pragmaticam facere poteſt.*
4 *Cauſa rationabilis ad hoc, vt fiat pemutatio qua dicatur.*
5 *Pragmatica quid ſit.*
6 *Sanctio pragmatica an ſola ſufficiat ſine ſolemnitate in alienatione rei eccleſiæ.*

SI princeps. Princeps poteſt rem immobilem eccleſię per permutationem acquirere, data re maiori, vel æquali. & in hoc quod dicit de æquali, eſt caſus ſingularis. quod dico infra quæſtione ſecunda & tertia. Primo ponitur quæſtio. Secū
1 do ſolutio, ibi, liceat ſanctis, ideſt pijs. & religioſis. † No. quod permutatio perficitur communi conſenſu. de hoc in gloſſa prima. & hoc intellige quoad caſum iſtum quod interueniat conſenſus principis & eccleſiæ, vel alterius pij loci, & per conſenſum eccleſiæ, vel loci intellige conſenſum prælati, & clericorum. de his quæ fiunt a pręla. cap. primo. & cap. tua. de rebus eccleſiæ non alienan. cap primo. & in hac gloſ. prima. ſicut in initio. de hoc de re. iu. capitulo primo. quęſtio. prima.
2 † Secūdo no. caſum in quo valet alienatio rei eccleſię, etiam ſi non fiat conditio eccleſiæ melior. ſufficit enim hoc caſu, quod detur res æqualis, vt prędixi, quod dico etiam]. quæſt.
3 ſecūda. Quęro de quo principe loquitur hic. dic quod de † im
a petatore, qui ſolus poteſt facere pragmaticam ſanctionem a, de qua hic, de quo not. de baptiſm. clemen. vna. de hoc in ſe-
4 quen. quæſtione. † Secundo quæro quæ dicatur cauſa rationabilis, vt fieri poſſit permutatio de qua hic. Gloſſa penultima dicit quod eſt rationabilis: cum procuratur vtilitas eccleſiæ. Hoſtien. dicit: imo etiam ſi non procuratur, eſt priuilegium principis, per literam hic, in verbo æqualis. quod dicitur æquum, cum eccleſia priuilegiis infinitis ſit dotata per principes, de rebus eccleſiæ non alienan. cap. fina. vnde non debet hoc priuilegium amarè interpretari. ff. de dona. inter virum & vxorem. ſi quod. §. ſi quis, ſecundum operas. quod placet Ioan. And. & pone exemplum de cauſa rationabili, vt quia eccleſia prædium habet iuxta palatium principis, per quod vult princeps ampliare palatium: vel ibi viridarium facere: vel habet eccleſia caſtrum in confinio hoſtium: pro cuius cuſtodia eccleſia grauatur expenſis, & eſt fortiſſimum, & conueniens principi ad cohercendos hoſtes, & princeps paratus eſt dare aliud magis expediens, vel ſaltem æquiualens, & pro hoc li-
5 tera ibi, vel æqualis. † Tertio quæro, quid eſt pragmatica. Solu. vt in gloſſa. dicit Vincent. quod eſt annunciatio reſcripti proprio motu principis facta. Pragmatica ſanctio eſt quæ fit de conſenſu procerum; & pro rebus vniuerſitatis. C. de diuerſis reſcriptis l. vltima. §. vltimo. Hoſtien. dicit quod ponitur pragmatica pro teſtificatione, & fit ad excuſandum cleri-
quod priuilegiatus eſt in contractu, faciendo etiam ſi non expediat eccleſiæ, nec ipſius verſetur vtilitas, ex quo eſt ſine damno: quod nota. ſingulariter quo ad hoc vltimum: quia in hoc, vt dixi ſummando, eſt ſingula. nam alias oportet, quod alienatio rei eccleſiaſticæ fiat in caſu licito, id eſt ob neceſſitatem, vel vtilitatem eccleſiæ.

A D D I T I O.

a Pragmaticam ſanctionem. Adde glo. in c. dicite. 16. quæſt. 2. & ibi docto. in l. fin. C. de diuerſis reſcript. gloſſa & docto. in Liubemus nullam. C. de ſacroſanct. eccleſ.

S V M M A R I V M.

1 *Commutationes rerum eccleſiæ factæ non tenen.*

1 Vt commutationes. Emendentur, id eſt, reuocentur. † Nota, quod commutationes rerum eccleſiæ, inconſulte factæ non tenent. Et dicit inconſulte, vt dicit gloſſa vltima, & in ea in fine, & de electon. noſti. & de clericis coniugatis, diuerſis, vel dic inconſulte, id eſt ſine conſilio requirendorum. quod dic, vt de his quæ fiunt a prælatis capitulo primo. de rebus eccleſiæ non alienan. cap. primo.

S V M M A R I V M:

1 *Dicatum Deo ſemel non debet in alios vſus conuerti.*
2 *Patronus laicus non habet poteſtatem in rebus collatis eccleſię.*
3 *Deo conſecratum an poſſit ad vſus humanos trahi. & nu. 4.*

Mancipia. Principium vſque ibi videlicet, poteſt ſumi pro ſummario huius capitu. & ſequētis. Mancipia ſerui dicuntur, mancipia chriſtiana, non ſarracena. Vincen. Item non fugitiui infra capitulo proximo. Ho. libertatem conſequendam, vt ſtatim exponit. non conuenit. honeſtatem reſpicit. ſi ergo alias fiat, tenet ſecundum Innocentium, duodecima, quæſtione ſecunda, eccleſiaſticis, quod non facit, vt patet in gloſſa vltima, vt mancipia. duo eiuſdem meriti & peculij. de hoc de rebus eccleſiæ non alienan. cap. 3. homine, ideſt ſeruo. de ſerui. non ordinan. capitulo fina. non decet. de honeſto, vel de facili, i. ſine manifeſta cauſa. Inno-
a cent. Nota illud quod ſemel a Deo † conſecratum eſt &c. et.
1 Oppono decima, quæſtione ſecunda, precarię. Solu. vt in glo. prima, vel illud de ſeruis a principe donatis eccleſiæ, qui poſſunt permutari cum conſenſu principis: quod intellige, quando princeps retinuit ſibi hoc ius: alias, dādo eccleſiæ ſimpliciter, transferret omne ius in eccleſiam. 10. q. prima, nouerint. & idem de eis quod de alijs. Archid. in eodem cap. pręcarię. dicit illud ſtatutum fuiſſe ex cauſa propter ſcandalum in
2 aliquibus locis olim. Nam regulariter nullus patronus † laicus habet poteſtatem in rebus collatis eccleſiæ d. c. nouerint, & ſic illud eſt locale, quod cōuenit cum eo quod pręd ixi. poſſet etiam dici ꝙ ibi non ſolum dicitur ꝙ non poſſunt res, vel mancipia eccleſiæ commutari ſine conſenſu regis. non tamē dicit ꝙ conſenſus regis ſufficiat, vnde cum hoc ſtat, ꝙ obſeruari debet ꝙ hic dicitur, vacat enim ibi argumentum a ɔ̄trio, cum hic dicatur contrarium. Secundo op. ꝙ ɔ̄ſecratum Deo
3 † poſſit ad humanos vſus trahi. 54. diſt. ex antiquis. Solu. vt in glo. 2. & ſomalius, dic, ꝙ hic loquitur de conſecrato iuſte, & in hac glo. ibi quæ ſemel, vbi de hoc. Ibi. §. famoſos. vide de calum. c. 2. notabili 6. & in fin. argum.]. de ſen. excom. relatum.

Tertio

A D D I T I O.

a Quod ſemel. Adde text. in capitulo, qui ſemel decimanona, quæſtione tertia. glo. fina. in capitu. ligna. de conſecra. diſtinct. prima. in regula. ſemel Deo, de regul. iuris. libro ſexto:

Digitized by Google

pium. Vincent.ibi,ſubijcit.9.quæſtion.3.cuncta,& de hoc de
conceſſ.præb.propoſuit.Hoſtien.dicit quod hoc eſt regulare.
4 quod conſecratum Deo †&c.vt in litera. Fallit ratione primi
legis principis ſ.eodem capitu.primo.& poteſtatis Papæ, cu-
ius voluntas ſufficit pro ratione: quod procedit intelligendo
capitulum,eccleſiaſticis,iſtum in Papa,ſicut intelligunt qui-
dam, quod etiam vult gloſſ. in tertia ſolutione ibi, quod de-
cretum. pactum reo factum ne ab eo petatur,prodeſt fideiuſ-
ſori,ne mandati iudicio conueniatur. mandati actio nulla ſit,
vt quia donandi animo fideiuſſit: exceptio fideiuſſori non
prodeſt.Ibi,vel ſic,& hoc conſonat illi capitulo, & eſt verior
quam aliæ,de quibus in gloſſa,vt prædixi.& de hoc in eodem
capitulo,eccleſiaſticis, per Archidiacon. vel dic illud proce-
dere ſecundum ſtatum eccleſiæ primitiuæ: quia tunc licebat
his qui pro eccleſia laborabant ſeruum illius eccleſiæ etiam
dono tribuere:hodie non licet,niſi ſeruato quod dicitur ſ.eo
dem cap.primo.& hic,& ī.capitu.ſequen.Fallit etiam in ſer-
uo fugitiuo.infra capitu.proximo.præcedens tamen ſolutio,
quod ibi loquitur in Papa, verior eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Serui eccleſiæ dicuntur ſerui Dei.*
2 *Serui fugitiui an poſſint alienari.*
3 *Plagium quo caſu non committatur.*

Iniuſtum. Summa, vt ſupra capitulo proximo. Mu-
neris mancipio: alias munere mancipij.
vnius offerentis,ſeruum eccleſiæ: alterius alienantis,ſeruum
ab eccleſia,fiat occaſionaliter.i.ſit occaſio peccati. abſurdum,
de honeſtate vel ſine cauſa.& no.argum.ab abſurdo. de iure-
iuran. quemadmodum. dignitate, idest dignitatis ſubiectio-
ne,vel pro tanto ſeruitus eccleſiæ dicitur dignitas, quia cum
1 prælati non ſunt domini.de dona.capitu.2.† ſerui eccleſiæ di-
cuntur ſerui Dei, cuius eſt terra. de decim. tua. cui ſeruire,re-
gnare eſt. pro hoc, quod nota.infra de regula. cum in iure.
Nota ibi abſurdum &c.rationem huius diſpoſitionis, eſt &
alienatio,vt in gloſſa vltima,& in ea ibi,lex quæ tutores: bo-
ni ſerui fraudem; fieri prohibebunt: mali ſi res exiget ad ra-
tionem poſiti veritatem prodent.Ibi,furioſi,interponitur de
cretum cum debetur fideicommiſſaria libertas a furioſo, in-
2 fante,ſurdo,vel muto.Oppono quod ſerui †fugitiui non poſ
ſint alienari.C.ad l.fa. de pla. in fuga. vbi dicitur quod incidit
in plagium qui vendit, vel donat ſeruum in fuga conſtitu-
tum,& committitur plagium cum quis hominem liberum
vel ſeruum alienum ſciens vendit,vel ex alia cauſa alienat, &
in aliquibus alijs caſibus.ff.de plagiarijs,l.prima.& l.lex fauia.
l.eum.& l.penultima. §. vltimo. Dicuntur autem plagiarij,
quia plagam,vel dolorem parentibus, vel dominis inferunt.
Solu.vt in glo.prima,quæ dicit,ſeruum fugitiuum non debe
re vendi cum eſt in fuga:cuius eſt ratio,quia fuga eſt quædam
ſpecies libertatis.ff.de ædil.edic. quid ſit fugitiuus.§.idem re
cte.Phi.ſed cum fuerit reuerſus,vendi poteſt.Idem Inno.qui
etiam dicit ꝙ emptori debet denũtiari vitium ſerui ne redhi
bitioni ſubiacet.ff.de ꝯtien.emp.quod ſæpe.§.ſiquis,vel ſecun
dum Hoſt.dic ſpeciale fauore eccleſiæ,vt ſine vitio plagij ſer-
uum in fuga conſtitutum vendere poſſit,vel ſecundum Phi.
ꝙ poteſt vendi dum eſt in fuga,ſub ea conditione ſi apprehē-
datur.ff.ad l fauiam de pla.l.2.Nam ſecundum Vin.poteſt &
agi communi diuidundo & familiæ er.pro ſeruo poſito in fu
ga.ff.communi diui.arbor.§.iudex.prima & vltima ſolutio ꝓ
cedunt ſine ſcrupulo.ſed ſecũda teneri poteſt fauore eccleſiæ,
& in hac glo.ibi,in fuga.de hoc ſ.eo.ꝯrio.Ibi,ſi quis amico.ſi
3 mãdaui †amico peregrinanti,vt quæreret fugitiuum meum
& inuentum venderet,non committo plagium,quia non vē
didi,nec ille,quia præſentem vendidit.Ibi.§.vlt.vide de priui-
le.ſuper ſpecula.notabili 9.

S V M M A R I V M.

1 *Præbendæ permutari non poſſunt cum pacto præcedente.*
2 *Pactio in permutatione rerum eccleſiæ interuenire non debet.*

14 *Permutatio non fit de non beneficio ad beneficium.*
15 *Beneficium commendatum an poſſit cum intitulato permutari.*
16 *Beneficia vnita an poſſint per rectores principalium permutari.*
17 *Permutatio an poſſit fieri in eccleſia non habente certum nume-rum.*
18 *Mandato de prouidendo de certo beneficio cum vacabit, an cadat per-mutatio.*
19 *Beneficia plura an poſſint cum vno permutari.*
20 *Beneficium an poſſit cum iure ad beneficium permutari.*
21 *Beneficium pingue habens an poſſit permutare cum tenui.*
22 *Beneficium habens cum titulo an poſſit permutare cum habente ſine titulo.*
23 *Beneficium oneratum debitis an cum libero permutari poſſit cum pa-cto ſoluendi debita.*
24 *Beneficia manualia an poſſint adinuicem permutari.*
25 *Beneficia manualia ſi permutantur authoritate Apoſtolica,an inſtitu-ti poterunt remoueri ad libitum ſuperiorum.*
26 *Forma quæ ſeruari debeat in permutatione.*
27 *Inferior intra quantum tempus conferre teneatur.*
28 *Mentio de beneficijs permutantium an ſit opus in permutatione.*
29 *Permutatio coram quo fieri debeat.*
30 *Beneficia reſeruata an coram legato permutari poſſint.*
31 *Permutatio coram Papa de beneficiis reſeruatis an teneat,non facta mentione de reſeruatione.*
32 *Permutatio an poſſit fieri coram collatore.*
33 *Vicarius epiſcopi an poſſit authorizare permutationem.*
34 *Capitulum ſede vacante in quo ſuccedat Epiſcopo.*
35 *Beneficia ſpectantia ad Epiſcopum non poſſunt permutari authorita-te capituli.*
36 *Beneficia coram inferiore prælato an poſſint permutari ratione præ-ſcriptionis.*
37 *Permutatio duarum diuerſarum diœceſum coram quo fieri de-beat.*
38 *Permutatione an debeant aliqui requiri, & qui.*
39 *Prælati eccleſiarum collegiatarum an poſſint permutare inuitis col-legiis.*
40 *Conſenſus omnium de collegio an requiratur in permutatione.*
41 *Patroni vocandi ſunt ad præſentationem.*
42 *Eligere habentes non vocati poſſunt agere de contemptu.*
43 *Permutatio ſi eſt vtilis eccleſiæ,an inuitis quorum intereſt,poſſit fieri per epiſcopum.*
44 *Inuiti cogi poſſint ad permutandum.*
45 *Collatio debet interuenire in permutatione.*
46 *Optio an locum habeat in beneficiis permutatis.*
47 *Beneficia permutantes quæ priuilegia habent.*
48 *Optio an in beneficiis permutandis locum habeat.*

1 **Quæſitum.** † Præbendæ pacto præcedentē permuta-
ti non poſſunt. pōt tamen epiſcopus ex
cauſa de loco ad locum permutare perſonas. Primo ponitur
quæſtio.Secundo ſolutio,ibi,generaliter. & illa in duo dicta.
Secundum ibi,ſi autem. poterit pure ex officio ſine partium
pactione.No.vt gl.j.& in ea ibi,diuiſio. Aditio,ſunt iſtud ver-
bum in quo ſe correxit gl. qa non videns olim dubium decr.
dixerat ꝙ etiam permutatio præbendarum erat ꝓhibita per
concilium Turon.ſed hoc erat falſum,quia diuiſio erat ibi ꝓ
hibita,ſed non commutatio.& hoc ēt reprehendebant Pe.&
2 Ab.qui non viderunt additionem Io.An.† Secundo no.ꝙ in
a permutatione a beneficiorum; non debet interuenire pactio.
ibi,pactione,ꝙ procedit enim expreſſa, vel tacita ī. cap. cum
olim,& capitu.ſequen. Tertio, quod idem iuris eſt de conne
3 xis † ſpiritualibus ꝙ eſt de ſpiritualibus ibi,connexa,ſubaudi
ſecundum Hoſtien.ſ.incorporalia,& exemplificat in iure pa-
tronatus de iudic. quanto. & de iure funerandi. inſtitu.de re.
diuiſio §.in commune.de ſepul.capitulo fina. quæ a ſpiritua-
libus

A D D I T I O.

a In permutatione. Adde Io.in c.cum vniuerſorum.infra cap.doct.in c.j.eo.ti
lib.6.doct.in clem.vnica.eo.tit.

Digitized by Google

diſt.vbi iſta.quod dixi de poſtu.c.fin.Et dicit Hoſtien.per iura
allega. in gloſſ. vltim. non fit tranſlatio in maioribus benefi-
ciis niſi ob exigentem neceſſitatem,vel vtilitatem eccleſiæ,li
cet aliquando fiat ob gratiam perſonatum. 74. diſt. quorun-
dam. de renun. ad ſupplicationem. ſed in minoribus ſufficit
expedientia perſonarum,vt prædixi. Oppono,quia ſæpe duo
6 †canonici habentes præbendas in eadem eccleſia volunt per
mutare,quo caſu debent hoc poſſe propria authoritate: quia
hæc non eſt alienatio.ff.de le.2.vnum.& quod no.de his quæ
fi.a præla.cum apoſtolica. Soluit Inno. intelligendo literam
in p̃bendis quæ ſunt in diuerſis eccleſijs,vel etiam in eadem:
ſed cenſetur in diuerſo iure.puta,quia vni præbẽdę incumbit
aliquid ſpeciale,quod non incumbit alteri ſ̄.de præben.ſigni
ficatum: vel ſi ſunt præbendę in eadem eccleſia diuerſorum
officiorum:quia aliæ deputatæ ſunt cantoribus, aliæ officijs:
alias ſecundum Inno.poteſt vnus canonicus præbendam per
mutare dummodo collatio non pertineat ad alium:quia tũc
debet eius conſenſus requiri. cuius eſt ratio ſecundum Hoſt.
quia canonia in ſpiritualitate, præbenda in temporalitate cõ
ſiſtit: nec poteſt alienari ſi cum canonico p̃mutaĩ d.l. vnum.
tamen propter connexitatem quam habet prębenda ad cano
niam,tutius eſt ſecundum Hoſt. fieri ſuperioris authoritate:
quia de connexis idem eſt iudicium,de iurepatro.de iure.Dic
quod præbenda prout eſt titulus,debet permutari authorita-
te ſuperioris: vt hic: & hoc, quia eſt titulus ſpũalis. de pręben.dilecto.vbi dixi.Sed ſi accipitur pro prædijs, procedunt
prædicta.& pro hoc facit,quod no de proba.ex literis.Secun-
7 do oppono ad hoc & ad literam,quod in connexis †ſpiritua-
libus non ſit idem quod in ſpiritualibus.Nam in poſſeſſioni-
bus quæ ſunt annexę canonicatibus non committitur ſimo-
nia ĩ.c.proxim.ſicut committitur in canonicatibus,vt hic,&
ibi.Solu.hic loquitur de connexis quæ habent naturam ſpiri
tualium,ſicut dixi ſ̄.in 2.notabili. de iure patro. & de iure fu-
randi, ſecus de his, quæ habent naturam temporalium,quæ
nõ ſunt annexa beneficijs,niſi quo ad hoc: quia ſpiritualia ſi-
ne temporalibus eſſe non poſſunt.ſ̄.de præſcript.cum ex offi-
8 cij.Tertio oppono ꝙ permutãtes †poſſint paciſci.de pręben.
inter cætera. Soluit Innocen. quod clericus bene poſſet dice-
re,cum non poſſim ſecure morari in mea eccleſia, vel profi-
cere propter diuerſitatem linguæ,vel alia iuſta cauſa, ſuppli-
co,vt de mea præbenda alij prouideatur,& mihi de alia.Cre-
dit etiam Inno.quod poſſit dicere,& tali melius competeret
mea eccleſia,& mihi ſua.argum.d.c.inter cætera,ſed ipſis per
mutare debentibus inter ſe paciſci & tractare non licet. facit
ſecundum Innocen.quod not.de cle.excommun.propoſuit.
procedunt ergo cuncta ex officio iudi.de pac.cum pridem.de
præben.niſi,per hoc dicit Ioan.An.quod cum formabat con-
tractum permutationis ſuper beneficio,fecit contractum in-
choari ab epiſcopo,hoc modo.venerabilis pater &c.Conſide
rans quod A clericus talis eccleſiæ vtilis ſe poſſet habere in ta
li eccleſia pro eo &c. requiſiuit eundem an conſentire vellet
p̃mutationi tali &c.& de hoc in Specu.eodem ti.ſuper Rub.
in additionibus,& dic quod non refert etiam ſi tractatus inci
piat a volentibus permutare,dum tamen ceſſet fraus, facit e.
titu.c.vno.lib.6.& dico ĩ.q.39. Quarto oppono, quia videtur
9 eſſe contradictio in litera,in eo quod dicit,permutationes† fa
ciendas de perſonis minus vtilibus ad locum in quo vtilius ſe
exerceant.quomodo enim minus vtiles poterunt ſe execere
vtiliter,dic,quod poterunt eſſe inutiles beneficijs primis, &
vtiles in alijs: vt ſi bonus agricultor pręeſt eccleſiæ quæ eget
potius prædicatore, & prædicator præeſt eccleſiæ requirenti
ſolum bonum gubernatorem temporalium.de hoc remittit
Hoſtien.de conſang.cap. primo. Quarto circa materiam per-
mutationis beneficiorum de pluribus. Primo quid eſt per-
mutatio.Secundo quæ beneficia poſſent permutari,& quot:
& hoc vſque quæſtionem decimam ſextam.Tertio,quæ for-
ma ſeruari debet in permutatione, & hoc vſque ad quæſtio.
20.Quarto coram quo fieri debeat permutatio: & de aliqui-
bus incidentibus: & hoc vſque ad quæſtionem trigeſimam-
primam. Quinto, an aliqui ſint requirendi,& qui,& quid ſit

clerico tanquam bono viro,quod nõ prohibet cle.quia con-
tingit. de relig. domi. An poterit cum beneficio permutari.
Fede.de Sen.in quodam tractatu permutationum videtur te
nere quod ſic:quia non eſt titulus totaliter prophanus, & ei
accedunt ſpiritualia. vnde infert, quod duo clerici habentes
talia hoſpitalia,poſſunt adinuicem permutare. pro hoc quod
nota.in clem.per literas.de præbend.Lapp. Abb. in apoſtillis
quibuſdam ſuper illo tractatu tenet contrarium primi dicti:
quia ſolum permittitur permutatio titulorum eccleſiaſtico-
rum adinuicem,& temporalium ad inuicem, infra capitulo
proximo.Sed de beneficio ad non beneficium non fit permu
14 tatio.† Alexã.de Ancilla qui legit in hoc ſtudio Paduano in
ſuo tractatu permutationum quem poſuit ſuper capitu. vni-
co.eodem titulo.libro ſexto,tenet cum Lapp. quia ſicut non
poſſet beneficium permutari cum iure fęnerandi,vel cum iu
re decimandi.ita nec cum hoſpitali,quod placet:quia titulus
beneficij non recipit commixtionem cum alio, quam cum
beneficio.pro hoc glo.in dicta element.vna,in verbo. benefi-
cia.ſecundum vero Feder.quod duo beneficia poſſint adinui-
cem permutari,quando habent tanquam boni viri,bene ve-
rum eſt. ſunt enim tales perpetui. dicta clemeninat. quia
contingit:nec ſine cauſa remouentur: & hoc ſiue ſint cleri-
15 ci,ſiue ſint laici,quia eadem eſt ratio.† Quinto quæro,an be-
d neficium commendatum d poſſit cum intitulato permuta-
ri. Feder. quod ſic, cum commenda ſit titulus,nec interim
vacet eccleſia.vt nota de electione:nemo.libro ſexto, & idem
dicit de duobus commendatarijs inuicem, eadem ratione:
quod intelligit Lap.verum,quando habent commendam a
Papa: & ſic ſunt tituli perpetui. ad hoc de election. is cui. li-
bro ſexto,qui etiam dicit dubitatum ſuo tempore,an expira-
ta commenda duret prima vacatio. & tenet quod ſic: quia
commendatarius non ſuit prælatus. Alexand. dicit, quod ſi
commenda eſt temporalis,non poteſt commendatum cum
intitulato permutari.alias ſi vltra diem durantis commendæ
renuntiaret commendatarius,& ſibi ex cauſa permutationis
conferretur beneficium alterius, & illi commendatum, ille
haberet beneficium ſolum vna die:quod eſſet abſonum. Itẽ
commendatum non vr̃ proprie beneficium, cum beneficia
ſint perpetua.quod placet.in dicta clemen.vna.per gloſſ.quæ
vult,quod beneficiorum adinuicem fiat permutatio.Et intel
ligo beneficiorum in titulum conferibilium: ſed in com-
mendatis a Papa in perpetuum,videretur ceſſare hęc ratio,&
ſic, quod procedat permutatio prout prædixi. tamen puto
contra.quia id quod confertur non in titulum verum,habet
potius inſtar iuris temporalis, quam ſpiritualis: & quamuis
ſit ſpirituale,tamen non reperimus quod titulus beneficij re-
cipiat commixtionem cum alio iure: ſed ſolum cum titu-
16 lo beneficij, vt hic: & in gloſſa, dicta clementina. † Sexto
e quæro,an duo beneficia vnita e poſſint per rectores principa-
lium permutari. Feder. quod non,ſine conſenſu loci cui fa-
cta eſt vnio, quia amodo talia vacare non poſſunt. de exceſſ.
pręlatorum, clem. frequens. In permutatione autem debet
interuenire vacatio.de prębend.inter cętera ĩ.eodem capitu.
vno.libro 6.& d.clem.vna.Item ſi poſſent inuicem permuta
re:ergo & cum alijs:& ſic fraudaretur vnio, quę facta fuit ad
ſubueniendum indigentię loci: dic quod cum deſierint eſſe
tituli,& teneantur iure proprietatis,poſſunt iure proprietatis
permutari

ADDITIONES.

a Quod permutatio.Adde Io.And.in addi.Spe.titu.de cler. non re.in §.j.Ar
chi.in c.j.de rerum permu.lib.6.
b Quid eſt permutatio.Adde Spe. ti.de rer.permu.in §.primo.& tit.de loc.in
§.6.verſicu.121.
c An beneficium poſſit permutari.Adde Fede.de Sen.in tract.de permutatio-
ne beneficiorum.q.14.
d Beneficium commendatum.Adde Federic.de Sen.in tracta. de permutatio.
quæſtio.15.
e An duo beneficia vnita.Adde Fed.de Sen.tract.de permut. q.12.

non probat,& primum eſt verius. Octauo quæro, ſi mandat
18 †prouideri de beneficio certo cum vacabit,an poterit permu
tari. Alexan.quod non,in præiudicium impetrantis: & quod
ſtatim cum vacabit,cedet impetranti. Oppono ad hoc ꝟ.eo-
dem,cap.primo.libro ſexto. Soluit Alex.ꝙ ibi quando man-
dabatur prouideri generaliter de vacaturo,quia licet expectās
non conſequatur vacans,ex cauſa permutationis cōſequitur
aliud.Idem & fortius dicit ſi eſt appoſita clauſula,quod duxe
rit acceptandum.Impetrans enim habet aliud quod ſurroga-
bitur in locum permutati.vt lit.pend.eccleſia.& quod no.de
conſue.cap.fi.lib.6.quod ceſſat hoc caſu,quia ſi excluderetur
impetrans,non poſſet alius conſequi.Item, Papa mandando
prouideri de certo beneficio aufert poteſtatem inferiori,ſer-
uata diſtinctione. de qua de conceſ. præben.ſi ſoli.lib. 6.;non
poteſt ergo cōferri per inferiorem.ergo nec permutari, cum
in permutatione debeat interuenire collatio:vt ꝟ q.16 hęc tñ
ratio poſſet trahi ad contrarium:quia quando Papa ſcribit ge
neraliter de primo vacaturo,apponitur hodie clauſula decre-
ti,per quam aufertur poteſtas inferiori in conferendo. de cō-
ceſ.præben.clem. prima, & tamen valeat permutatio. d.c.1.
Ad quod dic quod illud capitulo, fundatur ſuper æquitate.
nec debet extendi vltra caſum ſuum : quia etiam in nullo ca-
19 ſu contrarium fuiſſet dicendum, ratione præmiſſa. † No-
a no quæro, an plura beneficia a poſſint cum vno permutari.
Reſpondeo,quod ſic,vt dixi de except.cum venerabilis.verſi.
item quia nihil repugnat. Oppono ad hoc,quia non poſſunt
teneri plura ſimul canonice.de electiō.dudum 2.de pręben.
ſuper.Solu.ſufficit quod non ſunt incompatibilia, vel quod
ſit diſpenſatum cum habente,& cum recipiente ſuper plura
liter quo ad beneficia præſentia, & futura : alias diſpenſatio
non comprehenderet futura. de præben. non poteſt. libro 6.
20 Decimo quæro,an beneficium † poſſit permutari cum iure
b ad rem, b ſeu ad beneficium. Feder. quod non.pro hoc facit
extrauag. Ioann.22. ſedes Apoſtolica,& ff.eodem l.prima.de
condi. cauſa data.l.fin. hoc enim ius perſonale non poteſt ad
alium tranſire,nec executor datus ad prouidendum mihi,po
teſt prouidere tibi.de reſcrip.cum dilecta.de præben. ſi cleri-
cus.2.reſpon.lib 6.Si tamen conſecutus fuiſſet quis canonica
tum numerarium ſine præbenda, hoc ius permutare poſſet,
nec amplius dicetur Apoſtolicus, ſed capitularis, & ſic quo
ad prębendam non obſtaret ratio quę fit,quod executor non
21 poſſit alteri conferre. † Vndecimo quæro,an habens benefi-
c cium pingue poſſit permutare cum habente tenue.dic quod
ſic,eſt tamen aliqua præſumptio fraudis, cum non præſuma-
tur quis velle deſcendere & iactare ſuum.de renū. ſuper hoc.
ſed ſola inæqualitas non ſufficit ad probationem fraudis: vt
no.Ioan.Mon.& Ioan.And. ꝟ.eodem,c.vno.libro 6.pro hoc
de præſum. quia veriſimile,& quod ibi dixi.& de excep.cum
venerabilis. Si tamen in eccleſia eſſet expectans,videretur ex
ſola inęqualitate ꝓbari fraus.de renun.c.fin.lib.6.quod maxi-
me procederet quando conſecutus exile beneficium illud di
mittit,& vxorem ducit,vel aliud incompatibile primo bene
22 ficio facit.hæc tamen arbitrabitur iudex ex cōiecturis.†Duo-
decimo quæro,an habens beneficium cum titulo poſſit per-
mutare cum habente ſine titulo, reſpondeo non, quia eſſet
abſurdum quod alter per nephas obtineret beneficium.Item
quia non habens rem, vel dans alienam rem non permutat:
de exceptio. cum venerabilis. hoc ergo facto redibit alius ad
ſuum beneficium.de præbend.ſi beneficia.lib.6. Oppono ad
hoc, quia videtur imputandum ſibi qui ſe non informauit:
quia nec datur euictio nec cōdictio ex c.cum dilecti.de emp.
& vend. dicit Alex. ꝙ ſi loquimur in eo qui non habet ius ex
culpa ſua,vt quia ſymoniacus,vel quid ſimile,procedit ꝙ ſta-
tim dixi, ꝙ alius reuertitur ad beneficium ſuum. ſecus ſi ſi-
ne culpa ſua,quo caſu procedit contrarium, & imputetur iſti
qui debuit eſſe cautus,& ſic non poterit redire. Ego puto, ꝙ
in quolibet caſu probabilis ignorãtię redire poterit per ęqui-
tatem d.c.ſi beneficia.Quidam tamen dicunt,quod cap.ſi be-
neficia.locum habet ſolum in vacatione iuris. i. de beneficijs
quę vacant per acceptationem alterius,ſecus in vacatione per
renunciationem quæ eſt expreſſa,ꝑ quam oportet dici ꝙ titu

non poteſt fieri coram eo,coram quo renunciatur.item,quia
ſi completur permutatio per eum qui hoc non poteſt. dico
namque quod ceſſante ꝓbabili ignorantia nullum eſt reme-
dium iuris ipſis renuntiantibus, & poterunt talia libere con-
ferri,quia renunciantibus iura ſua non eſt regreſſus ad illa.de
renunt. ex tranſmiſſa. Decimotertio quæro, an beneficium
23 † oneratum debitis permutari poſſit cum non onerato,hoc
expreſſo quod ille teneatur ad ſoluendum debita eccleſiæ. Fe
der.dicit valere,quia etiam alias tenebatur ad ſoluendum. de
ſolu.c.1.de pigno.c.1. Conſuluit tamen quod pure fiat, ne vi-
deatur fieri pactum in ſpiritualibus.dicit Alex. quod ſi colla
tio beneficij fit ſub hac conditione,collatio non tenet de ele.
cap.2.libro ſexto.vbi electio vel collatio vitiantur ſi in eis ex-
primitur conditio etiam quę alias ineſt.Si vero ante collatio-
nem, vel poſt, hoc dicatur. Aut debita ſunt antiqua,& non
præſumitur fraus: aut contracta poſt ratiocinium de permu-
tando,& videtur fraus ſimoniaca,quæ diſtinctio eſt ęqua. Et
intelligo hoc vltimum quando cauſa debiti vera non appa-
ret: qua apparente tollitur fraudis ſuſpicio. Et hoc atiento
hoc vltimum non videtur procedere : quia ſi cauſa debiti ve-
ra non apparet,ſucceſſor non tenetur.de ſol.c.1. & ſequen. &
fruſtra quęritur de ſuſpicione fraudis, & quotiens ſucceſſor
ſe obligat ad id ad quod non tenetur, licet hoc fecerit ex in-
teruallo,ſi fecit occaſione permutationis, præſumetur cauſa
retro fuiſſe ſimoniaca : quia ex futuro præſumitur circa præ-
terita.C.de adulte.ſi qui.16.diſtinctione, peruenit.34.qō.pri-
ma, cap. primo. Si vero non fecit occaſione permutationis:
tunc ceſſat dubitatio.potuit enim ſe obligare in pręiudicium
24 ſuum.† Decimoquarto quæro, an beneficia manualia d poſ-
d ſint adinuicem permutari. Feder.quod ſic, quia licet haben-
tes ea ſint reuocabiles, per eorum obitum vacãt beneficia.de
ſupplen.negligen. prælatorum, clement. quia regulares, &
ſufficit quod poſſunt non remoueri. C. de condictione inde-
biti, ſufficit,de reſcript.capitu.fina.libro ſexto. Item,quia ta-
les poſſunt eſſe delegati de ſtilo curiæ, quod etiam probatur
de reſcriptis,clementina ſecunda. Decimoquinto quæro cir-
25 ca hoc,ſi beneficia † manualia permutantur autoritate Apo-
ſtolica,an poterunt inſtitui reuocari pro libito ſuperiorum,
videtur quod non, quia quando Papa confert,vel confirmat
alicui beneficium manuale ex certa ſcientia,efficitur ille obe
dientiarius Papæ: ita quod reuocari non poteſt per inferio-
rem,de confirma.vtili.capitulo ſecundo,& nota.de electiō.
cum inter R. de prębend. niſi.de confirmatione vtili. porre-
cta. In contrarium, quia non plus iuris transfertur in alte-
rum permutantium, quam haberet is cum quo permutat.
regula ſi quis in ius.libro ſexto,nam & Papa non intendit iu-
ra ſpiritualia pręlatorum tollere.de conſtitu.capitulo.primo.
libro ſexto,de conſuetud.cap.fina. de præbend. cum in eccle-
ſia.eodem libro.de officio ordina.licet.de relig.domi.capitu.
ſecundo.Fed.nihil approbat.Lap.tenet vltimum.pro hoc eſt
conſtitutio Benedicti. 12. 31. de monachis nigris, & quod
nota.in dicta clementin. quia regulares, in gloſſa, & talibus.
Ad contraria reſpondet Lappus,quod procedunt quando Pa
pa ex certa ſcientia intendit illum facere obedientiarium
ſuum, & auferre poteſtatem remouendi proprio prælato.
pro hoc facit, quod diſputando terminauit Paulus de Elea-
zaris in quæſtione, de religioſo. in qua dicit, quod ſi Pa-
pa contulit iure deuoluto non tollitur inferiori prælato
poteſtas reuocandi : ſecus ſi contulit volens facere gratiam,
vt tunc

ADDITIONES.

a Plura beneficia.Adde Rotam deciſione 60.in nouiſ.Fed.de Sen.in tracta.de permutatione.q.12.
b Cum iure ad rem.Adde Fed.de Sen.in tract.de permu.q.13.
c Beneficium pingue. Adde Abb. in c.quia veriſimile. de præſump.& in c.ad quæſtiones.de rerum permut.in 4.
d Beneficia manualia.Adde Federic.de Sen.in tractatu permutationum.quæſtione decimaſexta.

Digitized by Google

cap.cum vniuerſorū.
Item in clementin. vnica dicitur,quod non conſerantur alijs
quam permutare volentibus eis,ergo debent conferri præce-
dente reſignatione,vt in præcedenti quæſtione. Decimoocta-
27 uo quæro † infra quantum tempus teneatur inferior cōfer-
re.Pau.in clemen.vnica.dicit quod non eſt tempus præfixum
a iure.ſed aſſignabitur arbitrio ſuperioris,ſimile quod not.de
elect.cum eccleſia vulterana.quod placet, quia cap.ſecundū,
ne ſede vacan.non poteſt habere locum. Ibi enim præfigitur
tempus collationi:ſuperior autem , qui in permutatione au-
thorizat,eſt aliquando talis qui alias non poſſet cōferre: vt j.
28 q.25.† Decimonono quæro,an ſit opus in permutatione, ꝙ
fiat mentio de alijs beneficijs permutantium.Fed.& Alexan.
ꝙ non,quia hæc non eſt impetratio,nec proprie noua colla-
tio,in quibus debet fieri talis mentio,de præbend.ſi motu.&
c.ſeq.libro ſexto,eodem titu.cle.ſi Romanus,de offi.leg.col-
latio.lib.6.& quando in collatione debeat fieri mentio:dic vt
29 ibi.† Vigeſimo quæro,coram quo debeat fieri permutatio:
vbi quæro,nunquid in beneficijs reſeruatis per Papam poſſit
coram ordinario fieri permutatio : videtur quod ſic,p dictū
capitulum vnicum,vbi etiam quando facta eſt ſpecialis reſer
uatio per executorem authoritate Papæ,tenet permutatio co
ram ordinario,ergo fortius quando generalis,ad hoc de præ-
ben.dudum,& ca.quamuis,lib.6.Fede.tenet contrarium,per
extraua.dudum.Benedicti.12.& per extrauag.execrabilis. Io.
22.in fin. Ex quibus patet,quod collatio facta de beneficijs re
ſeruatis ſine ſpeciali mandato Papæ non valet. Ad c.vnicum
reſpondet, quod loquitur in reſeruationibus factis ab execu-
toribus occaſione literarum Apoſtolicarum , quæ ſicut ſunt
odioſæ: ita & reſeruationes earum vigore factæ, ſecus in re
ſeruationibus factis motu proprio Papæ,quæ habent pleniſſi-
mam interpretationem,de præben.ſi motu.& ca.ſeq.lib.6.&
cle.ſi Romanus,eodem titu.Item,quia c.vnicum præalle.po
nit ſuum caſum ſpecialem propter æquitatem ſeruādam, &
in odium impetrantium,qui ſunt odioſi,nō excedit ergo ca-
ſum ſuum,& remanet regula,quod de reſeruatis per Papam
inferior ſe non impediet,de ap.vt noſtrum. Alexan.tenet di-
ctum,ſed reprobat rationem fauoris, dic, quia ſecundum eū
etiam ſi motu proprio mandaret Papa prouideri alicui: locū
habet d.c.vnicum,& tamen gratia tunc non eſt odioſa.Eſt er
go ratio ſecundum eum, quia in qualibet permutatione de-
bet interuenire conſenſus eius ad quem ſpectat collatio: vt j.
q.31.& pluribus ſequentibus,& ſic ſi Papa reſeruauit,quia ad
eum pertinet collatio,non valet permutatio eo non mandā-
te.Sed ex hoc ſequeretur,quod ſi datus eſt executor ad proui-
dendum,non habebit locum diſpoſitio d.c.vnici.quia colla-
tio ad executorem pertinet,& ſic non poterit fieri permuta-
tio ſine conſenſu eius.Alexan.hoc fatetur, vel ſecundum eū
dicendum, quod c.vnicum præiudicat impetrantibus : quia
de hoc facit mentionem,non reſeruationi,de qua nihil dicit.
Ego puto aliam eſſe rationem:quia cum beneficia renuntia-
ta ex cauſa permutationis non debeant conferri alijs , quam
permutantibus,per clem.vnam, eodem titu. Ideo excludun-
tur impetrantes per d.ca.vnicum,ſed quando ſunt reſeruata,
licet renuntiantes coram ordinario ex cauſa permutationis,
ius habeant conſequendi alterutrum beneficium, tamen ab
ordinario hoc non poſſunt,ſed a Papa.Item placet ratio præ-
miſſa,quod reſeruatio large intelligi debet de beneficijs in q
bus non ſit ius alteri quæſitum,de præben.ſi poſtquam,lib.6.
Aut ius eſt quæſitum eo ipſo quod facta fuit renuntiatio per
30 mutationis cauſa,per d.c.vnicum.Vigeſimoprimo † quæro,
an coram legato poſſint reſeruata permutari. Fede. & Alexā.
quod non:etiam ſi Papa generaliter conceſſerit legato pote-
ſtatem recipiendi reſignationem a volentibus reſignare cau-
ſa permutationis,& ea alterutri conferendi, talis enim gene-
ralis conceſſio non extēditur ad ea, quæ Papæ ſpecialiter ſunt
reſeruata,de offi.lega.quod in translationem,regula in gene-
rali,libro 6.& quod no.de præben.cap.ſecundo,lib. 6.Lap.di-
cit hoc verum , niſi in illa diœceſi. omnia ſint reſeruata, tunc
enim dicit quod legatus hoc poterit , vt gratia aliquid opere-
tur,de priuil.ſi Papa.lib.6.Alexan.tenet primum indiſtincte,
rior non poterat authorizare:& ſic non habet locum ca.vni-
cum,eodem titu.lib.6.quod de rigore videtur verius,tamen
31 primum æquius. Vigeſimotertio † quæro,quid ſi coram Pa-
pa permutantur talia reſeruata,non facta mentione de reſer-
uatione.Fede.dicit,quod ſi reſeruatio eſt generalis quam Pa-
pa præſumitur ſcire: tenet permutatio,ſecus ſi ſpecialis,quam
præſumitur ignorare : quia in dubio videtur conferre ſolum
ex poteſtate generali:quæ enim ſpeciali nota ſunt digna &c.
de offi.vica.cap.fin.lib.6.Sic etiam dicit Fede.quod non facta
mentione de reſeruatione , non tenet collatio facta per Pa-
pam de talibus non ex cauſa permutationis, dicens , ꝙ in du-
bio præſumitur reſeruatio facta ad inſtantiam alicuius,quod
no.facit de preben.ſi motu.lib.6.quod vltimum dicit Alexā.
verum,de reſeruatione ſpeciali, ſecus de generali , quod pla-
cet,quia reſeruatio generalis proprie non poteſt concernere
32 alicuius commodum.† Vigeſimoquarto quæro,in eo,quod
dixi in proxima quæſtione,conſenſum collatoris interueni-
re debere, nunquid coram collatore poſſit fieri permutatio.
dicit Hoſtiē.in ſumm.eadem §.quid poteſt,ver.& nunquid ,
quod hoc eſt ita epiſcopale,quod inferiores authoritatem p̄-
ſtare non poſſunt:quod tenet glo.in d.clem.vna. Et hoc caſu
epiſcopus totum expediet de conſenſu eorum quorum in-
tereſt,etiam ſi habebant eligere,non enim fiet electio: vt no.
in d.clem. vnica . Vigeſimoquinto quæro,circa hoc,an vica-
33 rius † epiſcopi a poſſit authorizare permutationem . Federi.
a quod non:quia in eius manibus non poteſt fieri renuntiatio,
cum non poſſit inuitum deſtituere:vt ibi:cum tamen in per-
mutatione requiratur vtrunque: vt ſ.qō.16.quas rationes re-
prehendit Alexand.primam:quia imo poteſt inuitum deſti-
tuere,pronuntiando eum carere titulo:licet non poſſit deſti-
tuere propter crimen.d.c.2.Secundam, quia epiſcopus auto-
rizat permutationi etiam quando ad ipſum ſpectat collatio.
vt ſ.q.proxima.Dictū ergo eſt,quia permutatio eſt actus epi-
ſcopalis,per glo.d.clem.vnica,quod placet,videtur tamen di
ci poſſe quod etiam vicarius hoc poſſit , cum hoc ſit iuriſdi-
ctionis,non ordinis.Item licet collatio non pertineat ſub ge-
nerali mandato in vicario d.c.2.debet illud intelligi de colla-
tione libera,ſecus de coarctata,ſicut in permutatione,quæ nō
eſt proprie donatio:& ſic ceſſat ratio,ſuper qua fundatur d.c.
ſecundum,ſed primum communius.Vigeſimoſexto quæro
34 † de capitulo ſede vacante b.Glo.in d.clem.dicit,quod ſucce-
b dit epiſcopo quo ad poteſtatem autorizandi permutationi ,
niſi collatio beneficiorum,vel alterius ſpectet ad epiſcopum
ſolum : quia cum tunc non ſuccedat in collatione : ergo nec
in conſenſu quem habet præſtare collator . Op.ad hoc,quod
nullo caſu ſuccedat capitulū , cum hæc autoritas præſtandi.
ſit potius voluntariæ quam contentioſæ iuriſdictionis. Solu.
non tantum ſuccedit capitulum in his quæ ſunt contentioſæ
iuriſdictionis:ſed etiam in his , quæ voluntariæ , poteſt enim
commendare beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi ,
cum hoc poſſit ordinarius,etiam poſtquam deuoluta eſt ad
ſuperiorem collatio,vt no.de elect.nemo.in fin.magnæ,gloſ.
ſecundum Fed.ſed hoc non approbatur,quod capitulum poſ
ſit commendare beneficia, ad collationem epiſcopi ſpectan-
tia,niſi quo ad cuſtodiam;& ſic non in titulum,vt no.Io.An.
ne ſede vacan.c.vno,in fi.lib.6.& ſic etiam loquitur gloſſ.præ
alleg.in c.nemo. dictum tamen eſt verum, quod capitulum
ſuccedit etiam in his,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis:quia
generaliter ſuccedit in iuriſdictionalibus,de maio.& obe.his
35 quæ,& ca.cum olim.Vigeſimoſeptimo † quæro, circa hoc,
quid ſi beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi permu-
rentur

ADDITIONES.

a An vicarius epiſcopi.Adde Fede.de Senis,In tractatu permutationum quæ-
ſtione 26.

b De capitulo ſede vacante Adde Fede.de Senis in tractatu de permuta.quæ-
ſtione 36.Cardina.in clemen.prima § porro.in vndecima, quæſtione, & ibi
Io.de Imo.de hæreticis.

Digitized by Google

§.ad hæc,de rebus ec.non alienã.clem.2.ſed primum verius.
37 † Vigeſimonono quæro,coram quo permutabunt duo di-
a uerſarum diocesum a , dic, quod eſt via expedita , quod alter
epiſcopus alteri committat,vel ambo vni tertio. Item,pmu-
tantes poſſunt conſtituere vnum,& eundem procuratorem
in cuius perſona totum expeditur:quod tenent Fed.& Alex.
poteſt enim tenere vicem duorum,de ap.a collatione.libr.6.
§.de conceſſio.præben.poſtulaſti. Trigeſimo quęro,ſi nolunt
committere, an poterit alter permutantium renuntiare be-
neficio primo,& ſtatim facere conferri cauſa permutationis
alteri,& poſtea ille renũtiare primo beneficio coram ſuo epi
ſcopo vt conferatur alteri, videtur,quod non : quia beneficia
erant incompatibilia,obtento ſecundo,quo ad poſſeſſionem
vacabat primum,de præben.de multa. Quidam dicunt poſſe
fieri,negantes vacare primum,niſi acceperit poſſeſſionem ſe
cundi: & dato quod acceperit,adhue idem dicunt , quia non
ſimpliciter,ſed ſub conditione, & ob cauſam accepit . Item
epiſcopus eſt eius cui primo fit collatio, & nondum conſen-
ſit,& ſic non vacabat primum:vt no.gloſſ.7. q.2.ſi quis iam,
tutius tamen eſt,quod ego renuntiem meo in manibus mei
epiſcopi,& deinde tu tuo in manibus tui in cauſa permuta-
tionis,& poſtea fiet collatio. Sed propter euitandos circuitus
obſeruatur,quod alter epiſcopus alteri committit. Trigeſi-
38 moprimo quęro,an in permutatione † debeant aliqui requi
ri & qui.vbi quæro,an collator ſit requirendus eo caſu , quo
permutatio fit coram alio,prout dixi ſ. quęſtio. 19. dic,quod
ſic:quod tenet Hoſt.dicens conſenſum illorum quorum in-
tereſt requirendum,de offi.arch.ad hæc,de ma.& obe.cap.ſi.
& idem no.§.eodem c.vno,lib.6. Trigeſimoſecundo quęro,
b ſi prælati eccleſiarum b collegiatarum volunt permutare,
39 † an hoc poſſint inuitis collegijs. Fed.quod ſic, ſi coram Pa-
pa permutant , & idem ſi coram epiſcopo habente liberam
collationem eccleſiæ ex conſuetudine vel priuilegio,tunc.n.
non intereſt collegiorum:& ſic dubium eſt nunc tantum qñ
collegia habent eligere,quo caſu,dic,quod debet eorum cõ-
ſenſus requiri,ſicut dixi de collatore ſ.q.proxim. Sicut enim
collegium non poteſt expreſſe priuari iure eligendi ſine cau-
ſa,etiam per legatum,de offi.leg.c.fin.lib.6.Ita nec tacite au-
thorizando permutationi,ita no glo.eodem ti.ca. vno,lib.6.
40 † Trigeſimotertio quæro,an requiratur conſenſus omnium
de collegio,videtur quod non,ſed ſufficiat maioris partis. de
his quæ fi.a ma.par.cap.c.1.dic,quod ſi permutatio fit fauore
eccleſiæ,ſufficit conſenſus maioris partis. Si intuitu perſonæ
requiritur conſenſus omnium,pro hoc eſt,quod not.Innoc.
de conſti.cum omnes,vbi dicit quod in actu collegij , ſi fit in
fauorem perſonarum,perinde eſt ac ſi actus concerneret ſin-
gulos,& hoc tenet Ioann. And.eodem titu.cap. vno.lib.6.qđ
eſt æquum,de iure tamen verius eſt quod quilibet actus col-
legij a maiori parte factus tenet.dicto c.primo,niſi reperiatur
expreſſum,quod fiat nemine diſſentiente, vel quod interue-
niant duę partes, vel quid aliud . Trigeſimoquarto quæro,ſi
41 ad patronos maxime laicos ſpectat pręſentatio . † Dic quod
vocandi ſunt,cum ſua interſit,per id quod dixi ſ.q.31. & plu-
ribus ſequentibus. Trigeſimoquinto quæro, ſi patronorum
aliqui diſſentiunt,videtur actum non tenere, cum hoc perti-
neat ad eos tanquam ſingulos,argum.ff.de ſeru.vr.prædi.per
fundum,regula in re communi.lib.6.dic,quod imo ſicut va-
let pręſentatio a maiori parte patronorum , etiam compara-
tione aliarum partium,de iurepatro. cap.2.& quod ibi no.ita
etiam in hoc conſenſu,cum expediat eccleſias reformari,ſuf
ficiat conſenſus maioris partis, modo prædicto . Trigeſimo-
42 ſexto quæro,ſi habentes † eligere, vel conferre,vel pręſenta-
re,non fuerunt vocati,dic quod,poſſunt agere de contemptu
de elect.quod ſicut,ſed ſi non agunt, valet permutatio.d.c.q
ſicut,& eodem ti.eccleſia 2.pro hoc ſ.de his quę fiunt,a præ-
la.ea noſcitur , ubi propter contemptum conſenſus capituli,
redditur actus annullandus,non nullus,& hoc tenet Fed. Op
pono,ad hoc,quod imo ſit nulla,de his, quæ fiunt a præla.c.
primo,ibi,irrita. Item non debet cõcedi vna via quod alia de-
negatur,de procu. tuæ . Sed ſi epiſcopus confert beneficium
ſpectans ad collationem alterius,collatio non tenet. Et idem

impeditur collatio,electio,vel præſentatio: pro hoc no.de ex-
ceſſu.prælat.inter dilectos,tamen dicit poſſe dici,quod ſi lega
tus etiam de latere conferat ex cauſa permutationis eccleſiã
collegiatam non conſentientibus quorum intereſt , non va-
let collatio,nec impedit collationem eorum ad quos ſpectat,
quin libere conferant abſque ceſſatione permutationis, per
no. in d.c.inter dilectos,& per d.c.deliberatione. Et quia lega-
tus hoc non poteſt abſque conſenſu illorum , per prædicta ,
imo forte ſecundum eum non eſſet contra ius dicere , quod
etiam de conſenſu ipſorum non poſſit,per d.c.deliberatione.
Epiſcopus vero cum illorum conſenſu permutare poteſt,ſed
eis contradicentibus non valet permutatio,nec impediet ele
ctionem pręſentationem vel collationem , regula non præ-
ſtat.lib.6.pendet ergo,ſecundum eum nullitas ab illis,quia,ſi
contradicunt,non valet:ſi conſentiunt,tenet. Et ex hoc vide-
tur recedere ab eo,quod proxime dixit, tenendo quod quan-
do permutatio facta fuit non vocatis quorum intereſt , non
poſſunt ad collationem,&c.procedere niſi primo caſſata per-
mutatione,deinde idem Lap.amplians hęc,dicit quod in nõ
collegiatis poteſt legatus facere permutationem ſine alicu-
ius conſenſu,cuius interſit,niſi eſſent patroni laici:quia tunc
non poſſet,de offi.leg.dilectus,de iurepa.cum dilectus. In col
legiatis vero etiam de conſenſu eorum quorum interſit,non
poſſit hæc legatus,licet dioceſanus ſic . Deinde generalius ɔ-
cludendo dicit,quod ſi beneficia collegiata permutantur per
legatum etiam de conſenſu quorum intereſt,non valet , per
d. capi.deliberatione,quia prohibitio illius c.comprehendit
etiam permutationem,quod placet. Si autem fiat per epiſco-
pum contradicentib. quorum intereſt , dicit etiam nullam ,
ita quod poteſt procedi ad electionem alia caſſatione. Sed nõ
contradicentibus quorum intereſt , ſi fit per epiſcopum ſine
conſenſu capituli,non eſt nulla,ſed annullanda d.ca.ea noſci-
tur. Sed ſi ſpectaret electio,præſentatio,vel collatio ad capitu
lum eis contradicentibus eſſet nulla:ſicut quando ad alios p-
tinet. Hęc dicit Lap.vera in pmutatione beneficiorum quo
ad titulum . Sed ſi fiat iure proprietatis : vt quia duę eccleſiæ
permutant beneficia vnica,requiritur conſenſus expreſſus eo
rum quorum intereſt,& ſui capituli,& non ſufficit tacitus,q
ſufficeret in pręcedenti.de exceſſu.pręla.ſicut,& quod ibi no-
ta.& de rebus eccl.non alienan.clem.ſecunda. de his quæ fia
pręla.ca.primo,ſecundo,& 3.& c.tua & c.paſtoralis, de dona.
paſtoralis,& capitulo inter dilectus,quod metus cauſa, cum
dilectus de hoc ſupra quęſtione ſexta. Alexander tenet cum
Lap.in eo,quod dicit permutationem factam per epiſcopum
contemptis quorum intereſt,non impedire,quin poſſint eli-
gere,præſentare , vel conferre . Sed ſi conſentiant, etiam ex
poſt facto,valet permutatio,ſecundum glo.eodem ti.ca.vno.
lib.6.& in d.clem.vna.quæ voluit quod conſentiant hi quo-
rum intereſt. Aut ſufficit quod conſenſus pręſtetur etiam ex
poſt facto:pro hoc,quod no.in regula non firmatur.libr.6.&
in hoc dicit aduertendum,quod duo requirũtur quo ad eos
quorum intereſt,vnum,quod vocentur,aliud,quod conſen-
tiant. Si ergo eis non vocatis, & non conſentientibus fit, du-
pliciter impugnatur:licet ergo ex eo quia non fuerunt voca
ti habeant neceſſe agere ex contẽptu:eo tamen reſpectu quo
non conſenſerunt,ſufficit, quod contradicunt , etiam ſi non
agant,alias poſſet cõtingere quod epiſcopus non vocatis quo
rum intereſt,conferret beneficium nepoti ex cauſa permuta-
tionis,qui poſtea ſe defenderet cum fructibus beneficij, ſtul-
tè agerent de contemptu , quod eſſet eorum grauamen.
43 † Trigeſimoſeptimo quęro,ſi permutatio eſt vtilis eccleſię,
an inuitis quorum intereſt per epiſcopum fieri poſſit , vide-
tur quod ſic,qa poteſt maiora . ſ. vnire,& diuidere beneficia,
& ſubtrahere rem vni beneficio perpetuo,& dare alteri,de ex
ceſſu.

ADDITIONES.

a Duo diuerſarum diocesum, Adde Car.in cle.vni. 10.q. e.ti.
b Si prælati eccleſiarum. Adde Fed.de Senis,in tra.de permutatione q.19.

Digitized by Google

a inuiti cogi poſſint a ad permutandum, videtur quod non: quia
nemo cogitur recipere beneficium eccleſiaſticum 74.diſtin.
geſta.licet aliud ſit in honoribus ſecularibus:vt not.Innoc.de
45 his quę fiunt a ma.parte ca.c.1.† In permutatione autem de-
bet interuenire collatio,vt ſ.qõ.16.In contrarium,nam inui-
tus compellitur ordines recipere,de ęta.& qualit.quæris.Ad
idem 7.q.prima ſcias.Item videtur hic dari epiſcopo authori
tas transferendi perſonas de loco ad locum ſi viderit expedi-
re,& in hoc dicit Hoſt.quod commendabilis eſt permutatio
cum inuiti coguntur,per di.ca.ſcias,pro hoc 40.diſt.ante om-
nia 8.q.prima,in ſcripturis,& quod ibi no.23.q.4.diſplicet,&
quod no.Innocẽ.de renun.niſi §.propter malitiam:vbi dicit,
quod ſi timetur ſcandalum periculoſum, cogitur prelatus,
ſua eccleſia dimiſſa,aliam recipere,pro hoc de regula.licet 7.
q.prima,mutationes,& capi. epiſcopus,de loco,gloſſ.tamen
ibi dicit, quod non poteſt inuitus cogi tranſire ad maiorem
locum.Sed Arch.ibi contra:quia epiſcopus poteſt etiam ma
iora.de exceſſ.præla.ſicut,de æta.& quali.quæris. Guido con-
46 cord.in diſputatione qua quæſiuit, an † optio locum habeat
in beneficijs renunciatis ex cauſa permutationis, dicit, quod
epiſcopus non poteſt cogere clericum renuntiare beneficio,
vt recipiat vilius.Et quo ad illud de optione dic,vt ĵ.q.31.Io.
An.hic in verbo perſonas,dicit hoc volens,& ſic non inuitus
Arch.de reſcrip.ſi propter,lib.6.innuit,quod quædam eſt per
mutatio voluntaria,quædam neceſſaria,quæ fit ſuperioris of-
ficio,quaſi velit quod ſecunda poſſit fieri inuitis beneficiatis,
quod expreſſius dicit ibi Ioan.And.Fed.dicit,quod ſi nec per
dationem coadiutoris,nec alio modo conſuli poteſt neceſſi-
tati eccleſiæ,poteſt inuitus transferri,ita quod fiat ſibi recom
penſatio in alio beneficio,& preferatur publica vtilitas,ſimi-
le de ma.& obe.cum inferior. Nam epiſcopus eſt pręordina-
tor in cũctis,& ad eum pertinet cura totius iuriſdictionis. 10.
quæſtio. prima,per totum. Et beneficiatus non eſt dominus,
ſed quidam procurator vel diſpenſator.de don.capit.2 Et per
hoc non obſtat. ff.de reg.iur.id quod noſtrum,vbi dicitur, ꝙ
id,quod noſtrum eſt,ſine facto noſtro ad alium transferri nõ
poteſt,pro hoc, quia diuidetur beneficium inuito beneficia-
to,de rebus eccle.non alienan.clemen.ſi vna. Dicit tamen,ꝙ
inuitus non poteſt præciſe transferri, ſed cogitur per ſubtra-
ctionem,vt de nolente fiat volens,de ęta.& qual.quęris. Lap.
inducit pro hoc,quod nota.in regula,quod ob gratiam,lib.6.
quod dixi de poſtul.c.vltim.per quæ videtur poſſe dici,quod
prędicta non habent locum in epiſcopis,& in religioſis, qui
etiam nolentes poſſunt transferri.Et forte idem in curatis, q
ſunt aſtricti publico oneri propter curam. Pau.eodem tit.cle
men.vna,dicit,quod in præbendis æqualibus cogi poſſunt in
uiti permutare,per c.ſcias,præall.In inęqualibus ſecus,ne in-
uitus compellatur creſcere 74.diſt.geſta.Dic ſimpliciter quo
ad omnes, qđ inuitus transferri non poteſt quo ad hoc,vt p̃-
ciſe cogatur habere aliud beneficium.Non enim poteſt con-
trahi matrimonium quaſi ſpeciale ſine conſenſu benefician-
di.de elect.cum inter canonicos. Sed quo ad hoc,vt dimittat
primum transferri poteſt etiam inuitus,quod ſolum probāt
iura ad hoc ſ.inducta.pro hoc eſt,quod dixi,in d.ca.vltim.de
poſtu. Trigeſimonono quęro,ſi duo tractantes de permuta-
tione beneficiorum ſuorum conuenerunt de procurando ꝓ-
curationem fieri per eos ad quos ſpectabat,ſi alter pęniteт ad
inſtantiam alterius compelli poſſit, videtur quod non: quia
in talibus ceſſare debet omnis conuentio.de pact.c.vltimo,li-
cet male faciat non conſentire ſi permutatio expedit eccleſię
ad hoc de iurepa.nullus,ſimile quod not. 1.quæſt.7.exigunt,
dicit Fede. ꝙ ſuperior cogere poteſt illum,ut de nolente fiat
volens. Non enim poterit contradicere ex quo promiſit, de
renun.quod in dubijs,quod metus cauſa cap.penultim.Non
enim dicitur inuitus,qui hoc voluit.de ſpon.requiſiuit,de re-
nun.quidam. Dici ad contraria,quod ſolum prohibent pa-
ctionem illicitam quæ fit ſine autoritate ſuperioris.Alexand.
dicit quod hæc quęſtio modicum habet vtilitatis. Nam cer-
tum eſt quod permutantes ante permutationem poſſunt ha
bere tractatum:vt not.in clemen.vna.eodem titu. & promiſ-
ſio de permutandõ modicum operatur. quia ſi permutatio,
ficia conferantur alijs,quam permutantibus collatio eſt nul-
48 la. Quadrageſimoprimo † quæro, an in talibus habeat locũ
b optio b de qua de conſue.cap.vltim.lib.6.videtur,quod ſic,ex
quo vacant.Item Pa.per collationem quam facit vel fieri mã
dat,non iuret illam conſuetudinem tollere d.c.fin. de præbẽ.
cum in eccleſia,eodem ti.ergo nec collatio,quę fit in permu-
tatione eam tollet.Item poteſt imputari permutantibus,qui
ſcire debuerunt conſuetudinem eccleſiæ. In contrarium,qa
ſi non valet collatio:ergo nec optio.d.ca.fin. Arch.diſputan-
do tenuit,quod de rigore iuris hẽt locum optio.& ad ca.vni-
cum.eodem ti.reſpondet,quod ſi ibi poſſent impetrantes fa-
cere ſibi conferri talia,excluderentur permutantes ex toto, q
non ſic excluduntur per optionem,cum remaneant ſibi pri-
ma beneficia optantium.Pau.in d.clemen.tenet contrarium.
Ad c.ſi.præal.dicit,quod ibi mandabatur prouideri de benefi
cio nulli alteri debito,& non fit iniuria expectanti,ſed in per-
mutatione conferri debent certa beneficia.Ioann.Andr.in d.
ca.vltim.dicit.quod volens tenere locum eſſe optioni poteſt
reſpondere ad d.c.vnicum,& ad d.clem.quod in eis prohibe
tur collatio. ſed in optione non interuenit collatio, ſed op-
tans ex vi conſuetudinis præbendam vacantem ſine collatio-
ne optat. Federicus, dicit,quod clementina. pręallegat. pro-
bat,non eſſe locum optioni: quia non tantum dicit, quod
non conferantur alijs, ſed quod conferantur permutantib.
& per hoc ibi no.in glo pen.in fin.Lap.diſtinguit,quod Aut
conſtat conſuetudinem optandi extendi ad vacantia etiam
per permutationem.Aut conſtat non extendi,quia ſic obten
tum.Aut dubitatur. Primo caſu diſtinguit,quia aut illi quo-
rum intereſt conſenſerunt permutationi, aut non: ſi ſic, aut
conſenſerunt ſimpliciter: aut non ſimpliciter: ſed ſeruan-
do ſibi poteſtatem optandi: & hoc caſu, aut tali reſerua-
tioni conſenſerunt permutare volentes:aut non.Si ſimplici-
ter conſenſerunt, non eſt locus optioni:ſi vero non ſimplici-
ter,ſed reſeruando ius optandi,& conſentientibus permutan
tibus locus erit optioni:ſed eis non conſentiẽtibus non,qua-
ſi primo caſu ſit reſeruatio veſtita conſenſu,ſecundo caſu nu
da,pro hoc facit,quod no.de elect.cum ana,& in regula in ge
nerali.lib.6.Si vero habentes ius optandi conſenſerunt pmu-
tationi,aut ſuperior,qui poſſit derogare tali conſuetudini de
rogauit,aut non.primo caſu non eſt locus optioni. ſecundo
caſu,aut permutantes ſciebant vel ſcire debebant talem con-
ſuetudinem,aut non:ſi ſic,locus eſt optioni.nec poſſunt redi
re ad priora beneficia.Si vero neſciebant,ceſſat optio:& ſi vo
lunt poſſunt ad ſua beneficia redire,quod vltimum non puto
verum,ex quo poteſt perfici permutatio,quia ceſſat ratio ca.
ſi beneficia,de prębend.libro ſexto. Si vero conſtat conſue-
tudinem non extendi ad talia,non eſt locus optioni. Si vero
dubium eſt,adhuc non eſt locus,vt potius ſtemus iuri pmit-
tenti permutationem, quam conſuetudini, quę in dubio nõ
debet iuri derogare, poteſt tamen hoc caſu diſtingui: quia,
aut permutatio fit per ſuperiorem ad inſtantiam permutan-
tium: aut proprio motu.primo caſu, aut fauore iuris priuati
volentium permutare,aut iuris publici.i.eccleſiarum.Si pri-
uati,locus eſt optioni:quia hęc permutatio eſt odioſa,& con
ſuetudo fauorabilis,quę extenditur ad inſtar legis,de offi.Ar-
chi.cap.ſi.& quod ibi no.Si fauore publici iuris,non fit locus
optioni.Et idem quando fit proprio motu.de præben.ſi mo-
tu.& ca.ſi pluribus,de reſcrip.cum aliquibus,& c. ſi propter,
de præben.ſi beneficia,& c.cum in eccleſia,& cap.ſi a ſede.li.
6.vt li.pe.cle.ſi duobus §.neutro.Dicit tamen Lap.quod prę-
bendam dimiſſam per optantem indiſtincte obtinebit is qui
perdit eam quæ optatur,quia illa ſuccedit in locum alterius,
regula is,qui in ius.lib.6.vt li.pen.eccleſia.Alexander limitat
hęc

ADDITIONES.

a An inuiti cogi poſſunt.Adde Arch.in c.epiſcopus.de loca.7.q.1. Fed. de Se
nis,in tra.permu q.25.

b Habeat locum optio Adde Fed.de Se.in tra.permuta.q.18.

Digitized by Google

Cap. pterquam in vltimo memoro, cum eſt dubium an con-
ſuetudo optandi ad talia extendatur: quo caſu ſine diſtinctio-
ne puto, quod non, propter rationem Feder. de qua ſupra, ea-
dem quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia pinguior poteſt permutari cum minus pingui facta ſuppletio-ne precii.*
2 *Conceſſum intelligitur quod non eſt inhibitum.*
3 *Contractus qualis ſit ſi ex vna parte datur res, ex altera res, & pre-tium.*
4 *Eccleſia an cum decima permutari poſſit.*
5 *Villa ſi commutetur cum alia, an tranſeant eccleſiæ villarum cum vni-uerſitate.*

Ad quæſtiones. Eccleſię iure ꝓprietatis poſ-
ſunt ad inuicem permutari,
& poſſeſſiones earum, etiam permutari poſſunt, & pro mi-
nus valentibus pretium ſuppleri. Communis diuiſio. ſecun-
da ibi, totaliter reſpondemus vicinam, exemplificat Hoſtien.
in eccleſia ſancta Genouefæ. pariſien. quæ habet eccleſiam
ſancti Marci infra limites Beati Marcelli iuxta Pariſius, & ec-
cleſia Beati Marcelli habet eccleſiam Sancti Hilarij iuxta ec-
cleſiam ſanctæ Genouefę. prouentuum, expone, vt in glo. pri
ma. Et in ea ibi temporalium, eſt enim neceſſe, quod vtraque
1 habeat temporalia, quorum poſſit fieri hæc ſeparatio. † Not.
quod eccleſia pinguior poteſt ꝑmutari cum eccleſia minus
pingui, facta ſuppletione precij: quod dic, vt in gloſſ. prima,
Et in eo, quod exponit prouentuum, ſcilicet, temporalium,
dic, quod hoc dicit, quia neceſſe eſt, quod vtraque habeat tē-
poralia quorum poſſit fieri permutatio ſeparata. Non enim
debent miſceri contractus: vt hic in fin. id eſt, quod ſeparatim
debet fieri contractus eccleſiarum a contractu poſſeſſionum.
Innocenti. vel ſecundum eum vult dicere, quod caueant per-
mutantes ne occaſione ſpiritualium iurium de quibus plus
habet vna eccleſia quam alia, plus minus ve pecunię, vel alte-
2 rius rei temporalis tribuatur. † Secundo nota, quod id, quod
non eſt inhibitum, intelligitur conceſſum, de hoc in glo. ter-
tia. Et in ea in fin. & ſecunda, quæſtione prima, conſuluiſti, &
in hac gloſ. ibi §. primo, edictum de procura. prohibitorium
eſt. Oppono, quod non poſſit fieri permutatio eccleſiarum,
& poſſeſſionum ſine conſenſu immediatorum, de rebus ec-
cle. non alienan. cap. primo. Solu. ſecundum Innocen. iſtę ec-
eccleſiæ erant de menſa monaſteriorum permutantium: &
non ſolum ipſæ eccleſię erant de menſa, ſed etiam ipſarum
poſſeſſiones, ad hoc 16. quæſtione ſecunda, viſis, & ſic non ha
bent prælatos immediatos, vel ſecundum eum permutatio
fieri poteſt non tantum de eccleſijs ad menſam pertinentib.
ſed etiam de alijs, in quibus aliquantulum ius habeant per-
mutantes, cum non prohibeatur permutationem fieri iuriū
ſpiritualium inter ſe, vt hic, quod placet Hoſtienſi, qui dicit
ſufficere quod res ſit ſubdita, vt capella. de pręſcript. ex tran-
ſmiſſa, de offi. ord. conquęrente, & c. graue. de offi. iud. cap. pri-
mo. Nam tunc interueniente conſenſu quorum intereſt, de
tranſact. præterea. & authoritate dioceſani, quod means cau-
ſa capi. penultimo, de dona. inter dilectos, poterit permutari.
Secundo oppono, quod ex alio capite non valuerit permuta-
tio, niſi interueniente ſuperioris authoritate infra capitu. vl-
timo. Gloſſ. ſecunda, ſtat contrario, & dic quod requiritur au
thoritas, quia per eam purgatur vitium, quod alias ineſſet.
Cum enim ſpiritualia ſint gratis conferenda, prima, quæſtio
ne prima, gratia, non poteſt interuenire permutatio, quia nō
eſt contractus gratuitus ſecundum Goffred. Hoſtien. dicit il-
lud habere locum in perſonali permutatione, vel cum per-
mutatur ſpirituale cum temporali. Sed vbi permutantur ſpi-
ritualia adinuicem dicit contractum gratuitum: nec interue-
nit tunc authoritas ad purgandum vitium, ſed ad validādam
alienationem; quod placet, de hoc infra, de rebus eccleſi. non
alienan. capitu. primo, libro ſexto, hęc procedunt quando fit
permutatio eccleſiarum iure proprietatis, ſed ſi fit iure titu-
[illegible]
dens ſolutio verior eſt, & de hoc etiam dico de tranſact. capi.
ſecundo, contrario primo. Et in hac gloſ. ibi, qui iuſſu præto-
ris pretio dato pactus eſt non notatur. Tertio oppon. ad hoc,
quod nullo modo poſſit habere locum permutatio in ſpiri-
tualibus, ſicut nec emptio, vel venditio. Solu. vt in eadem gl.
ſecunda, ibi. Item licet, vſque ad finem. Et in ea ibi emptionē.
communiter incipit, deinde aiunt, edictum ædilicium datur
emptori, in permutatione datur vtrique: quia vterque quaſi
emptor eſt. Quęro, quæ fuit ratio dubitandi, dic quod dubita
batur propter duo: quia pecunia interueniente, non videtur
eſſe permutatio, ſed venditio, ſed ad hæc dic, vt in ſeq. quęſt.
ſecunda ratio eſt, quia permutatio eſt vicina emptioni: vt di-
xi in ſub. vnde ſicut non valet venditio in ſpiritualibus, vt in
glo. ſecunda, ita etiam permutatio non debet in ſpiritualibus
interuenire. Ratio decidendi, quia fit ſeparatio contractuum:
& in hoc licet poſſeſſiones ſint acceſſoriæ ad eccleſias: tamen
permutantur tanquam ſeparatę: quia fieri non poteſt quādo
beneficia permutantur iure tituli, tunc enim non poteſt fieri
ſeparatio prædicta: imo ſtatim cum confertur titulus intelli-
guntur collata prædia, & alij redditus beneficij: quia non poſ
ſunt ſeparati a titulo, de pręben. dilecto, de conſti. cum M. ſed
quando fit permutatio iure proprietatis, fieri poteſt talis ſepa
ratio. quia ipſæ cenſentur tanquam duæ poſſeſſiones benefi-
ciorum principalius: & poſſeſſiones eccleſiarum potius acce
dunt bñficiis principalib. quam ipſis eccleſijs, q̄ non ſunt am
plius tituli beneficiales, de conſtu. cum acceſſiſſent, vnde ſi-
cut poteſt monaſterium permutare vnum prædium cum
prædio monaſterij, ita & poſſeſſiones eccleſiæ, quę eſt de mē
ſa, poteſt ſeparatim ab eccleſia permutare, vt hic, quod nota,
3 quia ſubtile. Secundo quæro, ſi ex vna parte datur res, † ex al-
tera res & precium, quae ſit nomē contractus, videtur, quod
permutationis: vt in tex. Alij dicunt inſpiciendum, an preciū
ſit maior pars ęſtimationis: & tunc eſt emptio. an minor: &
tunc eſt permutatio. argum. ff. de pact. maiorem, de conſecr.
ec. quod in dubijs. ff. de ſta. ho. l. quęritur, cum concor. in pri-
ma glo. facit quarta, quæſtione 3. hermafroditus. Alij, quod
aut pretium datur, vt precium, aut vt ſpecies, ſecundo caſu fit
permutatio. argum. ff. depoſi. l. prima, §. ſi pecuniam in ſaccu
lo, primo caſu non. Ioā. And. dicit inſpiciendum. quid primo
agatur, quod placet, ſed in dubio procedit precedens dictum,
& dic, quod licet addatur hic pecunia poſſeſſionibus minus
valentibus: tamen non attenditur pecunia, ſed ipſę poſſeſſio-
nes, quę dantur principaliter: pro hoc quod no. hic in gloſ. fi.
4 Tertio quæro, † an eccleſia poſſit permutari cum decima.
Quidam quod ſic: per cap. nemini 16. quæſtione vltima. Ex
hoc inferunt, quod eccleſia poſſit permutari cum calice: quo
rum neutrum placet Vincen. quia mobilia temporaliter ęſti
mari poſſunt ſaltem conflata. duodecima, quæſtione ſecun-
da, aurum, quod procedit quo ad id, quo dixi de calice: ſed id
quod dixi de decima, procedit quando permutaretur iure ti-
tuli: ſed ſi iure proprietatis, videtur poſſe fieri, cum etiam ius
5 decimandi ſit ſpirituale. † Quarto quæro, ſi vna villa commu
tatur cum alia, an tranſeant eccleſiæ villarum cum vniuerſi-
tate. Gloſſ. vltima, quod ſic, quod intelligit Hoſtien. etiam re-
fula hincinde pecunia, quod vltimum dic verum, facta ſepa-
ratione contractuum: vt hic. Brix. in vener. vltim. dicit Tan. re
ſpondiſſe, quod ſi monaſteriū vendit caſtrum in quo hēt ec
cleſiam, non tranſit eccleſia cum vniuerſitate, cum ſit præcio
ſior caſtro. Ipſe autem Bar. videtur tenere contrarium per iu-
ra quæ alleg. glo. primum tenet Innocen. de iurepa. literis, vbi
dicit, mere ſpiritualia, vt eccleſias vel decimas non tranſire
cum vniuerſitate temporali, ſecus in patronatu, quod nō eſt
mere ſpirituale. concor. Gui. Naſo, & facit de iud. quanto 16.
quæſtione prima, ſi quis laicis. Dicit Hoſtien. ibi id verum cū
vniuerſitas transfertur in laicum, ſecus ſi in eccleſiam vel ec-
cleſiaſticam perſonam, dictum Innocen. puto verius, de quo
dico in d. c. ex literis quæſt. 4. & 5. Et in hac gloſſ. vltim. ib ff.
de fundo. dot. l. 1. fundus dotalis, qui alias alienari non poteſt:
tamē ex neceſſitate alienatur: vt ſi maritus noluit cauere vici
no de damno infecto cui dotale prædium minabatur ruina
& ob hoc vicinus miſſus ſit in poſſeſſionem, deinde iuſſus
poſſidere.

Digitized by Google

pria authoritate permutant, pais, de offi.delega.cum olim. Primo narrat proceſſum. Secundo diffinit,ibi:cum ergo permutaſſent,ideſt,de permutatione tractaſſent,vel proprie,quia B.dedit præpoſituram. Sol.& ab eo recepit archidiaconatum,ſicut permutati fuiſſent libros, vel equos,& facit J.q.prima,ſponte,ideo mitius cum eo agendū de elect.innotuit ver.multa.Hoſtien.Infeiabatur,fuit tamen probata alio modo vt ſequitur. Innocen.proponens.& mentiens,vt ſtatim ſequitur,& per alias probationes conſtitit.Innocenti.Conſtatet per teſtes,vel alio modo vel per acta iudicum,de offi.deleg.cum olim 2.Errorem.ſ.factæ permutationis.Oppono,quod non fuerit opus ferre diffinitiuam:quia in
3 confeſſo † nullæ ſunt partes iudicis.ff.ad l.Aquil.inde. Gloſſ. vltim.ſoluit,quod non ſunt partes in cognoſcendo:ſed in pnuntiando ſic,quod tenet glo.2.quæſtio.prima,nos in quemquam, & procedit hoc reſpectu confitentis,reſpectu autem conuicti ceſſat contrarium. Quæro quare Papa priuauerit iſtos beneficijs,dic,vt in glo.quę dicit quod interuenit ſimonia,quod tamen non colligitur hic.Vincent.melius dic,vt in gloſſ.vltim.ibi.ſic ergo,vſque ad fin.quia peccarunt permutādo motu proprio. Item videtur ſe elegiſſe & ingeſſiſſe, contra id,de quo de fi.presb.quoniā,& de iurep.per noſtras.Vin. tunc ergo recte procedit permutatio, quando non ex pacto partium,ſed ex authoritate ſuperioris.fit,qui de rebus permutatis arbitrio ſuo diſponit ſ.eodem quæſitum,& tunc aboletur omne vitium.ff.de his qui no.infa.furti.§.qui iuſſu.de pręben.niſi.Goffre.& pro hoc quod dixi ſuper litera in ver.com-
3 mutaſſent.Et no.gloſſ.in eo † quod dicit eccleſiam iure proprietatis poſſe pmutari ſine ſuperioris authoritate, quod dic verum,quo ad hoc quod non requiratur authoritas ſuperioris ad validandam permutationem,vt dixi ſ.cap.proxim.in 2. contrario.Et in hac gloſſ.ibi,proinde 2.in fi.vbi dicitur,quod nullæ ſunt partes iudicis in cōfeſſum,ibi l.vl.ſi dedi tibi pecuniam,vt mihi Stichum dares,& dediſti alienum : pecuniam repeto:quia illum accipientis non feciſti.

S V M M A R I V M.

1 *Deceptis,& non decipientibus ſuccurritur.*
2 *Velleianum non calliditati,ſed infirmitati mulierum ſuccuritur.*

Cum vniuerſorum.

Gratiam continet, vt dicit gl.fi.& communiter & ſic intelligitur:ideo non ſummatur. Ego autem nitor J.ſuſtinere,quod continear ius,& ſummo ſic.Si permutatio beneficiorum completa eſt ex vna parte, & per alteram eſt quominus impleatur,reſtituitur primus ad ſuum beneficium.Primo ponitur facti narratio.Secundo prouiſio ibi, cū igitur.Canonico,olim,ſed modo non:ſed dicit eum canonicum:quia cum deceptus fuiſſet ſtatim fuit reſtitutus,per ſe:ptanto h.d.quia authoritate epiſcopi poterant,de hoc c.quæſitum.† No.quod deceptis,& non decipientibus ſuccurritur.
1 Oppono,ad hoc 16.quęſtio.prima,ſi cupis,vbi non refert decipere vel decipi.So.vt ibi,& de hoc,in gl.4 & in ea §. verba. ibi habetur ad literam,ibi,ſi ſine,ſi mulier paſſa eſt virum res ſuas obligare quaſi proprias non iuuatur † velleyano, quod
2 infirmitati,nō calliditati mulierum ſuccurrit.ibi,ſi is, de hoc de conſue.ex parte. Secundo oppono,quod ex alio capite debuerit vitiari permutatio,quam ex eo,quod in textu dicitur. Nam in permutatione beneficium vnius confertur alteri, & econuerſo,hic autem collatum eſt tertio.Dicit Innocentius quod ſi conuenerant,quod G.prębēdam ſuam daret cuidam conſanguineo L. & ipſe L. præbendam ſuam daret illi G. ad contrarium dic, quod iſta non erat proprie permutatio, ſed largo modo.Tertio oppono ad hoc,quia ex facto G.& L.nō deberet teneri conſanguineus L.Soluit Innocenti.quod iſte fuit conſcius& fauor illicitæ permutationis.Quarto oppono quod non debuerit G.reſtitui ſ.cap.proximo. Gloſſ.penultima ſoluit quod hoc fit; quia alter non renunciauit. Ex hoc dicit quod G. de iure potuit repetere ſuum beneficium : ſed ta,quod etiam vult glo.penultim..ibi, ſed non eſt verum : qa alter non renuntiauit,tamen ſecundum Innocent.iuſtius videtur quod L.qui fuerat deceptor priuaretur,ſed ſecundum eum etiam iuſtum erat vt G.reſtitueretur,licet eſſet puniendus:quia ſimoniace renuntiauerat,reſignatio tamen non tenuit:quia ſimoniaca,idem no.ſ.de renun.ſuper hoc,in gloſſ. quæ pro expenſis,nec tenuit collatio beneficij facta ſimoniace.argum.prima quæſtio.prima,ordinationes,ſecundum Innocentium,pro hoc J.cap.proxim.quod non bene probatur hic. Nam poſſet intelligi taliter, quod collatio vel renuntiatio fuit vitioſa reſpectu ſimoniæ. Ego dico, quod de iure poteſt defendi,quod hic dicitur,poteſt enim intelligi,quod præbenda G.fuit aſſignata conſanguineo L per ſuperiorem:quia non dicitur hic,quod authoritate propria permutauerit, ſed ſolum,quod tractare ceperant de permutatione,quod facere poſſunt,licet non permutare,ſecundum glo.licet prima glo. ſentiat contrarium:ſed primum verius,vt dixi ſ.cap.quæſitū, in 2.contrario,hoc tamen quod præbenda G.fuerit aſſignata conſanguineo L.per ſuperiorem repugnat literæ ibi,per ſe nō poſſent permutare,quę facit pro intellectu prius dicto, quod contineat gratiam,ſed etiam ſi intelligimus quod ſine ſuperioris authoritate fuit facta collatio, adhuc idem dico, quia ex quo actus permutationis non fuit completus ex vtraque parte,non eſt locus c.præcedēti,& nulla ratione poſſet L.priuari beneficio ſuo.ergo multominus G.quia deceptus,& cæ. vt in tex.& ad c.quod in dubijs,alleg.in gloſ.penultim.in fin. dic,quod loquitur quando renūtiatio eſt perfecta,quo ad renuntiantem. vt quia renuntiat ex toto ſine vlla tacita conditione, tunc enim, etiam ſi renuntiatio ſimpliciter non valeat:vt quia renuntiat in manibus non legitimi ſuperioris:valet tamen in præiudicium renuntiantis:vt ibi,ſecus ſi non eſt perfecta,vt hic,quia fit ſub tacita conditione,vt etiam alter renuntiet.& compleatur permutatio,pro hoc quod dixi de pręben.inter cætera,in 1.contrario,ſed illud facit contra,quia dixi ibi, quod beneficia reſignata cauſa permutationis vere vacant, ſed pro præcedenti dicto facit de pact.cum pridem, & quod ibi dixi.& ſaltem quo ad commodum alterius permutantium,qui non adimpleuit permutationem:& ex parte ſua non poteſt dici,quod teneat permutatio.per l.primā,alleg.de iure, quod a prębenda B.amoueatur detentator iniuſtus, ex quo permutatio non fuit completa ex facto.L.a.quo L.detētore habuit cauſam, quia cōtēplatione L. iſte B. renuntiauit C.c.ex placito,& l.cum præcibus,& no.J.c.proxim.Et in hac glo.penultim.ibi §.hęc autem omnia,ſolemnitas inſtrumētorum ibi ſtatuta in ciuitatibus locum habet non in agris vbi multa hominum ſimplicitas,ibi l.2.vide hanc,& §.doli.J.alleg.de ap.ad audientiam,no.1.ibi §.fin.ſubuenitur his, qui ob ætatem,ruſticitatem, vel ſexum lapſi non ediderunt, ibi,tanta,vbi de hoc,ibi,quemadmodum,vide de ele.coniu.diuerſis contrario 2.ibi,rebus agitur præſcrip.verb.vbi res data eſt certa lege,cui non pareatur.Et in fi.& erat hæc decre.in tertia cōpilatione,in ti.de pręb.Op.ad prædicta,ꝙ non de iure, ſed de gratia fuerit iſte auditus,per literam,in eo, quod dicit, quod ſibi tribuitur via propter ſimplicitatem,dic paratur ſibi quia forte potuiſſet contra eum ad priuationem procedi. ſed non ex ratione : quia permutatio poſſet approbari in eius pręiudicium,ſicut approbatur ſ.c. proxi. Nam, vt prædixi,hic non erat completa.Item ex alio parcitur B.quia videbatur non audiendus tanquam allegans turpitudinem ſuam.Auditur autem ne alter remaneat ſuperior in dolo,pro hoc eſt,quod nota.de excep. dilecti,& iſta litera ibi,deceptis, & non decipientibus. Ex his poteſt dici, quod licet in aliquo videatur continere gratiam:tamen etiam de iure ſuſtinetur,ſaltem in ratione ſui,ſecundum prædicta.

S V M M A R V M.

1 *Vngaria foditur ſal in montibus,& fiunt fruſtra ſicut de ipſo.*
2 *Sententia ferri non debet ſub conditione.*
3 *Vexationem ſuam redimere quando alicui liceat.*
4 *Spiritualia an poſſint cum temporalibus permutari.*

Actiones

Digitized by Google

promiſſum, vel proprie,& melius ob id, concor. de elect. qua-
liter,& ibi expoſui. Nota, quod poſſunt impetrari literæ Apo
ſtolicę ad commorantem in loco ibi, commorantem, ſecun
dum Ioan. And. hoc no. pro literis, quę impetrantur ad com-
morantes in loco vbi eſt ſtudium. Et in hoc aduerte, quod
hoc c. emanauit poſt c. nonnulli, de reſcri.& quod valeat cō-
miſſio, no. de reſcrip. ſtatutum §. cum vere, lib. 6. Secundo no
ta, quod iudex poteſt eſſe arbiter, ibi, arbitros, de hoc de arbi.
2 cum tempore. Tertio not. ibi, quod ſi, quod † ſententia ferri
non debet ſub conditione,& dicit Phili. quod licet ferri non
debeat, lata tenet 3. q. 6. biduum,& hoc tenuiſſet ſi aliud non
obſtitiſſet,& de hoc dico de ap. præterea 2. contrario primo,
& 2. Et ex hoc no. quod ſententia ſub conditione ipſo iure re
probata non tenet, nec tunc ſecundum Abb. authoritas iudi-
cis excuſat, hic enim reprobatur arbitrium, & permutatio, q̄
per ipſum inducebatur. Oppono, quod arbitrium valere po-
tuerit, nam poſſibile eſt, quod præpoſitus habebat ius in iſtis
decimationibus,& de facto moleſtabatur,& ſic licuit ſibi re-
3 dimere † ſuam vexationem ℑ. de ſimo. dilectus 1. de vſuris ca.
1. Goff. ſtat contrario, dicens, quod ſi habebat ius licite potuit
dare pecuniam: ſed monachi non recepiſſent licite. Hoſti. di-
cit, quod non conſtitit an haberet ius, quia lis pendebat. ff. de
peculio, quod debetur. Ex hoc dic, quod tunc tantum licet re
dimere vexationem dando temporale pro ſpirituali quando
conſtat de iure redimentis, ſic loquitur c. dilectus,& no. e. tit.
ad aures. Secundo oppono ad idem ſ. de arb. cum olim,& ca.
contingit,& c. pe. de preben. niſi. Solu. Hoſt. quod hic non va-
luit compromiſſum, quia fuit factum, vt in veros arbitros, qđ
fieri non potuit, de tranſact. ſuper eo. ſed ſi tanquam in amica
biles compoſitores, bene valuiſſet, vt in contrarijs, quod dic,
vt in d. c. ſi. contrarium tamen videtur dicere glo. 1. ibi, in arbi
4 tros, ſed expone. ideſt, arbitratores. † Tertio oppono, quod ſpi
ritualia poſſint cum temporalibus permutari, de pa. cum pri-
dem. So. ibi fuit abſoluta renuntiatio. Quarto oppono ad idē
ℑ. de religio. dom. conſtitutus. Solu. ibi non dimiſit epiſcopus
ſpiritualia pro illis octo denarijs. Quinto oppono ad idem ℑ.
de ſimo. tua. So. ibi pure fit receptio,& pure patrimonij obli-
gatio, ſecūdum Vincen. qui dicit, quod permutatio quando
que large accipitur pro quolibet contractu nominato vel in-
nominato vbi eſt alicuius rei per alteram præſtatio, quod et
dicit Azo in ſumma. de rerum permu. in prin.& glo. C. de re.
permu. in rub. quandoque proprie,& ſpecialiter accipitur p-
mutatio: vt quando datur certa ſpecies pro alia certa. C. de re
rum permuta. quoniam. Sed quandoque datur certa res pro
incerta vel econuerſo: vt bos in genere pro certo equo vel in
certa pro incerta, & his tribus caſibus non eſt permutatio,
ſed contractus innominatus do vt des. C. e. l. 1. vbi hoc not. in
vlt. glo.& in Spe. e. ti. §. 1. in fi.& no. quod non contrahitur per
mutatio conſenſu niſi res tradatur, de re. permu. l. 1. Et oriun-
5 tur ex permutatione † duæ actiones. ſ. actio præſcriptis ver-
bis ad intereſſe ſi non detur ab altera parte quod dari debuit.
C. eo. rebus,& condictio ob cauſam, quæ oritur ex pacto per-
mutationis re ab alterutra parte ſecuta, prius non. C. eo. ex pla
cito. ff. de pact. iuriſgentium §. ſed etſi in alium. in fin. ſecun-
dum Vincen. Quinto oppono ad idem ſ. ti. proxim. c. 2. Solu-
vt in glo. 3. quæ dicit, quod fructus decimarum bene poſſunt
vendi,& locari,& ſic etiam permutari, ſed ius non. de hoc de
deci. quamuis. Sexto oppono, ad hoc, quia in tex. loquitur de
fructibus, ibi, decimationibus,& ibi, decimationum, quæ ver
ba ſapiunt factum. So. expone decimationibus, ideſt, iure de-
cimarum, quod præpoſitus quaſi poſſidebat,& abbas,& con-
uentus ab alio petebant, vnde ſi non habebat ius, fiebat per-
mutatio de ſpirituali ad ſpirituale,& ſic merito reprobatur, ſe
cus ſi habuiſſet ius, quod tamen vltimum dic: vt ſ. contrario
primo. Septimo oppono, ad idem ſ. de rebus eccle. non alien.
vt ſuper. glo. vltim. remittit ibi:& ibi dixi. † Quæro an poſſint
6 tradi poſſeſſiones eccleſijs loco decimarum. Glo. vltim. quod
non, per hoc c. Ad idem 16. quæſtion. 7. omnes decimæ,& de
hoc per Brixi. in dominicali 49. vbi tenet, quod ſi talis permu
tatio fieret temporaliter, vt ad decennium, tenetur eccleſia
ſeruare, etiam ſi res pro decimis permutata caſmate pereat,
Et in hac gloſſ. ibi, compilatione. 1. prima. Secundo quæro, ſi

contractibus per quos dominium vtile vel directum transfer
tur ab eccleſia in alium, videamus de feudis, in quibus etiam
tranſit vtile in vaſallum, directo retento ipſi domino, vel ali-
ter: vt ſupra titu. tertio, in rub. de materia 22. quæſtione quin-
ta, de forma.

SVMMARIVM:

1 *Vſura eſt reprobata vtroque teſtamento.*
2 *Feudum quid ſit.*
3 *Gazeria quid ſit.*
4 *Vaſallus ad quę ſeruitia tenetur.*
5 *Vaſallus ſi vult ſeruire eccleſia vt fructus computentur in ſortem, an*
ſit audiendus.

INſinuatione. Si dominus a vaſal-
lo recepit feudum
in pignus, abſtinendo ab eius ſeruitio, non te-
netur computare fructus in ſortem. Primo
ponitur dictum. Secūdo limitatio. ibi, ita. Op-
pon. quod non liceat, domino fructus ſibi ap
propriare: quia per hoc committeret ſimoniam ſ. de empti.
& ven. ad noſtram ℑ. ti. 2. illo vos. Glo. 2. ſoluit, quod hoc per-
mittitur, vt res citius perueniat ad eccleſiam, per c. 1. ℑ. de vſu-
ris,& ſic reſtringit hoc c. quando feudum tenetur ab eccleſia
pro hoc eſt ſuperſcriptio, quę dirigitur Nauricen. epiſcopo,
& hic in tex. ibi, eccleſiæ tuæ, quod bis repetitur, ſed non ap-
paret ratio ſpecialitatis in eccleſia,& c. j. loquitur in alio caſu:
vt ibi no. Alij dicunt quod hoc cōtinet gratiam, quod repro-
bat Hoſt. per verbum declaramus, pro hoc, quod no. de tem-
po. ord. c. pen. in glo. vlt. Inno. dicit, quod hoc forte eſt in odiū
feudorum, ſic ℑ. de vſur. c. 1. Nam cum non liceat alienare res
eccleſiæ niſi in neceſſitate:& feuda de gratia concedantur,&
ſic contra ius, facilius eſt eorum reuocatio, de his, quæ fi. a prę
la. cum Apoſtolica, quod non placet: quia prętextu pietatis
non debet fieri impietas ℑ. ne cle. vel mo. cap. 3. Item pro hoc
non fit immediate reuocatio ad ius eccleſiæ, vel ſecundum
Inno. hic vocat feudatarios ruſticos, qui tenent aliquas poſſeſ
ſiones, ratione quarum debent aliqua ſeruitia exhibere,& qn̄
fructus non multum excedunt valorem ſeruitij, alioquin eſ-
ſet contra mandatum domini, mutuum date,& cęt. pro hoc,
quia in vſuris non fit diſpenſatio, de vſu. ſuper eo.& ſic legen
do habet locum etiam in laico, quando vaſallus interim vult
a ſeruitio abſtinere, quod eſt diuinare:& nimis reſtringit hoc
vel ſecundum Innocen. hęc decre.& conſimiles loquuntur
eo caſu quo vaſallus illicite tenet: vt quia erant decimæ, quæ
non poſſunt infeudari; quę tamen ſine ſcandalo recuperari
non poterant,& hoc innuit ℑ. de vſu. ca. 1. ſecundum eum, qđ
tenet Goff. Sed hęc non placent Hoſt. qui etiam ex facti noti
tia dicit hęc non eſſe vera. dicit autem hoc poſſe intelligi qn̄
ſic conuenit inter dominum,& vaſallum, dic, ꝙ ſi intelligitfa
ctum fuiſſe tempore dati feudi, tollerari poſſet. Sed ſi tempo
re dati feudi in pignus non, quia eſſet pactum vſurarium, tan
quam de pluri lucrando. Item hoc eſt diuinare. Dicit etiam
Hoſt. hoc de facto non ſeruari. Refert etiam Hoſt. Raymun-
dum, in ſum. de caſibus ſub ti. de decimis §. item quid ſimiles
dixiſſe, ꝙ hoc priuilegium in colonis non reperitur expreſ-
ſum, ac ſi dicat ꝙ priuilegium eccleſię nec extendendum ca.
ſane. de priuil. quod non placet Hoſt. quia ſi committeretur
1 hic vſura, cum ſit reprobata † vtroque teſtamento, de vſuris
ſuper eo. non poſſet Papa dare priuilegium ſuper hoc: vt not.
de concel. pręb. propoſuit,& minus deberet concedi clericis
quam laicis. ar. 88. di. fornicari ℑ. de cenſi. ex parte, licet cum q̄
a ritur, an fructus ſint in ſortem computandi, a poſſit Papa de-
clarare,

ADDITIO.

a An fructus ſint in ſortem computandi. Adde quod habetur in c. conqueſtus
& in c. 2. de vſu.& in c. ad noſtram. el 1. de iureiur.& in h. j.& 2. C. de pig. ac

Digitized by Google

ad fi.1.col.ibi,hoc antem aliquid &c.quæ ratio fortius in ſecu lari quam in eccleſiaſtico feudo locum hēt, ſecundum Hoſ. dic,quod nō dicitur dominus recipere aliquid vltra ſortem. Nam abſtinendo a ſeruitijs eſt ac ſi res nō foret feudalis,quo caſu fructus eſſent domini,hoc ergo vult hęc litera,quod dominus poſſit vti fructibus rei feudalis ac ſi feudalis non eſſet: & hoc ſiue dominus ſit eccleſia ſiue alius,quia, vt dixi proxime,etiam in dominis laicis locum habet hoc c.nec debet pcipere fructus de re aliena, quo caſu tenetur eos computare in ſortem,ſed de ſua modo prędicto:& ſecundum hoc caſus
3 ſingularis.Quæro quid eſt dicere † gazeria.b.Sol.vt in gl.1.Et
b in ea ibi,theutonicum,alias gallicum.Hoſtien.dicit,quod eſt vulgare in dioce. Mauricen. cuius epiſcopo hic ſcribitur, & cui iſte obligauit quoddam caſtrum, & dicit ſe habuiſſe notum ſactum.Dicit etiam,quod eſt vulgare regni Arelatenſis, & fit ibi diſtinctio,an obligetur ibi res mobilis, & dicitur Gazium:alias vadium J.ti.1.c.1.an immobilis,& dicitur gazeria ſeu vaderia: ſicut diſtinguitur inter pignus,& hypothecam.s. de re.eccl.non alie.nulli. Innoc. exponit villam vel poſſeſſiones.Phi.exponit Gualcheria,& eſt idem quod ſulonica.ff.de vſufruct.ęquiſſimum §.vlt.quod non bene conſonat,& non refert quod fuerit id, quod obligatum fuit,dum tamen fue-
4 rit res feudalis, & fuerit obligata pignori. † Secundo quæro, ad quæ ſeruitia tenetur vaſallus,dic quod ad ea de quibus 22. q.5.de forma,& dominus etiam tenetur verſa vice vaſallo nō frangere ei fidem, alias poteſt priuari dominio, proditor tamen vel periurus dici non poteſt,cum vaſallo non faciat fidelitatem neque iuret: ſed vaſallus dicitur perfidus.i.proditor fidei:& periurus:quia iurat,& priuatur feudo 10.col.quali.feu. amit.per totum, & ſi de feu.fue.contro.c. domino committente,& qualiter dominus proprietate priuetur cap.ex facto,
5 alias eſt c.ſub rubrica de capitaneo corradi.† Tertio quæro,ſi vaſallus vult ſeruire eccleſię,vt fructus computentur in ſortem,dicit gloſ.2.quod non eſt audiendus,quod intellige domino contradicente.Nam,vt dicit Hoſt. dominus recipiēdo ſeruitium videtur huic iuri renuntiare,niſi proteſtetur. C.de iure dominij impetrando l.2.de conſti.cum M. Et in hac gl. ibi,conquæſtus,vbi de hoc.Quarto quæro,ſi erat feudum,ratione cuius non tenebatur vaſallus ad ſeruitia, dic, quod ad hoc procedit hæc litera,ſaltem enim tenebatur ad fidelitatē. In contrarium eſt hæc litera,quæ probat quod nō tenetur ad fidelitatem pendente pignore, vnde inhęrendo rigori poſſet dici,quod ſi pendente pignore committit in dominum tale quid,propter quod veniret priuandus feudo,priuabitur,quaſi interim cenſeatur non vaſallus:quod eſſet pulchrum ſuſtinere,non tamen tutum,vnde tutius eſt intelligere tex. prout iacet de feudo debente ſeruitia a quibus abſtinet dominus,ita non extendere ſuos terminos.Quinto quæro,de emphyteuta,qui obligatur domino,vel vſufructuario,qui obligatur pprietario,dicit Hoſ.principem conſulēdum:remittit ad ſummam de vſur.§.an aliquo caſu,ver.1.& ſeq.& videtur ꝙ cum ille ſit caſus ſpecialis,contra regulas iuris non ſit extendēdus, regula quæ a iure.lib.6.

ADDITIONES.

a Cum feudum ſit. Adde Hoſt.in ſum.e.ti.& doct in rub.eo.titu.
b Quid eſt dicere gazeria. Adde tex.& glo.in l.æquiſſimum in § fina. ff. de vſufructu.

SVMMARIVM.

1 *Feudum aliquando eſt perſonale, & reuertitur ad dominum mortuo vaſallo.*
2 *Iuramentum prælati de non infeudando de nouo, quomodo intelligatur.*
3 *Conſors ſuccedit in feudo per ius accreſcendi.*
4 *Ius accreſcendi quando locum habeat in vltimis voluntatibus, vel in contractibus.*

14 *Vaſallus on teneatur petere inueſtituram ab hæredibus domini.*
15 *Vaſallus committens feloniam contra dominum perdit feudum.*
16 *Prælatus an poſſit alteri infeudare feudum antiquum decimarum reuerſum ad eccleſiam.*
17 *Eccleſia an poſſit infeudare rem non feudalem occupatam.*
18 *Prælatus ſi non infeudauit infra annum feudum ad eccleſiam reuerſum, an poſſit amplius illud infeudare.*
19 *Feudum occupatum non dicitur fieri de menſa durante occupatione.*
20 *Feudum quid ſit.*
21 *Feudum vnde dicatur.*
22 *Feudorum genera ſunt quatuor.*
23 *Feudorum multiplex partitio, & nu.24.25.*
26 *Vaſallus Baronis requiſitus à Rege, an illum iuuare teneatur contra baronem.*
27 *Infeudare quis poſſit.*
28 *Infeudari qui poſſit.*
29 *Feudum qualiter acquiratur.*
30 *Feudum non tranſit ad cognatos, nec ad fœminas.*
31 *Feudum ad quos filios non tranſeat.*
32 *Feudum qualiter perdatur.*
33 *Vaſallus an poſſit infeudare.*
34 *Vaſallus an poſſit feudo renuntiare.*
35 *Vaſallus ſi dat feudum in dotem an teneat.*
36 *Feudorum liber an ſit authenticus.*
37 *Fridericus imp. fuit damnatus per Inno.4. in concilio Lugdunenſi.*
38 *Feudorum negotia quo iure decidantur.*
39 *Iura Romana vnde originem ſumpſerint.*
40 *Decretorum volumen quomodo dicatur approbatum.*

Ex parte. Ponit tres caſus in quibus non obſtante iuramēto de non infeudando,poteſt eps antiquum feudum nouo vaſallo concedere. Communis di-
2 uiſio. Secunda ibi,in primo. No.ꝙ feudum † aliquando eſt perſonale, & reuertitur ad dominum mortuo vaſallo, vt hic in prin.& 10.col.qui.mo.feu.conſt.poteſt c.1.facit J.ɔrio 1. qd etiam cōtingere poteſt ex alio:vt ſi deceſſit vaſallus ſine filijs maſculis,quamuis.n.tranſeat ad hæredem, non tamen ad fęminam 10.col.de gradib.ſucce.in feudo c.1.niſi in conceſſio-
2 ne ſit expreſſum,vt ibi.Secundo no. † ꝙ prælati iurant a non
a infeudare de nouo,& dicit Inn.ꝙ hoc iuramentum intelligitur.i.ꝙ non conſtituant rem feudatariam, & dic ꝙ hoc cauere etiam debet quilibet rector 10.col.epm vel abbatem in ru-
3 bro & nigro.† Tertio no.ꝙ conſors ſuccedit in feudo per ius
b accreſcendi,b quod dicit gl.3.dic melius ꝙ in feudo non hēt locum ius accreſcendi,niſi inueſtitura ſit facta eo pacto.vnde ſi duo fratres ſunt inueſtiti de vno feudo nouo, pars decedētis non tranſit ad fratrem,ſed reuertitur ad dominum 10.col. ti.1.ver.qui etiam,nec hic dr̄ ɔrium. Non enim quæritur an tranſeat ad conſortem:ſed an poſſit inueſtiri,& ſic potius probat ɔrium. Item Papa in reſponſione nil dicit de conſorte,ge-
4 neraliter aūt quādo locum habeat ius † accreſcēdi in vltimis voluntatib.vel in ɔctib.dic,vt C.de cadu.tol.l.1.§.is ita,& quādo non petentium partes l.1.vbi per Cy.& Bald.plenius.ff.de leg.3.l.re coniuncti,per Bar.& aliquid dico J.de teſta.requiſiſti,in prin.in 4.no.Et expone in tex.hic cōſortem.i.parem ſocium aut cohęredem.Quarto not.tres caſus quib.prælatus li-
5 cite infeudat,quartum habes J.de don.per tuas.Op.ꝙ † feudum non debeat reuerti ad dominum, ſed tranſeat ad hæredem vaſalli 10.col.de gradibus ſucceden.in feudo,c.1.& qui.mo.feu.acqui.circa prin.So.hic loquitur de feudo temporali quod non tranſit in hæredes:vt in pręal.ti.qui.mo.feu.acq. & s.no.1.vnde dicit Hoſt.ſecus in perpetuo & paterno, quod
poteſt

ADDITIONES.

a Prælati iurant. Adde c.fi.de ec.ædi.
b Per ius accreſcendi. Adde Bal.in c.1. de fra.de nouo inueſt.idem Bald.in l.ſi mihi,& tibi.de ver.ob.

Digitized by Google

litat filium.quia delicta debent tenere ſuos authores,de his,q̃
ſi.a ma.par.ca.quæſiuit.Item non fundauit ſe filius ex iure pa
terno,ſed ex noua inueſtitura,& per hoc expeditur gloſſ.vlt.
vſque ibi,de hoc.Et in hac gl.pe.ibi,opus nouum,de no.ope.
nun.c.a.in 3.glo.& in d.l.vlt.ibi,adoptiuum,in fi. vbi libertus
patronum,qui deliquit,vocat in ius ſine venia: ſed filium in-
nocentem non,ibi §.nullum,vbi ex delicto patris non impo-
nitur pœna filio,vnde ab ordine decurionum vel honoribus,
propter hoc non prohibet,ibi §.ſi plures,vbi parente damna
to eo caſu,quo bona damnantur,habetur ratio liberorum,ne
innocentes pœnam luant,vnde quandoque dimidium quandoq;
totum habebunt,ibi,quæritur,vide de procur.tuæ 2.ↄ̄tio ibi.
dino.quorum patres non torquentur, nec filij vſque ad pro-
nepotes,ſi tamen liberos prioris gradus nulla macula attrin-
git,& in hoc vltimo eſt contra,ibi,iura,vbi liberi patroni dam
nati perduellionis vel alia cauſa iura libertorum retinent,ibi.
ff.e.ſ̄.de iurep.ibi,qui ↄ̄ legem. ſ.eliefeentiam ad iuſiurādum
coegit libertum nil iuris habet in ſucceſſione liberti,nec ipſe
nec eius liberi,& de hoc ibi in glo.Sed quo ad hoc,quod hic
dicitur,dicit Goff.recurrendum ad conſuetudines,& conſti-
tutiones fuedorum.Hoſti. remittit ad ſumm.e.§.qui.mo.vel
cau.feu.amit.in fi.ſed plenius no.in Spe.e.§.vlt.in prin.Dy.in
regula non debet.lib.6.dicit,ꝙ ſi feudum eſt paternum,priua
tur:ſi autem eſt proueniens a rerum natura, vel genere vlte-
riori,non priuatur.ff.de interd.& rele.l.3.ſed,vt prædixi filius
hic ſe fundabat ex noua inueſtitura,& præſupponitur, ꝙ feu-
dum reciderat in poteſtatem domini.Tertio opp.in eo,quod
in tertio dubio dicitur,ꝙ feudum erat alienatum, & non po-
terat recuperari per dominum , nam ipſo iure recuperatum
erat,quia vaſallus ceciderat a feudo,vt dixi in præce.ↄ̄rio. Sol.
Inno.ꝙ non poterat recuperari.ſ.de facto, pro hac ſolutione
eſt tex.ibi,facile recuperare,quod refertur ad factum, fatetur
tamen Inn.ꝙ de iure ipſo facto ceciderat a feudo. Ex hoc no.
7 Abb.hic determinari dubium illud,an alienans † feudum ip
ſo iure cadat a feudo:an per ſententiam, dic, enim ꝙ ipſo iu-
re ſecundum Inno. de hoc etiam ↄ̄.q.8.ſed quandoque vaſal-
lus alienat, & in inſtrumento apponit clauſulam , ſaluo iure
domini, quo caſu, ſi tradit ſine licentia domini, non excuſat
talis poteſtatio quin incidat in commiſſum,vt dicit Bald. 10.
col.quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi §.denique,quia
cum non ſit denuntiatum domino,videtur clam fieri,& per
conſequens contemni,& pro hoc ſ̄.de iureiur.eam te. Secus
dicit Bald.in d.§.ſi adijcit illa verba,nec aliter vel alio modo,
quia tunc non intendit alienare niſi hoc poſſit,cum hoc ſal-
uo,quod dic,vt ibi.Et videtur etiam quod ſi non apponãtur
hæc verba,nec aliter nec alio modo,tamen illam verba,ſaluo
b iure domini,b hæc important.ar.de eo qui mit.in poſſ.cap.1.
ibi,ſaluo iure.de ver.ſig.venerabili,in prima gloſſ. ff.qui.mo.
pig.vel hypo.ſolu.ſi debitor §.1.& maxime hoc caſu quo agit̃
de pœna alienantis,vt fiat mitior interpretatio.regula in pœ-
nis,lib 6.Et ad c.eam te.dic,vt ibi dico,& dic,quod non vide-
tur dominus contemni:quia illa clauſula,ſaluo iure domini,
habet hunc ſenſum,niſi dominus contradixerit, pro hoc fa-
cit clauſula,cum quis appellat viua voce,ſaluo iure appellan-
di in ſcriptis,quod dico de ap.directe.Quarto op.quod in quo
libet trium caſuum de quibus hic , infeudationi obſtet iura-
mentum de non alienando poſſeſſiones de menſa,quod præ-
ſtant prælati,de re.ec.non alie.vt ſuper. Sol.Inno quod nullo
caſuum hic poſitorum poſſeſſiones ſunt de menſa, pro hoc,
quod dixi in d.c.vt ſup.Venio ad q.& primo expedio aliquas
circa literã,& hoc vſque ad q.14.deinde generaliter quæro de
8 aliquibus ad materiam ti.Quæro,an † quando prælatus iura-
uit,non infeudare ſine licentia Papæ,poſſit legatus eam con-
cedere.Spe.ti.2.§.conſequenter,ver.cæterum, dicit quod nõ,
facit quod no.de præben.pro illorum,in fi.glo.antep. Secun-
9 do quæro,† ſi prælatus inferior epiſcopo iurauit non alienare
inconſulto epiſcopo,an legatus poſſit hanc licentiam tribue
re,de hoc in Spec.loco præal.vbi tenet quod ſic,ſi epiſcopus
eſt de ſua legatione,alias nõ.Sed videretur q̃d ſolus Papa poſ
ſit,cum inferior Papa non poſſit ſuper iuramento diſpenſare
de iureiu.quanto,vbi de hoc. Primum verius,ex quo iurauit

quod alias talis infeudatio non valeat , eſt, quia cum hic per-
mittatur feudum renouare, debet intelligi ſub antiqua, non
autem ſub noua forma , de iudæ. conſuluit,prælato vero per-
mittitur feudum innouare,vt hic,non autem de nouo infeu
dare:quia ſic iurat,pro hoc 10. col.epiſcopum vel abbatem c.
vno,in prin.& hoc maxime procedit,quando feudum eſſet
auitum concernens totam agnationem,tunc enim in præiu-
dicium maſculorum non tenet talis alteratio. 10.col. de ſuc.
feu. §. hoc quoque . Quæro, ſi vaſallus dat minorem partem
11 feudi in libello †.Gloſ.ſecunda,dicit quod propter hoc non
perdit feudum.Et dicunt Pe.& Ab.hoc quod dixi de libello
eſſe vulgare mediolan.de quorum conſuetudinibus fuit fa-
ctus liber feudorum,& forte ſumitur pro ſcriptura:quia ſæpe
cum ſcriptura fit ille ↄ̄tractus,& ſecundum Pe.eſt emphyteu
ſis,vel ſecundum Azo.libellus eſt locatio vſque ad 30.annos,
renouando de 30.in 30.quod nota,in ſumma. C. locati.& de
hoc.C.de ſacroſanct.eccle.auth.ingreſſi.& dic, vt dixi de loc.
12 potuit, quæſtione quarta.Oppono ad hoc:quia † etiam ſi par
b tem vendat a vaſallus ſine conſenſu domini,feudum amittit.
decima col.de prohi.feu.alie.imperialem §.habito.Sol.gloſ.
ibi,& communiter omnes dicunt,quod perdat ſolum illam
partem,decima col.de vaſallo,qui contra cõſtitutionem Lo
tharij cap.primo,vbi hoc probatur, quod etiam tenet Hoſti.
in ſumma.e.§.quid hodie,in princip.& hic,dicitur autem va
ſallus alienare ſi dat in emphytheuſim vel libellum,quia hoc
eſt alienatio.de rebus eccle. non alienan. nulli.Auth. de non
alienan.aut permu.rebus eccleſi.§.alienationes,quod tenent
gloſſ.& Iaco.de Bel.in dicta lege imperialem,poſt prin.Quin
to quæro , quid eſt dicere , quod feudum tribuat vaſallo qui
per eccleſiam recognoſcat, dic , quod eſt , quod recognoſce-
bat ſe habere ab eccleſia quod nõ recognoſcebat detentator:
propter quam cauſam licet eccleſiæ transferre in potentio-
rem,vt hic . Sexto quæro circa hoc,ſi vaſallus non alienauit:
ſed non vult pro epiſcopo facere feſtucam , dicit Hoſtienſi.
quod eodem modo licebit epiſcopo infeudare potentiori,q̃
ab illo reuocet,& ab eccleſia recognoſcat . Oppono ad hoc:
13 quia prohibita † eſt alienatio c in potentiorem , de alie.mu.
c iud.cauſa fa.lege prima,ſecunda,3.& quarta.Nec licet clericis
etiam quo ad patrimonialia vel alia ſ̄.de alie.mu.iudic. cauſa
fac.capitulo primo,& ſecundo. Dicit Hoſtienſis,hoc ſpecia
le ĩ eccleſia,vt hoc caſu poſſit,ne exhæderetur ab antiquo feu-
do,& de hoc per eum in ſumm.de alien. mu.iudi.ſub rubrica
de conceſ.acti.dic quod hoc caſu non habet locum titulus,ne
liceat. Non enim poteſt detentator dicere ſibi factum præ-
iudicium, ex quo ius non habet in feudo:vnde nec tantum ec
cleſiæ , ſed etiam alteri domino feudi licet ſibi prouidere
14 modo prædicto . † Septimo quæro, an vaſallus teneatur pe-
tere inueſtituram ab hæredibus domini,dic quod ſic intra an
num & diem,vt dicit gloſſ.vltim.alias perdit feudum:vt dicit
eadem gloſſ. & hoc niſi excuſetur propter cauſas de quibus
decima collatio. quo tempore miles inueſtituram petere de
beat.c.1.& inter cætera enumerat ibi gloſſ.excommunicatio-
nem domini:quo tempore excuſatur ne communicet domi
no,& eſt glo.ſingu.& intellige quod locum habet pœna præ-
miſſa in eo quod poſſidet feudum,alias ſecus,vt nota. Guliel.
de cu.& Bald.C.de rei ven.ſolemnibus, quod eſt notandum.
& pro hoc allegant.C.de cenſi.forma §.ſi cum ego.Dicit etiã
quod præmiſſa pœna nõ committitur ipſo iure:ſed eſt opus
ſententia:quia non perdit vaſallus feudum ſine certa & con-
uicta

ADDITIONES.

a Saluo iure domini Adde Cardin.in capitu.quæ in eccleſiarum.in 13.quæſt.
de conſti.

* In facto.Adde quod eſt conſ.34.inci.circa primum.vbi de hoc.B.S.

b Si partem vendat Adde nota.in capitulo primo de alienan. feu.in vſi. feu-
dorum.

c Prohibita eſt alienatio . Adde limitationem ad titulum de alie. iud.mu.cau-
ſa facta.

Digitized by Google

cto:videtur quod non : quia in decimis eſt ſpecialis prohibi-
tio,infra de deci.ad hæc.& c.quamuis.& c.prohibemus,& ſic
venire nõ debent ſub generali conceſſione,per quam permit
titur hic feudum antiquum renouare.de offi.vica.cum in ge-
nerali.lib.6. Contrarium puto, quia in decimis ſolum prohi-
betur quod non infeudentur de nouo poſt concilium latera-
nen.vnde puto quod potuerunt infeudare etiã laico. Caueat
tamen prælatus a fraude,ne aſſerat decimas conceſſas ab anti-
quo,cum non ſic eſſent:quo tamen caſu cui incumbat proba
tio:dic vt in ſequenti.q.& dixi de his quæ fi.a præla. cum apo-
ſtolica. In contrarium videtur quod non poſſint transferri in
laicum,per id quod dico in d.c.prohibemus,q.2. Dic quod ip
ſe laicus vaſallus nõ poteſt transferre in alium laicum: vt ibi:
ſed epiſcopus talem feudum reuerſum ad eccleſiam poteſt,
per præmiſſa. Obſeruatur autem, quod quando laicus vult feu
dum in alium transferre,renuntiat feudo,& epiſcopus illum
inueſtit cum quo renuntians conuenit:& ſic eſt in effectu ac
ſi ipſe laicus transferret de licentia epiſcopi. Eſt tamen in hoc
differentia : quia ſi laicus renunciat feudo feudum remanet
paucioribus perſonis obligatum,quam ſi alteri infeudat. Vn-
17 decimo quæro † an hoc cap.in eo quod permittit eccleſiam
infeudare rem feudalem occupatam,locum habeat in re non
feudali, hæc queſtio fuit hic Paduæ : & dicebant quidã quod
ſic.contrarium conſuluit Ioan. And. hic tunc legẽs.quamuis
enim prælatus non poſſit recuperare,non deeſt ſibi iuſtitia,vt
recurrat ad eccleſiam romanam, alias poſſet fieri fraus : quia
prælatus uolens amico infeudare prædium,procuraret ſe ſpo
liari ab aliquo potente, quod placet , quia hic non permittur
inſidere feudali,& in nõ feudali,obſtat tuſnt de nõ infeudãdo
b & de nõ alienãdo de nouo,per hoc,in eo quod dixi quod poſ
ſet fieri fraus, Dic quod ad probandum quod res ſit ſolita in-
c feudari:nõ ſufficit qđ prælatus hoc aſſerat in inſtrumẽto:alias
de facili poſſet infeudare bona non ſolita infeudari: ſed opor-
tet quod legitime probetur quod ſolita eſt infeudari , quod
not.Bal.10.col.tit.1.in prin.ſeu in prohemio.verb. tertia diui
ſio,& hoc, quia quando partes non poſſunt expræſſe renun-
tiare ſolemnitati,ad eam probandam non ſufficit partium aſ-
ſertio,ſed opportet quod expreſſe probetur,quod no. Bald.ff.
de ver.ob.ſciendum.ſic ẽt ad probandum verſum in vtilitatẽ
eccleſiæ,non ſufficit confeſſio prælati. quod dico de fideiuſſ.
quod quibuſdam.q.12.& hæc no.quia ſæpe accidunt. Duode
d cimo quæro,ſi feudum reuerſum d ad eccleſiam non infeu-
dauit prælatus intra annum,dicit Archi.35.q.8.c.1.quod am-
18 plius non poteſt infeudare † quia conſolidatum eſt menſæ,
per illud.c.vbi dicitur,nouæ nuptiæ quæ intra annum contra
ctæ ſunt.ad idem.ff de publi.& vecti.l.fi.§ quotiens. vbi man-
cipia dicuntur nouitia quæ nondum anno ſeruierunt. ſed an-
no completo dicuntur vetera.Bar.C.de bo.vacan. ſi vacantia.
lib.10. dicit quod tunc tantum dicuntur de menſa quando
per officiales ad hoc deputatos deſcripta ſunt in libro aliorũ
bonorum menſalium,per dictam,l.2.eo.ti.ſi quando,vel quã
do prælatus hoc declarauit quod ſint amodo de menſa,quod
eſt notandum: tamen illę.ll.hoc non probant,ſed tantum tra
dunt formam incorporandi bona fiſco. Dic quod ſtatim vt
percipit fructus talium bonorum eo modo quo percipit de
alijs bonis menſalibus,videtur velle incorporaſſe mẽſę: quia
tamen nullũ tempus eſt traditum intra quod poſſumus hæc
coniecturari,ſatis poteſt teneri quod primo dixi , quod ſi per
annum completum tenuit,recipiendo fructus, ſicut de alijs,
poſt annum deſinat eſſe feudum de nouo reuerſum , & cen-
ſeatur de menſa.per d.c.1.35.q.8.& dictum.§. quotiens , & ꝙ
ipſo facto bona applicentur menſæ: bene probat c.vt ſupra.de
re.eccle.non alie. In dubio ergo præſumamus applicatũ men-
ſæ,ex quo prælatus aliquanto tempore tenuit ad manus ſuas,
ſaltem quo ad hoc vt in hoc dubio prælatus non alienet, vt
ibi. Sed ibi non loquitur in ſolitis infeudari,eadem tamen ra
tio eſt in eis,quia ex quo prelatus per totum annum fructus
in ſuos vſus conuertit,† præſumitur voluiſſe applicare menſæ,
quæ nota ſingulariter. Nam vidi conſilia magnorum contra
ria,ſed quod dixi tutius eſt,& verius,& procedit niſi appareat
de menſa,etiam ſi aliquando reperiantur,quod intelligo niſi
poſtquam ſunt reuerſæ teneantur toto integro anno ad ma-
nus prælati,per ea,quæ dixi in proxim.quæſtione.vel etiam ſi
intra annum prælatus faciat eas ſcribi inter menſales: vel de-
claret,quod deinceps ſint de mẽſa,per prædicta,quæ no. quia
vtilia,& facit ad hoc quod dixi de rebus eccle.non alienan.vt
ſuper. Decimoquarto quæro, circa materiam feudorum,de
alquib.qd ſit feudum,vnde dicatur,q̃ ſit diuiſio feudorũ,quis
poſſit infeudare , cui poſſit infeudari, qualiter acquiratur, &
qualiter perdatur, & an liber feudorum ſit autenticus. Quę
20 ro itaque quid ſit feudum. Dic quod eſt beneficium,ideſt,be
niuola actio tribuens gaudium capientibus,& capiens tribuẽ
do,in id quod facit prona,& ſponte ſua parata 10.col. quibus
cau.feu.amit.cap.vno §.in primis,& ibi ſubditur,quod huius
generis ſpecies quędã eſt beneficium quod ex beniuolentia
alicuius datur,directo dominio rei immobilis remanente pe
nes dantem , & rei fructu tranſeuntire ad accipientem & eius
hæredes maſculos & fœminas , ſi de eis nominatim dictum
fuerit,& in perpetuum: ita vt ob hoc vaſallus & hæredes do
mino ſeruient prout fuerit expreſſum. Diffinitur & aliter per
Hoſt.in ſum.eod §.quid ſit feudum,vel dic quod feudum eſt
beniuola actio tribuens gaudium capienti cum retributione
ſeruitij , ſed hoc non comprehendit naturam diffiniti. vn-
de dic vt prius,quia non eſt recedendum a tex.qui tradit præ-
21 cedentem. † Decimoquinto quæro,vnde dicitur feudum.
f f dic quod a fidelitate , vel a fide. Non enim debet aliqua in-
ueſtitura fieri ei qui fidelitatem facere recuſat.10. collat. per
quos fiat inueſti.& per quos recipiatur.c.nulla.& ca.ſe. §.hęc
autem.niſi feudum ſic ſit acquiſitum vt de ipſo non præſte-
tur fidelitas,vt ibi dicitur,& dic quod licet in quibuſlibet cõ-
tractibus exigatur fides,quæ eſt dictorum & factorum conſtã
tia & veritas,vt dicit Cicero officiorum primo,pro hoc.ff. de
pac.l.1.C.de act.& obli.bonã fidẽ.& no.de excep. cũ venerabi
lis.in gl.3.tñ per excellentiã conſiſtere debet in feudis in qui-
bus dñs quodammodo totaliter cõmittit ſe vaſallo quoad
perſonam honorem & bona : & econuerſo, 10.col.de forma
fidelitatis.c.1.ſicut ẽt fideicõmiſſum dicitur a fide:vt no. Azo.
in ſum.C.de fideic.vnde eo caſu quo vaſallus propter feloniã
priuaretur feudo:dñs ẽt ꝑp feloniam cõmmiſſam in vaſallũ
priuabitur proprietate.10.col.qualiter dñs proprietate priue
tur.c.vno.& facit dictum c.1.de forma fidelitatis,& ibi etiam
not.in gl.quæ in iſto, & 32.q.5.de forma.in gl.fi. Contra iſtã fa
cit quod no.de iureiu.breui.vbi dico. q.4.ſed primũ verius vt
22 ẽt ibi dico.† Decimoſexto quæro,quæ ſit diuiſio feudorum.
Dicit Ia.de ardizone in ſum. de feudis , quod genera feudorũ
ſunt quatuor , quoddam eſt quod tranſit ad deſcendentes &
collaterales,& appellatur feudum paternum. 10.col.de natu-
ra ſucceſſionis feudi,primo rñ.quoddã quod tranſit ad filios
tantum,& ad collaterales,& non ad filias , niſi ſpecialiter di-
ctum ſit.de gradibus ſucceſſionis in feudo.§.his deficiẽtibus.
& §.ſe.& de fratribus de nouo beneficio inueſtitis,c.1. hoc ap
pellatur feudũ nouũ,vt ibi,quoddã ꝙ trãſit ad extraneos , qñ
cõceditur ea lege vt vaſallus & cui dederit habeat.10.col. hic
incipiũt cõſuetudines regni. c. hæc ſunt capitula §. ſi quis ea
lege.& trãſit tũc ad extraneũ ſi ſpẽaliter vaſallus cõceſſit extra
neo.aſs nõ.arg.in Au: h.de nuptijs.§.ſoluto,quoddã eſt qđ nõ
trãſit ad aliquos hrẽdes:puta regnũ: marchia,ducatus:comita
tus: licet ſit vſurpatũ vt filij ſuccedãt:vt in ti.de alien.feud.ca.
vno.i fi. Et de feudo marchie:ducatus : & comitatus. pro hoc
de elec.venerabilẽ.vbi de imperio idẽ dr̃. Et dic ꝙ qñ trãſeũt
talia feuda marchie:vel ducatus ad hrẽdẽ,trãſeũt ad primoge-
nitũ,nec diuiduntur in alios.10.col.de proh.feu.alie.imperialẽ
§.præ-

ADDITIONES.

a Cõmittit feloniã. Adde.§.ſi quæ fuit prima cau.benefi.amit.& in c.1.qualiter dominus proprietate priuetur.in vſi.fu.
b De feudo antiquo decimarũ. Adde circa iſtã materiã cõſiliũ Cal d li.1 ti.de.
c De non alienando de nouo. Adde Io. And.in c ſi de ec.ædifi.
d Prælatus hoc aſſerat in inſtrumẽto. Adde Fed.de ſen.conſ.89.in fi.
e Feudum reuerſum. Adde Io.de Imo & Barb.in c.vt ſuper de re.ec.non alie
f Durante occupatione. Adde doct.in c.cum apoſtolica.de his quæ fiũt a prel
g Vñ di feudu. Adde bal.i præl.feu.lo.ramal.i rep.c.præterea.de proh.feu.ali

Digitized by Google

recipiatur c.1.§.nouo Maternum ſiue fœminum dr̃, quod p
fœminam eſt acqſitũ 10.col.de beneficio fœminæ c. 1. Itẽ feu-
25 dorum † aliud habet naturam feudi, aliud non, primum dr̃
id de quo vaſallus nõ põt diueſtiri ſine culpa 10. col.tit.1.c.1.
ubi de hoc in gl. vlt.& quod trãſit ad hæredẽ, nec põt alienari
& in quo locum habẽt iura de feudis loquẽtia. Sed feudum
nõ habẽs nãm feudi dr̃ id quod datum eſt vaſallo: aut cui de-
derit: vt in ti.de feudo nõ habẽte nãm feudi.c.vno,& hoc ca-
ſu põt vaſallus alienare ſine licentia dñi,& ſine pœna.d.c.vno
qđ no. Itẽ feudorum aliqđ eſt cum fidelitate, aliud ſine. hęc tñ
diuiſio coincidit cũ vna data ſuperius cũ dixi qđ aliud ꝯditio
nale, aliud non. Item feudorũ aliud reale qđ trãſit ad hæredẽ:
vt in, titu.de duob. fratribus accipiẽtibus inueſtituram c.vno.
Aliud ꝑſonale, qđ ꝯceditur ad vitã alicuius. Itẽ, aliud francũ,
aliud nõ. hæc diuiſio ꝯcidit in illam, qđ aliud cum fidelitate,
aliud ſine. Item quoddam eſt ligium, vbi iuratur fidelitas ꝯ
omnem hoĩem, qđ ꝓprie nõ ſuſcipitur niſi ab eo qui nõ reco
gnoſcit ſuperiorẽ de facto. Aliud non ligium, in quo ſupior
excipiẽ, de hoc no. de iud.cle. paſtoralis. ver. rurſus in gl. de ho
magio, ꝑ hoc deciditur quæſtio ſequens. Item, feudorũ aliud
eccleſiaſticũ, aliud ſeculare. Et eccleſiaſticũ eſt triplex. quod-
dam, quod daẽ ab eccleſia, quoddã, qđ ſuſcipiẽ ab eccleſia. ter
tium, qđ daẽ, vel ſuſcipiẽ a clerico: vt ĩ ti. de lege corradi. alias
ſub ti. de clerico qui fecit inueſtituram, poſſent, & aliæ diui-
ſiones fieri. Decimoſeptimo quæro circa id, qđ dixi in præce
26 denti ꝗſtio de feudo ligio, & non ligio, † quid ſi rex requirit va-
ſallos baronis ſibi ſubditi ꝯ ipſum baronẽ, dic, ꝙ tenentur iu
uare regem, ſiue baro ſit vaſallus ex eodem feudo: & hoc ꝑꝑ
bonum publicum, 7.q.1. ſcire. Et quia baro ꝯ regem cõmittit
crimẽ læſæ maieſtatis, vñ nõ tenentur eum iuuare, ff. ad l. iul.
maieſta. l.1.6.q 1.§. verũ. ver. ſi qs cũ militibus. Sed ſi rex facit
guerrã alteri, & requirit ſubditos baronis, & baro ẽt requirit,
dic, ꝙ ſi ꝓ publica vtilitate vocantur a rege, obedient regi tan
q̃ vocati ad maius tribunal. ff. de re iudi. ꝯ pupillum. de ap. cũ
parati. ſecus ſi pro alio negocio. qa tunc obedient dño imme
27 diate, ita dicit Spe. eo. tit. §.3. ver. 16. quæritur. † Decimoocta
uo quæro quis poſſit infeudare, dic, ꝙ qlibet non prohibitus.
vñ ẽt fœmina, & minor poſſunt infeudare, dummodo habeãt
bonorum adminiſtrationẽ. Si.n. nõ pñt alienare: nec infeu-
dare: ut in ti. ꝑ quos fieri poſſit inueſtitura: & ꝑ quos recipi. in
prin. & §. noui vero fundi, ꝓhibent aũt ꝑlati infeudare de no
uo: ut hic, ſed feuda antiqua renouare pñt: ut hic, & s̃.q.10.&
tribus ſe. Item marchiones, comites, & maiores valuaſores q
capitanei appellantur in feudum dare poſſunt, ut in ti. qui feu.
da. poſ. circa prin. Idẽ ẽt de minimis valuaſoribus: ut in ti. de
28 natura feudi. in fi. † Decimonono quæro, cui poſſit infeuda-
ri, dic, ꝙ cuilibet ẽt ſeruo. & non refert utrum ꝑ ſe recipiat,
vel ꝑ procuratorem, vt in ti. ꝑ quos fiat inueſti. §. perſonam,
arg. de præb. accedens. intellige tñ ꝙ feudum non transferat
in ꝑſonas ꝓhibitas, ar. s̃. de loc. potuit, & inter ꝓhibitas eſt ec-
cleſia, 10. col. de alie. feu. c. vno. §. inde, vbi ponit 16, qa nunq̃
reuerſurum eſſet ad dñm. Et dicũt Iaco. de bel. & Bal. ibi idẽ
in ciuitate: quia in ea eſt eadẽ ratio, quod uidi in facto: & no.
generaliter de perſonis prohibitis: dixi de loca. potuit, q.15.
29 † Vigeſimo quæro, qualiter acquiratur, dic, ꝙ ꝑ conceſſionẽ
& inueſtituram: vt cum alqs tradit rem immobilẽ alicui no
mine feudi. Non.n. cõſiſtit feudum niſi in immobilibus, vel
in his q̃ inter immobilia ꝯputant: vt in ti. de feudi cog. ca ſciẽ
dum, qñque ẽt non fit inueſtitura, & eſt ac ſi interceſſiſſet: vt
quando dñs coram curia dixit, uade in poſſeſſione illius fun-
di, & teneas ꝑ feudo: ut in titul. de conſuetudine recti feudi.
c. ſciendum, acqrit ẽt præſcriptione. Item ſucceſſione, & aliis
modis quos ꝓſequitur Hoſt. in ſum. e. §. qualiter feudum co
ſti. In eo tamẽ, qđ dixi de ſucceſſione, intellige, quod nõ ex te
ſtamento, ſed ab inteſto ſuccediẽ. Nõ.n. valet ordinatio defun
cti in feudo: vt in ti. de ſucceſſ. feu. in prin. Item non tranſit ad
30 cognatos, d.c. in fi. nec † ad fœminas, licet.n. in paternis bonis
& agnatorum ſuccedant filiæ in Auth. de hære. ab inteſta.
§ conſequẽs. C. ad tertу. auth. defuncto. de lib. præt. maximũ,
tamẽ a ſucceſſione feudi paterni remouent, 10. col. ti.1. §. hoc
autem notãdum, & de ſuccel. feu. §. filia. Fallit qñ ea conditio

beneficio fœminę, c.j. & ſic c.j. de natura ſucceſſionis feudi in
telligatur cũ determinatione dicti. c.j. de beneficio fœminæ,
& procedunt hæc in feudo ſimplici nõ ꝯditionato, ſeu ad cer
tum ſeruitium cõceſſo Si enim ad certum actum cõceſſum
foret, q explicari poſſet per fœminam ſicut ꝑ maſculum, pari-
ter ſuccedit fœmina cum maſculis ff. de uſufructu accreſcen-
do, ſi qs Titio, & l. ſi mulier, de leg. j. Titiæ textores, §. nihil di
ſtat. in Auth. de nõ alie. aut permutan. §. in emphyteuſim,
quod tenet Ia. de bel. & Ba. in d.c.j. ĩ ti. epm, vel abbatem, §. qu
etiam. Procedunt ẽt prædicta niſi aliud eſſet de cõſuetudine.
Nam bene poſſet operari ꝯſuetudo, ꝙ ſuccederet fœmina in
feudo ſimplici, ad hoc de reſcrip. ſignificauit, quod tenet Spe
eo. ti. §.2. ver. 21. & 25. quæ no. Vigeſimoprimo quæro, eo ca-
31 ſu quo † feudum tranſit ad filios, an tranſeat ad omnes filios,
dic ꝙ ſic, niſi eſſet filius natus lege morganica, & dr̃ lex mor
ganica quando habẽs liberos de prima uxore ea mortua du-
cit ſecundam pacto interpoſito, ꝙ nec ipſa nec filii ſuſcipien-
di ſuccedant nec de bonis eius patris habeant niſi quãtum ex
primit tpe ſponſaliorum: & tunc tales non ſuccedunt in feu-
do. imo nec in aliis bonis proprijs extantibus filius prioris ma
trimonii, 10. col. de filiis natis de matrimonio ad morganicã
c. uno. & ſi de feudo fuerit contro. c. filij nati. Item etiã natus
ex ſecũdo matrimonio in feudo materno excluditur a filio
ex priori matrimonio nato, ut in ti. ſi de feu. fue. cõtro. c. mu-
lier habẽs feudum, qđ tamen poteſt intelligi, de filiis morga-
naticis, qđ tenet gl.3. d.c. & Hoſtien. in ſum. §. qualiter feudũ
ꝯſtituatur, in fi. uel loquitur quando hoc habebat ꝯſuetudo,
alias cõtineret iniquitatem, cũ pariter ſuccedere debeãt, ualet
aũt conſuetudo in mõ ſuccedẽdi, de teſta. Raynutius, uel in d.
c. mulier. loquitur de feudo acqſito ꝯtemplatione primi ma
32 trimonii, uel ex alio iure ſpeciali. † Vigeſimoſecundo quæro
qualiter feudum ꝑditur, dic, ꝙ multis de cãis quas ꝓſequitur
Ho. in ſum. e §. quibus modis, & inter cętera perditur ſi uaſal
33 lus feudum alienat: ut 5.q.3. & in 3. contrario. † Vigeſimoter
tio quæro circa hoc, an poſſit uaſallus infeudare, dic, quod
ſic, quia hæc non eſt alienatio, decima colla. de capi. corradi.
cap. uno. ubi hoc nota. in glo. mag. in fi. & ſic obtinuit, quod
plenius dico de conſtitu. quæ in eccleſiarum, quæſt. decima-
34 tertia † Vigeſimoquarto quæro, an poſſit renuntiari feudo,
35 dic ut dixi in d.c. quæ in eccleſiarum, quæſt.15. † Vigeſimo-
a quinto quæro, ſi dat in dotem a dic, ꝙ tenet, decima, col. qua
liter olim poterat feudum alienari, c.j. quod operatur ſpeciali
tas naturæ feudi: alias enim etiam res quæ ſubiacet reſtitutio
ni, poteſt licite ex cauſa dotis alienari, C. commu. de le. auth.
tes, pro hoc j̃. de do. inter ui. & uxo. nuper. ubi uidetur proba
ri contrarium, ſed dic, ꝙ potius facit pro. quia permittit ibi
dari in dotem in uita uaſalli, quod etiam dicit hic glo. prima,
36 & de hoc etiam, s̃. in j. contrario. † Vigeſimoſexto quæro, an
b liber feudorum b ſit autenticus, uidetur, ꝙ non, quia ius ciui
le generale hi quatuor conſtituerunt, princeps. Senatus: po-
pulus Romanus, & præfectus prætorio, ff. de conſtu. prin. l. pri
ma, de legi. non ambigitur, C. de legi. l. fi. de offic. præfec. præ-
to. l. formam. Sed non reperitur illorum aliquem librum cõ
didiſſe, ergo non ponit ius commune, & quod non apparet,
dicitur non eſſe, de conſe. diſtin.1. ſolennitates, ff. de contra-
hen. emp. in lege. Secundo ſic. aut liber allegatur in loco ubi
eſt conſuetudo, & non recipitur ut ius ſcriptum, ſed ut non
ſcriptum, inſtit. de iu. natu. §. ex non ſcripto. Aut non eſt ibi
conſuetudo, & non debet illis nocere conſuetudo Mediola
ni uel

ADDITIONES.

a Si dat in dotem, Adde gloſſam in ver. alienare in capitulo imperialem in titulo, prohi. feu. alie. per Fed. Ioan. Andrea. in addi. Specu. titulo de loca. in §. nunc aliqua, verſ. nonageſimonono, Rota deci. 199. in cap. pater poteſt dare feudum. Cynus in lege. voluntas C. de fidei commiſ.

b An liber feudorum. Adde doct. in c.2. de reſcr.

Digitized by Google

tico a tpe de cuius ꝯrio non eſt memoria, quod tps facit ius, ff. de aqua quoti. & æſti. hoc iure, §. ductus aquæ. de rer. ſigni. ſup quibuſdam. de præſcri. c. 1. lib. 6. Tertio ſic, ſi liber fuit editus ab habēte poteſtatem, habetur propoſitum: ſi a non habēte, principes ſequētes non reuocando vidētur confirmaſſe, & ſic feciſſe, ff. de iuriſdi. om. iu. & qa. de præb. li apoſtolicæ. li. 6. & pręalle. l. formam. de off. præſc. præto. & hāc partē ut refert Io. An. tenēt multi, cum ēt capitulis eiuſdē libri ꝯueniat legis diffinitio, de qua. ff. de legi. l. 1. & hoc tenet Ia. de Bel. in ipſo li. c. 1. in fi. & inducit, ꝙ ipſę ꝯſuetudines ſunt inſertæ inter ꝯſtitutiones imperiales, & ꝓ hoc veriſimile eſt, ꝙ de principis ꝯſciētia emanauerint, ergo ſeruādę. C. de emē. iuſt. co. §. 1. ff. de legi. nam, ut ait. Sed dicit Io. An. ꝙ tenēs ꝯrium diceret ꝯſtitutiones inſertas inter ꝯſuetudines: ut ꝑ ſe patet. Inducit ēt Iac. de bel. communē opi. de qua ſ. ea. q. & ff. de offi. præto. Barbarius, C. de teſta. l. 1. Quarto inducit, negotia † decidi legibus
38 Romanorum. iure Lōbardo, uel iure ꝯſuetudinario, 10. col. de feu. cog. c. 1. inſt. de offi. iud. in prin. Sed cum in Romanis legibus, & in Lōbarda parū de feudis tractetur: ſequit, ꝙ ſm ius dēt decidi, arg. ff. de his q ſunt ſui, uel alie. iu. l. patre. Alias aūt ꝯſuetudines q̄ illas non habemus: ergo illas, ut gn̄ales recipi oportet, ff. de legi. de quibus. Itē, cum feudum datur vr̄ dari ſm naturam feudi, q̄ alibi nō habetur, ergo vr̄ ꝯuentum, qđ eſt illo iure diſpoſitum ar. ff. ſi cer. pet. cum quid, de hære. inſtit. l. aſſe. Quinto inducit, ꝙ † iura Romana ſumpſerunt ori-
39 ginē a iure non ſcripto, quo vnaquæq; ciuitas vtebat inſti. de iu. natu. §. & non ineleganter, ergo non mirum ſi gn̄ale ius feudorum potuit ab vnius, vel plurium ciuitatum cōſuetudine ortum habuiſſe, bn̄ facit de clan. deſp. c. fi. de iude. in nōnullis, ubi de conſuetudinibus ſpecialibus fit ius cōe. Sed Hoſti. in ſum. de im mu. eccl. §. inquantum, verſi. ſi vero paternum, dicit, ꝙ uſus feudorum nō aſtringit aliquos niſi ſint leges imperiales, ꝯrium tn̄ vr̄ tenuiſſe de ſum. tri. firmiter, in ver. diſpoſitionē, vbi inter libros iuris ciuilis enumerat librū feudorū, ſed ſm Io. An. dēt intelligi, ne ſit ſibi ꝯrius, quo ad leges imperiales. Inducit ēt Io. An. qđ dicimus de uolumine decretorū qđ dicimus approbatū quo ad autoritates ſāctorū, nō quoad dicta Gratiani, qđ dixi de reſcr. c. 2. Mar. de ſilima. vr̄ accedere ad opi. Hoſt. ꝙ iſtę ꝯſuetudines nō ligēt, quod dico q ſi. ſint leg. lator, q. 2. & 3. Mihi placet opi. 1. qa cum princeps paſſus fuerit illum librum ꝓ autētico allegari, dēt ita cēteri ꝑ id qđ ſ. ea. q. dixi. Item, ut refert Odof. C. de ſa. ſan. ecc. auth. caſſa. Fridericus imperato r illā collationē decimam approbauit. Ad hoc tn̄ poſſet dici, ꝙ qa fuit damnatus &c. vt ſ. ea. q. ſed fortaſſe nōdū dānatus erat. Itē, forte fuit alius Fridericus, & hoc idē ꝙ ille liber ſit autenticus tene Bald. 10. colla. in prin. & in hoc ſufficit ratio præcedens.

De pignoribus. *Rubrica.*

Viſo de quibuſdam ſpeciebus alienationis, de pigno. videamus. Gof. Vel aliter ut ſ. ti. 1. ſup rubri. & ibi ēt remitto. Et ne hēat multiplicare rubri. ſubmittit de alijs cautionib. & ad hāc vltimam partē facit J. eo. ca. fi. de materia 16. q. 2. hoc ius, poſt prin. & in fin. uer. creditor.

S V M M A R I V M.

1 *Res eccleſiæ niſi in neceſſitate pignorari non debent.*
2 *Miſſale & alia ſacerdotalia benedicuntur, ſed diuerſimode.*
3 *Neceſſitas ſufficiens, ut res eccleſię alienetur, quæ ſit.*
4 *Obligatio quę alias non ualeret, domino volente ualet.*

NVllus. † Res eccleſiæ nō debēt pignorari, niſi ex neceſſitate. primo ponit dictū. Secūdo exceptio. ibi: niſi. Eccleſiaſticum, hæc oīa ꝓhibētur diſtrahi pignorari, uel occupari ꝑ collectores de deci. cle. 2. uadium. i. pignus, & ſic facit ad titulū, de hoc ſ. ti. pxi. c. 1. q. 1. Op. qa ꝑ mixtim ponit lr̄a de reb. ſacris, & nō ſacris. ſ. de calice, & patena, q̄ bn̄dicunt, & de libris q non bn̄dicunt. Gl. 1. ſol. dupliciter, & utraq; ſol. ad idē redit. Et in eo, qđ dicit libros nō bn̄dici. hoc uerum de alijs, exce-
2 pto miſſali † quod benedicitur, ut in pontificali. ſic etiam, ut

... vbi monumentum religioſum obligari non poteſt. ff. quæ res pig. ob. poſ. l. 1. §. eam quoq;. ff. de pig. ſed. & quod. §. quod emptionem. Gloſſ. dicit ꝙ canones præualent. Idem Tanc. Gof. & Innoc. quod non placet Hoſtien. quia etiam ſm leges ex prædictis cauſis vendi poſſunt, in auth. de non alie. re. eccl. §. iiſdem pœnis. 12. q. 2. aurum. facit quod not. infra, c. prox. Itē veriſimile eſt Chriſtum velle præcium rerum ſuarum fundi pro redemptione animarum, cum pro his fuderit ſanguinē
4 proprium, & ſic valet obligatio † domino volente, quæ alias non valeret. ff. de pig. act. ſi alienā. de hoc in d. c. hoc ius. in glo. quia ad prophanos: & hoc tenendo dic quod leges contrariæ intelliguntur extra caſus de quibus in gl. & hæc ſol. formalior eſt quam præcedens. Et in hac gl. l. 3. de hac & de. §. eam rem. ſupra. e. q. Ibi: quod emptionem. venditionem, quæ recipit, pignorationem recipere poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Homo liber non poteſt pignori dari.*
2 *Pater filium poteſt obligare in maxima neceeſſitate.*
3 *Creditor capere pōt debitorē fugientem etiam ſine iudicis authoritate.*
4 *Debitori neganti non licet cedere bonis.*
5 *Beneficio ceſsionis an renunciari poſsit.*
6 *Debitor an poſsit paciſci, quod liceat creditori, per ſe eum capere.*

1 LAtor. Liber homo † non poteſt pignori dari. Primo ponit dictum. Secundo ampliat. ibi: & ſi, & dic etſi, pro quamuis. Oppo. quod imo poſſit liber homo pignorari: quia ſi eſt captus ab hoſtibus, & redimitur, cogitur per quinquennium ſeruire, aut præcium ſoluere. ff. de legatis primo. l. ſenatus. §. vlt. C. de capti. l. 2. & l. fi. & interim tanquam pro pignore detinetur, vt ibi, & legari poteſt. d. §. vltim. Glo. 1. hic, & etiam glo. in d. §. vlt. & ille caſus dicitur non eſſe alibi in hoc quod liber homo obligari poſſit. Et in hac gloſ. ibi: obes. de hac & de §. quia vero. in cap. ex reſcripto. in gloſſ. prima,
2 † Secundo oppo. ad idem, quia pater poteſt filium obligare in maxima neceſſitate. C. de pa. qui fi. diſtra. l. 2. Gloſſ. excipit etiā hunc caſum. & intellige ꝙ ſit neceſſitas famis, vt ibi, quod nō eſt ad alium caſum extendendum: vt ibi nota. Et idem Vin. de infan. & lang. c. vno. Tertio oppon. ad idem, ſupra de iureiur. ex reſcripto: Gloſſ. etiam hūc caſum excipit, dicens quod ibi obligatur ex ſuo conſenſu. Quarto oppon. ad idem de depoſito. cap. 1. dicit Hoſt. ibi in ſuſpecto & male merito. Idem dicit in vacillante. ff. de quæſtion. in libero. & in eo qui non cedit bonis cum conſtet de debito. C. qui bo. ce. poſ. l. 1. de ſol. Odoardus. Idem in raptore virginis ſi fugiat eccleſiam, quia ſeruatur ei vita, ſed ſeruire cogitur, niſi ſe redimat. 10. q. 1. de raptoribus. Quinto opponi. ad idem 86. di. non ſatis. in princ. vbi pro debito quis cruciatur. Sol. ibi factum reſpicit vel antiquā legem, vt ibi not. vel loquitur in debitore ex maleficio publico vel priuato. de quo de dolo. finem in glo. vlt. de homi. ſicut dignum. §. eos. & de hoc de ſol. Odoardus. Sexto oppon. ad idem. ff. quæ in frau. cred. ait prætor. §. ſi debitorem. Solu.
3 fallit ibi in debitore † fugiente quem poteſt creditor capere etiam ſine iudicis autoritate, de hoc de iudi. cum non ab homine, ſic etiam debitor cuius dies nondum venit ſuſpectus, de fuga capi poteſt, vt creditorem ſecurum faciat, tamen ante omnia debet ſummarie cognoſci. ff. ſi cui pluſquam per l. falci. hæc autem ſatiſdatio, in princip. qui ſatiſda. cog. l. ſi fideiuſſor. §. fina. Septimo oppono ad idem. C. de exact. tribu. l. ſecunda, libro decimo. Solutio. ibi: ſpeciale in debitore fiſci. & de hoc ibi, facit in Authē. de manda. princip. §. neque homi-
4 cidas, & §. ſeq. Quęro, in eo, † quod dixi, poſſe capi debitorem ſi non cedat bonis: an ſimpliciter licet ei cedere, dic, quod ſic, niſi neget ſe debitorem: quia tunc non licet. C. qui bo. cede. poſ. l. 1. vbi de hoc, niſi creditor conſenſerit, vt ibi no. pro
5 hoc. ff. de ceſ. bo. l. pe. vbi hoc tenet Bar. † Secundo quæro, an huic beneficio ceſſionis renunciari poſſit. Cyn. C. qui bo. cede. poſ. l. 3. qō. vlt. refert opinio. Dyn. tenentis ꝙ non, quia pactum eſt contra bonos mores. ff. ſol. ma. alia. §. eleganter, vbi non valet pactum mariti, ꝙ poſſit conueniri pro dote, vltra

ſit debitor teneri ſi vult.de iureiur.ex reſcripto.& ibi dixi. Dici
tur autem uelle ex quo ſe obligauit:nec eſt contra bonos mo
res quod ſtet in carceribus,donec ſoluat:quia hoc etiam quã
doque permittit lex.C.qui bo.ced.poſ.l.vlti. Alia tamen opi.
benignior eſt:& propterea ſequenda,de tranſac.c.fina.de hoc
in Spe.de renun.ex cõcluſione.§.1.ver. item eſt beneficium.
6 Tertio quæro,an poſſit debitor † paciſci,ꝙ liceat creditori p
ſe eum capere.Dyn.& Barto.in d.§.elegantet,ꝙ non:quia nõ
debet per pactum porrigi priuatis id, quod poteſt eſſe cauſa
maioris tumultus:& ꝙ publice fieri debet per magiſtratum
ff.de reg.iur.non eſt ſingulis.Tertio quæro,ſi res eſt pignora
ta,& ſecundus creditor offert ei pecunam, primo creditore
etiam offerente,dicit Fed. in conſi. 229.ꝙ debet reddi debi-
tori:per l.alienam,§.ſi per creditorem,ff.de pign.acti.& ꝙ pri
mus creditor non poſſit impedire,facit,quod nota. ff.depoſi.
bona fides,maxime quia non intereſt ſua,cum remaneat pri
mus creditor ſolus. Si enim aliquo modo poſſet agere, hoc
eſſet quia ageret hypothecaria ſi res eſt ſibi hypothecata: ut
no.in d.l.bona fides,& hoc modo bene poſſet non excluden
do debitorem,ſed ſecundum creditorem,niſi conſenſerit,ꝙ
res pignoretur. Secundo,quia tunc ius pignoris amiſit quan-
tum ad ſecundum creditorem,ff.qui. mod.pigno.vel hypo.
ſolu.Paulus,in prin.

SVMMARIVM.

cle.non alie.ad noſtram.& quod no:de dona. Apoſtolicę.De
cimotertio quæro,in eo quod dicit hic,ꝙ debet manifeſte ꝯ-
ſtare ꝙ ſit verſum,an ſufficiat in hoc confeſſio prælati. dic,ꝙ
non.per id quod no.glo.de elec.dudum.2. in verbo de dicen-
da.& de reſcrip.c.fi.& probatur de teſti.c.2.libr.6.& ibi etiam
no.glo.in verbo.conuentum.Decimoquarto quæro,ſi ſuper
15 hoc facta fuit confeſſio † prælati & collegij. Glo.C.de ſacro-
ſan.eccle.auth.hoc ius.dicit quod tunc præiudicabit eccleſiæ.
quod etiam dicunt gloſſ. prælleg.in proxi.quæſtione.& pro
hoc facit quod no.de or.cog.c 2.in gl.3. qnia prælatus & col-
legium præiudicant eccleſię quando communicato cōſilio
faciunt.ff.quod vi aut clam.ſemper.§.2.Sed gloſſ.in corpore.
de alienationibus & emphi.contractibus.§.ſi vero quis.dicit
non ſufficere confeſſionem prælati & collegij,niſi verè pro-
betur verſum.quam tenet ibi Iac. de Beluiſo. & Bal.in auth.
hoc ius.licet hoc caſu dicat ſufficere cōiecturas: vt ſi probe-
tur quod prelatus & collegium erant diligentes, vel videtur
aliqua neceſſitas vel vtilitas eccleſię procurata , quod etiam
tenet ibi Bart.licet non ſic expreſſe. dic ſufficere quod præla-
tus cum capitulo decreuerint accipere certam quantitatem
in mutuo,& intra ſummam taxatam non expedit probare ver-
ſum:vt ſup.q.proxi.Et eodem modo dico ſufficere confeſſio
nem prælati & collegij.quod tamen intelligo dummodo ꝑ
hoc ad ſatisfaciendum non alienentur mobilia vel immobi-
lia præcioſa.ſicut enim non poſſunt expreſſe alienare ſine cā
& ſuperioris authoritate,ſic nec cauſam alienationi dare.quo
ad hoc ergo oportet vere probari verſum. ſicut intelligo au.
hoc ius.§.ſi vero.ver.is qui creditor.quod etiam dixi de depo
ſito.capitu primo.Decimoquinto quæro, ſi ſuper confeſſio-
16 ne † prælati ſolius lata fuit ſententia, per quam condemna-
tum fuit monaſterium , dic quod non propterea obligatur
monaſterium:ita quod teneatur collegium vel ſucceſſor prę
* lati, ex quo collegium non fuit citatū ad hoc.ſic reſpōdi * in
q.facti in qua Abbas fuerat confeſſus ſe debitorem , & pecu-
niam eſſe verſam in vtilitatem monaſterij , & per ordinariū
lata fuit ſententia condemnatoria monaſterii iuxta conſtitu-
tionem.dixi enim quod ſucceſſor non tenebatur,ſi aliter,nō
conſtaret verſum,pro hoc iſta litera vult quod manifeſte cō-
ſter.Oppo.ad hoc de eo quod no.Innocen. de depoſito capi-
tulo.primo.vbi dicit,quod ex quo fuit iudicatum, non audi-
tur eccleſia niſi per reſtitutionem . Sed id procedit quo ad
eos qui vocati fuerunt.vt ſi in caſu prædicto ,citatum fuit col
legium.non vocatis vero ſententia nō preiudicat .ff.quæ ſen.
ſine ap.reſcin l:prima.§.item cum ex edicto.de conſti.eccle-
17 ſia.Decimoſexto q̄ro,eo caſu quo opus eſt reſtitutione†,in-
tra quantum tempus dabitur.dic quod infra quadriennium.
de in integ.reſtitu.capitulo primo.libro,ſexto de quo tamen
debet deduci tempus quo pręfuit prętatus confitens. 16. q.3.
ſi ſacerdotes.in prima ſec.glo.pro hoc eſt quod not. Inno. in
capitu.cum ex literis,in prin.de reſti.in integ. Ioan.mo.in di-
cto capitulo primo . licet Archidia . ibi teneat contrarium
ſed primū placet per illud capitulū,ſi ſacerdotes.ibi eſt expreſ
ſum vt dixi in d. c.cum ex literis.quod nota.Decimoſeptimo
quę-

A D D I T I O.

* Reſpondi. Adde quod ſeſt conſi. 310.incip. Quidam prælatus B.S.

Fideiuſſor ſoluens an debeat petere ſe liberari a fideiuſſione, an vero intelligatur tacite liberatus.

Debitor quando dicatur diu ceſſaſſe in ſolutione.

Fideiuſſor non eſt a fideiuſsione liberatus ex eo quod monuerit creditorem, vt conueniret debitorem, vel pignora diſtraheret.

Fideiuſſor cur extra aliquos caſus exceptos, non poſſit petere, vt liberetur.

CVm. Ponit tres caſus in quibus fideiuſſor agit contra debitorem, vt a fideiuſſione liberetur. Primo ponitur thema, ex quo quæſtio. Secundo ſolutio, ibi, iure diſſipare. concordan. de donatione, inter virum & vxorem, per noſtras, & quod hic dicitur in gloſſa vltima, & in ea ibi, lege, vbi, & de pignoribus, ex literis. Ibi lege vna. ſi ſine cauſa conſtante matrimonio vir reſtituit vxori dotem, non valet: quia donationis inſtar obtinet, & mortua vxore ab eius hæredibus vir dotem repetit cum fructibus ex die reſtitutæ dotis. cępetit. poſt fideiuſſionem. pro hoc de locato propter, ſecundo reſponſo. Egidius. Oppono † quod fideiuſſor non poſſit ſe petere abſolui a fideiuſſione. ff. de verborum obligatione, mora. Solu. ibi quando peremit rem pro qua fideiuſſerat. hic autem quando ceſſat dolus fideiuſſoris. † Quæro quando intelligitur debitor diu ceſſaſſe in ſolutione. Gloſſa, dicit hoc arbitrarium. Alij dicunt quod per biennium. ff. locati. cum domini, & † aliquamdiu, deſignat tempus quadrimeſtre. tertia, quæſtione ſecunda, ſi epiſcopus, interdum ſemeſtre. de conceſſion. præbendæ. capitulo ſecundo. Hoſtienſis dicit diu, cum lapſa eſt dies ſolutionis, & fideiuſſor a creditore moleſtatur, ſupra capitulo conſtitutus. de hoc per eum in ſumma. eodem. §. finali. & refert dominum ſuum hoc dixiſſe, quod ſi fideiuſſio facta fuit ſine ſcriptis, & extra iudicium, non in cauſa publica, non tenetur fideiuſſor niſi ad duos menſes. C. eodem, lege † penultima. vnde quod dicit lex, quod pretor dabit tempus. ff. de damno infecto, qui bona fide. §. finali. dicit ipſe quod non dabit, quia imperator iam dedit duos menſes, vt ſupra. Alij intelligunt dictam legem penultim. ſicut ſonat in cautione de iudicio ſiſti, & ita loquitur aperte: nec in alio bene poſſet obſeruari: quia nec ſubeſt eadem ratio. & de hoc per Hoſti. in ſumma. eodem. §. qualiter fit fideiuſſio. & fatetur quod communiter opinio domini ſui non ſeruatur, imo remanet obligatus, ſed agit vt liberetur: communiter approbatur opinio gloſſ. quod ſit arbitrarium iudici. & dicit Ioann. Andr. quod arbitrabitur ex tpis curſu, ex perſonarum affectu, & de his quæ inter cõhẽtes acta ſunt ſi apparere poſſunt. ff. mandati. Lucius, & ex alijs diuerſis coniecturis. ff. de leg. primo. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerusde legat. ſecundo. cum pater. §. ab inſtituto. in fine. de teſtamẽtis, lege hæredes. §. ſi quis. poſt finem. Secundo † quæro, in eo quod dicit hic de fideiuſſore condemnato, ſi fideiuſſor non fuit condemnatus, ſed ſoluit, dicunt Vincent. Hoſtien. & Abba. idem. ff. mandati. Idemque. §. fideiuſſores: dic quod non eſt idem quo ad hoc, vt poſſit petere ſe liberari a fideiuſſione, cum ſit liberatus ſolutione. Egidius. ſed ſi nondum ſoluit, ſed pecuniam depoſuit, & conſignauit, procedit dictum eorum: vt no. ff. mandati. Lucius, per legem, qui mutuam, eodem titulo, Ioannes Andreas. Tertio quæro, an ſint alij caſus a tribus hic expreſſis in quibus poſſit fideiuſſor † ſe petere abſolui. Gloſſa dicit quod ſic, & enumerat quartum. quidam addunt quintum, quando fideiuſſor pignoratus eſt. vel aliud damnum incurrit. argument. C. mandati. lege ſecunda, ſupra eodem, conſtitutus. Hoſtienſis dicit quod in ſe ge illa non ſolum pignoratus erat, imo ſoluerat, & in capitulo, conſtitutus, diu ſteterat in fideiuſſione: ideo agere poteſt: licet non ſoluerit. ergo in caſu præcedenti non agit. nam ad hoc videtur ſe obligaſſe fideiubendo. Sed dic quintum: vt

7 §. tertio, verſiculo, quod fideiuſſor. Quarto quæro, † ſi fideiuſſor admonuit creditorem, vt conueniret debitorem, vel pignora diſtraheret, quod ille facere non curauit, dicit Vincentius, quod per hoc non eſt abſolutus a fideiuſſione. ff. eodem, ſi fideiuſſor creditori, niſi fideiuſſerit in id quod minus conſequeretur creditor a debitore. ff. eodem, inter creditorem. Quinto quæro, quæ eſt ratio, quod extra caſus

8 ſupra poſitos non agit fideiuſſor, † vt liberetur. Gloſſa ſoluit, quod ideo, quia videtur ei mandatum, vt ſoluat, & in ea, ibi, fideiuſſor pro venditore, non probat quartum caſum, ſed tertium de condemnato, licet non ſoluerit. ibi. §. quotiens, ſicut per actionem mandati directam, quandoque cogimur actionem præſtare, quam nacti ſumus: ſic per actionem mandati contrariam petimus, vt liberemur. ibi, rem tibi dedi. ſi pro te rem meam tua vtilitate pignoraui, mandati erit actio. Ibi, indebitum. vide infra titulo primo, capitulo finali. Ibi, Celſus. vide in prælallegato capitulo, in principio. contrario ſeptimo.

De ſolutionibus. Rubrica.

Quia ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. inſtitut. quibus modis tollitur obligatio. &c. Goffred. Ad materiam. decimaquarta, quæſtione ſexta, capitulo primo, & ſecundo, de pœnitentia diſtinctione prima, medicina. & diſtinct. 3. in quatuor primis capitulis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor tenetur ad debita prædeceſſoris.*

2 *Hæres an ad debita teneatur vltra vires hæreditatis.*

3 *Fiſcus occupans bona vacantia, an teneatur facere inuentarium.*

4 *Hæres qui non fecit inuentarium, in foro conſcientiæ an teneatur vltra vires hæreditarias.*

5 *Succeſſor quare teneatur ſoluere debita prædeceſſoris.*

1 AD hæc. † Nota quod ſucceſſor tenetur ad debita prædeceſſoris tunc tantum, quando ſunt pro eccleſiæ neceſſitate contracta: quod exponit Innocentius, id eſt ſi ſunt verſa in vtilitatem eccleſiæ. quod dicit Abba. bene notandum. Hoſtienſis dicit hic videri, quod ſufficiat pro neceſſitate, quæ imminebat eccleſiæ debitum fuiſſe contractum, quod eſt verius: & dixi ſupra titulo primo, quod quibuſdam, & de hoc per Iacobus de Beluiſio in Authentica, vt nulli iudici. §. & hoc vero iubemus, column. nona. Oppono, quod ſimilitudo inter filium reſpectu patris, & prælatum reſpectu prædeceſſoris non ſit bona. nam filius tenetur omnibus: prælatus non niſi de contractis ob neceſſitatem eccleſiæ, vt hic. Soluit Hoſtienſis ſcilicet, quod ſicut filius hæres ſuccedit in omnibus iuribus defuncti. ff. de regulis iuris, hæreditas, ſi & prælatus prælato, infra de teſtamentis, relatum. ſecundo verſiculo, nomine: ideo ſicut filius tenetur de omnibus de quibus tenebatur pater, ita ſucceſſor prælati de omnibus de quibus tenebatur prædeceſſor, vt prælatus. Secundo oppono, quod filius non teneatur ad debita patris, cum quandoque alius ſit hæres eo excuſſo qui tenetur. C. de donatio. ſi patri. & lege, æris alieni. Metu contrarij gloſſa prima, ad verbum, filius: dicit hoc verum ſi ſit hæres. Tertio oppono ad hoc, quod

2 etiam, ſi ſit hæres † non teneatur ad omnia debita, ſed

Digitized by Google

quia ſemper intelligitur delata hæreditas quatenus non eſt
oneroſa.dicto §.an bona,& eodem titulo, l. non poſſunt. Et
idem de eccleſia, quæ gaudet priuilegio fiſci, quod dixi de in
integrum reſtitu.capitu.primo. Item,ſicut interdicitur aliena
tio rerum eccleſiæ; ita etiam interdicitur ne detur ei ſterilis,
vel oneroſa poſſeſſio. C. de ſacroſanctis eccleſi.authent. ſicut.
4 † Secundo quæro,an in foro conſcientiæ tenetur hæres a qui
a non fecit inuentarium, vltra vires hæreditarias. dic quod
non,de vſur.quamquam.libro ſexto,vbi hoc tenet Ioan. An.
ſuper glo.dicebat,& dicit Bald.ff.de acquiren.hære. ſuper ru-
brica,& l.more,quod de iure canonico nõ tenetur,& ſic vult
quod etiam in foro iudicij eccleſiaſtici non habet locum, ꝙ
dicitur hic in glo.ſed hoc nullo iure probatur,& potius vide-
tur contra,vt ſtetur legi, ex quo canon aperte non contradi-
cit.imo poſſet dici, quod etiam in foro conſcientiæ tenetur,
quia adeundo videtur quaſi ex contractu obligare ſe credito-
ribus ex toto,per l.vltimam. C. de iure deli. Sed tenendo pri-
mum poteſt ad hoc reſponderi, quod illa l. vltima procedit
de rigore.in foro autem conſcientiæ ſtatur veritati. de ſpon-
ſa.tua.& ſic ſufficit quod non habet de alieno. de hoc per Fe-
5 deri. conſilio 21. Tertio quæro,quæ eſt ratio quod ſucceſſor
tenetur ſoluere debita prædeceſſoris. Gloſſa penultima dicit,
quia eſt quaſi hæres ipſius,& in ea in fin.& 40.diſtinctio. cap;
primo. Gof.quod melior eſt ratio, quia quando fuerunt pro
eccleſiæ neceſſitate contracta,obligata fuit eccleſia,ſupra titu
lo primo,quod quibuſdam,de pigno.cap.3.& ipſa non mori-
tur,nec alteratur ex varietate prælatorum,de reicr.ſi granoſę.
lib.6.& ſecundum hoc intellige quod dicit glo.vl.& in ea ibi,
debuit,cum effectu & nomine eccleſiæ. Ala.

ADDITIO.

a Tenetur hæres. Adde Innocen.in cap.in literis.de rap.Hoſt.in ſumma.ti.de
teſta in § ad quid hæres.ver quid ſi.Bar.in rubrica.ff.de acquir.hære.Bar.&
Bald. in l 3 C.de ſacroſan.eccl.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum probat.*
2 *Conſtitutio futura reſpicit.*
3 *Literis ſigillatis an credatur.*
4 *Eccleſia an pro alicuius debitis grauari poſſit.*
5 *Eccleſia habens pecuniam ſuperfluam poteſt mutuare indigenti.*
6 *Remittens alienat.*
7 *Sigillum alicuius habens an ſit admittendus tanquam procurator.*
8 *Prælatus an incurrat pœnam ſuſpenſionis eoipſo quod tradidit literas vel ſigilla,etſi obligatio non ſequatur, vt quia ſtetit per creditorem.*
9 *Epiſcopi non incurrunt ſuſpenſionem iuris, niſi de ipſis fiat expreſſa mentio.*
10 *Suſpenſus a iure ſi ante relaxationem immiſceat ſe diuinis an erit irregularis.*

Si quorundam. Si prælatus pro alienis debitis ec
cleſiam obligat,eſt ſuſpenſus ab
adminiſtratione ſpiritualium,& temporalium,& eccleſia nõ
tenetur. Primo prohibet. Secundo decernit,ibi:decernentes.
Tertio punit,ibi: ſi quis.ne quis prælatus, vt innuunt ſequen-
tia. Goffr.grauare, contrahendo mutuum,vel alienum onus
in eccleſiam transferendo,vel fideiubendo,contra id s̃.titulo,
primo,quod quibuſdam,ſigilla quibus ſigillantur literæ con-
1 tinentes debitum nomine eccleſiæ.† No.quod ſigillum pro-
2 bat.de hoc de fide inſtrumen.capitu.3.† Secundo nota,quod
a conſtitutio a reſpicit futura,ibi,de cætero.de conſtitu.cap.fin.
Tertio nota honeſtam excuſationem rectoris eccleſiæ requi
ſiti ad fideiubendum,quod dicat ſe nõ poſſe propter pœnam
de qua hic. Petr.hæc tamen pœna locum habet ſolum quan-
do prælatus quantum in ſe eſt eccleſiam obligat pro alienis
debitis.ſecus ſi obligat ſe tantum, quo caſu tenetur ſatisface-
re etiam de prouentibus beneficij,s̃.titulo proximo,cap.2. &
3 quod ibi dixi. Oppono quod non credatur literis † ſigillatis,
de proba.quoniam contra.glo.prima non ſoluit,dic quod ibi

Gof ꝙ procedit hoc ...
ue ad procurandum data.10.diſt. ca.1.21.q.prima.qui plures,
de electio.cum nobis. Secundo quæro,ſi eccleſia eſt occupa-
ta.dicunt prædicti quod eſt idem, ne prędo ſit melioris con-
ditionis.ff.de dona.inter virum & vxorem.l.3.§.videamus.fa-
cit de præbend.cum qui.libro ſexto. Tertio quæro,ſi eccleſia
ſubiecta monaſterio obligatur pro debitis alienis. dicit Vinc.
abbatem non incurrere hanc pœnam,ſed prelatum illum cu
5 ius eſt adminiſtratio.ſecus ſi eſſet abbatis. † Quarto quæro,ſi
b eccleſia habet pecuniam b ſuperfluam, dicit Hoſtien. quod
poterit eam mutuari indigẽti, & etiam de ſuperfluo tenetur
eleemoſynam facere.12.q.2.aurum,& cap.gloria.16.q.prima.
cap.fin.86.diſt.non ſatis.& cap.paſce. & dominus dicit, mu-
tuum dantes &c.in euangelio Lucę.6.& j̃.de vſuris,capitulo
conſuluit.non ergo intendit hic tale mutuum ꝓhibere,cum
nec ex illo grauetur eccleſia, vt patet hic ex mente. Quinto
quæro,ſi prælatus non grauat eccleſiam,obligando,ſed remit
tendo id quod debetur eccleſiæ,dicit Vincent. quod tenetur
6 ad pœnam de qua hic.nam qui remittit † alienat.ff.de condi.
ob cauſ.ſi mulier.de iure dotium.licet.de teſti.veniens.quod
non placet Ioann.Andr.ſed non dicit quare. Ratio autem eſt,
quia non debet hoc ius pœnale extra ſuos terminos extendi.
regula in pœnis.libro ſexto. hic autem loquitur ſolum de p̃-
lato qui obligat eccleſiam pro debitis alienis. vnde etiam in
text.ibi,obligare,ſupple pro debitis alienis. dicit etiam Vinc.
quod ſi in contractu quem facit prælatus Romæ, vel Bono-
niæ facit me habere pecuniam, de me non faciendo mentio
nem,forte locum habet conſtitutio:quia ſic grauari poſſet ec
cleſia.& videtur Vin.velle,quod hoc caſu prędatus obligat ec
cleſiam in effectu pro alienis debitis,quod tamen dic, vt in-
fra quæſtione decima. Sexto quæro,quid vult litera ibi,literas
ſeu ſigilla. Goffred.in verſiculo literas,ſupplet, quibus conti-
nebatur mandatum de mutuo contrahendo, & in verſiculo
ſigilla,ſupplet quibus ſigillantur literæ continentes debitum
eccleſiæ,& ſecundum hoc expone literam ibi, quibus, ſcili-
cet literis ſigillatis, vel ſigillis traditis ad ſigillandum inſtru-
mentum, ſicut creditor dictare voluerit, vel ſi tradit literas
non ſcriptas, ſed ſigillatas. Septimo quæro circa hoc, an
7 habens † ſigillum alicuius ſit admittendus tanquam eius
procurator. videtur, quod ſic: quia in ſigillo imprimitur
imago domini: de pœnitentia diſtinctione prima, princi-
pium: vel ad minus caracter, vel literæ nominis: de fide
inſtrumentorum, inter. ff. de teſtamentis, lege, ad teſtium,
§. ſi quis, quod tenet Goffredus. Hoſtienſis contra, niſi
oſtendatur litera ſigillata, vel caueatur de rato. ff. de pro-
curatoribus, ſi procuratorem, de officio ordinarij conquæ-
rente: vel alias fiat fides. C de ſatiſdando, lege vna. quod
videtur verius, & de hoc de procuratoribus, capitulo pri-
mo. Octauo quęro, ſi tradidit literas procuratori, vt ibi
ſcriberet in litera ſecundum conſilium peritorum procura-
tionem ſuam, vel aliud neceſſarium domino: & ipſe ſcri-
pſit mandatum de mutuo, & recepit mutuum: dicit Ho-
ſtienſis, quod non eſt domino imputandum, ſi ille eſt ta-
lis de quo confidere poterat, de officio delegati, cum olim,
primo, de pignoribus ſignificante. nec poteſt dominum ta-
liter obligare, & quamuis prælati multas tales cedulas tra-
dant, ſupra titulo primo, quod quibuſdam, & conſuluit
Hoſtienſis, in his habenas reſtringi, non relaxari, quia in-
cidunt pericula multa, quod dixi de fide inſtrumentorum,
capitulo ſecundo. Dicit etiam quod tales cedulæ vix tranſeũt
ſine vitio falſitatis, cum tradens ſit in domo, & ſcriptura
fiat in curia. ad hoc de his quæ fiunt a prælatis,quanto: dicit
tamen, quod ſi procuratori generali traditur certa forma
melioranda in curia, & ponitur dies,& ſubſcribuntur teſtes,
& actum

ADDITIONES.

a Conſtitutio. Adde Abba.in cap.1.& fin.de conſtitu.idem Abb. in c.cum tu.
in primo not.de vſuris.
b Si eccleſia habet pecuniam. Adde Petrum de Ancharano in capitulo primo,
de feudis.

Digitized by Google

tum, vt hic in fine. Item, quia in dubio videtur pœna dilatan-
da. vt not. de ſenten. excommun. cap. fin. In contrarium, quia
verba cum effectu &c. de cler. non reſid. cap. relatum, nec ſuf-
ficit conatus. de ſpon. c. fin. Ioan. And. in regula in pœnis. lib.
6. in quæſtione dicit, quod quandoque per attentare conſu-
matur delictum, & tunc ius punit. facit de homi. pro huma-
ni. libro ſexto. vbi mandato perficitur delictum: & ita hic per
ficitur tradendo ſigillum quo ad pœnam de qua hic. concor-
dat quod J. titulo primo, cap. final. vbi dico in 12. quæſtione.
Decimo quæro, ſi prælatus pro ſuis debitis, vel eccleſiæ con-
cedit literas, vel ſigilla alicui: an ſit locus pœnę. de qua hic,
dic quod non, propter verbum, alienis debitis, hic in litera. p
ſuis ſecundum Innocent. licet dare literas & ſigilla. Vincent.
dicit debita aliena etiam quæ ſunt propria ipſius prælati. ſimi
le. 16. q. 3. inter memoratos. ſed vt dicit Abb. iſtud amarum
eſt & Ioan. Andr. æquius quod non incurrat pœnam ſi obli-
gat pro ſuis, ad quæ tenetur eccleſia, vt pro alimentis, ſecus ſi
ſint talia ad quæ non tenetur: vt pro factis patrimonialibus,
ſed pro factis eccleſiæ certum eſt, quod poteſt: alias, vt dicit
Hoſtien. multoties inexpedita manerent eccleſiarum nego-
cia. vnde & ipſarum intereſt, quod ſic interpretemur. argum.
C. ad Trebel. de reſcind. vendi. ratas. dic quod procedunt præ-
dicta quando prelatus diuiſim tractat ſua, ſecus videtur ſi per
mixtim: imo etiam ſi diuiſim: verius puto dicendum idem,
cum gaudeant eodem priuilegio cum bonis eccleſiæ, ſupra
de pignor. ex literis, vbi hoc nota. in gloſſa penultima. Item
verbum, alienis, hic videtur importare, extraneos ab ipſis prę-
latis. vnde cum hæc decre. ſit pœnalis, inhæreo dicto Innocē.
dummodo prælatus bona ſua tractet pro ſuis. Sed ſi feciſſet
inſtrumenta ſub nomine alterius, contra id infra de peculio,
capitulo ſecundo, dic quod in præiudicium eius cenſebuntur
aliena: nec ipſe contra ſuam confeſſionem audietur dicens
eſſe propria. de bap. per tuas. Vndecimo quæro, ſi talis procu-
rator habens literas pro mutuo eccleſiæ contrahendo alteri
tradit mutuo pecuniam ſic receptam, vel eam expēdit in ſua
commoda. dicit Hoſtienſ. hoc non imputandum prælato,
dummodo non ſit in culpa, pro hoc verbo. præſumat, hic in
textu. quod denotat culpam: & verbum grauare. Item, quia
hic ſolum punit prælatum qui tradit literas, vel ſigilla ad effe
ctum, vt poſſint eccleſiæ obligari inutiliter. Duodecimo quę
ro, de quo prælato hic loquitur: dic quod de inferiori non
9 epiſcopo: †epiſcopi enim non incurrunt ſuſpenſionem iuris
niſi de ipſis expreſſa fiat mentio. de ſenten. excommun. quia
periculoſum. libro ſexto, de electio. ſi compromiſſarius. §. hu
ius, eodem libro. dicit tamen Hoſtienſ. quod propter hanc
cautam deberet epiſcopus a ſuperiore ſuſpendi. Decimoter-
10 tio quæro, ſi ſuſpenſus † per hoc capitu. ante relaxationem
immiſceat ſe diuinis: an erit irregularis. dicit Hoſtien. quod
ſic: & quod erit per ſolum Papam abſoluendus. de re iudica.
capitulo primo, libro ſexto. Ioan. Andr. hoc non credit. cum
a iſte non ſit ſuſpenſus a ab officio, vel diuinis. dicit Ioan. Cald.
quod cum ſit ſuſpenſus a ſpiritualibus poteſt teneri, quod ſit
irregularis: quia adminiſtratio ſpiritualium large ſumpta po-
teſt includere diuinorum celebrationem. facit de corpo. vi-
tia. ex parte ſecunda. Sed ſi ſumatur ſtricte prout denotat
quandam prælationem, & poteſtatem competentem, non ra
tione ordinis, vel dignitatis, vel eccleſiæ: verum eſt dictum
Ioan. Andr. quod etiam eſt benignius per regulam in pœnis.
libro ſexto. quod vltimum placet: quia ſi a diuinis ſuſpende-
re voluiſſet hoc expreſſiſſet: non per hæc verba ab admini-
ſtratione ſpiritualium, ſed per alia, ſcilicet ab officio, dicto ca-
pitulo primo. de re iudica. libro ſexto, vel ſimilia quæ imme-
diate inferrent ſuſpenſionem a diuinis. Decimoquarto quæ-
ro, quis abſoluet ab hac ſuſpenſione. dic quod proximus ſu-
periori, ex quo Papa ſibi non reſeruat. de ſententia excom-
municationis, nuper. ſecundum Vincent. Goffred. & Inno-
cent. quam non faceret niſi prius indemnitati eccleſiæ con-
ſulatur. argument. de verborum ſignificatione, cum olim.
Hoſtien. Decimoquinto quæro, ſi prælatus eccleſiæ velit ec-

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui non eſt ſoluendo excommunicatus poteſt abſolui cum cau-
tione de ſoluendo ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit.*
2 *Actor ſequitur forum rei.*
3 *Iuriſdictio contentioſa poteſt ſpectare ad archidiaconum.*
4 *Iudicis partes in confeſſum quales ſint.*
5 *Actio eſt inanis quam inopia debitoris excludit.*
6 *Cautio iuratoria quando ſufficiat.*
7 *Inopia qualiter probatur.*
8 *Cedere volens an ſit liber, donec perueniat ad pinguiorem fortunam.*
9 *Pactum an valeat quod quis condemnetur in ſolidum.*

1 Odoardus. †Debitor qui non eſt ſoluendo, excom
municatus quia non ſoluit, abſoluit eum
cautione de ſoluēdo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit.
Primo ponitur querela. Secundo dat iudices, ibi: mandamus.
Odoardus. huic forte conueniebat nomē Azardus, qui ludus
alearum multos depauperare conſueuit in l. greca. Alearum
ludus. Hoſt. officiali. qui in iſto O. verificauit officium ſuum.
Ab officio eius. quod eſt nocere. de electio. nihil in prin. cum
tamen per antiphraſim dici debeat. id eſt, per contrarium.
Grecíſmus. Ludus, & officium, bella, libitinaque, parca. Iſta
* per antiphraſim dicuntur nomina quinque, & eſt libitina *
dea libidinis. parca furia infernalis. Archidiaconi: alias archi-
epiſcopi. prima communior. non valentem: vt dicebat: ſed de
2 hoc mandat inquiri. † Nota quod actor ſequitur forum rei.
de foro competen. cum ſit. Sic enim laici conuenerunt hic
3 Odoardum clericum coram iudice eccleſiaſtico. † Secundo
nota, quod ad inferiorem epiſcopo, puta archidiaconum,
poteſt ſpectare iuriſdictio contentioſa, quam exercet etiam p
officialem, vt hic. iuncta glo. 1. Tertio no. q clericus efficaciter
obligatur pro debitis, quia hic excuſatur ſolum, quia inops.
quod dic, vt dixi de depoſito. capit. primo, & ſupra titulo pri-
4 mo. quod quibuſdam. Quarto no. † quod in confeſſum non
ſunt partes iudicis niſi in pronunciando, quod colligitur ex-
ponendo verbum, recognoſcentem, i. confitentem, vt expo-
nit gloſſa ſecunda, & in ea ibi, audiri debet: aliās non, & ſic in
l. penultima. allega. in gloſſ. eſt duplex litera. Vincent. appro-
bat ſecundam, quia intereſt creditoris recognoſci debitum:
vt negante debitore poſſit probare per quos ad hoc habuit
creditor. Idem Philipp. Hoſtien. & Abba. & fuit dictum Pla.
ſed habetur in dicta l. line, non, intellige volente creditore, &
hoc communiter approbatur in dicta l. penultima. ſed credi-
tore non contradicente procedit alia litera, & ſic illa l. eſt in-
5 troducta fauore creditoris. Quinto nota, † quod inanis eſt
a actio &c. a quod dic, vt in gloſſa tertia, hinc illud. Cantabit
vacuus &cæt. Oppono, quod debuerit Papa mandare pro-
nunciari excommunicationem non tenuiſſe: quia impoſſi-
bilium nulla eſt obligatio. de pact. c. fin. glo. 3. ſoluit quod hic
tenuit: quia non plene conſtabat quod ſoluere non poſſet: ſe-
cus ſi iudex certus fuiſſet, vel ſi ipſe bonis ceſſiſſet, in hoc tñ
non perſiſtit glo. vt J. eodem contrario. Et no. glo. in eo quod
dicit de ceſſione, & dic quod quādo certum eſt quod ſoluere
non poteſt, non eſt neceſſaria ceſſio. ſed ſufficit illa certitudo
pro

ADDITIONES.

* Libitina. Adde quod Plutarchus Venerem fuiſſe putat, in cuius templo Ro-
mani aſſeruari voluerunt ea quę ad pompam funebrem ſpectabant. huiuſ-
que rei rationem in problematibus reddit. Alij Proſerpinam Plutonis vxo-
rem. Poetæ pro morte, ſeu feretro hoc nomen vſurpant. Horat. 3. carm.
Multaque pars mei vitabit libitinam. Alia habes in Lexi. iur. in ver. Libiti-
narij. B. S.
a Inanis eſt actio. Adde cap. olim. el 2. de reſtitu. ſpoliatorum, glo. in cap. ſicut
dignum. de homi.

ceſſerat:& in fine,facit quod nota. de teſtibus cogendis, capitulo ſecundo,in fin. gloſſ. Secundo oppono, quia videtur litera ſibi contradicere. primo mandat ſententiam relaxari ſine difficultate. deinde mandat recipi cautionem : dic quod relaxabitur ſine difficultate qualibet, præter cautionem, de qua ſequitur. Non enim præſtabit iuramentum de ſtando mandatis eccleſiæ:nec ſoluet expenſas : & ſic non ſeruabitur forma ſolita in abſolutione,quod fit,quia ſecundum Hoſtienſem,non ligauerat excommunicatio ſecundum Deum:ideo ſolum fit relaxatio.de hoc de teſti.veniens ſecundo,in fine,de ſententia excommunicationis,ſacro.quod metus cauſa,capitulo vno.libro ſexto,vbi diſtinguitur inter abſolutionem excommunicationis,vel reuocationem:quod dic,vt ibi nota.in gloſſa tertia,tamen hic non eſt reuocatio.quia,vt dixi in præcedenti contrario,tenuit mero iure,licet fuerit iniuſta. Tertio oppono, quia Odoardus erat inops non poterit idoneè
6 cauere, & tamen mandatur ei, quod idoneè caueat. † Gloſſa penultima ſoluit, quod ſi non poteſt idoneè cauere ſufficit cautio iuratoria. Hoſtienſ. dicit quod indiſtinctè hoc caſu idonea intelligitur iuratoria:quia ex quo bonis cedit, notum eſt quod aliam præſtare non poteſt : facit ergo quod poteſt.vigeſimaſecunda,quæſtione ſecunda,faciat:dic quod poteſt eſſe, quod inueniet,qui velit pro eo ſatiſdare de ſoluendo ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, non tamen ſtatim ſoluere.& dicit Vincent.quod recipitur ab ipſo cautio : quia identitas debet præcedere diſſolutionem contractus. ff. de ædil.edict.ædiles,§.vltimo, manda. ſi diligenter:ſic & vſufructuarius prius caueat, quam agat. ff. de vſufruct. ſi cuius, §. primo. Ad idem de in integrum reſtitution. ſuſcitata, & in hac gloſſa penultima,ibi,intelligo.idem Goffred.Vincent.& Philip.Quarto oppono,quod debuerit hic Papa mandare de redditibus eccleſiæ ſatisfieri,ſicut ſupra titulo primo. peruenit.Gloſſa vltima,in fine,ſoluit quod ibi ſic fiat:quia illi erant periuri. quod non placet:quia de periurio aliter punit ibi. Secundo ſoluit eadem gloſſa, quod hic non fuit actum ad hoc, quod etiam non apparet quod O.eſſet beneficiatus,& potius apparet contrarium : quia ſi fuiſſet beneficiatus potuiſſet ſol-
7 uere de fructibus,ſupra titulo primo,capitulo ſecundo.†Quæro qualiter conſtabit de inopia.dicit Hoſtienſis, quod per famem,& nuditatem,& inediam, id eſt famem notoriam : vt quia verè,& ſine fraude mendicabat:alias ſecus C.de mendi. valid.l.vna.libro vndecimo,præſumetur tamen inops ex quo mendicat,niſi creditores probent contrarium,ſcilicet, quod occultos loculos habet: & ſecundum hoc intelligitur ff. de priuilegio creditoris, ſi creditores, qui ſatiſdare cogantur,ſi vero.§.qui pro rei. C.de probatio.ex perſona.de depoſito.capitulo primo,vel probatur eoipſo,quod bonis cedit : nec debet eius corpus poſtea detineri.C.qui bon. ce.pot.l.prima,de pigno. capitulo ſecundo, de hoc dic, vt dixi de conſtitutio. quæ in eccleſiarum. notabili ſecundo. Secundo quæro, an quod dixi ſupra in primo contrario, de ceſſione,procedat
8 † indiſtinctè, vt volens cedere ſit liber, donec perueniat ad pinguiorem fortunam. Gloſſa vltima, in principio, dicit, quod ceſſio prodeſt in hoc, quod non detruditur in carcerem : ſed ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam,tenetur ſoluere:habita tamen ratione ne egeat: & hæc ratio habetur ſecundum Hoſtienſem,poſtquam ceſſit,prius non : ſed inſolidum fit executio.ſupra titulo primo, peruenit,contra hoc tamen,quod dixi habendam rationem ne egeat,eſt, quod Hoſtien. not. de appella. reprehenſibilis, vbi dico in §. ſi autem, ſed verius videtur, quod nunc dixi,& facit quod dico de vſuris,cum tu. §. primo. Innocent. dicit videri quod capitu. habeat locum ſiue ex contractu ſiue ex maleficio conueniatur egenus ad intereſſe reddendum alicui : ſed ſi non agitur ad intereſſe tantum,ſed etiam ad pœnam, vt in furto, infra de pœnis,tuæ,tunc, ſi placet actori, pœna poterit mutari in corporalem, argument. duodecima, quæſtione ſecunda, fraternitas, ſicut ſecundum Hoſtienſem, quando iudex ex officio procedit ad pœnam imponendam.de maledi.capitulo ſecundo.Sed pro puro intereſſe non ſubijcietur pœnæ corporali ſecundum Innocent. ſed reſeruabitur proſperiori fortunæ. Si vero conuenitur quis actione iniuriarum ad vindictam tan-

tera. Item per ceſſionem de facto aggrauatur opinio cedentis,& ſic redderetur inhabilis ad beneficium. de bigam. capitulo primo,de teſti.teſtimonium, & capitulo finali. de elect. ſuper eo.de accuſatio.omnipotens. Solu.quod dixi de ceſſione,debet intelligi,quod fiat eo modo quod ſit prouiſum creditoribus ſine præiudicio famæ cedentis:vnde etiam non cedet beneficio,cui nec poſſet cedere ſine ſuperioris licentia.de renũ.admonet,& c.quod in dubijs. dicit tamen Collectarius, quod vidit ſeruari in curia,quod clerici nihil habentes in patrimonialibus admittuntur cedentes fructibus beneficiorum ſuorum deducto eo, quod ſufficit pro adminiſtratione diuinorum, & de fructibus ſoluetur creditoribus. pro hoc de fideiuſſo.capitulo ſecundo, hæc tamen non eſt propria ceſſio. & dic,vt dixi in dicto capitulo ſecundo,cætera dic quoad hoc vt in gloſſa vltima,& in ea ibi,liberatus eſt,quod dic, vt nota. de homicid.ſicut dignum.§.eos.in tertia gloſſa.Ibi,inefficax, ſicut eſt actio de peculio:licet nihil ſit in peculio. ff. de peculio.quæſitum.Ibi.§.vltimo,ibi dicitur,quod inhumanum eſſet fortunis ſpoliatum, inſolidum damnari.Ibi,in condemnatione.de hoc.C.de donatio.ſi quis argentum. §.ſed & ſi quis. in fine.tertiæ gloſſæ,& in dicta lege,dicitur quod in condemnatione perſonarum,quæ in id quod facere poſſunt damnantur,non totum quod habent extorquendum eſt, ſed & ipſarum ratio habenda eſt ne egeant. Ibi, non ſatis,vbi de hoc in gloſſa. hic loquitur,& decimaquarta,quæſtione ſexta, capitulo primo, vbi de hoc per Archidiacon. Tertio quæro,in eo quod dixi habendam rationem ne egeat:an hoc procedat indiſtinctè. dicit Hoſtien. quod procedit vbi facta eſt ceſſio.vbi vero facta nõ eſſet ceſſio,non habetur hæc conſideratio:imo inſolidum fit executio,& ſic ſecundum eum ſoluitur contrarium in capitulo peruenit. de fideiuſſo. Quarto quæro circa
9 idem, ſi habens priuilegium † ne teneatur niſi inquantum facere poteſt fecit pactum, quod condemnetur inſolidum. Solu.ſi habeat priuilegium ratione perſonæ,vt maritus,non valet pactum. ff. ſoluto matrimonio. Ala. §.eleganter,& lege ſequen.nota.de dona.inter virum & vxorem,capitulo primo.in gloſſ.ſecunda.Si vero ratione contractus,vt pro ſocio, tutelæ, & ſimilium,tenet pactum. ff.pro ſocio, verum.§.primo. & ſequent. de re iudicata, ſi conuenerit, & lege præcedenti,de hoc per Hoſtienſem. §.fina.de donatio.inter virum & vxorem,ſub rubrica de dotibus promittendis.§.ſi quis conſtituat.ad finem.

A D D I T I O.

1 Per libros æſtimi. Adde Bald in l. quidam in ſuo. ante finem. ff. de condictione indebiti.

S V M M A R I V M.

1 *Pecunia appellatione res etiam continentur.*
2 *Creditor prior tempore quo caſu alias non præferatur.*
3 *Soluens indebitum an repetere poſſit.*
4 *Indebitum quotuplex ſit, & quando & quomodo repeti poſſit.*
5 *Indebitum iure ciuili tantum quid ſit.*
6 *Sententia tollit ciuilem obligationem, non naturalem.*
7 *Debitum ex pacto nudo inducit ſolam naturalem.*
8 *Indebitum iure naturali tantum quid ſit.*
9 *Indebitum iure naturali & ciuili quid ſit.*
10 *Indebitum per exceptionem tantum quid ſit.*
11 *Indebitum iure ciuili tantum ſolutum an poſſit repeti.*
12 *Indebitum iure naturali tantum ſolutum an poſſit repeti.*
13 *Indebitum vtroque iure ſolutum an poſſit repeti.*
14 *Indebitum per exceptionem ſolutum an poſſit repeti.*
15 *Indebitum per præſcriptionem an ſolum repeti poſſit.*
16 *Dolum allegans illum regulariter probat.*
17 *Petens quod non numerauit, facit contra præceptum, non furtũ facit*
18 *Lex in contractibus an ſtringat eccleſias.*
19 *Lex eccleſiis damnoſe reprobantur.*
20 *Coitionem ſibi factum negans qualiter conuinci debeat.*
21 *Creditor qui negauit ſolutionem qualiter puniatur.*

Debitorem

Digitized by Google

catus,quando ſecundus credit in refectionem rei, eodem titulo.interdum.Secundo nota,id quod no.gloſſ.vltima,& ibi inficiatur:q negat pecuniam numeratam,conuictus de mendacio non poterit dicere ſe ſoluiſſe: & de his caſibus de quibus in gloſſ.nota. in regula nullus pluribus.libro ſexto. Oppono,
3 quod q ſoluit indebitum †nō poſſit de hoc conquæri,nec illud repetere. C.de iuris & facti ignorantia, cum quis. ad legem falcidiam. error.Gloſſa prima ſoluit diſtinguendo:quia aliud dicitur indebitum iure ciuili tantum. Aliud iure naturali tantum. Aliud iure naturali & ciuili. Aliud indebitum per exceptionem. Aliud indebitum ad rigorem iuris ſeruandum. hoc tamen membrum videtur gloſſ. ponere ſub indebito per exceptionem.Nam de exceptione diſtinguit. An ſit temporalis: an perpetua:an dubitetur. Et ſi perpetua.an fauorabilis: an odioſa: an inducta ad rigorem iuris obſeruandum. Item de ſoluente diſtinguit: an ignoranter, an ſcienter. Et ſi ignoranter. An per ignorantiam iuris, an facti. Sed quo ad contraria dicit gloſſa, quod ſi quis ſoluit indebitum iure ciuili per ignorantiam facti,repetere poteſt. Secus ſi per ignorantiam iuris,& ita dicitur in l.cum quis.præallega.quæ ſimpliciter dicit, qnod ſoluens indebitum ignorans ius,non repetit,ſi factum,repetit.Et hoc plenius declaratur in ſequentibus quæſtionibus. Quæro generaliter quotuplex ſit inde-
4 bitum, † & quando & quomodo poſſit repeti. Gloſſa prima ſimul proſequitur: & ex hoc ſurgit intricatio. ſed pro clariori intellectu ſeparatim proſequitur. Et ad primum diſtingue: vt ſupra proximo notabili. Ad ſecundum dic, vt in
5 ſequentibus quæſtionibus.Secundo †quæro circa hoc,quod eſt indebitum iure ciuili tantum. Gloſſa prima in principio, exemplificat de eo quod poteſt retineri per l. fal. Et idem dicit gloſſa. C. de iuris & facti ignorantia, cum quis. Et pro hoc.C.ad legem falcidiam, lege prima,vbi dicitur,quod ſoluens id quod poterat retinere per fal. non videtur plus debito ſoluiſſe.pro hoc quia ſenſus defuncti ſubeſt quo ad totum legatum. Nam contra voluntatem defuncti. Petr. in eadem lege,cum quis, dicit quod hoc eſt indebitum etiam iure naturali. quia fal.reſecat ipſo iure.ff.ad l.fal.linea. Item ex quo lex reſiſtit obligationi, non oritur naturalis. ff. de fideiuſſo. cum lex. Et hoc videtur verius ſi hæres vtitur fal. ſed ſi ſoluit. Aut ſcienter, & videtur renuntiare fal.& ſic dicitur ſoluere debitum omni iure. Aut per errorem,& videtur ſoluere indebitum ciuiliter,ex quo poterat retinere, ſed naturaliter debitum propter conſenſum defuncti. Aliud exemplum ponit hæc gloſſa,in fine, in eo quod dicit quod obligatio naturalis tantum dicitur ea, quæ ex ipſa re oritur,puta numeratione, & ſic vult quod hoc caſu ſit indebitum iure ciuili tantum, quando ſine facto meo pecunia mea peruenit ad te. ff. ſi certum petatur,lege ſecunda, in fine. vbi de hoc nota gloſſa, tamen oritur obligatio efficax ad agendum, quæ dicitur orta ipſa re. inſtitutio. quibus modis re contrahitur obligatio.in principio.vnde hoc exemplum non eſt bonum. Gloſſa not. in dicta lege, cum quis, & eodem titulo, ſi poſt diuiſionem, exemplificat in legato in teſtamento minus ſolenni: quia tunc eſt iure naturali debitum: ſed iure ciuili indebitum. Nam ſicut ſtipulatio ſolennis ſe habet ad teſtamentum ſolemne: ita minus ſolemnis ad minus ſolemne: ſed ex teſtamento ſolenni oritur ciuilis, & naturalis :ſicut ex ſtipulatione ſolemni. Ergo ex non ſolenni ſola naturalis, ſicut ex ſtipulatione minus ſolenni. argum. ff. de pactis, iurigentium. §. ſed cum nulla: quod reprobat Petrus, & Cynus in dicta lege, cum quis, quia ex quo deficit ſolemnitas, nihil efficax tamen ſequi poteſt. ff. de verborum obligationi lege prima,§. ſi quis ita. pro hoc de electione, quia propter. de baptiſm.capitulo primo.& capitulo,debitum,prima quæſtione prima,detrahe.Item, ſicut ſe habet defectus formæ in contractu ita & in vltima voluntate: ſed in contractu impedit naturalem oriri. ff. de conſtituta pecunia. lege prima.§.eum qui, ergo, & in vltima voluntate. Pro gloſſa vero inducitur, quia vbi eſt conſenſus, ibi eſt naturalis obliga-

[...]iter approbatur. Ad contraria reſpondetur: quod vbi deficit ſolemnitas ſubſtantialis, nihil efficax ſequi poteſt: hic autem non deficit conſenſus,qui eſt ſubſtantia obligationis: ſed deficit ſolennitas probatoria, cuius defectus non impedit obligationem naturalem: ff. de pignoribus,contrahitur, & lege, cum tabernam, §. idem quæſijt. Et hoc tenent Iacobus Butrigarius, & Bartolus: Baldus autem in hoc diſtinguit in dicta lege, cum quis. quod dic, vt ibi, quod omitto: quia non eſt neceſſarium. Pro intellectu gloſſæ, datur aliud exemplum in debitore ciuiliter, & na-
6 turaliter abſoluto per ſententiam, quia ſententia † tollit ciuilem, non naturalem. ff. de condictione indebiti, lege prima, & lege Iulianus, inſtitutio. quibus modis tollitur obligatio. §. item ergo, & hoc etiam ſentit hæc gloſſa,in eo quod dicit de indebito ad iuris rigorem ſeruandum. Sed hoc reprobat Petrus, quia etiam per abſolutoriam non tollitur ciuilis ipſo iure, ſed eliditur: quia ex abſolutoria competit exceptio rei iudicatæ.de exceptio.a nobis. Sed defenditur exemplum per dictam legem Iulianus. vbi dicitur, quod abſolutus naturaliter debitor manet,& ſic non ciuiliter:in quo dicit,quod aut eſt ſententia diſpoſitiua,vt illa,quę fertur in querela inofficioſi teſtamenti, & hæc tollit naturalem,& ciuilem ipſo iure.ff.de inofficioſo teſtamento, Titia,& lege,poſthumus.§.ſi quis ex his. Aut eſt ſententia declaratoria,& aut in realibus,& hæc non tollit naturalem nec ciuilem: quia nulla præſupponitur obligatio perſonæ: datur enim realis contra poſſidentem etiam nullo iure obligatum. ff.ad exhibendum,de eo.§.finali.de iudicijs,examinata. Aut in actione perſonali: & tunc, aut actio tendit ad vindictam: & ipſo iure tollitur per abſolutoriam. ff. de iniurijs. ſed ſi vnus.§.ſinautem. Aut ex contractu vel quaſi,vel in vltima voluntate,& tunc non tollitur obligatio: ſed eliditur: quia non tollitur actio. ſed competit exceptio: vt prædixi: quod dic per Baldum in dicta lege cum quis, & pro hoc quod dixi de conceſſione præbendæ, propoſuit, in octauo contra-
7 rio. Datur aliud exemplum in debito † ex pacto nudo, quod inducit ſolam naturalem. ff. de pactis, iurigentium. §. ſed cum nulla: quod dixi de pactis, capitulo primo, dantur & alia exempla in dicta lege, cum quis. & in hac gloſſa prima, ibi, cum quis ſoluens indebitum ignorans ius,non repetit;ſi factum repetit. ibi.error. tria dicit, quod præcedit, & quod
8 ſequitur, quod ſi ſciens ſoluit,non repetit. †Tertio quæro, quid eſt indebitum iure naturali tantum. Dicit gloſſa prima,ad finem, quod ciuilis obligatio tantum dicitur,quando ſpe futuræ numerationis per chyrographum me obligaui. inſtitution.de literarum obligationibus, §. plane.& ſic vult, quod hoc caſu ſit debitum iure ciuili tantum, & indebitum iure naturali tantum,& idem dicit gloſ.poſt principium.ibi, indebitum iure naturali tantum, quod reprobat Iacobus de Rauena,in lege,cum quis.dicens, quod ex chyrographo per quod conſtitui me debitorem ante biennium, non oritur naturalis nec ciuilis:ſed leuis præſumptio. ideo competit exceptio non numeratæ pecuniæ: ſed fortis præſumptio eſt poſt biennium: ideo non admittitur exceptio prædicta. C.de non numerata pecunia, ſi ex cautione: & lege, in contractibus. Petr. autem in dicta lege,cum quis.dicit quod ante biennium oritur naturalis, & ciuilis, licet inefficax, cum contractus habeat ſua formalia. quod tenet ibi, dummodo confeſſio chyrographi contineat certum: alias non naſceretur aliqua obligatio. ff. de verborum obligatio. triticum, quod eſt verum. Sed tamen Iacobus de Rauena habuit bonam mentem: quia attento effectu videtur debitor voluiſſe ſe obligare ſub conditione ſi pecunia numerabitur, qua ceſſante ceſſat omnis obligatio. Prima autem opinio, quæ eſt gloſſæ hic, & in dicta lege,cum quis, habuit reſpectum: quia in chyrographo adeſt conſenſus purus in forma: ergo oritur ciuilis: ſed propter ſpem futuræ numerationis non dicitur conſenſus purus in ſuo eſſe originali: ideo non oritur naturalis. Datur aliud exemplum. Eram tibi naturaliter & ciuiliter obligatus, feciſti mihi pactum de non

primo contrario, & exempla ponam, infra quæſtione nona:
11 † Sexto quæro, indebitum iure ciuili tantum ſolutum an
poſſit repeti. Gloſſ. prima, in princip. dicit quod ſic, ſi per erro
rem facti: ſecus ſi per errorem iuris. primum intellige verum,
ſi ignorantia facti fuit probabilis: alias ſi improbabilis, non re-
petit. vt nota. gloſſa. ff. de regulis iuris, ſi per errorem. Secun-
dum de ignorantia iuris in quo dixi nō dati repetitionem. fal-
lit in minore, muliere, vel perſona priuilegiata, quę excuſatur
propter ignorantiam iuris ff. de condict. indebiti. interdum.
de proba. cum de indebito. pro hoc quod nota. in gloſſ. ſequē.
Quidam vero volunt, quod indebitum iſtud ſolutum nun-
quam repetitur, per l. ſi is. & per l. ſi pœnæ cauſa. ff. de condict.
indebiti fuit opin. Placen. quam ſequitur Petr. in dicta l. cum
quis. quia ſpeciale eſt in minore quod repetit, dicta l. inter-
* dum, ergo contrarium regulare, communiter * approbatur
primum. Et ad contrarium reſpondetur, quod minor repetit
etiam non docto de errore, maior non. de hoc in dicta l. inter
12 dum. † Septimo quæro, an indebitum iure naturali tantum
ſolutum poſſit repeti. Gloſſa, dicit quod ſic, & hoc eſt verum
quocunque errore ſoluerit. ff. de condict. indibiti, ſi non ſor-
tem. §. indebitum. Fallit in caſibus notatis in dicta l. cum qs.
& plenius per Hoſtien. in ſumma, ſub rubrica de ceſſi. bono.
ſub. §. quis autem dicat. de hoc tamen indebito idem quod
de in indebito vtroque iure, de quo in ſequenti quæſtione. Et
in hac gloſſa. ibi, cum indebito. primo reſponſo. non dicit ex-
preſſe ad quid inducitur. dicit tamen ſoluentem indebitum
debere docere, quod per dolum, vel aliquam iuſtam cauſam
ignorantiæ ſoluerit, ibi, indebitum. ſi indebitum pecuniæ er-
rore promiſi, & fideiuſſor ad id per me datus meo nomine
ſoluit, fideiuſſor a me, & ego a ſtipulatore repeto. ibi, quod ſi
maritus. §. primo. qui conſtituit, quod qui iure ciuili debe-
bat, prætorio non debebat, non tenetur. ibi. §. is quoque: qui
non debitum accepit ab eo, qui per errorem ſoluit, re obli-
13 gatur. † Octauo quæro, an indebitum vtroque iure ſolutum
poſſit repeti. Gloſſa, dicit quod ſic, quacunque ignorantia ſit
ſolutum; ſed ſi ſcienter, non repetit; quia donare videtur. quod
vltimum fallit in vſuris, quod dic, vt de iureiuran. debitores:
plenius tamen dic, quod aliquando tale indebitum ſolutum
eſt ſcienter, & non repetitur, quod nunc dixi, quod eſt verum
ex vi actionis. Sed quandoque per exceptionem compenſa-
tur. ff. de ſolu. c. cum aurum, vbi ſi aurum tibi promiſi, & æs
ſolui tibi ignoranti, non liberor, neque repeto tanquam ſolu
tum indebite. tamen ſi petis aurum, obſtat tibi exceptio ſi nō
reddis æs quod accepiſti. Aliquando ſoluitur ignoranter, &
aut per ignorantiam facti, & repetitur. ff. & C. de condictio,
indebiti. & dicta lege, cum quis. Aut per errorem iuris, & in
hoc quidam tenent, vt gloſſ. hic, & dicta lege, cum quis, quod
poſſit repeti: quia error iuris æquiparatur imprudentiæ. Sed
ſolutum per imprudentiam repetitur. ff. de condictio. indebi-
ti. ſi is cum quo. & l. cum is. §. primo. Item, quia iuris igno-
rantia in damnis non nocet. ff. de iuris & factis ignorantia, iu-
ris. & l. error. ¡Alij contra, quia videtur eſſe in culpa ignoran-
do ius, & damnum quod quis ſua culpa ſentit &c. ff. de regu-
lis iuris, quod quis, regula damnum. libro ſexto. Alij diſtin-
guunt, aut repetens certat de lucro captando, & non repetit.
C. ad legem Falcidiam. error. & dicta lege, cum quis. aut de
damno vitando. Et tunc, aut aduerſarius certat de damno,
& non repetit. ff. de mandati. ſi fideiuſſor. §. non male. Aut cer
tat de lucro, & auditur repetens, qui certat de damno vitan-
do. ff. vt in poſſ. lega. l. ſecunda, fallit. C. de condictio. indebiti,
ea quæ. prima diſtinctio gloſſ. communiter approbatur: quia
vt dixi error etiam iuris excuſat in damno, quod etiam tenet
gloſſa. C. de condictio. indebiti, ea quæ, dico de reſcriptis, ab
excommunicato. contrario ſeptimo. Et in hac gloſſa. ibi, l. pri
ma, pecunia indebita per errorem non ex cauſa iudicati ſolu-
ta, repetitur. ibi, cuius per errorem. repetitio dati eſt eius, con-
14 ſulto dati donatio eſt. † Nono quæro, an indebitum per ex-
ceptionem ſolutum poſſit repeti. Gloſſa diſtinguit, an ſit ex-
ceptio temporalis: an perpetua. an dubia. Exemplum de tem-
porali: tenebar ſoluere in paſcha, & prius ſolui. hoc dicit
gloſſa, quod non repetitur, & allegat ad hoc gloſſa, ff. de

dem quæſtione. An ſit certa, incerta autem an & quando: vt
ſi debetur Titiæ cum cum nubet. Et idem, quod de debito
ſub conditione. dicta lege, ſub conditione. §. quod autem. an
vero dies ſit incerta quando, ſed certa an. vt ſi quis promittit
cum morietur, & ſolutum ante non repetitur, dicta lege,
quod ſi ea. De exceptione perpetua gloſſa ſubdiſtinguit, an
fauorabilis, vt exceptio Velleiani. An odioſa, vt Macedonia-
ni. An ſit inducta ad rigorem iuris ſeruandum, vt exceptio rei
iudicatæ, ſecundum gloſſam, hic, quod vltimum non vide-
tur procedere: quia tunc eſt ſub alio membro, ſcilicet, quan-
do eſt debitum naturaliter, & ciuiliter indebitum: tamen
ſeruari poteſt per id quod ſtatim dicam. Sed Barto. in dicta
lege, cum quis, exemplificat in exceptione litis pendentiæ,
vel fori, vel ſimilibus, quæ non reſpiciunt obligationem, nec
actionem, ſed conueniendi facultatem. Sed dic, quod iſtę ex-
ceptiones non faciunt aliquid proprie cenſeri indebitum.
Item, quatenus cenſetur indebitum, dicitur indebitum per
per exceptionem non perpetuam: vnde primum exemplum
procedere poteſt, maxime ſecundum illos qui dicunt, quod
ſicut ſententia non tollit naturalem, ita nec ciuilem, ſed ſo-
lum parit exceptionem rei iudicatæ, quod dixi ſupra quæſtio
ne ſecunda. De exceptione fauorabili. dicit gloſſa, quod ſolu-
tum repetitur. de odioſa, quod non repetitur, ſiue per igno-
rantiam iuris, ſiue facti. Dic tamen, quod ſi eſſet probabilis er
ror facti, ſolutum repetitur. ff. ad Macedonianum. l. fina. de ex
ceptione autem ad rigorem iuris ſeruandum, dicit gloſſa,
quod ſcienter ſoluens non repetit. de hoc ff. de condictione
indebiti. Iulianus. per quam videtur idem ſi ſoluit ignoranter
propter naturalem obligationem, quæ non erat extincta,
quod tenet ibi Barto. de exceptione dubia, id eſt cum eſt in-
certum an ſit temporalis, an perpetua. Glo. dicit idem in per-
petua. Exemplum, ſi promiſi non petere donec Titius con-
ſul factus fuerit, de hoc tamen poteſt diſtingui, vt dixi de in-
debito vtroque iure, ſupra quæſtione proxima. Et in hac
gloſſa. ibi, nam & ſi maritus, cum facere nil poſſet, ſoluit, in
ea cauſa eſt, vt non repetat. ibi. nam ſi cum moriar. vide ſupra
eadem quæſtione, ibi, quamuis, ſi mulier ſibi Velleyanum
competere dicit & ſoluit, repetit, & idem dic lex ſequens
ibi, ſi is qui. vide de conſtitution. cum acceſſiſſent, contrario
ſecūdo vltra medium. ibi, iudex. ſi male abſoluit, & abſolutus
ſua ſponte ſoluit, repetere non poteſt. ibi. §. naturalis, obliga-
tio pecuniæ numeratione tollitur iuſto pacto, vel iureiuran-
do ipſo tollitur: quia vinculum æquitatis, quo ſolo ſuſtine-
batur, conuentionis æquitate diſſoluitur. Decimo quæro,
15 † de indebito per præſcriptionem: videretur quod ſolutum
poſſet repeti ſicut dictum eſt, ſupra quæſtione proxima, de
indebito per exceptionem odioſam, cum præſcriptio ſit in
odium negligentis, & ſic hoc videtur indebitum per exce-
ptionem odioſam, contrarium nota. ff. rem ratam haberi, l.
vltima, in gloſſa vltima, quod tenet Specula. de præſcript. in
principio, & Barto. in dicta lege vltima, & hoc, quia per præ-
ſcriptionem tollitur ciuilis, & tollitur omnis effectus natura-
lis obligationis. C. de præſcriptio. triginta annorum, ſicut, &
l. omnes. Vndecimo quæro, in eo quod dixi ſupra quæſtione
ſecunda, de debito per chyrographum, ſi laicus ſpe futuræ nu
merationis confitetur ſe recepiſſe pecuniam, quam ad cer-
tum terminum iurat reddere, & elapſo biennio conueni-
tur ſuper illa, an aliquo iure poſſit ſe tueri: quidam quod
non: quia non datur exceptio non numeratæ pecuniæ.
C. de non numerata pecunia, in contractibus, per conſe-
quens nec de dolo, nec in factum, nec alio modo: alias
lex eſſet deriſoria, & concederetur vna via &cæt. contra id
de procuratoribus, tuæ. hinc eſt, quod etiam inſtrumentum,
ſuper hoc confectum, non poteſt condici, niſi intra bien-
nium. C. de condi. ex leg. lege finali. Item ex confeſſione, &
lapſu biennij eſt præſumptio iuris, & iure, quod pecunia
fuerit numerata: vnde recipitur probatio contraria, dicta
lege, in contractibus. §. illo, videlicet præcedenti. de ſpon-
ſa. is qui. Et imputet ſibi qui intra biennium non exci-
pit. de reſcriptis, ſi autem: quia lapſus biennij habetur
pro numeratione: ita quod actio, quæ prius ciuilis erat,
poſtea

Digitized by Google

no nu dolo fecerit: nunc tamen dolo facit petens quod non
numerauit. ff. de doli exce. l. 2. § circa, & ſequen. vſque ad §. Iu
lianus, & l. Iulianus, & l. dolo facit, cum non obſtet iuramen-
tũ propter ſubintellectam conditionem, ſi numeretur pecu-
nia. C. de non num. pec. l. fin. de iuret. quemadmodum. nec
valet ſi dicis id verum intra biennium tantum. quia tempus
non eſt modus obligationis tollendæ. ff. de act. & oblig. obli-
gationum fere. §. placet. multominus inducendæ, cum pri-
mum ſit facilius ſecundo. ff. de ſuperfi. l. primo. §. quod ait.
multominus ergo obſtabit renũtiatio a principio facta, quia
& ſi ſuper dolo præterito paciſci poſſit, ſuper futuro tamen
nulla eſt pactio admittenda. ff. de pac. ſi vnus. §. illud. de do. cõ
uenire. Nec mirum ſi excipiens habet probare: quia hoc eſt
16 regulare, quod allegans † dolum illum probet. ff. de proba.
in exceptionibus, & l. quotiens. §. qui dolo. fallit in exceptio-
ne non numeratæ pecuniæ, donec competit, ſcilicet intra biẽ
nium, dicta l. in contractibus, ergo poſtea ſecus, & hoc vide-
tur velle in contractibus, & l. aſſeueratio. eodem titulo, ab ini
tio ergo ſecundum Innocent. competunt quatuor remedia.
primum, exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ durat bien-
nio: vt prædixi. Secundum, exceptio doli. Tertium, exceptio
in factum, & hæc duo ſunt limitata tempore, & quod non
mutatur &c. C. de appella. præcipimus. de teſta. ſancimus. de
electio. cum expediat. libro 6. competunt enim iure naturali
17 & diuino: petens † enim quod non numerauit facit contra
pręceptum exodi. Non furtum facies. quod excludit omnem
vſurpationem alieni. 14. q. 5. pœnale. ad hoc. ff. de offi. præſid.
illicitas. primo reſponſo, & §. primo. & hæc opinio fauorabi-
bilis: quia ſubuenit deceptis. de rerum permu. cum vniuerſo-
rum: & concordat iuri naturali. ff. de condi. indeb. nam hoc
de regu. iur. iure naturę, regula locupletari. libro ſexto. contra
quod not. conſtitutio. conſuetudo, vel iuramentum. de con-
ſue. c. fin. de præſcript. cap. fin. quartum remedium conditio
ſine cauſa. C. de non nume. pecun. ſi quaſi, & hoc quia perſo-
nalis. inſti. de act. §. appellamus, tollitur. 30. C. de conſtit. pecu.
l. 1. multo magis exceptio ex eodem facto proueniens debet
eſſe perpetua. C. de exceptio. ſi pactum. ff. de doli except. puer.
§. fin. & tale indebitum iure naturali, licet debitum iure ciui
li, per errorem repetitur. de hoc in glo. fin. ergo poteſt condi-
ci inſtrumentum, vel indebitum repeti: multo fortius au-
diendus eſt debitor per viam retentionis quam actionis: re-
gula, qui ad agendum. libro ſexto. ff. de condiction. indebiti, ſi
in area. in fine, & l. ex quibus. Oppono ad hoc, quia exceptio
doli ſuccedit loco exceptionis non numeratæ pecuniæ, ergo
debent eodem tempore coarctari: quia idem ius debet eſſe in
ſurrogato. ff. ſi quis cautionibus, ſi cum. §. iniuriarum, de vo-
to magnæ. verſiculo cum igitur. Soluit Hoſtien. quod diffe-
runt: quia quamdiu competit exceptio non numeratæ pecu-
niæ, oneratur creditor in probanda numeratione: ſed poſt
biennium in doli exceptione grauatur excipiens in probatio
ne negatiuæ, quod eſt contra naturam exceptionum negati-
uarum. ff. de probatio. l. ſecunda. & eſt magnum grauamen,
quod non de facili fieri poteſt, niſi per confeſſionem cre-
ditoris. de confeſſ. cap. primo. libro 6. debet ergo releuari, vt
non coarctetur biennio, vt qui in vno grauatur, &c. de iureiu
ran. cum qui. primo reſponſo. de paroch. capit. primo. & pro
hoc. C. de non numer. pecun. aſſeueratio. vel ſecundum Ho-
ſtien. exceptio doli, vel factum non ſuccedit exceptioni non
numera. pecun. cum ab initio ſimul concurrant. Oppono ad
idem: quia poſt biennium præſumitur pro creditore, propter
inſtrumentum in quo eſt confeſſio numerationis, & promiſ
ſio ſolutionis, iuncto lapſu temporis, quaſi hæc omnia vincu-
lum habeant naturalis & ciuilis obligationis. Soluit Hoſtien,
quod in hoc eſt æquitas præferenda rigori. C. de iudi. placuit.
de tranſact. cap. fin. quæ non patitur creditorẽ qui non nume-
rauit, & qui certat de lucro captando: debitor autem de dam-
no vitando: & non eſt par eademque ratio, damna incurrere,
& lucra non capere. C. de codicil. l. fina. Item, cum mutuum
de quo agimus retrahatur, & nihil ſit numeratum: ergo nec

ambiguis. §. fina. & l. ſi nihil. cum ſimilibus, & maxime eccle-
ſiaſticus, qui zelator ſalutis animarum, ipſarum periculis de-
bet occurrere, & repulſo rigore, vti æquitate & veritate. de iu-
dic. dilecti. de iuramen. calumn. literas. de dolo, capitulo pri-
mo, cum ſimilibus, dicit ergo Hoſtien. quod lapſo biennio
eſt præſumptio iuris, quod pecunia fuerit numerata: ſed non
iuris, & de iure, quin recipiat probationem in contrarium. Et
per hoc reſpondetur ad vnam de rationibus factam, ſupra in
principio huius quæſtionis. Ad aliam, cum dicitur quod ſi
daretur poſt biennium doli exceptio lex in contractibus eſſet
deriſoria. Reſpondet quod imo non: quia lapſus biennij trãſ-
fert probationem in debitorem: vt dictum eſt ſupra eadem
quæſtione. Item ad id quod dicitur, quod non debet concedi
vna via &c. dicit Hoſtien. quod licet in actionibus, & actibus
a iure damnatis id ſit verum: tamen in ſimplicibus exceptio-
nibus non eſt verum. ff. de exceptio. pure. §. fin. Item non ob-
ſtat, quod non poſſit offerri iuramentum poſt: vt in l. ꝯtracti-
bus. §. illo. videlicet quia, ſcilicet illo tempore probationis ta-
lis delatio non obtinet. de rebus cred. generaliter. §. ſin autem.
ſecundum Accur. vel licet non poſſit deferri a parte parti, vel
ea inſtante, poteſt deferri ex iudicis officio, facit quod not. de
teſti. cum clamor, vel non poteſt offerri vbi tantum opponi-
tur exceptio non numeratæ pecunię, ſecus ſi opponitur ex-
ceptio doli, quam l. noo reprobat, nec de illa loquitur: nec eſ-
ſet iuſta lex quæ diceret non poſſe opponi de futuro dolo: vel
non poſſe veritatem dici, cum per eam nutriretur peccatum.
non mirum ergo ſi ſtatuit imperator tempus exceptioni
non numeratæ pecuniæ, & non exceptioni doli, cum prima
ciuilis, ſecunda naturalis, fundata ſuper illo iure, quod tibi vis
fieri, &c. prima diſtinctione, in principio, & ciuilia vera &c.
inſtitutio. de iure naturali. §. ſed nec naturalia, quinta diſtin-
ctione, in principio, & inquiſitio veritatis de iure naturali eſt,
quam nec debet conſtitutio impedire, licet ergo non fiat vo-
luntaria oblatio partis: tamen poterit fieri neceſſaria delatio
iudicis. Hoſtien. & hæc poteſt procedere eo caſu quo poteſt
iudex in facto ſupplere ſecundum nota. de poſtu. bonæ, el pri
18 mo. alias non. † Duodecimo quæro, an lex in contractibus
ſtringat eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas. De eccleſijs dicit
Hoſtienſis, quod non, niſi fuerit verſum, cum eccleſia non
teneatur etiam ex mutuo, niſi fuerit verſum in eius vtilita-
tem, ſupra titulo primo, quod quibuſdam, vbi de hoc, ergo
nec per confeſſionem: alias plus prodeſſet creditori habere
confeſſionem prælati cum, lapſu biennij, quam numeraſſe
ſine lapſu biennij, & ſic daretur via figmentis. de diuor. quan-
to. Item, quia contra eccleſiam non currit temporalis bien-
nalis præſcriptio, ſed ſola quadriennaria, de præſcriptio. ad
aures, & capitulo, de quarta, contrarium puto, quia lex
in contractibus ponit priuilegium, vt intra biennium oppo-
ſita exceptione non numeratæ pecuniæ non cogatur debi-
tor probare exceptionem. Si ergo vult vti eccleſia illo pri-
uilegio, oportet, quod vtatur intra biennium. Sed fateor,
quod poſt biennium bene poteſt excipi. ſed probatio in-
cumbit excipienti ſicut, & alias regulariter probat excipiens,
de exceptioni. a nobis, & hic, & pro hoc tollitur, quod
dicit Hoſtienſis, de probando verſum: quia diſpoſitio iu-
ris in hoc firma manet: quod autem dicit Hoſtienſis, quod
ſola quadrigennaria præſcriptio locum habet contra ec-
ſiam, procedit, quando agitur de præſcriptione rerum im-
mobilium eccleſiæ: vt dixi in dicto capitulo, de quarta.
hic autem non agitur de præiudicando eccleſiæ in aliquo
ſuo iure, licet perdat priuilegium, dicta lege, in contracti-
bus. De perſonis eccleſiaſticis, dicit Hoſtienſis, quod gau-
dent eodem priuilegio dictæ eccleſiæ, de officio archidia-
coni. capitulo fina. quod intellige, vt dico de vita & honeſta-
te clericorum, capitulo fina. quæſt. 3. 5. & 6. & de pignoris. ex li
teri. q. 4. pro hoc facit, quia clerici iudicandi ſunt non ſecun-
dum leges, ſed ſecundum canones. Ioan. 18. ſecundum legem
veſtram iudicate eum, ad idem de iudic. at ſi clerici. de foro
compet, quod clericis, & facit, quia de hac excep. nil appoſuit

Digitized by Google

les,consuetudines,vel statuta aliorum.quia canon siue faueat
vtilitati temporali ecclesiæ siue non,tamen omnes astringit.
19 de consti.c.1.& fin.leges † vero principum ecclesiis, vel cleri
cis damnosæ reprobātur,fauorabiles admittuntur,super quo
tradit Host.duas regulas. Prima, lex imperialis fauens eccle-
sijs semper est recipienda,nisi per sedem Apostolicam repro
betur. Secunda, lex imperialis ecclesiæ ꝯria,vel ipsam impu-
gnans,nunquam est admittēda,nisi per sedem Apostolicam
approbetur.pro hoc quod no.10.dist.c.1.& 2.& ꝑ totum.37.
dist.si quid.& c.se.de priui.c.2.de no.ope.nun.c.2. quas regu-
las no. Et intellige secundum ea quæ dico in d.c.1.de no.ope.
nun. de statutis autem laicorum inferiorum a principe dicit
Host.ꝙ etiam si faueant ecclesiæ,vel personis ecclesiasticis,ta
men eas non stringunt,nisi fuerint approbata per Papam.86.
dist.bene.de consti.quæ in ecclesiarum,& c.ecclesia.quod in-
tellige,vt dico de sen.excommu.perpendimus.q.10.Decimo
tertio quæro, si prelatus renunciauit exceptioni doli, & non
numeratæ pecuniç,& pecuniam confessus fuit se recepisse,&
ad certum terminum soluere iurauit. dicit Host. quod iura-
mentum habet tacitam conditionem,per ea quæ dixi s.q.11.
Item,prælatus licet quoad personam suam renuntiare potue
rit,non tamen poterit ecclesiç preiudicium generare. de ar-
bi.per tuas.de foro competen.si diligenti.vnde sibi consuluit
Host.quod dicat quod non intēdat obligare personam suam
tantum cuius nomine contrahit.pro hoc quod not. de elect.
venerabilem,ad fin.de reb.ecc.non alienan.ad audientiam.de
depo.c.1.& in Spec.de resti. in integ.§.2.ver.hoc quoq;.in fin.
Ex his dic,ꝙ prælatus non audietur,sed succurretur ecclesiæ,
prout dicitur de insti.cum venisset.& procedunt hçc præsup
posito ꝙ renuntiatio facta per non prælatum teneat.sed tenē
do quod huic exceptioni non nume.pe.renuntiare nō possit,
tunc indistincte multofortius non tenet in prçlato,& hoc ꝙ
non possit renuntiari,tenet Cy.C.de non nume.pec.si ex cau-
tione. Et Bar.ibi tenet idem,licet dicat ꝙ communiter appro
batur glo.quç ibi tenet contra,dicēs ꝙ valet renunciatio quo
ad hoc quod transfundit onus probandi in debitorem quod
pecunia non fuerit numerata,& de hoc in Specu. de excep.§.
visis.ver.super excep.non num.pecu.& de solu.§.1.ver.sequi-
tur,vbi per Io.And.& hçc opinio,ꝙ renunciari possit,vr̄ de ri
gore verior,ex quo non reperitur iure prohibita renunciatio.
Nam quilibet pōt renunciare iuri pro se introducto,& quod
20 ipsum concernit,vt dixi de foro compet.si diligenti. † Deci-
moquarto quæro, qualiter debet conuinci is qui negat solu
tionem sibi factam, ad hoc vt sit locus ei quod hic dicitur in
fin.glo.pe.dicit ꝙ legitimis probationibus. Et sic secus si pro-
bet ꝑ iusiurādum sibi delatum.ff.de iureiuran.eum qui.Vin.
& de hoc ibi. Decimoquinto quæro,in eo quod glo. vltima
dicit, quod actio legis aquil. propter inficiationem crescit in
duplum,nunquid fideiussor tenetur ad hoc augmētum.Vin.
quod non,per l.fi.ff.de fideiussoribus,licet quidam contra.q̄a
etiam mora ei nocet fideiussori.ff.de verb.obl.mora.sed illud
verum quando non defendit reum,alias secus. C. de fideiuss.
sancimus,& primum tenet Accur.ff. q̄ satisda.cog.l.3.& Spe.
de fideiusso.§.1.ver.sed pone.Egid.& in hac gloss.vltima,ibi,
inficiator.de his casibus no.in regula,nullus pluribus.libro 6.
ibi,contra qui propriam,q negat pecuniam numeratam con
uictus de mendacio non poterit dicere se soluisse. ibi.§.quo.
que.negans rem fuisse debitoris conuictus de mendacio pos-
sessionem perdit,nec in aliquo alicuius iuris auxilio vt pote-
rit.ibi,siue.vide vt eccle.benefi.c.vno.ver.primo,contrario se-
21 cundo. Decimosexto quæro, an creditor † qui negauit solu-
tionem, postea confitendo euadat hanc pœnam augmenti,
de qua in proxim.q.Specu.de confessis.§.nunc videndum.ad
fi.ver.quid si ego.refert opiniones.Sed Ioan.And.in addi. ap-
probat vltimam opi.ibi positam,quæ distinguit,an pœniteat
antequam debitor probet,& potest:& postea no.quia primo
casu nō interest debitoris.secundo sic.Decimo septimo quç-
22 ro,si debitor † negat pecuniam sibi numeratam:creditor ve-
ro contrarium probat,an audiatur debitor volens postea dice
re se soluisse.Spe.de except.§.viso.ver.sed quid si debitor. re-
fert id quod notauit hic Vincē. dicens,ꝙ reus debet caute re-
spondere,& non præcise negare:sed dicere, dubito, vel non

1 *Donatio quid sit.*
2 *Donatio vnde dicatur.*

Viso de alienationibus quæ fiunt non gratuito, videamus
de his quæ gratuito fiunt. Gof.de materia.86.dist. donare, &
duobus c.seq.& c.non satis.16.q.3.placuit.& q.6.illud.17.q.4.
1 sunt qui.† Quæro quid est donatio.a dic ꝙ est liberalitas quæ
2 nullo iure cogente conceditur:vel est rei licitæ nullo iure co-
gente mera liberalitate facta collatio,vel nullo iure debiti prç
uio gratuita concessio.ff.eo.donari,de regu.iur.donari. Et di-
xi rei licitç,per l.ff.de contrahen.emp.quod sæpe.§.veneni.vt
sicut non procedit emptio,sic nec donatio in veneno, quod
etiam mixtum viui societatis humanæ esse non potest. Dixi
nullo iure cogente:quia sola ciuilis obligatio præcedens non
impedit donationem: quia illa non est efficax ad agendum:
restituendum:vel ꝯstituendum:& sic non cogit:secus in na-
turali,vt ex vi beneficij recepti:quod dic vt no.in d.regula do
nari,& probatur.ff.eo.hoc iure.§.fi.pro hoc.ff.de consti. pec.
l.1.§.debitum,& l.3.§.primo,vbi ergo ius cogit cessat liberali
tas,quia in necessitatibus nemo liberalis.ff.de adi.lega.rem le-
1 tam,quod intellige,vt no.de præben.relatum.† Secundo quç
ro,vnde dicitur donatio. dic ꝙ quasi dono vel doni datio.ff.
de don.cau.mor.senatus.§.j.vel quasi denudatio. Tertio quç-
ro,quare dixit de donationibus in plurali. dic, ꝙ propter di-
uersas species donationum.de quibus insti.e.per totum. Est
enim donatio inter viuos,& causa mortis:& inter viuos alia:
simplex & pura:alia modalis:alia ꝯditionionalis,vel in diem.
Quarto quæro,quare non posuit titulum specialem de reuo-
candis donationibus sub quo poneretur ꝭ.c.fin.sicut facit Iu-
stinianus in codice. Soluit Ioan. Andr.hoc esse de arbitrarijs.
Nam & compilator codicis hunc tractatum diuisit in qua-
tuor rubricas. Prima generalis. Secunda de donationibus quç
sub modo. Tertia de reuocandis donationibus. Quarta de do-
nationibus causa mortis. Compilator institutionum posuit
vnam tantum:vt hic.potuit etiam esse ratio,quia quædam c.
respiciunt tractatum de donationibus. Item & de earum re-
reuocationibus mixtim.ꝭ.c.2.& 3.& c.cum dilecti. & c. pen.
In alio tamen concordat Compilator noster compilatori co
dicis, & ffiorum,;quia in hoç generali tractatu non includit
specialem.de donatio.inter coniuges.de quo ꝭ.de donationi
bus inter vrum & vxorem.

ADDITIO.

a Quid est donatio. Adde Hostien.in sum.huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ex liberalitate fieri debet.*
2 *Liberalitate dicitur quis nobilitari.*
3 *Eleemosynç pœnitens illius pœnitentiç pœnitentiam agat.*

RRudentes. Liberalis in donando existimat se debere quod
1 donat. † Nota, quod donatio debet fie-
ri ex liberalitate, & sponte: alias non est
donatio: quia nemo in necessitatibus libe-
ralis existit. ff. de adimentis legatis, rem le-
gatam. Et hæc liberalitas dicitur nobilitas: vt hic, quæ
tunc proprie est liberalitas, quando fit cum discretione, vi-
gesimaquinta distinctione, non satis: vnde prodigus non
est nobilis nec liberalis. de consuetud. capitulo penultimo,
dicitur autem liberalitas etiam si ex præcepto quis teneatur,
dummtamen non specifice. Et sic clericus dans superflua pau-
peribus, dicitur liberalis. vigesimaseptima, quæstione pri-
2 ma,iam nunc. † Secundo nota ex his,quod propter liberali-
tatem quis nobilitatur. vnde etiam dicitur beatius esse dare
quam accipere. quod dic vt in glossa.& ibi cum Martæ.vbi de
hoc. Quæro de exemplo huius capitul. dicit Hostien. posse
intelligi

Digitized by Google

... dift. per ſimoniam, vel dic, vt
dicit glo. vlti. quę exponit creuerit ſaltem per bonam volun-
tatem eo modo de quo in glo. Item etiam, vt non pœniteat:
qui enim pœnitet eleemoſynæ † illius pœnitentiæ pœniten
tiam agat 17.q.4. ſunt qui. Et in hac glo. in fi. & de ſimo. & ſi
quæſtiones, & poſuerunt alios verſus hic & in d.ca. & ſi quæ-
ſtiones. In poſcente nouem, ſex in donante notanda. Cauſa fi
des, modus, locus, periuria, tempus. Etas, debilitas, cum con-
ditione perentis. Mens hilaris, feſtiua manus, adſitque facul-
tas. Dulcior aſtatus diſcretio dantis, & ordo. Sed primi duo
verſus non videntur exprimere niſi octo notanda, in po-
ſcente.[a]

A D D I T I O.

[a] Adde, quod numerare ſciens inueniet nouem.

S V M M A R I V M:

1 *Donatio quam facit prælatus inconſulto capitulo non valet.*
2 *Prælatus dicitur procurator rerum ecclesiæ, non dominus, contra, nu-
mero 5.*
3 *Prælatus conditionem eccleſiæ deteriorem facere non debet. contra.
nume. 4.*
6 *Prælatus poteſt dare, de rebus eccleſię facienti opus vel ſeruitium
honeſtum.*
7 *Donatio prælati de pluribus rebus paruis eccleſię reuocatur.*
8 *Prælatus an conſultis canonicis donare poſſit.*

1 Fraternitatem. † Non valet donatio quam fa
cit prælatus inconſulto capitu
lo, & in damnum eccleſię. Primo ponitur exordium. Secun-
2 do narratio, ibi, accepimus. Tertio concluſio, ibi, vnde. † No.
quod prælatus non eſt dominus ſed procurator rerum eccle-
ſię, ſecus de acquiſitis ex proſpera fortuna, vel intuitu perſo-
nę. quorum dominus eſt J. titu. ſecundo, quia nos, & ex hoc
a quod non eſt dominus,[a] infertur, quod licet ſedeat ſuperior
alijs in eccleſia, non tamen ex hoc debet ſuperbire, ſed ſe col-
legam agnoſcere 95. diſt. epiſcopus in eccleſia, & de hoc hic,
in glo. 1. & in ea ibi c. vlt. vbi de hoc, & 23. q. 7. quod autem, ſe
cus eſt de acquiſitis intuitu perſonæ J. ti. 2. quia nos. Et ex hoc
infertur, quod non poteſt gratis remittere exceptionem ec-
cleſiæ competentem, de hoc de depoſito ca. 1. vbi dixi qō. 10.
3 † Secundo no. quod prælatus non debet facere conditionem
eccleſiæ deteriorem, de hoc in glo. 2. & in ea ibi, qui fundum
& ſic, vt ibi dicitur de tutore dicemus tamdiu prælatum quā
diu bene admiſtrat, non vero cum eccleſiam ſpoliat. Hoſtiē.
ibi, ſi tutor. vbi res pupilli ſurrepta, & vendita per tutorem nō
vſucapitur niſi prius redeat ad pupillum, tutores enim loco
dominorum habentur cum adminiſtrant non cum ſpoliāt,
ibi, ignorantis: vide vt lite non conteſta. c. ſi. in glo. fin. Oppo-
4 no, quod prælatus poſſit facere conditionem eccleſiæ dete-
riorem, de præſcrip. c. 1. Glo. 5. ſoluit, quod faciendo non po-
teſt: omittendo ſic. Sed dic ſecundum Goffred. & Hoſti. con-
trarium non procedere, quia in tex. non dicit, non poteſt, ſed
dicit, non debet, tamen dic, quod verbum, non debet, idem ſi
gnificat, quod poteſt, & ſic ſtat præcedens ſolutio. La. autem
dixit, quod id, quod dicitur, quod poteſt facere conditionem
eccleſię deteriorem omittendo non faciendo, procedit cum
certatur de damno vitando, ſecus ſi de lucro captando. C. de
acquir. poſſ. l. fin. idem Vincen. Arch. dicit Tan. dixiſſe, quod
delictum, quod non committitur contemplatione eccleſiæ,
vt furtum, adulterium, & ſimilia, non nocet eccleſię, ſecus in
illo, quod committitur contemplatione eccleſię, quod no-
cet in omittendo, & faciendo, quod vltimum intellige, vt no
ta. de ord. cog. c. 2. in gl. 3. Et in hac glo. in fin. & J. de offi. vica.
c. vltim. lib. 6. & de hoc 5. qō. 3. cap. fin. in fin. primæ glo. Et ibi
... immobilibus vel mobilibus præcioſis, & ſic non ſoluitur
quin de fructibus, vel etiam de mobilibus non pręcioſis poſ-
ſit donare, quod J. dico c. proximo, in primo contrario. Quar
to oppono, in eo, quod dicit, prælatus donare non poteſt in-
conſultis canonicis, quod etiam conſultis canonicis hoc nō
poſſit, per iura de quibus in gloſ. penul. Solu. vt in ea. & J q. 2.
Quęro, quia hic dicitur, permitti pręlato donatio non grauis
eccleſię, † quid ſi per paruas donationes ſimul collectas ec-
7 cleſia multum læditur. Glo. 3. arguit, quod totum debet reuo
cari per l. ff. de iurepatro. l. libertus §. ſi quis plures, vbi ſi liber
tus plures res alienando ſe fecit minorem centenario, quia
habet in bonis minus, quam centum aureos: licet vna reuo-
cata fiat maior centenario, tamen omnes reuocantur, ad idē
inducit gl. l. ſi, quis ſeparatim §. ſi cum vna, vbi ſi in vna actio
ne, quæ plures ſpecies habet ſub ſe in pluribus ſummis ſim
dananatus, quarum ſingulæ notionem principis non faciūt,
coniūctæ faciunt, appellatur ad principem, inducit etiam l. ſi
plures, vbi ſi plures habent eandem actionem, habentur loco
vnius. In contrarium arguit, quod debeat reuocari tantum
id, quod eſt vltra licitum per l. ſi quis argentum §. is autem,
vbi donatio vltra legitimum modum facta: vt vltra quingen
tos aureos, non inſinuata reuocatur ſolum in eo, quod plus
eſt, & hoc tenet Goff. & Innocen. J. c. proximo, & facit, quod
no. J. eodem Apoſtolicæ, dic, quod interdum ęquitas ſuadet
coaceruationem, ne creditor proſequens ſibi debitum priue-
tur iure ſuo: vt in l. ſi plures, & fit coarceuatio dic. l. interdum
ſuadet appoſitum, & tunc ſecus, puta, vt creditor peruenire
poſſit ad ſibidebitum, & ne impediatur iuriſdictio. ff. de iuriſ.
di. om. iud. ſi idem, & quid dicat vide de ord. cog. tuam, cōtra-
rio 4. Et ad §. ſi quis plures, dic, quod ibi omnes alienationes
reuocantur: quia omnes fuerunt factæ in fraudem legis ad ex
cludendum patronum, qui non auditur contra teſtamentū
liberti ſi eſt minor centenario: ſed ſi eſt maior, ſuccedit in ter
tia bonorum liberto defuncto ſine liberis, inſtitu. de ſucc. li-
ber. § poſtea, & §. ſed noſtra. Secundo quæro, an conſultis ca
nonicis poſſit prælatus † donare. Gloſ. vltim. dicit, quod non
8 in damnum eccleſiæ, dicit Goffre. quod donatio tenet, ſed re-
ſtituetur eccleſia, de in integrum reſti. c. 1. de rebus eccle. nō
alienan. c. penultim. Sed canonicis inconſultis non tenet ipſo
iure: vt hic. Ex hoc, & ex tex. videtur, quod donatio facta per
prælatum conſultis canonicis ſine graui damno eccleſiæ te-
neat mero iure, quod intellige, ſecundum ea, quę dico J. cap.
proximo, in primo contrario.

A D D I T I O.

a Quod non eſt dominus. Adde tex in c. cum venerabilis, de except. in §. ad
hoc, & ibi Car. in 3. nota.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus debet contrahere cum conſenſu conuentus.*
2 *Conuentus pars poteſt reclamare contra male geſta per prælatum.*
3 *Rei quantitas & qualitas in donatione prælati conſideratur.*
4 *Conſuetudo dat prælato poteſtatem donandi.*
5 *Abbas eſt procurator, non dominus rerum monaſterij.*

Cæterum. Prælatus modicam rem eccleſię dona-
re poteſt vbi hoc habet cōſuetudo. Pri-
mo ponitur thema ex quo queſtio. Secundo ſolutio, ibi, date
1 conditionem de rebus monaſterij. Not. quod prælatus † de-
bet in contractibus facere cum conſenſu conuentus, ibi prio
re, & quibuſdam de conuentu, quod non tamen expreſſe col
ligitur hic: ſed J. de his, quę fiunt a præla. tua. Secundo not. ꝙ
2 pars conuentus † poteſt contradicere, & in iudicio reclama-
re contra male geſta p p̄latum, & hęc ſiue ſit pars maior, ſiue
minor. Nam etiam vnus ſolus hoc poteſt, de his, quę fiunt a
3 maio. par. ca. c. 1. † Tertio no. quod in donatione prælati con-
ſide-

Digitized by Google

ceſſante conſuetudine s.de rebus eccle.non alienan.nulli,vbi
de hoc,in gloſſ.2.& cap.hoc con ſultiſſimo.lib.6.de hoc in 4
gloſſ.quod tamen dic,vt dico ǯ.de pecul.ca.fin.& in ſequenti
4 contrario.Quarto no.quod † conſuetudo dat poteſtatem do
nandi prælato.de hoc in gl.1.& ǯ. contrario primo,& in hac
glo.ibi,§.diuus,vide de fide inſtrum.paſtoralis,contrario pri-
5 mo. Oppono,quia abbas † nihil habeat,cum procurator ſit,
non dominus,quis nihil dare poteſt 1.q.7.daibertum. Glo.2.
ſoluit ponendo duos intellectus, primus Alani,quod hic in-
telligatur de erogatione in pauperes quam facere poteſt qui
libet prælatus conſiderata conſuetudine,& facultate eccleſię,
& datur exemplum, vt ſi eſt conſuetudo in terra vbi abbatia
eſt,quod Abbas det.20.vel centum ſolidos vel rem mobilem
de bonis eccleſiæ pauperi vel egenti nobili vel puellę mariã
dæ,vel his ſimilie,& de hac dic,quod valet,ſiue in vita.de te-
ſta.ad hoc,ſiue in morte,eodem titul. relatum 2.etiam con-
ſanguineis:vt ibi,imo & ſi vnum vel duos milites conſueuiſ
ſet epiſcopus facere cauſa pietatis, dummodo non grauetur
eccleſia,hæc non improbat Hoſti. quia nec militare peccatũ
eſt 23.q.prima,militare,cum autem prędicta liceant ſine con
ſuetudine ſpeciali,putat Hoſtiẽ. quod ratione conſuetudinis
valebit donatio ſimpliciter facta.Conſuluit tamen pręlato,ꝙ
in talib. habeat oculos ad deum,& quod donet de ſuperfluis,
non enim pro his faciendis habet eccleſiam obligare, de ſol.
cap.2.nec talia facere,vt parentes ditet.Conſuluit etiam dona
tarijs,quod ab ingratitudine ſibi caueant ǯ.cap.fin.Sed hic in-
tellectus reſtringit literam,nec conuenit textui.Nam eroga-
tio in pauperes non dicitur proprie donatio. Ad donandum
enim mouet liberalitas. Ad erogandum pauperibus pietas
ſeu caritas ad proximum, eſt tamen verus in ſe ſecundus in-
tellectus,quod hic loquitur de vera donatione,quam facere
poteſt prælatus ſi hoc habeat conſuetudo,ita tamen,quod ec
clesia enormiter non grauetur,pro hoc quod no.Innocen.de
præſtip.veniens,ibi dico,ver.nec obſtare, contrario ſecundo,
& ſecũdum hunc intellectum ſummaui, quem ſentit etiam
Innocen.dicens quantitatem hic conſiderari,& quia ſi con-
ſuetudo eſſet, non tamen teneret donatio in magna quan-
titate:quia eſſet eccleſijs oneroſa, de conſue.c.primo.Et dic,
quod aut loquimur de fructibus eccleſiæ, aut de alijs,1. caſu
videtur tenere donatio in quantacunque quantitate: quia
prælatus habet liberam diſpenſationem in iſtis,vt dixi in
proximo notabili,& plenius de pecul.capi. fin.licet poſſet ar-
gui per c.cum olim 2.de priuil.quod non teneat ſi eſt immo
dica,in quo dic quod ibi nihil dicitur de fructibus,ſed tãtum
de mobilibus acquiſitis eccleſiæ: quia ibi de pecunia quam
epiſcopus qui religioſus erat,acquiſiuerat:& illa cedit epiſco
patui,nec poteſt de illa diſponere in quantitate immoderata,
ſed in quantitate moderata,ſic ǯ. capit. ſecundo, de fructibus
dic,vt prædixi,quia tenet donatio,& immodica: quia præiu-
dicatur ſoli donanti,qui omnes poterat in ſuos vſus conuer-
tere, & quamquam pecunia ſit de his, quæ ſeruando ſeruari
non poſſunt:quod dixi de fideiuſſ.c.1.in ſecundo notabili,nõ
tamen fructibus, ſed alijs mobilibus,ratione prędicta, & de
hoc etiam dico de pecul.cap.fin.quęſtione quarta. Si autem
loquimur de alijs bonis eccleſiæ, aut de mobilib.aut immo-
bilibus:ſi de immobilibus,non valet donatio,niſi hoc habeat
cõſuetudo,& donatio ſit moderata:ſic intelligo hic,& quod
dixi in pręcedenti notabili.Si de mobilibus,aut præcioſis, &
idem quod de immobilibus.C.de admini.tu.lex quæ. aut nõ
præcioſis, & in his, ſi prælatus donat moderate, valet etiam
ceſſante conſuetudine ſupra cap. proximo, a contrario,& di-
cto capitu. cum olim,in eo,quod ibi fuit donatio immodica,
vt proxime dixi.Et in hac gloſſ.ibi. Non enim tutor omni ti-
tulo alienat res pupilli, ſed adminiſtrationis tantum cauſa,
ibi,prælatus,de monacho.nota,duodecima,quæſtione prima
non dicatis 16.quęſtione prima,alia.de vi.& hone.cleri. quo-
niam,ver.cęteri.in prima gloſſ.ibi §.vltimo,vide de vi,& ho-
ne.cle.cum ab omni,contrario quinto,ibi,iuriſdictionem,de
foro compet. cum contingat. ibi,adminiſtrationem,de con-
ſue.cap.3.de præben.cum in eccleſiis,libr. 6.ibi,tantum,vide
de clę.coniug.cum olim,contrario primo,

iudicio prælatis,...
& ſecundum membrum,ibi, ſi religioſis,quod determinat,
ibi,ita quod priuatis,ideſt,clericis.Innocen.ac ſi dicat non ec
cleſijs vel ab epiſcopo,hæc verba non erant in antiqua, & ſic
de conſenſu capituli ǯ.eodem paſtoralis,in fin.autoritate,&
cum alijs ſolemnitatibus.Innocẽ.aſſenſu,& caueatur a ſimo
1 nia.Hoſtiẽ.Nota,quod beneficium † viuentis,&c.vt in ſum-
mario,& gl.prima,& in eius fine,imo nec valet poteſtas ſpe-
cialiter data de conferendis illis cum vacauerint,eodem titu.
conſtitutus.Oppono ad hoc,& ad tex.s̃.de ele. con.cap.fin.de
pręben.de multa §.is quoque,eodem titu.licet epiſcopus,lib.
6. in quibus confertur beneficium viuentis. Solu.ibi quando
iniuſte detentat,quę ſola detentatio non impedit collationẽ
vt ibi,& de conceſſio. præben. literas, & cap.cum noſtris,hic
quando poſſidet iuridice. Secundo oppono, quia videtur in-
culcatio in litera, ibi,ab epiſcopo vel eius authoritate,contra
id s̃.in prohemio.Solu.quod dicit ab epiſcopo,procedit quã-
do donatio ſeu collatio ad eum tãtum pertinet:quod autem
dicit,eius authoritate,procedit quando ad alium ſpectat do-
natio,vel pręſentatio,de reſtitu.ſpolia.cum veniſſet,quo caſu
poſſet conferre eccleſiam ſine authoritate epiſcopi,de iurep.
quod autem,& cap.nullus,& illa ſufficit ſine capitulo in caſi-
bus de quibus,de his,quę fiunt a pręla.cum Apoſtolica.Ter-
tio oppono ad hoc,ǯ.de iurepatro.illud,glo.2.ſoluit. Et in ea
ibi,dicunt & bene,& de iurepatro.cap.vno,lib.6.Quarto opp.
in eo,quod mandat perſonas inſtitutas non ſpoliari in vita eo
caſu,quo donatio tenuit,cum non poſſit eadem res eſſe duo
rum inſolidum,de proba.licet.Solu.non fit præiudicium in-
ſtitutis:quia donatio facta conuentui fit iure proprietatis.In-
ſtituti vero poſſident iure tituli,& non fit eis præiudicium,&
ideo poteſt fieri eis non vocatis,de rebus eccle.non alienand.
2 clemen.ſi vna.† Quæro.ſi beneficium viuentis fuit collatum
alteri,an ratificetur collatio ſi poſtea vacauit.Innocent.dicit,
quod non,ratio,quia non conualeſcit, quod ab initio non te-
nuit:quod dic,vt ǯ.de iurepa.cap.fin.poſſet tamen ſecundum
Hoſtien.eidem de nouo conferri diſpenſatiue tantum,& tũc
tantum quando pœnituit,& hoc ſi ſciẽter recepit,& tenuit,
ex quo ſciuit,ad hoc de eo,qui dux.in matri.cap.primo,& ca.
veniens,de ſecum.nup.dominus. Ioan. Cal.remittit ad nota
de conceſſ.præben.cap.primo.Secundo quæro,quæ eſt ratio,
3 quod † collatio beneficij viuente inſtituto facta perſonæ nõ
valet,ſed loco ſic,dic,quia quando confertur loco,ideſt,con-
uentui,ſeu collegio,cum res collegij non ſit ſingulorum,de
ficit ratio prohibitionis,de qua de conceſſ.pręben.cap.2.pro
hoc eſt,quod no.de reſti.ſpo.cum veniſſet,in glo.prima.Ter
tio quæro,ſi beneficium confertur dignitati vel pręben dę,ſe
cundum Hoſt.dic idem ac ſi loco,de pręben.expoſuiſti.de in
ſti.cum veniſſent.Non enim dignitas vel prębenda cui fit rea
lis donatio, poteſt deſiderare mortem inſtituti, cum careat
conſenſu.argumen.ff.ſi quadru.pau.l.prima.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus de nouo infeudare non debet niſi de licentia Papæ.*
2 *Poſſeſſio non acquiritur per inueſtituram.*
3 *Eccleſia in ſuis actibus fraudem adhibere non debet.*

Per tuas. Non obſtante iuramento de non infeu-
dando de nouo prælatus poteſt integrare
feudum ſi apparet vaſallum in menſura deceptum.Commu
nis diuiſio.Secunda ibi, nos ſciſmatis,forſan tempore Alexã
dri ciuitas Florentina fauebat ſciſmaticis,ita quod epiſcopus
Florentinus,qui fauebat Alexandro,non poterat ibi eſſe ſecu
rus,& de hoc ſciſmate,de elect.quia diligentia,de ſciſma.cap.
primo,modios,ſimile de re iud.ſicut,in princip. Moris,& iu-
ris,vt in glo.2.& in ea ibi §.præterea,vide de iureiuran.verita-
tis,contrario primo, in prin.Integrari,& erat ille tertius epi-
ſcopus,vel vlterior reſpectu primi. Not.quod vſus eſt modo
loquendi rhetorico per trãslationem verborum, in eo,quod
dicit ſciſmatis tempeſtate,ideſt tempus. Secundo no.ex hoc
ſciſſuras, & diſcordias eſſe tempeſtates.† Tertio no.quod epi
1 ſcopus non poteſt infeudare de nouo,etiam benemerito,niſi
de li-

non c lligitur pro vel contra. Sed quid iuris: dic, vt in di. cap.
ex ore. & de conceſſ. preben. propoſuit. Quinto nota, in eo,
quod donatarij petierunt fundum integrum, contra prouer-
b bium, quod habet, rei donatæ non inſpiciendos dentes b. Sed
ſecundum Abba. hic non fuit pura donatio, dic quia fuit ob
merita, dic tamen hic non probari, quod petierunt iure actio
nis, niſi quatenus dicamus, quod perfecta donatione agere
poteſt donatarius ad conſequendam rem donatam, quod hic
3 faciebant. † Sexto no. quod eccleſia non debet fraudem c ad-
c hibere in ſuis actibus, cum enim ipſa omnem fraudem repel
lat, & puniat, multo fortius cauere debet ne fraudet, de na. ex-
h. ven. ca. vno, de hoc in glo. antepenultima. Oppon. quia epi-
ſcopus, qui conceſſit in feudum, determinauit quantitatem
feudi. ſ. quatuor modios terræ, ergo non fuit locus vlteriori
integrationi. Sol. non aſſignauit certũ locum, ſed ſimpliciter
inueſtiuit de quatuor modijs terræ, id eſt de terra ſufficienti,
ad ſemen quatuor modiorum: ſucceſſor autem eis duos mo
dos aſſignauit, credens eſſe quatuor ſecundum Innocent. qui
dicit per inueſtituram prædictam non inuenire meliores nec
deteriores terras, ſed mediocres, ad hoc. ff. de redhibi. act. ſi qđ
venditor, & l. ſciendum. Secundo oppono ad hoc: quia ſuc-
ceſſor inueſtiuit de certo fundo, ergo non poterit eſſe error.
alias non fuiſſet certum, de teſtibus, licet ex quadam. Solu. vt
in glo. 3. quod fuit de certo per deſignationem, non per men
ſurationem. Tertio oppono, quod non debuerint audiri va-
ſalli dicentes ſe eſſe deceptos, niſi ap. aret, quod vltra dimidiã
iuſti precij, de emp. & ven. cum dilecti. Glo. 4. ſoluit diſtinguẽ
do. An quis decipiatur in quantitate rei, & procedit hoc capi
tulum, an pretij, & procedit contrarium, quod no. & in ea ibi
rei immobilis, & ibi, rem illam, quod ſequitur, eſt additio vſ
que ibi, & qui rem, & debet dicere, & quod qui rem accepit,
renuntiaret de quantitate: quia tunc &c. Et in hoc not. quod
ſi dictum eſt, quod infra certam diem res menſuretur, & refe
ratur ſi, & inquantum minoris eſſet, oportet vtrunque fieri
infra diem l. qui fundum, alleg. in glo. Si vero dictum fuit qđ
nuntientur vtrum minoris eſſet, ſed de certa quantitate infra
diem referenda dictum non fuit, ſufficit quod infra diem di-
xerit rem minoris eſſe, & poſt diem ſuper quantitate quota
ſit audietur. ff. de act. emp. l. Iulianus. Si tamen per mẽlorem
ſteterit, ipſe tenetur actione de dolo. ff. ſi men. fal. mo. dix. ſi
menſor. Si autem de die ſit actum: ſed non de certa, expectã-
tur 60. dies. ff. de redhibi. acti. quod ſi nolit §. penultimo, & l.
ędiles. Si vero nec de die certa aliquid actum eſt, audietur vſ-
que ad 30. annos: vt hic, imo ſecundum canones videtur
ſemper audiendus in caſu noſtro, cum deficiat bona fides, de
præſcrip: quoniam. Hoſtien. Cætera dic, vt in gloſ. & in ea ibi,
toleratur de iure communi. Nam per reſtitutionis beneficiũ
etiam in eo caſu conſuli poſſet, de in integrum reſti. cap. 1. ibi
cum dilecti. vbi de hoc.

ADDITIONES.

a Per inueſtituram. Adde tex. in c. 2. de conſue. Pe. de Anch. in regula 1. de re. in lib. 6.

b Non inſpiciendos dẽtes. Adde l. ad res donatas. ff. de ædil. edi. gloſ. in verbo gratioſæ, in cle. ad noſtram. de cenſibus.

Eccleſia non debet fraudem. Adde Card. in ca. continebatur, in 2. op. de his quæ fiunt a præla.

SVMMARIVM.

1 *Tenor teſtamenti eſt attendendus.*
2 *Interpretatio plena fit in contractibus.*
3 *Interpretatio fit plenior in teſtamentis, quam in contractibus.*
4 *Interpretatio pleniſſima fit in beneficijs.*
5 *Clauſula licet concernat omnia ſuperiora, non tamen concernit ea, quę habent ſuas clauſulas.*

ſuam clauſulam. Communis diuiſio. Secunda ibi, mandã-
mus. Et J. deciditur quomodo cauſa fuit delegata, & iudices
dubitauerunt ſuper diffinitiua propter id, de quo J. contrario
3. & conſuluerunt Papã mittendo inſtrumentum. No. recur-
rendum ad intentionem donantis, de hoc, in gloſ. 2. ſi de ipſa
conſtare poteſt: alias ſi verba patiuntur fit benignior & ſecu-
rior interpretatio, de ſpon. inuenit. Hoſtien. quod procedit cũ
agitur in foro pœnitentiali, vel in contentioſo vbi vertitur
periculum animæ: vt no. de ſcruti. cap. vno, in gl. vltima. Et de
multiplici interp̃tatione dixi de reſcriptis, cauſam, & de hoc
de ſpon. ex literis, de priuile. quia circa, & in hac glo. ſecunda,
ibi, in conuentionalibus prętoriæ ſtipulationes legem acci-
1 piunt de mente prætoris, qui eas propoſuit. † Secundo no. cõ
a ſiderandum tenorem inſtrumenti a J. de priui. porro. & c. re-
cepimus. Tertio no. quod ſcripturæ debent intelligi ad ſanũ
2 intellectum. † Quarto not. quod in contractibus fit plena in-
terpretatio, de hoc in gloſſ. quarta, & in ea ibi l. vltim. vide de
priui. quia circa, contrario primo, ibi l. incipit cum quid, vide
de iureiur. quamadmodum, in prin. quæſtione ſecunda. Vin-
demiam. & prius, ſi venditor emere ſolet vina. ff. de peri. &
3 com. rei ven. l. ſecunda. † Quinto not. quod in teſtamentis fit
plenior, interpretatio, quam in contractibus, de hoc in gloſſ.
penultim. & in ea ibi, in teſtamentis plenius voluntates teſtã
tium interpretamur, ibi l. 3. vbi legans vina videtur legaſſe, &
vaſa vinaria, ad idem. ff. de pen. leg. qui penu. §. ſi. ergo plenius
interpretamur, quam in venditione, vt patet, in gloſſ. 5. proxi-
4 ma. † Sexto no. quod in beneficijs fit pleniſſima interpretatio
de quo, in glo. vltim. & in ea ibi i. quarta, vide de præſump. mã
data, notabili ſecundo, ibi, antiquitas, ſi relinquo vſumfru-
ctum Titio & hęredi, cum primo hærede finitur vſusfructus,
nec inutilis fit proprietas, ſed melius facit l. antiquitas, vbi le-
gatarius habitationis, etiam illam locat. Ibi, beneficium, largiſ
me interpretamur beneficium principis, hinc eſt, quod ſi im
perator dat donum vel aliam poſſeſſionem de bonis vacanti-
bus, intelligitur eam donaſſe cum omnibus iuribus, & perti-
nentijs, etiam ſi hoc dictum non fuerit. C. de bo. vacan. l. quã
do J. lib. 10. ff. de offi. præfect. vr. l. prima, & de hoc J. quæſtio-
ne quarta. Et dic, quod fit pleniſſima interpretatio maximè
in beneficijs, quę fiunt eccleſijs, & locis religioſis, de dolo ca.
ſecundo. C. de ſacroſanct. eccle. l. fin. in Auth. de non alienan.
§. minus, colla. ſecunda. ff. de relig. ſunt perſonę. Oppon. quod
Papa debuerit pronuntiare per ſe, ex quo ſibi cõſtitit quid iu-
ris. Solu. Goff. quod mandauit hoc iudicibus: quia partes non
erant pręſentes, vel quia petierunt remitti, forte ſperantes cõ
poſitionem, quę ambę ſolutiones diuinant. Sed ſolue per id,
quod dixi contineri ſub deciſa, quia Papa reſpondit conſulta
tioni, vel quia iudices dubitabant, & non procedebant, man-
dauit. vt procederent, & formam pronuntiandi dedit. Secun-
do opp. quod redarguere debuerit iudices de ruditate dubij,
s̄. de offi. deleg. cum in iure. cum ex tenore euidenter appare-
ret de mente donatoris, vt in tex. dicitur. Solu. euidenter appa
rebat intelligenti, non cuilibet, ſimile, de tempo. ord. literas.
Tertio oppono, quod clauſula debuerit referri ad omnes do-
nationes præcedentes, de appel. requiris. Gloſſ. 3. ſoluit ponen
do caſum, quod plures fuerint donationes, vna pure, & ſine ꝯ
ditione, altera ſub conditione: & illam reſpicit clauſula de fo
reſta, & quod dicit glo. de pluribus donationibus, debet intel-
ligi quo ad diuerſitatem rerum donatarum. Non enim fuit
hic facta ſeparatio contractuum, ſed in eodem inſtrumento
facta fuit vtraque donatio: vt in litera. Item hæc ſolutio, in eo
quod dicit, quod donatio ſecunda facta fuit ſub conditione, 5
debet intelligi, ideſt modo ſeu onere ſoluendæ penſionis: vt
in li-

ADDITIO.

a Tenorem inſtrumenti Adde Cardinal. in capitu. primo, in prima, quæſtione ne ſede vacan.

ne ſeculari. Item, dono tales poſſeſſiones pro quibus volo, q̄
ſoluat hæredi meo decem annuatim: & faciat, quod faciunt
conſimiles poſſeſſores agrorum, quod ſi monaſterium hoc
non ſeruaret, volo quod hęres prædicta redigat in foreſtam.
Monaſterium non ſoluit penſionem: ideo Alanus filius, &
hæres donatoris omnia donata volebat reuocare in foreſta,
cuius contrarium reſpondetur. Sed & in eo, quod dixi de fun
do ſemproniano, de hoc quomodo, multum diſtenditur in
Specu. de li. concep. §. iuxta, ver. non valet, & de prædictis quæ
ſit ratio decidendi nunc exemplificat Hoſtien. dic quod ponē
do hoc modo, ratio de qua in litera. ſ. quia in donationibus
ſit pleniſſima interpretatio, debet intelligi ſupplendo, maxi-
me. Nam idem eſſet in alio cōtractu. Et ratio quare clauſula,
de foreſta, concernit tantum vltimam donationem, eſt, quia
5 clauſula † concernit omnia ſuperiora: non tamen concernit
ea quę habent ſuas clauſulas. ff. de lega. primo, talis ſcriptura,
in fin. vbi per Bar. C. de liber. præte. l. prima. Et in Specu. de in
ſtrum. edi. §. nunc autem, ver. item excipe. vbi ponit hunc in-
tellectum ad hoc c. Et de diſputa. & alleg. §. poſt hoc, ver. vel,
in prin. Et hic intellectus placet, per literam, quæ dicit, quod
ſuperior donatio fuerat libera, & immunis a vexatione ſecu-
lari. Debet enim intelligi ita fuiſſe expreſſum. Si enim ſupe-
rior nullam habuiſſet clauſulam, difficulter poſſet ſolui con-
trarium c. ſecundo requiris, niſi ex verbis appareret aperte de
mēte donatoris, quod retuliſſet clauſulam tm̄ ad vltimā do-
nationē. Sed ꝯ hoc eſt, quia illa clauſula poſita poſt primam
donationem, quod eſſet immunis a vexatione ſeculari, de ſe
ineſt, cum res eccleſiarum debeant a talibus eſſe immunes,
de immuni. eccle. cap. primo, & per totum, expreſſio ergo ni-
hil operatur, de elect. ſignificaſti. Solu. ſi non fuiſſet appoſitū
onus penſionis ſequenti donatione, argumē. videretur obſta-
re: ſed quia ſequens donatio fuit onerata penſione, expreſſio
præmiſſa fuit cum miniſterio, vt videatur donator diuiſiſſe
primam donationem totaliter a ſecunda, & ſic clauſula de re
uocando in foreſtam refertur tantum ad vltimam cui fuit ap
poſitus annus penſionis, adiecta clauſula de reuocando in fo-
reſtam, ſi non ſolueretur, vt ſic reuocetur ſolum ea donatio
cui contra ventum eſt. Sed quia ſic intelligendo non bene ad
aptat ratio literæ, in eo, quod diſtinguit inter contractus, &c.
ideo teneri poteſt quod dicunt glo. & Innocent. vt ſit ſenſus,
quod etiam ſi prima donatio non habebat clauſulam: tamen
quia erat facta libere, clauſula de foreſta debet referri tātum
ad vltimam, vt quia dixit, dono talem fundum. Item, dono ta
lem de quo ſoluantur hęredi meo decem, & ſi hoc non ſer-
uabitur, liceat ſibi reuocare in foreſtam, talis enim clauſula,
non debet referri ad primam donationem, quæ fuit libera,
ſed ad ſecundam, quæ habuit penſionem, & determinationē,
& hęc videtur mens literæ, & ſic ſaluatur intellectus gloſſ. &
Innocentius. & tunc procedit ratio ibi: quia in contractibus,
&c. vt ſit ſenſus, quod etiam ſi dubitari poſſit in contractibus
vel teſtamentis, tamen in donationibus hoc locum habeat,
in quibus fit pleniſſima interpretatio. Et tunc ad contraria
prima dic, quod hic clauſula ponitur in tenore capituli, ideo
refertur tantum ad ipſum capitulum. ff. de libe. & poſthu. l. 3.
§. filius, quod dico de appellatio. ſecundo requiris. Ex his infe
ro ad id, de quo ℑ. quęſtione prima, & in hac gloſſ. tertia, ibi,
ſi quis in principio. ſi dixit teſtator, cui bis legauero ſemel da
ri volo, & poſtea eodem teſtamento ſcienter bis legat, bis de-
betur, dummodo exprimat ſe prioris voluntatis pœnituiſſe,
ibi, talis, §. vltimo, & l. ſequen. ſi teſtator dicit, quod legaui, die
non adiecta, ſoluat hæres annua bima trima die, hæc clauſu-
la omnia legata reſpicit, non proxima tantum, & etiam lega-
ta facta in codicillis. Quarto oppono, quod hic etiam vlti-
mam donationem non poſſit hæres reuocare, quia res datæ
eccleſijs non debent trahi ad prophanos vſus, de rerum per-
mutatione capitu. tertio, & quarto. Solu. hoc operatur reſer-
uatio, quam fecit donator, qđ potuit. infra de conditio. app.
verum. Item hic propria autoritatę non reuocauit: ſed auto-
ritate iudicis eccleſiaſtici, quod dic, vt dixi de foro competen
ti verum. Quęro circa id, quod dixi, in tertio contrario, de
quæſtione facti, legauit teſtator poſſeſſionem eccleſię, man-

re Franciæ, & Angliæ, vbi dicitur foreſta nemus ſine clau
ſura, & ſine aqua. Sed quando eſt prope flumen, dici-
tur ſilua, quando circundatur aquis dicitur inſula, quan-
do muro vel palis dicitur parcus. Iſte ergo volebat plantare
arbores, & magnum nemus facere ad vſum foreſtæ. Hoſtiē.
Tertio quęro, quis agebat hoc caſu, & quomodo, dicit Inno-
cen. quod monaſterium egit interdicto vti poſſidetis contra
Alanum, vt a moleſtatione deſiſteret, ſuper qua petitione
cum lis eſſet conteſtata, & teſtes producti ac plene de cauſa li
queret, mandat Papa pronuntiari, dic, qđ nō eſt uis, quis ege-
7 rit. Quarto quęro, quare † in contractibus a fit plena inter-
a pretatio, & in teſtamentis plenior &c. vt in tex. Dic, quod con
tractus vltro citroque obligant. ff. de verborum ſignificatio-
ne, lege Labeo §. contractus, ſeruatur ergo æqualitas, vt non
minus ſtricte nec minus pro vno contra reliquum fiat inter-
pretatio. argumen. ff. de regu. iur. contractus, vbi media via eli
gitur circa conſiderationem doli & culpæ, cum ſit cōtractus
cauſa vtriuſque, ſed vltimę voluntates reſpiciunt fauorem.
Ideo in eis fit interpretatio. argumen. ff. quando dies. leg. ced.
ſemel §. primo, in beneficijs vero fit pleniſſima, quia dona-
tor potuiſſet ſibi reſeruare interpretationem, quod non po-
teſt teſtator moriens, & hoc maxime in beneficijs principū,
ex quorum nobilitate latius debet recipi donatio, ſupra eo-
dem, capitulo primo. ff. de iud. lege prima, §. & ſi proponatur.
Pone exempla prędictorum in contractibus, per l. qui vti op-
time. ff. de verborum ſignificatio. quidam inter viuos tradit
ædes vti optimæ maximęque ſunt, interpretamur large, vt
tradat liberas. Si vero ſit legatum domus vel fundi, interpre-
tamur largius: vt non tantum liberas præſtet: ſed etiam om-
ni ſuo iure inſtrumentorum. ff. de lega. tertio, quęſitum. Sed
ſi princeps concedit, interpretamur largiſſime, vt non ſolum
veniant inſtrumenta, ſed etiam apparentia, & adiacentia. C.
de bo. va. ſi quando primo, libro decimo, quod dixi ſupra in
ſexto notabili, hæc tamen ſunt recipienda ſecundum poſſibi-
litatem verborum infra de priuileg. porro. Ioann. And. Quin
8 to quęro, quid in priuilegijs, † dicit Innocen. quod quatenus
tangunt ius concedentium, large interpretamur: vt hic, & de
cimaſexta, quæſtione prima. capitulo primo, quatenus tan-
gunt iura aliorum, ſtricte, de vſupalij, ex tuarum, non tamen
calumnioſe, infra de priuileg. in his, & nota. in capitu. fina. de
co de reſcriptis, & hæc nota, & ſic etiam intelligit Innocent.
quod in beneficijs ſit larga interpretatio, niſi fiat alij enorme
præiudicium. C. de preci. impe. offer. quotiens. Sexto quæro,
6 donata † fuit vinea hoſpitali, ſub conditione, quod non poſ-
ſit alienare: ſed in perpetuum ſtet ad vſum pauperum ipſius
hoſpitalis. An poteſt hoſpitale alienare: & ſi alienat, an com-
petit actio donanti ad reſcindendum donationem. Federic
* in conſilijs cōſi. 84.* dicit, quod quicquid ſit de alienatione.
ſiue valeat, ſiue non, donatori tamen non competit ius reuo
candi, etiam ſi non valeat, ex eo, quia ſibi hoc non reſeruauit.
infra de conditio. appo. verum. Et an valeat alienatio. dic, vt
ibi nota. Septimo quæro, in eo, quod dixi ſupra quæſt. proxi-
ma, de reſeruatione, quam facere poteſt donator, pone, quod
10 quis donat † eccleſiæ prædium pro dote vel alia cauſa, & nul-
lam conditionem nec modum appoſuit, ſed poſtea cum tra-
dit, vult apponere, dic, quod non poteſt. Nam ſtatim per illā
donationem fuit tranſlatum dominium in eccleſiam. C. de
ſacroſanctis eccle. l. fi. de conſue. c. 2. & ſic fuit conſultum hic
Paduæ, de quo per Cy, de rei vxo. ac. l. 1. §. accedit.

ADDITIONES.

a In contractibus. Adde l. 1. & 2. ff. de conſtit. prin.
* conſi 84. Adde quod allegatio eſt corrupta. vult enim eſſe conſ. 189. quod
int. donatio vineę &c.

SVMMARIVM.

1 *Don. re quis non poteſt nib ius quod habet,*

Epiſcopus

Digitized by Google

12 [illegible]
13 *Canonia contra Epiſcopum preſcribi quomodo poſſit.*
14 *Eccleſia donata alij Epiſcopo vel monaſterio exempto, an per hoc dicatur exempta.*
15 *Epiſcopus quando donat eccleſiam de conſenſu patroni quibus verbis vtetur.*
16 *Epiſcopus dando priuilegium exemptionis an eximit eccleſiam a ſua iuriſdictione dioceſana.*
17 *Eccleſiam ſubiectam Abbati, vel Archiepiſcopo ſi Epiſcopus eximit, an & quomodo dicatur exempta.*

Paſtoralis. Si prelatus in eccleſia, quam de cõſenſu capituli, pio loco donauit, percipiebat certos prouentus, illos donaſſe videtur, alias omnes prouentus eccleſiæ preter cathedraticum cedũt pio loco, & viroque caſu ſi donat de conſenſu patroni patronus intelligitur donaſſe ius patronatus. Communis diuiſio. ſecunda ibi, nos, vſus, ideſt quo ad omnes fructus percipiendos: vt ī. quæſtione 9. & dato quod per priuilegium Papæ hoc conceſſum eſſet, non apprehenditur poſſeſſio ſine licẽtia dioceſani. de priuileg. paſtoralis. Hoſtienſi. Nota, quod † quis donare non po-
1 teſt niſi ius quod habet, & ob hoc ſi quis donat rem non ex toto ad ſe ſpectantem, donare intelligitur ius, quod habet in ea. de hoc in gloſ. prima. † Secundo nota, quod epiſcopus de
2 iure communi non fundat intentionem, quo ad temporalia in eccleſijs ſuę dioceſis, ſed quandoque talia ſpectant ad eum de iure ſpeciali. vt hic, quod melius probatur de exceptioni. cum venerabilis, in fine. Tertio nota, quod eccleſia † donari
3 poteſt loco religioſo, & quid iuris tranſeat in locum, nota. de præbend. de monachis, & infra quæſtione prima, ſecunda, & tertia, & pluribus ſequentibus, nota. mirabile, quod is qui minus iuris habet intelligitur donare, quod qui plus habet, minus enim dat epiſcopus donando eccleſiam, ſi habet in ea aliquid temporale, quam ſi nihil habeat, de hoc, in gloſſ. penultima, in fin. de priuileg. ſi Papa, libro ſexto. Sic, & ſepe ſcholares, & clietuli minus habentes melius prouident, quam plus habentes. Et videtur ratio literę: quia quando epiſcopus habet aliquam portionem fructuum eccleſiæ ad illos referri debet donatio facta de eccleſia, qa quodam iure præcipuo ſunt ſui. pro hoc eſt, quod dicitur in gloſſ. prima, quando autem epiſcopus non habet talem portionem, non eſt maior ratio quare debeat intelligi plus de aliquibus quam de alijs, ideo de omnibus oportet intelligi propter rationem de qua in gl. penultim. vt res valeat, & eſt ſingularis caſus, & facit ad mul-
4 ta. Oppono, quod epiſcopus † donando eccleſiam intelligatur donare etiam ius, quod in ea non habet. ff. de legat. ſecundo. Menius §. penultimo, vbi legato fundo, ſi vſuſfructus alienus ſit, nihilominus petitur ab hærede. Gloſſ. prima, non ſoluit, dic, quod ibi hoc eſt, quia valet legatum rei alienę quo ad hoc, vt debeatur æſtimatio. de hoc infra titul. ſecundo, filius. Et in hac gloſſ. ibi §. primo, & quod nota. eodem titulo, illud, in gloſſ. vltima, ibi, qui tabernas argentarias vel cętera, quæ in ſolo publico ſunt vendidit: non ſolum vendidit, ſed ius: cum tabernæ illæ publicæ ſint, quarum vſus ad priuatos pertinet, ibi, ſi domus §. vltimo, ſi fundum municipum ipſis municibus vel alteri legaui, ius, quod ibi habeo videor legaſſe, ibi, ſi vſus fundi inſtructi legatur, perinde ad legatarium pertinet vſus earum, quę ad inſtrumentum fundi ſpectat, ac ſi nominatim eorum vſus legatus fuiſſet, ibi §. vltimo, melius penultimo, ibi, concedit eccleſiam. Hoſtien. reprobat, illud dictum Ioan. de conceſſione facta laico vltra dictum glo. addens etiã rationem, quod etiam expreſſe non poſſet epiſcopus eccleſiam laico concedere, argumen. de iudi. decernimus, cum ſimilibus, habuit gloſſ. corru: tis. Et in fine, idem Goffred. & Vincen. Secundo oppono in eo, quod dicit, quod epiſcopus intelligitur donaſſe temporalia quæ habet in eccleſia, & ſic ꝯ quia nulla hẽt, de except. cum venerabilis, in fine. Solutio contrarium procedit de iure communi, ſed hic de iure ſpe-

7 Quinto oppono, quod epiſcopus † donando eccleſiam non
a tantum intelligatur ſeruaſſe cathedraticum, [a] ſed etiam correctionem. decimaſexta, quæſtione ſecunda, viſis. Gloſſ. penultima, ſtat contrario. Et huius ratio ſecundum Hoſtienſi. colligitur. ff. de offic. prçſi. legatus, de offi. ordina. licet, & capitul. irrefragabili, quia ſcilicet ageretur de prçiudicio nimio. & quia non poteſt epiſcopus, etiam expreſſe remittere iuriſdictionem, quam ſuſcepit. Sexto oppono ad hoc, quia poteſt
8 epiſcopus † in totum eximere eccleſiam infra de relig. domi. conſtitutis. Gloſſ. eadem ſoluit, & in hac gloſſa ibi, quotiens, vide in dicto capitulo, abbate, ver. contra quod, contrario ſecundo. Septimo oppono, quod non ſit neceſſarius conſen-
9 ſus capituli ad hoc, quod epiſcopi † donatio ſit legitima: quia etiam ex conceſſione ſolius epiſcopi cauſatur titulus præſcriptionis infra capitu. Apoſtolicæ, de iurepatrona. cura. de præſcrip. de quarta. Soluit Hoſtienſi. quod requiritur conſenſus capituli, vt donatio ſit legitima: quo ad transferendum plenum ius. Octauo oppono ad idem de his, quæ fiunt a prælatis, ea noſcitur. Solu. Ioan. quod requiritur conſenſus capituli niſi epiſcopus præſcripſiſſet, quod facere poſſet: vt in contrario. Goffred. dicit prçſcriptionem vel conſuetudinem nõ procedere hoc caſu, & idem in alijs. Idem Hug. Laur. Tancr. Vincen. Egi. & Gui. Et ad contrarium reſpondetur, quod ibi loquitur cum confertur beneficium in titulum, quod fieri poteſt per epiſcopum ſine conſenſu capituli ex conſuetudine prçſcripta, ſed aliud cum eccleſia vel aliquod eccleſiaſticum perpetuum datur, vt hic, talis enim donatio ad alienationem pertinet, de his, quæ fiunt a prælatis, & tua. & neceſſarius eſt conſenſus capituli: vt hic, & de his, quæ fiunt a prçlatis, paſtoralis. nec prçſcribi poteſt, & hoc idem tenet Innocẽ. & probatur de rebus eccleſi. non alienand. clement. ſi vna. Et licet ibi de vnione ſeu donatione eccleſię, ſicut etiã hic: tamẽ ſecundum Ioann. And. idem de quocunque iure eccleſiaſtico in perpetuum transferendo, vt iure decimandi, vel ſimili, pro hoc de his, quæ fiunt à prçlatis, tua. & capitu. paſtoralis, dicit etiam, quod neceſſarius eſt tractatus, de rebus eccle. non alienan. capitulo primo, libro ſexto. Et ex his infero,
10 quod ſi epiſcopus † decimas vnius eccleſiæ etiam in parte, vult dare alteri eccleſię, requiritur conſenſus capituli, nec prçſcribi poteſt, quod ſolus faciat, quod tenet gloſſa in dicta clement. ſi vna, eſt enim eadem ratio quç eſt, quando epiſcopus donat eccleſiam vel prçbendam, vt hic, & in dicta clementina, cum per donationem decimæ vel ſimilis iuris fiat alienatio perpetua, quæ fieri non debet per epiſcopum ſine conſenſu capituli, duodecima, quçſtione ſecunda, ſine exceptione, de rebus eccle. non alienan. capitulo primo, libro ſexto, & ſic conſului, quæ nota, tamen puto, quod poſſit præſcribi, qđ ſolus epiſcopus faciat, ſi eſſet conſuetudo tanti temporis, qđ de contrario non eſt memoria: quia hoc habet vim tituli: & tollit iuris reſiſtentiam, de prçſcrip. capitulo primo, libro ſexto, quod dixi in dicta clementina, in princip. quçſtione octaua. Nono oppono, quod non ſufficit requiri conſenſum capituli, vt hic, in fine dicitur ſed oportet retineri, dicta clementina, ſi vna, & in iuribus allegatis, in gloſſ. vltima. Solu. ſta contrario. Et in textu. ibi, requirendus, ſupple, & obtinendus, alia
11 litera habet exhibendus. † Quæro circa id, quod dicit hic gl. penultima, nunquid epiſcopus dando eccleſiam generaliter transferat ius inſtituendi. Gloſſ. eadem quod ſic, per capitu. viſis, & ibi etiam de hoc Tanc. contra, qui dicit illud capitu. locum habere cum conceditur eccleſia pleno iure. Idem Hoſtien. quod tenet ibi gloſſ. & placet, vt illud capitu. & hęc non contradicant. Et idem tenet Innocent. dicens, quod licet tranſeat hoc caſu portio epiſcopi in monaſterium, non tamen

tranſit

A D D I T I O

a Seruaſſe cathedraticum. Adde docto. in capitu. cum venerabilis, de cenſ.

draticum . Gloſſ. eadem dicit,quod ſic,ſcilicet viſitationem,
dicit Hoſtienſi. quod etiam inſtitutionem authorizabilem,
quę nec præſcribi poteſt,de offi.archi. cum ſatis,quod dic, vt
ibi dico.Item ſecundum eum etiam canonicam portionem,
quia cathedraticum,& canonica hæc ęquiparantur , de offic.
ord.conquęrente,licet hanc epiſcopus poſſit conferre.duode
cima,quæſtione tertia capitu.fina. Alij dicunt,quod non po-
teſt dare canonicam, id eſt, ius canonicę portionis ſibi inhæ-
rens,licet poſſit date fructus,quo ad tempus præteritũ. Ideo
retro retentos,vel etiã in futurum, quamdiu viuit, ſic intelli
gunt dictum cap.fin.duodecima,quæſtione tertia, & argum.
de peri.& com. rei venditæ.l. neceſſario, ſimile de loca. capi-
tulo ſecundo. Ex titulo tamen generalis conceſſionis, poteſt
13 præſcribi † canonica contra epiſcopum,de præſcripi.de quar
ta,& hæc opinio tutior.pro hoc:quod non poſſit concedere
canonicam,eſt quod dicit hic Innocent.qui tenet,quod etiã
ſi epiſcopus conceſſerit eccleſiam pleno iure, tamen non trã
ſit procuratio. Et in hac glo.ibi,qui minus,ſimile de priuile.
ſi Papa,libro ſexto. Et dicit Iann. And.quod ſæpe experimur
quod ſcholares , & clientuli minus habentes melius proui-
dent plus habentibus.Tertio quæro,ſi epiſcopus concedit ec
cleſiam alicui presbytero vel archidiacono,quæ ſit infra fi-
nes archipresbyteratus vel archidiaconatus,nunquid eodem
modo intelligitur eam dediſſe quo ad temporalia,ſicut quan
do donat religioſis.Innocen.dicit,quod non. ſed quod intel-
ligitur dediſſe,vt ſit ſibi ſubiecta tãquam archipresbytero vel
archidiacono.Ratio diuerſitatis,quia cum abbates nihil iuris
habeant in eccleſijs , ad hoc,vt aliquid videatur eis concedi,
locum habet hoc capitu.pro hoc infra de priuileg.in his.Ar-
chidiaconus autem vel archipresbyter,habent certa iura in
eccleſijs,de officio.archi.capitulo primo,& per totum,& ma
xime,in capitulo vltimo,& quod ibi nota. in gloſſ. prima, &
ſuper ea.& de capel.mona.dilectus,de offi.archipresbyter.ca-
pitulo primo,& per totum . Item ſufficit, quod illa tantum
conceſſiſſe intelligitur, hoc clarius declaro. infra quæſtione
14 vltima.Quarto quæro,ſi epiſcopus donat † eccleſiam alieno
epiſcopo vel monaſterio exempto,dicit Innocent.quod non
ex hoc eximitur.decimaſexta,quæſtione quinta,capitulo pri-
mo,& habet locum hoc capitulũ, niſi forte monaſterium ſit
exemptum cum capellis habitis,& habendis,quia tunc dona
re videtur eccleſiam,vt exempta.Dicit tamen Innocen.quod
epiſcopus ſuos prouentus temporales donare non intelligi-
tur ratione prædictorum reddituum:quia ex perſonis dantiũ
& rebus, quæ dantur debemus cognoſcere quid dari intelli-
gatur,vt hic colligitur,quod no.pro hoc.ff.de lega.tertio,ſi fi-
liæ,de ſimo.& ſi quæſtiones,dicit Hoſtienſ.ſe non clare vide-
re rationem huius diuerſitatis,dic,vt infra quæſtione vltima.
Quinto quæro,an hęc decre.locum habeat ſiue eccleſia quæ
donatur habeat parochiam ſiue non,dicit Innocentius,quod
ſic. Sexto quæro,ſi Papa ſuam propriam capellam,quę popu
lum non habet,dat monaſterio. Dicit Innocenti.idem,ſcili-
cet,quod locum habet hoc capitulũ.Sed ſi Papa eximeret ec
cleſiam ab epiſcopo,& det abbati. Dicit Innocent.quod ſiue
abbas habeat ius patronatus, ſiue non, tamen ſuberit abbati,
quo ad legem diœceſis,& ad legem iuriſdictionis , de quibus
de officio ordinarij , conquerente, & capitulo dilectus, quia
ex quo exemit, vtranque legem tranſtuliſſe videtur in abba-
a tem,& cupiditas videtur ſi Papa a aliquid ſibi retineat. argu-
mento.C.de bonis vacan. ſi quando, libro decimo, quod in-
telligit Innocen.de eccleſia non habente populum, dic,vt in
ſequent.quæſtione. Septimo quęro,ſi eccleſia habet popu-
lum,dicit Innocent. quod tunc eccleſia cum clericis ſuberit
abbati quo ad vtranque legem,vt dictum eſt in proxima quę
ſtione, & ſolus abbas in eo exercebit iuriſdictionem , ſaluo
quam in grauioribus,in quibus requiritur Papa,de officio ar
chipresbyter.ad hæc,vnde ſecundum Innocenti. abbas inſti-
tuit rectorem in eccleſia,& ſic de alijs, quæ ad legem iuriſdi-
ctionis pertinent , ſic etiam legem diœceſanam habebit , vn-
de ſi aliqua obuenerint eccleſiæ aliunde,quam a populo, ha-
bebit abbas canonicam portionem,ſic,& de mortuarijs aliũ-
de venientibus . Sed quo ad populum dicit Innocenti. eccle-
no,tamen intelligitur conſenſiſſe,dummodo probetur ad do
nationem faciendam conſenſiſſe,ar.de ſpon. ex literis.Nono
quæro, in eo, quod dicit, quod temporalia quę habebat epi-
ſcopus debent conuerti in vſus conuentus , hoc fiet : & dicit
Hoſtienſi. quod conuentus omnes fructus illos conuertit ad
ſuam ſuſtentationem ſupra capitulo conſultationibus.Deci-
mo quæro,eo caſu,quo omnes prouentus tranſeunt in mo-
naſterium,vt hic,in ver.quod ſi. quomodo hoc intelligitur,
dicit Innocen.quod verbum, prouentus, omnia comprehen
dit.ff.de vſu lega.l.vſufructu legato,& ſic comprehendit mo-
deratum auxilium, de cenſi. cum Apoſtolus §. prohibemus.
& ea,quæ de mulctis,& de iuriſdictione proueniunt,dicit ta-
men Innocen.quod monaſterium a criminalibus abſtinebit
& epiſcopo dimittet. decimaſexta, quæſtione ſecunda, viſis,
in fine. Item ſecundum Innocent. comprehendit quartam
decimarum,& alios ſpirituales redditus, de quibus de offi.or
dina.conquerente.Sed non comprehenditur iuriſdictio, vel
ea,quæ ex iuriſdictione proueniunt.Et in hoc vltimo videtur
Innocent.contradicere ei,quod dixi ſupra eadem quęſtione,
vel ſecundum Innocen.hic eſt ſenſus,quod ſi epiſcopus nul-
los temporales redditus ibi habebat ; intelligitur concedere
religioſis, quod omnes redditus eccleſiæ approprient, & hic
intellectus placet Hoſtien.& Ioann. And.Oppono ad hoc vl-
timum : quia ex hoc videretur eccleſia fieri grangia , facit de
cenſi.capitu.fin.& ſic nec cathedraticum habebit epiſcopus .
Soluit Innocẽ.quod appropriabunt ſibi redditus ſuperfluos,
non tamen debet eccleſia abſque clericis remanere, de præ-
ben.in Lateranenſi.Et in hoc ſecundum Hoſtiẽ. nec pactum
nec priuilegium, vel conſuetudo vel iuramentum contraria
prodeſſent,de præben.extirpandæ.Ex hoc dicit , quod cathe-
draticum ſoluetur epiſcopo de redditibus conuertendis in
vſum eccleſię , quæ tenetur ad onera epiſcopalia, de præben-
dis, de monachis . Vndecimo quęro, an ſint alię formæ per
quas epiſcopus poſſit dare eccleſiam quam illæ de quibus in
textu.dic,quod ſic, vnde dicit Innocen. quod cum epiſcopus
dat eccleſiam,aliquando intellligitur dare temporalia,id eſt,
redditus ſibi debitos ratione temporalium , quæ habet in ea.
Aliquando alios prouentus,vt hic. Aliquando omnem pro-
uentum temporalium ex quacunque cauſa prouenientem,
16 infra de cenſi.cum venerabilis.† Duodecimo quæro,an epi-
ſcopus dando priuilegium exemptionis eximit eccleſiam a
ſua iuriſdictione diœceſana.Innocen.quod non, per iura alle-
gata ſupra quęſtione decima,& per l.ff.de offi.præſi.legatus.
Et in hoc,quod refert Innocen.quidam dicunt,quod talis ex
poſitio non valet , niſi dicat in quibus eximit. Sed ſi dicit in
quibus,valebit:vt quod non ſoluat moderatum auxilium,&
ſic de alijs.Oppono.ad hoc infra de relig.do. conſtitutus.In-
nocẽ.ibi remittit.Et circa prædicta dicit melius videri, quod
ſi ſit generalis exemptio de omnibus temporalibus, valet.in-
fra de cenſi.cum venerabilis . Et idem forte in ſpiritualibus,
quę remitti poſſunt infra de relig.do.conſtitutus.Ex hoc in-
fert Innocent. quod non ſolum Papa,ſed etiam archiepiſco-
pus,& epiſcopus poteſt eccleſiam eximere. ar. de exceſſ.prę-
la.ſicut decimaſexta,quęſtione prima,& temporis,dummo-
do faciant cum debita ſolennitate:vt nota. ſupra,vt eccle.be-
nefi. capitulo vno,in fine . Decimotertio quęro,ſi epiſcopus
17 † eximit eccleſiam ſubiectam abbati vel archiepiſcopo , vel
alij prælato,dicit Innocen.quod intelligitur in totum exem-
pta cum clericis,& laicis,& illi ſoli ſubeſt cui traditur, quod
dicit verum in iure parochiali,ſecus in iure epiſcopali : nam
licet eccleſia, quę datur religioſis a iure epiſcopali ſit exem-
pta per Papam,non tamen populus erit exemptus, vt not. de
priuileg.recepimus.Et eſt fortis ratio ſecundum Innocenti.
quia eſſet grande periculum ſi epiſcopus nõ poſſet miniſtra-
re po-

ADDITIO.

a Et cupiditas videtur ſi Papa. Adde Lap. allegatio. 189. incipien. duo
prælati.

... quod ex diuerſitate donatariorũ variatur donatio, ſatis probabiliter videatur dici poſſe. tamen nonomnino iure probatur, vnde videtur ſtandum huic glo. Et in eo, quod hic dicitur de religioſis, factum narrat. Ad euitandas autem has perplexitates cautum eſt exprimere, qd donator transferre intendit.

SVMMARIVM.

1 Patroni ſunt vocandi cum agitur de ſtatu eccleſiæ.
2 Donatio poteſt recipi per procuratorem.
3 Fraus obeſſe debet fraudulento, non fraudato.
4 Res litigioſa alienari non poteſt.
5 Turpitudinem ſuam allegans non auditur.
6 Iura ſubueniunt deceptis, & non decipientibus.
7 Sententia adiudicans eccleſiam vel hoſpitale cum pertinentiis valet.
8 Domus ſolita habere pertinentias, ſi petitur ſimpliciter, adiudicatur cum pertinentiis.
9 Turpitudinem ſuam allegans regulariter non auditur.
10 Locus deputatus religioni authoritate epiſcopi, non debet ſine eius authoritate immutari.
11 Locus ſacer de iure communi fieri non poteſt ſine authoritate Epiſcopi.
12 Epiſcopus an cogi poſſit conſentire translationi eccleſiæ.

Inter dilectos. Poſſunt hoſpitalarij in ſuum p̃iudicium tantum ſe, & domum ſuam alteri religioſæ domui ſubijcere, & donare. hoc dicit ſecundum lecturam quæ ponitur in gloſſ. antepenultima, vel ſecundum lecturam Innocen. ſic, domus deputanda religioni, poteſt ex conſenſu domini, & habitantium collegialiter in ea, ſubijci alteri domui religioſæ, in præiudicium ſubijcientium tantum. Et vterque intellectus poteſt ſuſtineri ſecundum ea, quæ dico infra contrario ſeptimo, & duobus ſequentibus. Primo ponitur actoris petitio. Secundo procuratoris reorum reſponſio. ibi, procurator. Tertio cauſę diffinitio, ibi, attendentes. Quarto proteſtatio, & eius ratio, ibi, ita, & ſecundum Hoſtien. de eodem facto, de arbi. per tuas ſupradictis, ſacri ſepulchri commiſerunt rector fratres, & patroni ſancti Allutij, ſic. ff. quod cuiuſque vniuer. Item eorum §. primo, eiſdẽ fratribus, ſancti Sepulchri hoſpitale ſancti Allutij tranſmiſiſſent hoſpitalarij ſancti Sepulchri. Et infra concludebant pro eis in petitorio iudicari debere. Et infra concludebant actoribus imponi ſilentium, puram. & ſic reuocabilem infra capitu. finali. Plebano, ſi vellet agere de vitio litigioſi, vel alias de præiudicio ſui iuris. Nota. quod de poſſeſſorio poteſt ad pe
1 titorium tranſiri, ad hoc in glo. ſecunda. † Secundo no. quod cum de ſtatu eccleſiæ agitur patroni ſunt vocandi. decimaſexta, queſtione ſeptima, filijs. Sic enim interfuerunt patroni, & dicit Innocen. quod conſentiendo intelliguntur concedere, quod ſuum eſt ſupra capitu. proximo. Tertio nota, quod in translatione eccleſiæ debet fieri tractatus, ibi, tractatu. p̧ hoc, quia in alienatione rei eccleſiaſticæ requiritur tractatus, de rebus eccle. non alienan. capitulo primo, libro ſexto. Ergo fortius in alienatione eccleſiæ, nam ſi de quominus, &c. C. de ſacroſanct. eccle. auth. multomagis, & quod nota. de elect. cum
2 in cunctis. † Quarto nota. quod donatio poteſt recipi per procuratorem, de quo in gloſſ. tertia, & quomodo per alium nobis acquiratur, nota. de vſuris, quamquam, libro ſexto. Quin-
3 to nota, quod ſi quid fit in fraudem † alterius non debet illi obeſſe, ſed ipſi fraudulento. ff. de dolo l. prima, de eo, qui dux.
4 in matr. capitulo primo. † Sexto nota, quod res litigioſa ᵃ alie-
a nari non poteſt, de hoc in gloſſ. quarta. † Septimo nota, quod
5 allegans turpitudinem ſuam non auditur de hoc in gloſſ. an-
6 tepenultima, & ad hoc quotidie allegantur. † Octauo nota, quod deceptoribus iura non ſubueniunt, deceptis ſic, de hoc in gloſſ. ſexta, & in ea ibi ſi mi. ſe. ma. dix. l. ſecunda. incipit. ſi is, vide de conſue. ex parte. Nono nota, quod valet ſententia re receperant, de reſtitu. ſpoliato. cum ad ſedem, & capitu. ſæpe. Et dicit Innocen. quod etiam idem interdictum ex diuerſis cauſis poteſt pluries proponi, quia interdicta ſunt perſonalia, vt in exemplo expreſſo. Hoſtienſis dicit, quod ſimplex eſt, qui ſic ſucceſſiue proponit, cum in principio poſſit omnia proponere ſub diſiunctione, dicto capitulo, cum ad ſedem, dic, quod etiam ſi nihil exprimatur, ſed ſimpliciter intentetur interdictum vnde vi, obtinebit agens, docto quod reus ſpoliauerit, vel mandauerit, vel ratum habuerit, dicto capitulo, cum ad ſedem. Sed ſi ſpecifice dixit ſe ſpoliatum ab illo, & ſuccubuit. & deinde dicere vult ſe ſpoliatum de eius mandato, audietur, & ſic procedit dictum Innocen. Et in hac gloſſ. ibi §. nihil, non probat hoc, ſed dicit interdictum, vti poſſidetis ei non negari, qui vendicare cepit. ibi, hæreditas, hæreditatem ex vna cauſa petitam ex alia petere poſſum: & ſi in quærela inoſſicioſi ſuccubui, ex alia cauſa petere poſſum, ibi, cum quæritur. vide de lib. ob. capitulo ſecundo, quæſtione decimaſeptima, vltra medium. Secundo oppono in eo, quod hoſpitalarij ſancti Sepulchri miſerunt aliquos ad recipiendam reſignationem hoſpitalis ſancti Allutij. non enim poterat tradi, cum nondum proceſſiſſet donatio. Soluit Innocenti. exponendo literam ibi, reciperent aſſignationem, id eſt contractum donationis, ſeu conceſſionis perficerent, vel cum iam eſſet perfectus, poſſeſſionem, quę iam omnia poſſunt per procuratorem fieri, & hoc vltimum etiam dicit hic, in gloſſ. tertia, vel dic, id eſt quaſi poſſeſſionem, & traditionem, & ſubiectionem, a ſingulis fratribus, & a toto conuentu faciendam. Tertio oppono, quod debuerit pronunciari translationem hoſpitalis non tenuiſſe, tanquam de re litigioſa. vt lite pendente, eccleſiæ, & gloſſ. quarta ſtat contrario, dicens, ex hoc reſeruari ſuum ius plebano, dicit Innocen. quod licet alienatio non valuerit, ipſi tamen, qui alienauerunt, contrauenire non poſſunt, vt hic, & hoc tenet gloſſ. antepenultima, vel ſecundum eum, licet res diceretur litigioſa, tamen probatum non fuit, vel quod litis pendentia non impedit translationem, licet fiat reuocatio ad inſtantiam eius cuius intereſt, & idem eſt de re litigioſa, licet poſſet agi de iudicio litigioſi per eum cuius intereſt, dicto capitulo eccleſia. Et in hac gloſſ. ibi, lege ſecunda, actiones vel res lite pendente in conſanguineos vel extraneos donatione, emptione vel alio titulo transferendæ non ſunt. Ibi lege prima, in fine, poſt litem conteſtatam, in iudicio communi dicta, non poteſt alter partem ſuam alienare non conſentientibus dominis. Quarto op. ad idem, quod non valuerit translatio alio reſpectu. quia non a toto conuentu, ſed a paucioribus facta fuit, de his, quę fiunt a maio. parte capituli, c. primo, & alijs contentis, contra id de præbendis, cum in eccleſiis, libro ſexto, de elect. bonæ, ſecundo. Soluit Innocen. quod bene fuiſſet irritus contractus hoc probato: ſed quia non fuit probatum, ideo contra opponentes fuit iudicatum. Ex hoc infert Hoſtien. omnia præſumi ſolemniter acta. inſtitu. de fideiuſſo. §. primo, de probatio. tertio, de hoc dixi de teſt. ſignificauit. & capitulo, Albericus. Ex hoc infero, quod allegari nullitatem ex eo, quod minor pars capituli interfuit, incũbit onus probandi, quod tenet Federicus in conſiliis, conſil. 207. & pro hoc, quod nota. Innocen. de his, quæ fiunt a præla. capitulo, ea noſcitur, vbi dixi, in prima quæſtione, quod dic verum, etiam ſi apparet, quod ante tempus contractus plures erant in eccleſia, niſi doceatur, quod tempore contractus plures erant, vt dicit Federicus ibi, quod nota. Item quo ad illud de contemptu, & quo ad id, quod hic dicitur de periurio, & excommu-

ADDITIONES.

a Res litigioſa. Adde c. eccleſia, vt lite penden.
b Res inter alios acta. Adde glo. in c. quamuis, de re iudi. Innocen. in c. auditis de reſcrip.

Digitized by Google

tus bene poterat docere contractnm non tenere ſi forma de-
bita non erat ſeruata,vel petere in integrum reſtitutionem ſi
eccleſia erat læſa,vel prætextu ſolius malitiæ ſuæ,vel illorum
de cnnuentu non poteſt ſe iuuare,dummodo alias cõtractus
eſſet bonus. Ex prędictis Hoſtienſis, ad literam ibi, quæ ſu-
perius ſunt propoſita,ſupplet,quorum aliqui licet ſint legiti-
mę perſonæ, tamen opponentes adeo fecerunt ſe indignos,
quod audiri non debent,de elect. bonæ primo. Quinto oppo
no,quod audiri non debuerint hoſpitalarij, quamuis allega-
rent turpitudinem ſuam,vt in gloſſ.quinta,ibi argumen.con
9 tra. Gloſſ. ſoluit,quod regulariter allegans † turpitudinem
ſuam non auditur,fallit vbi vertitur periculum animæ,vel fa-
uore eccleſię,vel libertatis. Et idem nota.de conceſſ. præben.
in gloſſ. ſecunda. Et idem hic Innocenti.de hoc in ſequenti
contrario,& in hac gloſſ. ibi,ſi creditoribus. Si debitor manu
miſit ancillam pignoratam,cum ſatisfactum fuerit credito-
ri,libera eſt debitori dicere,quod in creditoris fraudem ma-
numiſit. ibi, cum profitearis, vide hanc & ſequentẽ.de con-
ceſſ.præben.capitulo final.contrario primo,ibi,ſi ſeruus plu-
rium §.primo,ſi ſubſtitutus cõtra hæredem per gratiam vel
colluſionem obtinuit,tenetur legatarijs,& creditoribus,nec
improbe cauſati poteſt ſecundum ſe per gratiam iudicatum
vide de teſt.ex tenore,in gloſſ.penultima. Ibi,interrogatam,
vide de confeſſis,capitulo primo,quæſtione ſecunda,ad finẽ,
ibi,conſanguinei,de pręſumptio.tertio,ibi, etiam, de hoc ibi
lege tertia,loquitur de illo,qui dedit pecuniam,vt male iudi-
caretur. Sexto oppono,ad hoc,quia hic vertebatur fauor ec-
cleſiæ,& hoſpitalis ſancti Allutij. Item fauor libertatis ipſius,
Solu. hoſpitalis ſancti Allutii non habebat eccleſiam, vt in-
fra contrario octauo,vel etiam ſi habuiſſet hic,dic,quod non
ponderatur factum eccleſiæ: ſed fratrum ſe ſubiicientium:
quo autem ad id, quod dixi in proximo contrario de fauore
libertatis,dicit Innocen. hoc non eſſe verum,& ad legem in-
terrogatam,allegat. in gloſſ. reſpondet quod loquitur de con-
feſſione facta apud iudicem, ſed non in iudicio liberali eccle-
ſiæ. Ideo non pręiudicat, vt nota. de confeſſis, capitulo vlti-
mo,in gloſſ. in fine. Goffred. dicit,quod allegans turpitudi-
nem ſuam auditur excipiendo, non agendo, quę ſolutio re-
probatur,quia hic iſti excipiebant. dicit tamen Ioann. Andr.
quod ſi exceptio in qua verſatur turpitudo excipientis,eſt ſuf
ficiens ad perimendam intentionem actoris,ea reprobata au
ditur excipiens, & ſic procedat dictum Goffre. alias ſecus, vt
hic, quod nota,pro hoc, quia etiam nemine opponente, de-
bet iudex reijcere actorem, qui non habet ius agendi,de iud.
cauſam,& quod ibi dixi,dic etiam,quod auditur allegans tur
pitudinem ſuam,contra illum,qui fuit autor turpitudinis.ff.
de iureiuran.alias,vbi gloſſ.& Barto. Septimo oppono,quod
etiam ſi fratres ſancti Allutii non debuerint audiri in ſuis
exceptionibus, non debuerit Papa adiudicare domum
ſancti Allutii hoſpitalariis. Non enim potuerunt fratres ſu-
biicere domum cum hoc ſpectat ad epiſcopum, de exceſſu.
10 præla.ſicut. Confirma,quia quando locus † deputatus eſt re-
ligioni autoritate epiſcopi, eius ſtatus ſine eius autoritate nõ
debet immutari,de religio.domi.de xenodochiis. Gloſſ.ante
penultima ſoluit,quod potuerunt ſe ſubiicere in ſuum præ-
iudicium,idem Goffred.dixit Dama.& ſi verum fatear non
tamen intelligo, quod dicit hic Papa, ſuadet tamen hoc te-
nendum, vel ſecundum eum Papa hoc confirmauit in odiũ
ſubiicientium. Octauo oppono ad hoc,quia non debuiſſet,
ſecundum hoc Papa adiudicaſſe hoſpitale cum pertinentiis,
vt fecit, ſed tantum abſtuliſſe facultatem contradicendi ad-
uerſariis, vel ſuper contradictionę impoſuiſſe eis ſilentium.
Soluit Innocentius, hoc factum: quia hoſpitalarii poſſide-
bant, quod eſt diuinare. Alii, vt Innocentius refert, dicunt,
quod ſubiectio tenuit quo ad ſe ſubiicientes, pro hoc ſupra
contrario proximo. Sed per hoc non tollitur obiectio, vnde
aliter dicit Innocentius,quod eccleſia ſancti Allutii poſſide-
bat quoddam hoſpitale, quod nominabatur ſancti Allutii,
& hæc eccleſia donauit ius hoſpitalis hoſpitali ſancti Sepul-
chri, vnde cum eccleſia habeat pingue ius patronatus, deci-

cti Allutii domum,non eccleſiam, ibi,eiuſdem domus. No-
no oppono ad hoc, quia ibi erat eccleſia ſancti Allutii, ergo
erat locus religioſus,& eius cura ad epiſcopum pertinebat. Se
cundo,quia erant ibi rector, & fratres. Tertio quia erant ibi
patroni. Ad primum dicit Innocent. quod non erat ibi eccle-
ſia,quæ dignitatem eccleſiæ obtineret, ſed forte erat ibi ora-
torium deputatum celebrationi,& orationi,ſicut fere eſt in
omnibus palatiis magnarum perſonarum,de hoc infra de cẽ
ſi.capitulo fina. dic,quod in textu non apparet, quod ibi eſſet
eccleſia. Item,ſi ibi fuiſſet eccleſia,tamen ſecundum Innocẽ.
iſti non inuenirent contractum ſuper eccleſia, ſed ſuper ho-
ſpitali,quod non erat eccleſiæ,nec eccleſia hoſpitalis,ſed erat
iuxta,ideſt vicina,nihil tamen ſe ad inuicem contingentia.
Ad ſecundum dic,quod licet diceretur rector,& fratres, non
tamen erant ibi,vt collegium,nec erat ibi religio. de hoc per
Hoſtien. in ſumma. de regula. §.primo,verſicu.quid de ruſti-
cis,& ſequenti,vel ſecundum Innocenti. erat collegium lici-
tum, quia hoſpitalitati intendebant, tamen fratres erant ibi
deputati per dominum,& fundatorem, vt tempore ſuæ vitæ
ibi deſeruirent,& neceſſaria haberent,& cõſilio domini om-
nia facerent. Ad tertium dicit Innocent. quod iſti non debe-
bant dici patroni,ſed domini,cum locus non eſſet religioſus,
ſed large dicuntur patroni propter ſpiritualia ad quæ deputa-
uerunt illum locum. Alias ſecundum Innocent. ſi fuiſſet lo-
cus religioſus factus authoritate epiſcopi,nõ fuiſſet receptus
libellus hoſpitalis ſancti Sepulchri, in quo ponebatur cauſa
iniuſta, ſcilicet quod habebant ex donatione fratrum hoſpi-
talis ſancti Allutii,pro hoc,quod nota. Innocen. de officio vi
carii, capitulo primo, ſolus enim epiſcopus hoc facere po-
teſt,de exceſſi.prælato.ſicut,vt nota. vt eccleſi. benefic. capitu
lo vnico,in fine,quę nota. Decimo oppono ad hoc,quia ſi lo-
cus non erat ſacer, & fratres erant laici, non debuerunt con-
ueniri coram iudice eccleſiaſtico, de foro competenti, cum
ſit. Solutio,ſecundum Ioan. And. non fuit exceptum,vellicet
tempore dationis locus eſſet priuatus, & perſonæ laicæ, ta-
men p̃ translationẽ illam,& locus & perſonæ dicebantur reli
gioſę, hanc ergo ſpiritualem cauſam iudex ſecularis audire
non poteſt etiam incidenter,de ordine.cogni.tuam. Vndeci-
mo oppono ad hanc ſolutionem, quia talis translatio non
tenuit ſi per eam pręiudicabatur plebano, vt hic in fine lite-
ræ. Non ergo facit locum cenſeri ſpiritualem, quia debet
cenſeri ſecundum ſtatum,de foro competenti, capitulo pe-
nultimo. Solutio. translatio tenuit mero iure. quia, per ea,
quę dixi in pręcedenti contrario, dato quod non tenuiſſet,
tamen interim,donec epiſcopus vel plebanus agent ad reuo-
candum,habetur pro valida,& tractari debet locus pro ſpiri-
tuali. Quæro in eo, quod dicit hic in fine, quod hęc ſenten-
tia non pręiudicat dioceſano,quomodo hoc intelligitur, di-
cit Innocent. quod ſi locus primus erat ſacer,quod eſſe non
poterat ſine authoritate dioceſani, inſtitu. de rerum diuiſio.
§.ſacræ,epiſcopus habebit ibi ius epiſcopale, quod dic, vt in-
fra de religio. domi. ad hoc. Et hoc caſu ſecundum Inno-
cent. non tenet translatio hoſpitalis,de qua hic. Hoſtienſi. di-
cit,quod tenet,quo ad ſe ſubiicientes, quod dic, vt ſupra tri-
bus proximis contrariis. Dicit etiam Hoſtienſi. quod is cui
præiudicat, & non alius, reuocare poteſt. argumento ff. de
ſerui. vrba. prædi. ſi ędes,& lege ſequenti, de acquirenda poſ-
ſeſſione, permiſceri. primo reſponſo. Et quod dixi, locum
11 † ſacrum fieri non poſſe ſine authoritate epiſcopi, dic, ve-
rum de iure communi. Sed ſecundum Innocentius, potuiſ-
ſent hoſpitalarii habere priuilegium, quod ſacramenta ho-
ſpitalia facere poſſent, quo tamen caſu dicit Innocentius,
quod ſemper intelligitur ius plebis, & epiſcopi ſaluum,
dic etiam, quod debebit ab epiſcopo ſuper hoc peti licen-
tia, niſi aliud in priuilegio exprimatur, infra de deci. du-
dum, de priuilegio. paſtoralis, de verborum ſignificatione,
veniens, libro ſexto,quod dic, vt de priuilegio. authoritate
libro ſexto. Oppono ad hoc, quia ſecundum ea, quæ di-
xi ſupra, in octauo,contrario, locus iſte non erat ſacer. ergo,
nec epiſcopo nec plebano potuit ius compere in ipſo, de
religio.

Digitized by Google

regu.eaque.de capel.mona.c.2.dic, quòd dictum Goffre. procedit quando ſubeſt iuſta cauſa ſubmiſſionis, quæ poſſet fieri ſine graui præiudicio epiſcopi. Nec præiudicium de quo dicit Hoſtien. videtur multum conſiderandum, cum poſſit epiſcopus ſe iuuare contra reſiſtentes, ex quo remanet ſuperior. Nam iuriſdictionem ſuam tueri poteſt.de ſenten.excommunic. dilecto.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas tota, & diœceſis reſpectu epiſcopi dicitur vna parochia.*
2 *Equitas quid ſit.*
3 *Titulus minus legitimus fit per præſcriptionem legitimus.*
4 *Epiſcopo an liceat donare.*
5 *Donatio inualida an per præſcriptionem legitimari poſſit.*
6 *Epiſcopus an poſſit donare bonorum centeſimam vel quinquageſimam de bonis cuiuſcunque eccleſia ſua diœceſis, & an tunc requiratur conſenſus capituli.nu.7.*
8 *Quota donata ab epiſcopo an detur de fructibus, vel etiam de prædijs.*
9 *Donatio quę veniat reuocanda, vbi ſunt plures.*

APoſtolicæ. Donatio quinquageſimæ vel centeſimæ quam facit epiſcopus cum graui ſuæ eccleſiæ detrimento poteſt legitimæ reuocari. Primo ponitur decisa conſultatio. Secundo reſponſio, ibi, inquiſitioni. & ibi Primo repetit ius antiquum. Secundo illud declarans ſoluit propoſitam quæſtionem. ibi, hoc ſemper. Tertio ponitur antiplioram. ibi, nam etſi. Quarto ſoluit quæſtionem incidentem. ibi, ſi vero. & procedit hæc diuiſio formando in textu vnam quæſtionem prout dicit gloſſa prima. Sed Hoſtien. dicit, quòd tria quærebantur: Primum, an liceat epiſcopo conferre quinquagenariam eiſdem vel diuerſis eccleſijs, & huic reſpondetur in ver. hoc ſemper. Secundum, an ſucceſſor poſſet reuocare, ad quod reſpondetur ibi. vnde. Tertium, ſi menſa epiſcopalis intantum abundat, ꝙ poſſit dari amplius quam quinquageſima, puta viceſima, vel trigeſima, an tunc poſſit epiſcopus ſine ſuperioris authoritate. ad quod reſpondetur, ibi, ſi vero. per hunc tamen modum non variatur intellectus literæ, vt oporteat aliter legi quam ſecundum modum glo. ſi quis. incipiunt verba canonis: parochia, ideſt diœceſi.de hoc infra notabili primo, ſuis proprius. quia ibi eligit ſepeliri. Magnificare. forte inſtituendo ibi clericos. Petrus dicit hoc intelligi cum de non cathedrali vult facere cathedralem de ſuperioris authoritate, quod non procedit ſecundum Ioan. Andr. quia tunc non eſſet in parochia ſua, quòd cui, ſcilicet eccleſiæ nouiter erectæ ſubſidium. ſi ergo ſeruitores ex illa quota non poſſent ſuſtẽtari, non fiet donatio, cui ſcilicet eccleſiæ cathedrali, duabus, quinquageſima & centeſima, & hoc intendit, quòd vnus epiſcopus has duas facere non poſſit. Remunerationem ponit pro donatione gratuita. Pet. hæc ſemper, verba authoris, vel alius prædeceſſor, vel ſucceſſor quantalibet etiam milleſima. Nota ex verbo in parochia exponendo, vt dixi pro
a diœceſi a, quòd tota ciuitas † & diœceſis, reſpectu epiſcopi
1 dicitur vna parochia. Et pro hoc ſecundum Hoſtien. quia quilibet in ea habitans eſt ſubditus epiſcopo, vt parochianus. de offic.archipræsbyt.capitulo tertio, de offi.ordin.ſignificauit, & capitulo irrefragabili. de rapto.capitulo primo, infra titulo primo, c.2.& 3. Ex his ſecundum Hoſt. inſurgit ratio quare epiſcopus habet canonicam, quia quilibet eſt eius parochianus. Secundo nota ex eodem verbo in parochia. ꝙ ſi epiſcopus conſtituit, vel erigit eccleſiam in ſua diœce. non

te penultima, & in ea ibi, exprimi, ſic etiam dicit Hieronymus quod vtilitas vigiliarum magis exercitio ſentitur quam loquentis ſermone varietur. Ibi ratum, vt non committatur ſtipulatio rem ratam dominum habiturum, debet cum primum certioratus eſt ratam habere, cum ſpatio temporis nec maximo nec minimo, quod magis intellectu percipi
4 pit & cętera, & idem ſequens. Oppono, quod epiſcopo, † indiſtincte non liceat donare, infra titulo ſecundo, ad hæc. Solutio. inter viuos donare poteſt, vt hic teſtando, vel legando non, ut contratio. Secundo oppono, quod per præſcriptio-
5 nem non poſſit legitimari donatio † quæ non tenebat. C. de agricu.& cenſi. quemadmodum, & cætera, ut in gloſſ. ſed videtur. Solutio. vt in ead. & ibi contra leges emendo, originarium, vel ruſticum aſcriptum ſine gleba. Ibi, nunquam, ad hoc nonageſimaſexta diſtinctione, bene quidem, circa medium, vbi de hoc, & dicta lege nunquam, in dicto capitu
c lo ſi diligenti. quæſtione prima, ad finem c Ibi, bonæ rei. nec præſumere debet recipiens, quod epiſcopus id fecerit in dam
6 num eccleſiæ. † Quæro an centeſimam, vel quinquageſimam poſſit donare epiſcopus de bonis cuiuſcunque eccleſiæ ſuæ dioce. Innocentius, de his quæ fiunt.a præla. paſtoralis, dicit, quod non, ſed tantum de rebus eccleſiæ cathedralis. Petrus de ſanlona contra, quod dixi ibi, primum verius, per literam hic. Ibi, de rebus eccleſiæ cui præſidet, quod dic, vt ibi dixi. Dicit tamen Innocentius, quod non ſolum de ſuis poſſeſſionibus, ideſt ad ſuam menſam ſpectantibus poteſt dare epiſcopus hanc quotam, ſed etiam de poſſeſſionibus eccleſiæ cathedralis, pro hoc litera ibi, ad epiſcopalem menſam, vel cathedralem eccleſiam, quod nota, Secundo
7 quæro, an in donatione huius quotæ requiritur conſenſus
d capituli: d Gloſſ. tertia, quod non, uſque ibi, quidam, ibi refert opinionem contrariam uſque ibi, Hugutio, & ibi ponit tertiam opinionem quaſi mediam inter prædictas Cum gloſſ. autem tenet Goffredus, & Hoſtienſis tenet opinionem ſecundam, per capitulũ nouit. & capitulũ, quod tot. de his quæ fiunt.a præla.dic, ut dixi de his quæ fiũt.a pręlat. paſtoralis, ubi dixi, quod monaſterium non poteſt epiſcopus erigere ſine conſenſu capituli. ſed erecto donare poteſt hanc quotam ſine conſenſu capituli. Et in hac gloſſ. tertia, ibi, §. vltimo, uide de magiſtrum. capitulo fina.§. docentes, quęſtione ſexta, Ibi per ſe, & idem dicitur infra in gloſſa penultima, & in ea ibi dixi, ſcilicet, in hac tertia,
8 gloſſa. Tertio quęro † an hęc quota detur de fructibus, an etiam de pręd{ijs}, Gloſſ. tertia. ibi, & illa quinquageſima, primo dicit, quod de fructibus tantum. deinde ibi. Sed contradicere. dicit, quod etiam de poſſeſſionibus, quod tenet Goffred. Innocentius, & Ioan. Andreas. Nam expedientius eſt eccleſię dare ex nunc quinquangeſimam poſſeſſionum, quam dare ſingulis annis quinquageſimam redditu{u}m, dicit tamen Egidius, quod putat eſſe de mente iuris, quod eccleſia cathedralis retineat directum dominium. Ioan. Andrea dicit, & bene, videre vnde hoc ſumat. Quarto quęro eo caſu quo debet reuocari donatio, qua actione hoc fiet. dicunt Vincentius, & Innocentius, quod per beneficium

ADDITIONES.

a Pro diœceſi. Adde capitulum, Nouatianus, duodecima, quæſtione ſecunda. & in capitulo præsbyteris, & ibi Domi. in ſecunda, nota. 24. additio.

b Vtis tamen iuſtis, Adde: capitulum, animæ defunctorum. decimatertia. quæſt.2.

c Quæſtione prima, ad finem. Adde ibi Doctor. & in capitulo cura, de ſurrepat.

d Conſenſus capituli. Adde capitulum, epiſcopus, duodecima, quæſtione ſecunda.

prima donatio tenuit quæ non ſæm eccleſiam, ergo reuoce-tur illa ſola quæ grauare cepit, regula.factum legitime. libro ſexto. Nam, & in vnica alienatione reuocatur tantum, quod excedit, per capitulum ſi quos, illega.in gloſſ. Inducit etiam ff. qui & a quib.ſi quis habens, quicquid dicat, vide de maio. & obed. capitulo ſecundo, contrario ſecundo. Ioan. Andrea. dicit tenendum cum gloſſ. quæ fuit Lauren. & ad legē, ſi to-tas, dicit reſpondendum, vt nota.infra, capitu. proximo vbi dico, quæſtione quarta. Alii, vt refert Ioan. Andrea. diſtin-guunt, an conſtet quæ fuerit prima, vel non, & hoc tenet Ho-ſtienſis, dicens, quod ſiue fuerit vna, ſiue plures, illud tan-tum, & illud totum in quo, & per quod grauata fuit eccleſia, reuocabitur, & hoc videtur verius, & per conſequens ve-rior eſt opinio gloſſ. Sexto quæro, ibi, exceptione. de exem-plo. Solutio, ut in gloſſ. puta, & in ea in fine. vel confirmatio Papæ ex certa, ſcientia. de confirma.utili.capitulo penulmo. Goffred. & Hoſtienſis. Septimo quæro ibi, oſtenſione. de exemplo. Solut. ut in gloſſ. vt fin. & in ea ibi, grauata, ad hoc de officio ordina. præſenti. §. porro, libro ſexto, & in fin. ad hoc ne ſede vacan. capitulo primo, de conceſſio. præbend. ex parte. Octauo quæro in fine literæ ibi, de ſuperioris authori-tate. quis erit iſte ſuperior, dicit Innocentius, quod Papa. Ho-ſtienſis dicit idem in archiepiſcopo, vt ſicut Papa licentiat il-los qui ſibi iurant, de rebus eccleſiæ non aliena. ut ſuper. de feud. capitulo ſecundo, ita & Archiepiſcopus, cum ſit eadem forma iuramenti. de maior. & obedien. dilecti. de iureiuran. ego. Hodie tamen epiſcopi iurant non alienare inconſulto Papa dicto capitulo, vt ſuper. Et ſecundum hoc procedit di-ctum Innocen. Item etiam ceſſante iuramento videtur ve-rius dictum Innocen. quia inferiores non poſſunt diſpenſare contra canonem bonæ rei. de quo fit mentio, nec contra hoc capitulu, ſed ſolus Papa. de tempo. ordina. dilectus, & quod ibi nota.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, propter, quid faciat.*
2 *Ingratitudo punitur.*
3 *Ingratus vnde dicatur, & quot modis ſumatur.*
4 *Succeſſor non per omnia cenſetur eadem perſona cum prædeceſſore.*
5 *Donatio in quibus caſibus reuocetur.*
6 *Ingratitudo in quot caſibus dicatur remitti.*
7 *Donatio facta a patrono liberto reuocatur.*
8 *Donatio qua actione reuocatur.*
9 *Donatio an reuocatur ſi donatarius percutit donantem.*
10 *Iniuria atrox quæ dicatur.*
11 *Damnum graue quod dicatur.*
12 *Attentatio ſine effectu an puniatur.*
13 *Donationem reuocandi ius ſicut non tranſit ad hæredes donatoris, ita etiam non tranſeat ad hæredes donatarij.*
14 *Donatio ſolita apponi in contractu venditionis an valeat.*
15 *Pactum adiectum donationi, quod intelligantur tot donationes quot ſunt res, an valeat.*
16 *Pactum, ne donatio propter ingratitudinem reuocetur, an valeat.*

PRopter. Donatio poteſt per donatorem, ſed non per hæredem eius ob in-gratitudinem donatarij reuocari in caſibus hic expreſſis. Primo ponitur dictum. ſecundo, exemplificando ſpecificat illud ibi, ſi. Tertio mo-deratur, ibi, quod tamen graue. lex dicit non leue. C. de re-
1 uocan. dona. lege finali. Nota de dictione † propter, & de
a dictione, a & pro, nota de priuilegio. petiſtis, verius. Per, me-dium, propter, cauſam, pro, dat tibi finem. Secundo no-
2 ta, † ingratitudinem puniri, ſimile de ſeruis non ordinan. capitulo tertio, de poſtulatio. capitu. fin. C. de liber. & eorum ...

3 ponitur autem ingratus † ab in & gratus, & ſumitur tripli-citer. Verſus. Dicitur ingratus acceptor immemor omnis. Et cuius merita ſequitur retributio nulla. Et cui dicendi deeſt gratia, vel faciendi. Gratus vero eſt quilibet non ingra-tus, ff. de manumiſſis teſtamento, ſeruos, & lege teſtamen-to ſuo, facit de ſerri. capitulo vno. & quod ibi, duodecima, quæſtione ſecunda, ſi quos. Tertio nota caſum, in quo ri-gorem amplectimur, interdum æquitatem, de hoc de tran-ſact. capitulo finali. Quarto nota, ex hoc, quod de miſeri-cordia poteſt hoc caſu donatio non reuocari. quadrageſima-quinta diſtinctione, tria ſunt, ſimile de adulte. ſi vir. & facit ad id de quo infra quæſtione, decimaoctaua. Quinto nota, quod ex ſuperuenienti cauſa licet venire contra factum ſuum. de electio. capitulo, nulli, libro ſexto. de hoc de regulis iuris, quod ſemel. libro ſexto. Regulariter autem ſecus, & ideo in caſu iſto fit reuocatio in certis caſibus tantum de qui-bus in textu. Sed regulariter donatio perfecta non reuoca-tur, ut in gloſſ. prima in principio, & in ea ibi, donationem, vide de electio. in cauſis, verſicu. quia vero. quæſtione prima ad finem. Ibi, poſſeſſionem, & decimaſeptima, quæſtione quarta, ſunt quib. Ibi, perfecta, ſiue ſit perfecta ſtipulatione, ſi-ue pacto, ſiue ſit impleta per traditionem, & quomodo tri-bus modis diuerſo reſpectu perficitur contractus, nota. C. de periculo, & commod. rei venditæ, lege prima, in glo. prima.
4 † Sexto nota, quod non per omnia ſucceſſor cenſetur eadem perſona cum prædeceſſore. de hoc, infra de ſepultu. capitu. fi-na. Oppono, quod idem ius debeat ſtatui in hærede donato-ris quo ad ius reuocandi, quod in donatore, quia obligatio-nes, & actiones tranſeunt in hæredem actiue, & paſſiue. C. ut actio. ab hæredi. & contra hæredes, lege vna. item obliga-tio ex delicto tranſit ad hæredes ſecundum canones, & etiam ſecundum leges in quantum peruenit, licet lis non fuerit cō-teſtata. Soluitur. ſecundum Ioan. Andre. legiſta ſe poſſet ex-pedire dicendo, quod hic agitur de pœna ingratitudinis, ex qua nil peruenit ad donatarium, ergo nec ad eius hæredem, quia non ex delicto ingratitudinis, ſed ex donatione præce-denti habet, quod hic reuocandum quæritur: ſecundum ca-nones autem, dicit, quod in caſibus hic cenſitis oritur ſpe-cialis obligatio, quæ proprie prouenit ex delicto, damno da-to, vel iniuria illata, & hæc bene, tranſit ad hæredes iuxta vi-res hæreditatis, dicit etiam, quod obligatio donatarij ob in-gratitudinem acquiritur donatori: tum ex eo, quia poſſe re-uocare donationem eſt potius quædam facultas relicta op-tioni donatoris, & eſt extraordinarium, & cōtra lege, & ſic non amplianda, ff. de legi. quod vero contra, regula quæ a iu-re. libro ſexto. Item, liberalitas procedit ex animo donatoris, non eius hæredis: imo ſæpe ei diſplicet. Item, reſtringitur in-gratitudo, & reuocandi facultas quo ad donatorem tantum. Item, donatio eſt contemplatione donatarij, non hæredis, qui etiam quandoque habet exoſum, ideo etiam reſtringi-tur ad ipſum donatarium: quando autē, & quomodo obliga-tio ex delicto tranſeat ad hæredes, nota. duodecima, quæſtio-ne ſecunda, epiſcopus qui. & de ſepul. cap. fin. Et prædicta pro-cedunt quo ad pœnam imponendam, tunc enim locum ha-bet, quod hic dicitur, tale ius non tranſire ad hæredem: ſecus in pœna ipſo iure impoſita, quod dicit glo. nota. ff. quod quiſ-que iur. l. tertia, §. quod autem. Et ideo eo caſu quo vaſallus perdit ipſo iure feudum, ut, quia alienauit, licet dominus nō reuocauerit feudum ad ſe heres tamen eius hoc poteſt, quod tenet Bartol. 10. col. de prohi. feu. alie. §. inſuper, quod nota, & ſic intellige. infra quæſtione decimaquinta. Secundo oppo. quod etiam extra caſum ingratitudinis reuocetur do-natio, C. de reuoca. do. ſi vnquam. Solutio. hoc non nega-tur in textu. & quibus caſibus poſſit reuocari. dico in lo-quen.

ADDITIO.

a De dictione propter. Adde Albericum de Roſa. in ſuo dictionario in verbo propter.

pitudinem infra de ſymo.de regularibus,& cap.de hoc. Tertio propter donantis turbationem,ut cum pater iratus filium exhæredat,& donat eccleſiæ.decimatertia, quæſtione ſecunda,ſi quis iraſcitur. Quarto propter fraudem, & dolum donatarii.vigeſima quæſtione tertia,conſtituit,infra titulo,ſecundo capi.fina. Quinto propter nouam filiorum natiuitatem, ſed iure poli,non fori.decimaſexta quæſtione quarta,quicunque.Sexto propter dantis impotentiam.decimaſeptima,quæſtione quarta,quæſtio.infra titu.primo,filius.Septimo propter cauſæ defectum, ſup.de cleri.coniug. quod a te. Octauo quatenus excedit,ſupra,cap.proximo,de re.eccle.non alie.ad noſtram,propter ingratitudinem prælati, & conuentus non reuocatur:de hoc in Specu.eo.titu.ver.quid ſi aliquis. Ioan. And.Si vero donatio fit extraneo.dicit glo. prima ibi, ſi autẽ in extraneum,quod reuocatur ex ingratitudine,de hoc in ſequenti quæſtione,& in hac gloſſ.ibi ſolo.ſequitur, quod obſequii non præſtiti velamento data libertas reſcindi non poteſt. Ibi octaua diſcuſſio,ubi de hoc,& eadem quæſtio.diaconi.& cap.liberti.Ibi,§.illud,ibi loquitur in liberto priuati qui redigitur in ſeruitutem propter iniuriam illatam patrono, Ibi,poli.ſumitur polus poli procelo,ſic dictum quia politũ, & ſculptum variis ſtellis:vnde & canon ille dicit iure cœli,& de hoc etiam dico,infra titu.ſecundo ſi filius,quæſtione prima,ibi.ſi totas.Si donaui filiis emancipatis totam ſubſtantiã, propter filios poſtea ſuſceptos reuocatur debitum, in bonorum ſubſidium.† Secundo circa hoc quæro in quot caſibus
6 dicatur committi ingratitudo a Gloſſ. eadem dicit, quod in quatuor,de quibus hic,& addit quintum. Et in ea ibi, fuſtibus cędendo,hoc comprahendebatur in ſuperiori,dum dixeras, impias manus, vnde de alia iniuria videtur illud intelligendum.Petr. & Abbas,Egid. & Boa. intelligunt de verbali contumelia,vel poteſt poni,quod cum fugauit,uel carcerauit,tenuit ſine manum iniectione,de ſententia excommu.ſuper.Ibi, non adimpleuit.Sed de iſta dicunt doctores,quod datur hæredi,& in hæredem cum non ſit contra communes regulas,Ibi l.vltima.Addit ibi glo.textum caſum, quando donatarius non alit donatorem.Oppo.ad hoc,quod tantum in tribus caſibus reuocetur donatio propter ingratitudinem.C. de reuoc.donatio.authen.hoc quoque. Gloſſ.eadem ſoluit, quod in donatione facta filio a matre, quæ poſtea tranſiuit ad ſecundas nuptias,& dicitur in gloſſ.Hoſtie.dicit hoc forſan corrigi per capitu.penulti & vlti.de ſecũdis nupti.Dicit Ioan. Andr.quod bene dixit forſam,quia iura illa non tollunt pœnas quas lex infligit mulieri, quę ſecũdo nubit.Sed illas quas imponit quia nubit infra tempus luctus, & de hoc ibi. Ter-
7 tio quæro,in eo,quod in gloſſ.prima, dicitur, † quod donatio a patrono facta liberto reuocatur,& ab alio quam patrono,non reuocatur in totum,quid vult dicere.dic,quod intelligit,quod alius quam patronus non reuocaret,niſi quantum ad debitum bonorum ſubſidium, ideſt quo ad legitimam filiorum,& in hoc ſequitur gloſſ.opinio. Azo. in ſumma. C. de reuoca.dona. Sed gloſſ.in l.ſi vnquam,dicit, quod non patronus donationem factam in extraneum in totum reuocat propter liberos ſuſceptos, per legẽ cum acutiſſimi. C. de fideiuſ.& ad l.ſi totas,allega hic in gloſſ.reſpondet,quod loquitur cum quis donauit filiis,& de hoc in ſequenti quæſtione. Quarto quęro circa hoc, quæ opinio eſt verior,pro opinione Azonis eſt l.ſi totas,præallega.& C.de inofficio.do. auth. vnde ſi parens.Et quia lex dicit,quod per hanc quærelam minuitur donatio. C.de inofficio. teſta.l.ſi liceat,ſi minuitur, ergo non in totum tollitur. C.de var. & extraord. cogni. cognitionem . Pro opinione contraria eſt dicta lex, ſi vnquam, & ff.de lega. ſecundo. Titia Seio. §. imperator. Item quia hæc quærela eſt inducta ad inſtar quærelæ. C. de inofficio.dona.l.fina.Sed illa totum aduocat,ergo, & iſta.Hugolinus,& alij diſtinguunt, quod proſequitur Ioan. Andreas hic. ſed hę diſtinctiones comprahenduntur in diſtinctione

ta in libertum vel extraneum de omnibus bonis vel maiori parte. Aut in filium. Primo caſu reuocatur in totum, vt in l.ſi vnquam. Fallit ſi ſit facta ad pias cauſas, quia tunc ſolum vſque ad legitimam: vt l.ſi totas. Si autem quæritur de reuocatione per titu.de inofficio.dona.aut collata fuit donatio in vnum ex liberis, & reuocatur vſque ad legitimam tantum, etiam ſi ſit inofficioſa re & conſilio,id eſt propoſito ipſius donantis: vt l.ſi liqueat. Aut fuit collata in extraneum.& tunc, aut filio qui vult reuocare fuit aliquid relictum,& agit ad ſupplementum legitimæ.C.de inofficio. teſtamen. omnimodo. & quod no.glo.C.de inofficio.dona.l.1. Aut non fuit aliquid ſibi relictum,& tunc, aut donatio fuit inofficioſa re & conſilio,& reuocatur in totum.ar.ff.de iu.patr.l.libertus.aut re tantum.& tunc vſque ad legitimam.C.de inofficio. donatio.l.4.
8 & l.cum donationibus. † Quinto quæro,eo caſu quo reuocatur donatio,qua actione id petatur. Gl.ſecunda,dicit quòd vtili rei vendicatione,vel condictione ex lege. Et hoc vltimũ tenet Innocen.per iura alleg.in glo. Alij,quod iudicis officio. per l.ſecundã,C.de liber.& eorum liberis.Hoſtien.dicit de nomine actionis non curandum.de iudi.dilecti.Barto.ff.de lega. ſecundo . Titia Seio.§.imperator.dicit, quòd in caſu l.ſi vnquã.fit reuocatio ipſo iure,& poſſunt res vendicari. Sed quando per titulum de inofficioſis donationibus,opus eſt quærelam præmittere.Bal.C de inofficio.dona.l.1.quæſt.7. plenius in hoc vltimo dicit,quòd ſi agitur ad legitimam,agitur addãdum contra donatarium, & non eſt neceſſe proponere quærelam.ſed vno libello ſe expedit filius,vt dixit ibi Guil.de Cu. per l.ſi liqueat. eod. titu. Si autem agitur ad reuocationem omnium bonorum,opus eſt quęrela inofficioſæ donationis, & ea intentata agitur vtili rei vendicatione.Nam directa non competit,quia dominium fuit tranſlatum in donatarium, & in hac glo.ibi,his ſolis.ibi,actionem matris : ita perſonalem eſſe volumus, & venditionis tantum habeat effectum. Ibi,cum res. Ibi,emptio,quam facit donatarius filio donatoris valere poſſet propter ius reuocandi propter quærelam inofficioſi,ſi filio competeret.Ibi,ſi mortis. donans cauſa mortis vt donatarius habeat,ſi mors contingat, habet actionem in rem,ſi conualuit,ſi mortuus eſt, illam habet donatarius. Sexto quæro circa primum caſum de quo in litera, quid de donatario qui ſe defendendo vel aliàs in caſu licito percutit
9 donatorem † dicit Ioan.And.per verbum impias,quòd ponitur ibi.& C.de reuocan.dona.l.fina quod non eſt locus reuocationi.pro hoc inf.de pœnis.ad aures.& capi.in quibuſdam, & quod ibi not.facit,de ſenten.excommun.ſi.vero.§.penult. & vlt.Et eadem ratione dicit idem de eo qui loco.de ſenten. excommunic.cap.1. Septimo quæro,ſi non percuſſit manu propria,ſed percuti fecit.dicit Ioan.And.quòd locus eſt reuocationi.per capit.17.quæſtio.4.ſi quis ſuadente,& inf.de ſent. excommunicat.mulieres.Octauo quæro,ſi percuſſit non manu,ſed pede.dic idem.vt nota.in dicto capitulo,ſi quis ſuadẽte.Nono quæro,ſi ignorauit illum eſſe donatorem . dicit Ioan.Andr.quòd ceſſet reuocatio,quia ingratitudo in ignorante non cadit. facit.ff.locati.ſi ignorans.de ſentent.excommunicatio.ſi vero.2.de iniuria tamen tenetur,ſed non ex hoc capite. facit, quòd ibi notat. † Decimo quæro circa ſecun-
a dum caſum, quæ dicatur atrox iniuria b. Glo.pe.& in ea in ſi.de

ADDITIONES.

a Dicatur committi ingratitudo. Adde docto.in capitulo.quintanallis.de iureiuran.

b Quæ dicatur atrox iniuria. Adde glo. inſt. de iniu.in §.atrox.& in l prætor in § poſt ff. de iniur.ſpe.tit.de lega.in §.nunc tractemus.verſic.quod dicatur atrox.

correcta per Auth.vt hi qui obli.in pri.a.col. 6. ſecundum Io.
And.quod vltimum procedit ſecundum opi. Azo.vbi no eſt
correcta l.illa,quod tenet ibi Bar. & eſt verius, quia Auth. vt
hi qui obligatas ſe habere perhibent res minorū,§. hæc om-
nia,& C.qui pe tut.auth.minoris,ſolum dicit,ꝙ ſi tutor qui
eſt creditor pupilli,acceptat tutelam, & non proteſtatur, de
ſuo credito agere nequit,& ſic adhuc hodie eſt tutor. Adhuc
ergo eſt locus l.propter litem,ꝙ ſi tutor hēt litem de omni-
bus bonis,vel maiori parte cum pupillo, poteſt ſe de tutela
excuſare,ſecus ſi de minori,& tunc lex illa non obſtat præmiſ
12 ſis,quia loquitur in ſuo caſu. Duodecimo quæro,† ſi donata-
rius attentauit infligere graue damnum,ſed res non habuit
effectum,videtur,ꝙ locus ſit pœnæ.facit etiam caſus ſequens
in litera,vbi ſatis eſt fuiſſe periculum vitæ,licet mors ſecuta
non fuerit. Io. And.tenet contrarium per l.fin. C. de reuo.do.
ibi,ſubſtantiæ donatoris imponit. Ad caſum ſequentem hic
in textu de eo qui infert periculum vitæ,dicit,quod ibi poni-
tur inferens periculum moris:& ſic ipſa illatio periculi eſt de
lictum conſummatum,de hoc in regula in pœnis,in quæſtio
ne lib.6.facit quod no.ſ.ti. proxi.c.2. vbi dixi,q.9. pro hoc de
homi.pro humani,lib.6 Ad authē hoc quoque,dic,ꝙ loqui
tur in caſu ſpeciali.ſ.in donatione matris de qua hic in glo. 1.
in fin.& dixi ſ̄.q 2.in fin. Decimotertio quæro,an id quod hic
dicitur de donatore,locum habet in beneficij collatore: vide
tur,ꝙ ſic,quia donator eſt de concel.præb.propoſu. 1.in prin.
& c.ſeq.de offi.vica.c.vltimo.in fin.& pro hoc iura ibi allega-
ta in prin.vlt.gloſſ.& de excel.præla.graue. Contrarium tenet
Io.And.quia collator beneficij non eſt proprie donator. Non
enim poteſt ſibi retinere,de poſtula.c.fi.de inſti.c. fin.& iure
cogente confert,alias collatio deuoluitur ad alium,de cocel.
præben.c.2.& quod no.de præb.relatum,pro hoc l.vlti.C.de
reuo.dona.ibi,donatorem res ſuas perdere. Ad ꝯria dic,ꝙ col
lator beneficij eſt donator ex liberalitate in cui dando, non
in dando.d.c.relatum,& c.inter cętera. Ad c.fi. de poſtul.dic,
ꝙ loquitur de ingratitudine non contra collatorem, ſed con
tra eccleſiam in qua habet beneficium, nec ibi per viam re-
uocationis,ſed neceſſe eſt inſtitutum priuari. Eodem modo
dic ad ca.graue Nam ibi loquitur de depoſitione. Decimo-
quarto quæro in eo,quod dicit hic,ius reuocand. donationē
14 non extendi ad ſucceſſorem donatoris qui hoc tacuit, quan-
do dicitur tacuiſſe.dic, ꝙ dicitur tacuiſſe ſi non expreſſit, ꝙ
jus reuocandi competeret ſucceſſori. Et ſic ſentit Inno. ſecū
dum quem,ſi dixit donator,ſi prædicta,de quibus in textu,cō
tra me,vel hæredem meum fecerit,donatio reuocetur,tunc
reuocabitur etiam a ſucceſſore donatoris. Hoſtien. in ſum-
ma.eodem. in fi.intelligit eum tacuiſſe qui non egit nec ad
agendum ſe parauit,C.de inof.teſta.ſi pater tuus,& l. ſcimus
in fine & hoc tenuit glo.vltima hic in eo,quod colligit argu-
mentum hic,ꝙ feudum non eſt auferendum filio propter fe
loniam patris,ſi patri quæſtio mota non fuit, quod dic, vt in
quæſtione ſequenti. Et hoc magis conſonat,l.vltima,C.de re
uo.do.quæ dicit heredibus non concedi licentiam inſtituen
di primordium quærimoniarum ſuper reuocatione, puto ta
men verum etiam id,quod dicit Innocen.ſed tunc ius reuo-
candi competit hæredibus ex pacto ſpecialiter appoſito. De-
13 cimoquinto quæro, † an ſicut ius reuocandi non tranſit ad
hæredes donatoris,ita etiam non tranſeat ad hæredes donata
rij .Gloſ.vltima dicit, ꝙ ſic, & idem Innocen. & probatur,
C.de reuoca.dona.l.vltima. Et hoc arguit gloſſ.ꝙ feudum nō
eſt auferendum filio propter feloniam patris ſi patri quæſtio
mota non fuit,dic, ꝙ imo quandoque non auferetur etiam ſi
patri quæſtio mota fuit,vt dixi de feud. capitulo ſecundo, in
ſecundo contrario. Item hoc argumentum non colligitur
hic exponendo textum in verbo tacuit.ſecundum Innocen,
quod dic,vt ſup.ca.proxi. Et melius ſecundum literam argui
tur ad caſum conuerſum, vt gloſſ.C.de inoffi.teſta.l. omni-
no.ſcilicet,quod vbi vaſallus fecit feloniam contra dominū,
& dominus non reuocauit feudum, non poſſit hæres reuo-
care,& hoc verum ſecundum Ioan. Andreā,ſi fuit ſciens, &
habuit tempus ſufficiens ad reuocandum, alias hæres reuo-
ritas,de hoc per Barto.C.de reſcind.vendi. l. 2. Decimoſepti-
15 mo quæro,de pacto † quod adijcitur in donatione, ꝙ intelli
gantur tot donationes quot ſunt res, quod fit ad euitandam
inſinuationem,vt nō poſſit reuocari donatio excedens quin
gentos aureos, dato, quod non ſit inſinuata,dic, quod pactū
non valet: quia intelligitur vna donatio, ex quo ſimul fit, li-
cet res ſint plures,dicta l.ſancimus,§. ſi quis autem per diuer
ſa.ſecus ſi diuerſo tempore fiant,quod tenet ibi Iaco.de Are.
16 & Cyn. Decimooctauo quæro,† quid ſi pactum eſt in dona
tione,ne propter ingratitudinem, vel aliam cauſam reuoce-
tur. Specu.eodem titulo,ver.quid ſi pactum, dicit, ꝙ nihilo-
minus poteſt reuocari. Ioan. And.ibi hoc intelligit,niſi inter
ueniat iuramentum,de hoc ibi.

De Peculio clericorum. *Rubri.*

SVMMARIVM.

1 *Peculium quid ſit.*
2 *Peculium vnde dicatur.*
3 *Peculium quotuplex eſt.*

Dictum eſt de donationibus:ſed quia clerici de ſuo peculio
donationes facere poſſunt: ideo &c. Goffre.vel ſic: quia dubi
tatur quando clerici poſſint donare, vel aliter diſponere de
ſuo peculio, ideo poſt titulum de donationibus hic titulus
ſubijcitur,duodecima, quæſtione prima,tertia, & quarta. fa-
cit eadem cauſa,quæſtione ſecunda.de laicis,& cap.ſequenti-
1 bus.prima, quæſtione tertia, totum.† Quæro quid eſt pecu-
lium. Solu.multis modis accipitur:quia quandoque pro pa-
trimonio,ff.ad Trebellia.cogi.in principio.C.de epiſco. & cle
ricis, ſi quis præſbyter,& ſic accipitur hic. quandoque pro
eo,quod pater filiofamilias,& dominus ſeruo concedit,ff.de
pecul.l.depoſiti.§ peculium,de rebus eccle. non alienan. ca.
tertio,quandoque pro eo,ꝙ præſidij cauſa pro guerra deponi
tur,ff.de lega.3.ſi chorus,§.1.quandoque pro ſalario. C.de co
hortalibus,l.ordinariorum,lib.12.quandoque pro rebus para-
frenalibus,ff.de iure dotium,ſi ego.§.dotis,de hoc,ff.de pecu.
2 ſuper rubrica.† Secundo quæro vnde dicatur, dic,ꝙ a pecu-
nia,& illa a peccatoribus, prima, quæſtione tertia, totum, &
dicitur quaſi puſilla pecunia, dicta, l. depoſiti. §. peculium.
3 † Tertio quæro, quotuplex eſt peculium a dic,quod quadru
a plex,ſcilicet,profectitium, aduentitium, caſtrenſe,& quaſi
caſtrenſe. Profectitium dicitur,quod proficiſcitur filiofami-
lias de rebus paternis, & acquiritur patri quo ad proprieta-
tem, & vſumfructum. Aduentitium eſt quod acquiritur fi-
lio ex donatione,vel ſucceſſione , vel aliunde ex aduentu, &
proſperitate fortunæ. Excipiuntur tamen donata ab Impera-
tore,uel Auguſta, quia illud iudicatur quaſi caſtrenſe.C.de
bo.quæ libe.cum multa. Caſtrenſe eſt quod filiifamil. milites
in caſtris acquirunt, ff. de caſtren. pecul.per totum, Quaſi ca
ſtrenſe eſt quod filiusfamilia. de ſcientia ſua acquirit occaſio-
ne aduocationis, vel munerum publicorum,C.de inofficio,
teſta.l. ult.de bo.q̄ lib.cum oportet, & l. cum non ſolum. Et
hoc quo ad laicos. Sed quo ad clericos dicit Hoſtienſis, in
ſumma.eodem §.quot ſunt, quod duobus tantum modis
dicitur peculium, ſcilicet profectitium ex re eccleſiæ de
quo clericus non teſtatur. infra, eodem, capitulo. fina. Se-
cundum

ADDITIO.

a Quotuplex ſit peculium. Adde gloſſ. in verbo peculium. in lege
cum oportet . C. de bo. quæ lib. gloſſ. in verbo, procedit. inſtitu. per
quas perſo. no. acqui. Specu.in titu.de arbi.in §.nū ver.cum aliter.de.ff.de
peculio ſuper rubri.

Digitized by Google

præſumptionem quæ eſt pro eccleſia.

Inueſtigandum. Quæſitum a rectore tempore promotionis nihil habente præſumitur de bonis eccleſię primo ponitur, quædam inſtructio. ſecundo quæſtionis ſolutio, ibi, quoniam. Inueſtigandum, expone, vt in gloſ prima, & in ea in fine. Tancre. Innoc, ordinario, vel delegato. de proba. quoniam. Hoſtien. patrimonij. vel aliunde quæſitum. Goſ. quod tamen dicitur patrimonium, vel peculium, dic, vt dixi ſ. Rubri. prouectus, ideſt pros
1 motus, † No. ꝙ paupertas a non impedit promouendum, ſe-
2 cus in tutore b vt no. duodecima, quæſtione tertia cap. primo.
b Secundo no. ex hoc, quod non comparantur prçlatus, & tutor. Regulariter tamen comparantur: vt no. de in integr. reſtitu. auditis, in 4. gloſſ. Oppo. in eo, ꝙ mandat inquiri an clericus tempore quo fuit promotus ad ordinem haberet patrimonium. Nam id quod acquirit poſt receptum ordinem acquirit ſibi, non eccleſiæ, etiam ſi in ea habeat benefiecium, tamen ſit ſimplex. infra titu. c. requiſiſti. in fin. Solu. expone literam ibi. ad ordinem ideſt ad beneficium, vel adminiſtrationem per quam peruenit ad ordinē. ſupra de elect. cum in cunctis, §. inferiora, de æta. & qualita. cap. primo, pro hoc litera ibi, eccleſiæ, ad quam promotus eſt. Et exponit Hoſtien. ideſt ob quam, vel ad cuius adminiſtrationem, vel dic proprie. Quæro quid de vicario, dicit Hoſtien. quod ſi eſt temporalis, non præſumitur pro eccleſia, argu. de fil. præſby. conſtitutus, quod non multum facit. Ad idem de priuilegiis cap. primo in fin. libro ſexto, ſed melius facit clem. vna, de offic. vica. ſed ſi eſt perpetuus: tunc ex qualitate, & quantitate vicariæ bonus iudex arbitrabitur, & ex altjs coniecturis, de tranſactio. capitulo vltimo, infra titulo primo cap. primo, & ſecundo, & cap. relatum, 2. in fine. Secundo quæro, quæ eſt ratio huius c.
2 Gloſſ. vltima, dicit, quia † quæſita per prælatum præſumuntur quæſita de bonis eccleſiæ, per l. etiam, & l. Quintus, alleg. in ea, quæ loquuntur de vxore, & dicitur in l. etiam, quod cum probari non poteſt vnde vxor acquiſiuerit ea quæ acquiſiuit tēpore matrimonij, creditur acquiſiuiſſe de bonis mariti, & in l. quintus, dicitur, quod ob vitandam ſuſpicionem turpis quęſtus, dicitur acquiſitum ab uxore peruenisse a viro vel his qui in viri poteſtate ſunt. Oppono ad hoc de arbi. tutelæ ſi defunctus, vbi acquiſita per tutorem non præſumuntur quęſita de bonis pupilli. Solu. illud in tutore qui non comparatur prçlato in omnibus: ut ſupra in ſecundo, notabili ſecundum Vincentium, quia prçlatus ſuſtentatur de bonis eccleſię, uxor de rebus mariti, ſicut & filius de bonis patris, ſed tutor non ſuſtentatur de bonis pupilli. Oppono ad idem, quia ſicut pro carnali marito prçſumitur, quod acquiſita
3 per vxorem, ſint de bonis ſuis, ſic prçſumi debere pro marito ſpirituali, ſcilicet prçlato contra eccleſiam. dicit Hoſtien. infra titulo, capitulo primo, quod vtroque caſu eſt eadem ratio, ut vitetur ſuſpicio turpis quęſtus, Mulieres enim raro negociantur, quod ſi faciunt, de bonis mariti faciunt, ſic, & in prçlatis, ſi negociantur eſt turpis quęſtus, ideo prçſumuntur de bonis eccleſię quęſiſſe: quia, non prçſumuntur negogotiato fuiſſe. Item, maritus eſt dominus rei dotalis, C. de rei vendicatio. dote, prçlatus vero eſt tantum procurator. de donatio. capitulo ſecundo, Et quo ad id de vxore eſt, quod
4 nota, de pignori. ſignificante. Tertio quęro, † an contra prçſumptionē quę eſt pro eccleſia admittitur probatio. Glo. vltima, quod ſic, & in ea ibi, manifeſte, vbi de hoc.

ADDITIONES.

a Paupertas. Adde Lap alleg. 72. & alleg. 64.

b Secus in tutore. Adde inſtitutio. de excuſa. tuto. in §. ſed propter paupertatem.

vt in glo. 2. & in ea ibi, emiſſet. dicit Hoſt. ꝙ quando feudum offertur venale, quod dominus nō patitur vendi eccleſiæ, tūc poteſt iuuare alium ad emendum inquantum alias poteſt ei dare. de quo remittit. ſ. tit. 1. c. 2. & c. cæterum. & videtur intelligere, ꝙ iſte alius qui emit, erit vaſallus eccleſiæ. Et dicit Ioā. And. ſe ſuſpicari, ꝙ Hoſti. practicauit hunc caſum. Et in fi. ad hoc de re. permu. ad quæſtiones. Tertio opp. ꝙ non procedat littera ibi, aut ab ordinatione diſcedat. videtur enim in hoc optionem dare prælato, qui tamen renunciare non poteſt niſi in manibus ſuperioris acceptantis. de renun. admonet. & c. quod in dubijs. Glo. vlt. dicit, ꝙ dictio, aut diſcedat, non eſt optio, ſed comminatio. quod no. ad ſimilia. Et exponit Abb. diſcedat, ideſt reuocetur. Hoſt. dicit eum deponendum conſiderata læſione, & incorrigibilitate. Ex hoc c. & c. inquirendū.
2 j. eo. not. Hoſt. † ꝙ prælati plus diligere debent eccleſias ꝙ̃ cōſanguineos vel amicos. de teſta. cum in officijs. de poenis. c. 2. dicit tamen, ꝙ pauci hoc ſeruant. de præbend. graue. vt eccle. bene. c. vno.

SVMMARIVM.

1 *Quæſita per Epiſcopum poſt conſecrationem ſunt eccleſiæ relinquenda. cum declaratione, vt num. 2.*

1 Vt vnuſquiſque. † Quæſita per epiſcopū poſt cōſecrationem ſunt eccleſiæ relinquenda. Opp. quia videtur contrarietas ibi, præsbyter. & ibi, conſecrationis: dic præsbyter, ideſt epiſcopus. vel proprie, & tunc dic conſecrationis, ideſt inſtitutionis. Secundo op. ꝙ acquiſita per prælatum ſint ſua. j. ti. 1. quia nos. Glo. 2. ſoluit. intelligendo hic de acquiſitis occaſione eccleſiæ. & in ea ibi, teneor. & maxime in ſubſidium. ar. ff. de eo per quē fac. erit. l. fi. Hoſt. Ibi, ex mandato, apud eum qui ſuſcepit mandatum nihil remanere oportet. Ibi, idē, §. 1. & 2. ſi ex fundo quem mihi procurator emit percipit fructus, vel ex pecunia vſuras, ad illa mihi tenetur. Ibi, procurator vt in cæteris. vide. ſ. vt lite non conteſt. c. 1. contrario 8. vltra medium. Quæro in dubio cum non apparet an occaſione eccleſiæ acquiſierit, videtur præſumendum pro eccleſia, niſi probetur, ꝙ non acquiſiuit intuitu eccleſiæ, ſed aliūde. j. ti. 1. quia nos. & c. requiſiſti. ver. ſi vero relinquatur. & C. de epi. & cler. Aut. licētiam. & ſic incumbit hæredibus probatio. In contrarium, quia actor probare debet, & eo non probante reus abſoluitur. de proba. ex literis. Ergo ſi agit eccleſia, ipſa probare debet. pro hoc. 12. q. 5. ca. 2. vbi eccleſia probat, ꝙ quæſita per prælatum fuerunt acquiſita poſtquam fuit prælatus. Quidam dicunt, ꝙ ſi eccleſia poſſidet, tuenda eſt, & hæredi incumbit probatio. C. de rei ven. l. fi. 12. q. 5. c. 1. & q. 1. ſint manifeſte. Sed videtur, ꝙ etiam ſi eccleſia non poſſideat ſit præſumptio pro ipſa. j. tit. 1. ca. 1. ibi. detineri. vnde etiam hæres poſſidēs probabit. ad id quod dicitur, ꝙ actor debet probare, reſpondetur hoc verum, niſi præſumptio ſit pro eo: vt ec. bene. c. vno. & quod tenet Hoſtiē. dicens. ꝙ c. 1. 12. q. 5. locum habet, quando conſtat, ꝙ prælatus aliunde habuit aliqua. Ideo inquirendum eſt, quæ ſit illa antequā poſſeſſori auferatur poſſeſſio. Sed ſi conſtat, ꝙ nihil habens promotus fuit, pro eccleſia iudicabitur. ſ. c. 1. dicit tamen Hoſti. poſſeſſorem tuendum eſſe in modicis mobilib. quæ dari potuerunt. ſ. tit. 1. cæterum. Alij diſtinguunt, an prælatus promiſcue vtatur rebus ſuis & eccleſiæ, an ſeparatim, vt primo caſu præſumatur pro eccleſia. ſecundo caſu non. Alij diſtingunt, an cōſtet prælatum habuiſſe proprium ante promotionem, an conſtet ꝙ non: vt primo caſu non præſumatur pro eccleſia. ſecundo ſic. Alij conſiderant quis poſſideat, & quis petat, vt petitor probet contra poſſidentem de his opinionibus. 12. quæſt. prima, ſunt manifeſtæ. Alij diſtinguunt, an prælatus fecerit inuentarium, an nō. primo caſu vltra expreſſa in inuentario præſumitur pro hærede. ſecundo caſu pro eccleſia. Fuit enim in culpa prælatus qui non fecit inuentarium. facit. C. de iure deliberan. ſcimus. de religio. domi. clemen.

SVMMARIVM.

1 *Iudas fuit fur plagiarius, & ſymoniacus.*
2 *Eccleſia an poſſit uendicare res emptas de ſua pecunia.*
3 *Clerici an gaudeant eodem priuilegio in bonis proprijs, quo in bonis eccleſiæ.*
4 *Fides habita de prætio, quando dicatur.*

Inquirendum. Empta per prælatum ex emolumentis eccleſiæ ſunt eccleſiæ. primo mandat inquiri. ſecundo cauſam reddit ibi, quia, quam aggrauat, ibi, quoniam, inquirendum, ſ. a prælatis, vt in gloſ. j. quando viſitant. Pe. præsbyterorum adminiſtrationem eccleſiæ gerentium, ſ. eod. c. 1. redditibus, alias rebus eccleſiæ ſibi commiſſæ, oblationibus, arguit per hoc Hoſtien. contra vicarium qui conſueuit alia percipere, de hoc ſ. c. 1. votis oblatis, contemplatione eccleſiæ. Gof. furis, punitur ergo ſicut fur, &
1 ſacrilegus, vel abijcietur ab eccleſia, ſ. c. 2. Et dic, ꝙ † Iudas fuit fur, vt hic, commiſit etiam ſacrilegium, quia deputata vſui ſacro furabatur. Item plagium, & ſymoniam vendendo liberũ hominem, & rem ſacram. de hoc 1. q. 1. qui ſtudet, furabatur. Io. 12. No. in fin. contra infideles ſeruitores, ſic, 1. q. j. Chriſtus,
2 & quod no. 13. q. prima, §. a. verſi. ad hæc. Quæro † an eccleſia poſſit vendicare res emptas de ſua pecunia. Gloſſ. ſecunda dicit, ꝙ ſic dicẽs hoc ſpeciale in eccleſia, & in alijs caſibus quos enumerat de hoc 12. q. ſecunda, apoſtolicos, in fine. vbi etiam no. quid ſi clericus in proprio ſolo ędificat de pecunia eccleſiæ, & de hoc Specu. in loco qui allegatur in quæſtione tertia, Hoſtien. dicit, quod hæ deeret. hoc non probat: tamen pro hoc ſecundum eum facit larga interpretatio magiſtrum ff. de legi. minime. Et quia maior eſt ratio, vel ſaltem eadem in eccleſia, quæ eſt in caſibus notatis in gloſſ. Item, ſi de meo peruenit ad te, æquum eſt, ut mihi reddas, ff. ſi certum petatur, ſi me, & Titium, facit quod not. ſupra capitulo proximo, de vo. capitulo primo. de officio delega. cap. primo, pro hoc, quia, & alias eccleſia comparatur fiſco, ut ſicut ſi procurator fiſci venditorem fiſci non ſufficit, quod ſit habita fides de precio, vt per hoc dicatur translatum dominium in emptorem quamuis res ſit tradita, ff. de iure fiſci. l. ſi procurator, §. primo, ita in eccleſia: ut nota. gloſſ. in dicta l. ſi procurator, vbi de hoc per Bartol. & plenius, ff. de re iudica. a diuo, §. ſed ſi emptor. Hoc intelligo quando fuit vendita res eccleſiæ quæ non poterat alienari ſine ſolemnitate. Sed ſi prælatus vendit fructus quos libere poteſt diſtrahere: vt no. de re. eccleſiæ non alie. nulli, & dico infra capitulo ſequent. quęſtione vltima, tunc ſufficit, quod ſit habita fides de præcio, ſicut in priuata, quia in hoc non gaudet priuilegio eccleſiæ, & ſic re-
3 ſpondi in facto. & ſi dicatur, quod clerici † gaudent eodem priuilegio in bonis proprijs quo in bonis eccleſiæ: dic, quod illud non procedit quo ad omnia, vt dixi de vita, & honeſta. cleri. capitulo fina. quæſtione quinta, & de pigno. ex literis, quæſtione quarta, & quando procedat dixi in dicta quæſtione quinta, & ſequenti. In alijs autem ſufficit, quod ſit habita fides de præcio. inſtitutio. de rerum diui. §. venditæ. Sic ergo poteſt concludi, quod etiam quo ad hoc compararetur eccleſia perſonis priuilegiatis, de quibus in gloſſ. ſecunda, vt empta de ſua pecunia ſua ſint. de eo autem, quod dixi de fide habita de præcio, dic, vt in ſequenti. quæſtio. & in hac gloſſ. ibi, ſi, vt propodis, miles rem emptam ex pecunia ſua vendicare poteſt, vel mandati, vel negocium geſtorum, agere. Ibi lege, quarta, ſi tutor de pecunia pupilli ſibi prædium comparauit, datur optio pupillo, an illud vendicet: an ab alio vſuras legitimas accipiat. Ibi, ſi ex eadem, vide de depo. capitulo ſecundo, ibi, & ſi de tua. ſi de pecunia mea empta, & tradita ſunt vxori mancipia, non ad me, ſed ad ipſum dominium pertinet, licet pecuniam repetam. Ibi, ſi patruus, de bonis communibus rem ſibi emit, illam communicare non cogitur, de nepotis tamen indennitate prouidere tenetur. Secundo quæro circa id quod dixi in pręcedenti quæ-
4 ſtione de fide habita de præcio, † quando dicitur habita, dic

bri; vt not. in dicta lege prima, & de vſuris, ... hoc autẽ & in Specu. de empti. & vendi. §. tertio loco, verſic. hoc autẽ ſcias, Caſus autem quibus præcium ſuccedit loco rei, nota. ff. de peti. hære. l. ſi & rem.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de redditibus eccleſiæ an poſſit libere in vita diſponere.*
3 *Clerici an ita faciãt fructus beneficiorum ſuos, vt de eis diſponere poſſint ſicut veri domini, & nu. 4.*
3 *Clericus comparatur uſuario, cui ad uſum quotidianum, uti licet.*
5 *Clericus quomodo dicatur dominus fructuum.*
6 *Clericus cum non intereſt diuinis quotidianas diſtributiones non facit ſuas.*
7 *Prælatorum poteſtas liberior eſt quam aliorum adminiſtratorum.*
8 *Alienatio tutoris in his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ualet.*
9 *Proprium dupliciter dici poteſt.*
10 *Moderator, & arbiter in re ſua, quod quilibet ſit, quomodo dicatur.*
11 *Clericus de quibus teſtari poſſit.*
12 *Meliorationes facta in rebus eccleſiæ a beneficiato, poſt eius mortem cedunt beneficio.*
13 *Dictio, quodammodo, eſt nota improprietatis.*
14 *Clericus ſecularis, & religioſus habens adminiſtrationem æquiparantur quo ad diſpenſandi facultatem.*
15 *Clericus ſecularis quicquid acquirit intuitu perſonæ aquirit ſibi, & in hoc ti. ſuccedunt propinqui.*
16 *Perſonę eccleſiaſticę quam poteſtatem habeant circa bona eccleſiarum.*
17 *Clerici quales fructus ſuos faciant.*
18 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos cum ſunt a ſolo ſeparati, etiam non reconditi.*
19 *Clerici quomodo faciant fructus ſuos.*

SI quis ſane. Legitur duobus modis: ut infra in prima quæſtione, & ſecundum modum communiorem, hoc dicit, Meliorationes factæ per prælatum in rebus eccleſiæ ſunt ſuæ in vita, etiam ſi dimittat beneficium, ſed de his teſtari nequit. Primo ponit vnum dictum, ſecundo aliud, ibi, verum, a quo excipit, ibi, niſi agella, ideſt paruos agros, ſicut prędiolum eſt diminutiuum prædii, & terrula terræ, duodecima, quæſtione prima, terrulas, & uineola vineę. reſtituat, ideſt reſtitui præcipiat ipſam poſſeſſionem, ſed non fructus quos fecit ſuos, Hoſtien. ſucceſſorio, cum decedit inteſtatus, pro hęredum, expone, vt in gloſſ. penultima, & in ea ibi, §. ad adipiſcẽdę. ver. eſt, ſub §. ſequens diuiſio ſeruitus, expone, vt in gloſſ. ultima, & in ea ibi, §. licet, & ſupra titulo primo, per tuas, præſtatione, ideſt præcaria donatione. de præcar. & capitulo ſecundo pro titulo ſeu beneficio de uſuris, capitulo primo, in fine. Quæro de intellectu literę in principio ut eo, quod loquitur de clerico qui fecit agella & cętera, dicit Innocentius, quod intelligitur de clerico qui emit aliquas poſſeſſiones de redditibus eccleſiæ. duodecima quæſtione quinta, fixum, uel ſecundo intelligitur ſecundum eum quando clericus de terra inculta fecit cultam, uel uineam, & hic intellectus conſonat literę. Ibi, in terra eccleſiæ, & ſic intelligit gloſſ. prima, & ſic ſummauit. ponit gloſſ. etiam alium intellectum, quod hic de terra prius culta pręcedens communior. de hoc etiam infra quęſtione quarta, & hac gloſſ. prima, ibi l. vltima quę eſt tertia, uide de contracti. cum. M. contrario octauo. Secundo quęro, an tales res habebit rector in uita etiam ſi dimittat eccleſiam, dicit Inno. ꝙ ſic etiam ſi dimittat propter crimen. ꝙ no. Quidam tamen
ut refert

ibi.lege.vſuſructuarius tamen reficere poteſt,ut ibi.Sed vſu-
fructuarius ſatisdat vt ibi,& de pigno.c.fi.prælatus non, quia
non inuenitur iure expreſſum.Ibi,non poteſt,ad hoc duode-
cima quæſtione prima,duo ſunt.facit,quod not. ea.q. res ec-
cleſiæ,& de offi.ordi.præſenti,libro. 6.& in ſequenti.quæſtio.
2 Quarto quæro generaliter,an clerici † fructus beneficiorum
faciant ſuos ita, ꝙ poſſint libere de eis diſponere ſicut veri
domini,videtur,ꝙ ſic quia comparantur vſufructuariis,vt in
præcedenti q.quorum ſunt fructus ſeparati a ſolo,& recon-
diti.ff.de vſufru.arboribus,§.Iulianus,altas ſi fur.qui.mo.vſu-
fru.amit.ſi fructuarius,pro hoc,ſupra,titu.1.cæterum,7.quæſ.
5.quia Io.Item,ſicut morte finitur vſufructus de pigno.c.fin.
ſic etiam ius in beneficio.ad idem de fideiuſ.peruenit.de cle.
non reſi.c.vno.ad fi.lib.6.& quod no.Io.& Lau.duodecima,
quæſtione prima,duo.ubi dicunt credendum, ꝙ clericus ſit
dominus fructuum collectorum,& de eis poſſit diſponere ꝓ
3 libito:ita,ꝙ proprietas ſit ipſius In contrarium, quia † cleri-
cus comparatur uſuario, cui ad uſum quotidianum vti licet
inſtit.de vſu,& habi.§.1.vnde dicit Canon,ꝙ victu,& veſtitu
debēt eſſe contenti.duodecima quæſtione prima, epiſcopus,
& hoc tenet glo.hic,& de pigno.c.fi.& J.titu.1. quia nos,pro
hoc duodecima,quęſtione prima,duo, & c. res eccleſiæ, ubi
dicit Io.ꝙ illud ſolum eſt clericorum.quod probabili ratio-
ne conſumunt,& ea.cauſa,quæſtione prima,c.fin.& q.5. per
totum,J.ti.1.& quod no.Inno. de æta.& quali. indecorum,
vbi dicit,ꝙ omnia debent eccleſiæ remanere,nec alio modo
debet clericus diſpenſare res eccleſię, niſi in ſuas neceſſitates
& eorum qui ſibi ſeruiant:licet inter viuos donare poſſit pro
remuneratione ſeruitij.J.titulo primo,relatum 2.licet etiam
ſibi in pauperes diſpenſare,1.quęſtione 2.paſtor.& c.clericos
16.quęſtione prima ,quia,32. qu.3.ſicut non ſunt, & placet.
Hugo.12.quæſtione 5.ſi epiſcopus,& Archid.de reſcri. ſtatu
tum,§.aſſeſſorem.lib.6.Hoſti.diſtinguit,aut clericus habet ad
miniſtrationem,aut non:ſi ſic,quamdiu viuit,& ſanus eſt,cō
paratur vſufructuario,vnde donare poteſt,ſed moderate.ſup.
tit.1.cæterum.Item,vt hic patet,qualitatem terræ mutare po
teſt,quod non poteſt uſuarius.Sed ex quo incepit infirmari
comparatur uſuario. Aliquid tamen plus habet,quia poteſt
eleemoſynam facere, J.titu.1.ad hoc.alias tamen teſtari non
poteſt,infra titu.primo cum in officijs.Si vero non habet ad
miniſtrationem,ſed ſimpliciter eſt beneficiatus,quantum ad
fructus ſuos faciēdos comparatur vſufructuario, & facit ſuos
vſque ad obitum,& de ipſis teſtari poteſt ar.J.tit.1.requiſiſti,
§.illud.Et dicit Hoſtiē.ita ſeruari de conſuetudine generali,
quia tales tēſtantur libere,licet uideatur obſtare J.titu.1.cum
in officijs,quod dic,vt ibi.Sed ſi decedant inteſta.dicit Hoſti
æquum,ꝙ eccleſia ſuccedat,J.titu.primo,relatum,2.ver. no-
mine,& §.fi.& hoc tenet glo.de offic.ordi.præſenti lib.ſexto.
Alij dicunt,ꝙ clericus in vita comparatur vſufructuario: in
morte vſuario, non diſtinguendo an habeat adminiſtratio-
nem,vel non,J.titu.1.relatum,de fideiuſſo.peruenit.Io.Cald.
dicit,ꝙ quicquid ſupereſt clerico debet pauperibus erogari,
quod dicit optime probari,ſ.ca.2.& 3.quæ dicunt,quod ſi ex
redditibus eccleſiæ emit prędium,debet emere ſub nomine
eccleſię:alias ab eccleſia remouetur,ad idem, 12 q.4.c.1.facit,
J.tit.1.cum officijs,ubi dicitur,clericos teſtari nō poſſe de bo
nis per eccleſiam acquiſitis.quod declarat ca.relatum 2. eod.
titu.habere locum etiam in clerico non habente adminiſtra
tionem,ut ibi,verſi. nomine, ubi in princ . capituli loquitur
etiam de fructibus reconditis,ſecundum Ioan.Cald.quod ta
men non aperit illud cap.dicit enim de bonis per eccleſiam
acquiſitis ſiue immobilibus ſiue mobilibus , & poteſt dici
aliud in fructibus,qđ dico.J.e.q.dicit Io.Cal.ꝙ modicā eroga
tionē pōt facer clericus ubi hoc habet conſuetudo,ſ.tit.1.cę
terum,quę valet etiam in morte,etiam quo ad fructus perci
piēdos:vt in extrauaganti Io.22.ſuſcepti,ubi approbatur con
ſuetudo per quam fructus applicantur defuncto,quod nō im
probabiliter intelligitur, ubi relinquit pro anima,tunc enim

tione Papæ,vnde facit pro.Ad c.peruenit, reſpondet, Archi.
ꝙ illud factum fuit de mādato Papæ. vel ꝙ ibi intelligitur de
redditibus patrimonialibus.vel ſecundum Io.Cal. ibi de fru-
ctibus quos conſumeret clericus in victu& veſtitu , quos fa-
cit ſuos,vt dictum eſt:& ſic ſecundum eum poteſt intelligi.c.
de multa.vel aliter vt ibi.Ad vnicum.c.de cle. non reſid.dicit
6 Io.Cal.†ꝙ cum clericus non intereſt diuinis, quotidianas di-
ſtributiones nō facit ſuas,etiam pp victum & veſtitum , ſiue
probabilem conſumptionem:quod alias faceret vt dictū eſt.
Mihi videtur,ꝙ iſtæ opi.q̃q̃ probabiliter fundatæ:tamē in eo
ꝙ intantum reſtringunt poteſtatem clericorum , ſint minus
rigidæ. vbi dico,ꝙ comparatio quæ fit de clerico, vt ſecundū
aliquos cenſeatur vſufructuarius , ſecūdum alios vſuarius.de
qua comparatione.ſ.ea.q.in prin.non probatur iure. Item ali
bi dicitur procurator,ſed non proprie:vt J.ea.q. Item alibi cō
paratur tutori: vt not.de in integ.reſti.auditis. in 4. glo. quod
tamen non procedit per omnia vt ibi dixi.Iſta tamen eſt me-
lior æquiparatio q̃ præcedens. Sed proprie loquendo non po
teſt dari aliqua certa comparatio : ſed quo ad poteſtatem cō-
ſiderandam debemus inſpicere iura de hoc diſponentia. Suis
enim regulis hæc poteſtas a iure limitatur. & generaliter lo-
7 quendo dic, ꝙ maior † & liberior eſt poteſtas prælatorum q̃
aliorum adminiſtratorum:vt no.Innoc.de præſcrip.veniens.
vbi dico in ver.nec obſtare.contrario.2.dic etiam,ꝙ quæcun-
que regulæ ſunt proditæ,videntur poteſtatem liberam dimit
tere clericis in diſpenſandis fructibus beneficiorum. 10. q. 2.
epiſcopus.12.q.1.epiſcopus.& c.præcipimus.& c.fi.Et in hoc
etiam ſi comparemus beneficiatos tutoribus , tamen adhuc
dicendum eſt ꝙ quicquid diſponit clericus de fructibus be-
8 neficij in vita tenet , ſicut valet alienatio † tutoris in talibus,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.C.de admi.tuto.l.lex quę.
& l.ſancimus.in fi. nec poteſt reuocari niſi gratia , vel ſordes
interuenerint.ff.de minor.& ſi ſine.§.idem faciunt, vel enor
mis læſio.quo caſu reſtituitur pupillus.ff.de minori.l.pen.Sic
in ſimili dico,ꝙ prelati habent liberam diſpoſitionem de fru
ctibus beneficij.& plus dico,ꝙ ſunt domini fructuum.de cle.
non reſid.cap.vno.in fi. lib. 6. vbi aperte hoc probatur. quod
etiam dicit gl.12.q.1.duo. tamen aduertendum,ꝙ aliquid po-
9 teſt dici proprium † quo ad hoc vt libere & impune quis poſ
ſit diſpenſare , & hoc modo proprium eſt id quod competit
alicui tanquam vero domino.de iure gen.vel ciuili,quod vē-
dicare poteſt.ff.quod cum eo.l. 1. & ibi glo. de poſtul. c. 1. &
ibi de hoc in glo.bona.quandoque latius aliquid dicitur ſuū,
de quo quis habet liberam diſpenſationem : non tamen ita
plenam: vt in modo præcedenti, quia non ſic libere & impu
ne.dictis iuribus.& ff.de manu.is qui.& de orig.iu.l.2.in prin.
vbi de hoc in glo.no. argumentum. Intelligendo autem ſuū
10 vel proprium primo modo , procedit illa † regula , in re ſua
quilibet eſt legitimus moderator. C. manda. in re mandata.
J.de ſepul. de his . Sed ſecundo modo poteſt dici proprium
id de quo quis habet liberam diſpenſationem.tamen ſi male
diſpenſet,poteſt puniri : ſed non reuocabitur diſpenſatio. &
hoc modo dico clericos habere proprietatem in fructibus be
neficiorum : & ſic loquuntur omnia iura quæ dicunt cleri-
cos debere contentari victu & veſtitu . Si enim extra modos
licitos diſpenſant, peccant,vt in illis iuribus, & poſſunt puni-
ri,adeo ꝙ quandoque poſſunt ab eccleſia remoueri. ſ.eo.c.2.
de hoc etiam dixi de reſcr.cle.gratiæ. q.19. Et ſecundum hoc
dic ꝙ.c.1.ſ.eo.loquitur cum quæritur de bonis extantibus cu
ius intuitu ſint acquiſita,ſic etiam loquitur. ſ.c.4 Sed ad c.2.
& 4.ſ.eo.dic.ꝙ c.2.probat hoc ſolum,ꝙ ſi res emitur de red-
ditibus eccleſiæ debet inſtrumentum confici nomine eccle-
ſiæ,

A D D I T I O.

2 Poſſit clericus. Adde glo in c.cum olim.de re.permu.glo.in c.fi.de pigno.Io.
de Imo.in clem.gratiæ. de reſcrip.

Digitized by Google

in vita: ſecus videtur in vltima voluntate, infra titu. primo ad hæc, videtur tamen probabiliter poſſe dici, quod etiam in vltima volũtate poſſint diſponere de fructibus qui ſunt facti ſui, & illud capi. non ob. quia loquitur de bonis mobilibus per eccleſiam acquiſitis, non autem de fructibus qui non ſunt bona acquiſita: imo proueniunt ex bonis eccleſiæ: & ſunt clericorum, & pro hoc, quod ſaltem clericus non habens adminiſtrationem teſtari poſſit de fructibus perceptis, eſt gl. de offi. ordi. præſenti. libro ſexto. Sed generaliter de quibuſcunque bonis quomodocunque prouenientibus ad domi-
11 nium ſuum poſſit clericus † quilibet teſtari. probatur, C. de epi. & cler. auth. præſbyteros, de epiſcopo vero diſtinguitur eo. titu. Auth. licentia. Illę tamen duæ authenticæ videntur loqui de bonis prouenientibus ad clericos alio modo quam ab eccleſia, & authen. præſbyteros, hoc vult, ꝙ etiam ſi clericus ſit filiusfamilias: tamen peculium, quod in alio eſſet aduentitium, in ipſo ſit caſtrenſe, quod dixi de æta. & quali. indecorum, & ſupra, in ſub. quibus attentis multum probabiliter defendi poſſet, quod clericus quilibet de omnibus fructibus teſtari poſſit, ſalua tamen ratione cultus diuini. dicto cap. præſenti. Sed communius receptum eſt quod non teſtentur, huius poteſt eſſe ratio, quia ex quo non diſponit in vita, non debet permitti diſponere poſt obitum: quia tunc adminiſtratio ſpectat ad ſucceſſorem, & hæc eſt ratio clem. fin. de procur. vt ibi dixi. Et quo ad prædicta, in eo, quod dixi de poteſtate clericorum in diſpenſando fructus in vita, non diſtinguo an clericus habeat adminiſtrationem: an ſimplex beneficium: quia uterque dum viuit poteſt de fructibus libere diſponere, per iura, ſupra ad hoc allega. fortius tamen procedunt quæ dixi in habente ſimplex beneficium, quam in habente adminiſtrationem, per capitulũ requiſiti in fin. ſ. titu. primo per quod ca. diſtinxit Hoſt. modo prædicto, an habeat adminiſtrationem, uel non, quod etiam tenet glo. de offi. or. præſenti, libro. ſexto, vt dixi ſ. ea. quæſt. Sed illa diſtinctio procedit quo ad aliud ſcilicet, cum quæritur de acquiſitis per clericum: cuius intuitu præſumantur acquiſita. Sed quo ad poteſtatẽ diſpẽſandi fructus nulla eſt differentia inter prædictos, ſed generaliter, vt proxime dixi, cenſentur domini fructuum.
12 vnum tamen ſpeciale eſt in beneficiato: † quia ſi quas meliorationes facit in rebus eccleſiæ poſt eius obitum cedunt, vt hic, ſecus in extraneo, ſupra de integ. reſti. cap. primo, vbi cedunt facienti, quod dic, ut ibi dixi. Et ratio in hoc capitu. eſt, propter multam coniunctionem inter clericum, & ſuam eccleſiam, ex quo alibi dicitur, quod nullus eſt proximior clerico quam eccleſia, de pe. cap. ſecundo. Et hoc tenendo, quod clerici faciant fructus ſuos. Reſpon. ad contraria. Ad capi. 12. quæſt. 1. duo. dic, quod ſolum probat, quod clerici debent eſſe contenti victu, & veſtitu: & habent omnia communia: & hoc eſt perfectionis. Sed non facit clericos incapaces proprii. imo glo. ibi dicit, quod clericus eſt dominus fructuum beneficii. Eodem modo dic ad cap. res eccleſiæ, eadem cauſa, & quæſtione. Et in hoc, quod gloſ. ibi dicit, quod ſolum illud eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt, dic hoc verum quo ad hoc vt ſic facientes non peccent nec puniri poſſint, valet tamen diſpenſatio: vt prædixi. Nam clerici non ſunt ſimplices procuratores: vt videtur velle litera ſupra de dona. cap. ſecundo, ſed ſunt quodammodo procuratores, 12. quæſtione prima, cap. fin. & illa litera in eo, quod hic ponitur dictio, quodam modo, eſt cautius poſita quam in cap. 2. Eſt au-
13 tem hæc dictio † nota improprietatis, vt dixi de reſcri. ſignificauit, imo quandoque dicuntur domini, vt dicit gloſ. in d. cap. fi. ſed cenſentur procuratores reſpectu dominorum in rebus prophanis, qui de diſpenſatione ipſorum non tenentur reddere rationem, eodem modo reſpondendum eſt ad omnia iura ſimilia. Nam valde abſurdum eſt ita reſtringere poteſtatem clericorum, vt videantur nudi miniſtri, nam per hoc ſurgerent lites. Item multi retraherentur a beneficiis, & a clero ſi putarent non poſſe aliquid in amicos, vel propinquos ex fructibus beneficii erogare, qui tamen alias ſunt utiles beneficiis, & ea magnificant, & ita ſeruatur, vnde etiam in foro conſcientiæ uidetur tute poſſe beneficiatus elargiri de fructibus beneficii, dummodo per hoc non omittat hoſpi-

[illegible] ſit, ſ. titu. primo cap. ſecundo, 17. quæſtione prima, c. uno. & no. ſ. ti. primo c. 1. in gl. pe. de priui. cum olim, ſecundo, quod c. uidetur obſtare præmiſſis. Nam ibi non tenuit donatio epiſcopi qui erat religioſus, & tamen facta erat de eo, ꝙ epiſcopus acquiſiuerat. Solu. ut ibi, & dixi etiam de dona. cæterum, no. quarto, & ultra nota. in dictis locis, dic, quod aliud in eo, quod acquirit, quia iſtud applicatur ſtatim epiſcopatui, ſi monachus eſt factus epiſcopus, uel monaſterio, ſi eſt abbas, uel monachus illius monaſterii, uel eccleſiæ parochiali ſi eſt in ea conſtitutus. ut dico in dicto cap. cum olim. Ideo de talibus non poteſt donationem facere. Aliud in fructibus qui ſunt in ſua libera diſpoſitione: ut ſupra ea. q. dixi. Sed contra hoc eſt, quia idem uidetur dicendum in pecunia acquiſita, de qua loquitur capitu. cum olim. tum quia potuit eſſe acquiſita de fructibus, tum quia pecunia eſt de his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ff. ad trebel. l. prima, §. fuit quæſitum, ubi gloſſ. Et dixi de pigno. ca. fin. Ad quod dic, ꝙ an pecunia ibi prouenisset ex fructibus, non colligitur ibi. Item ibi ex numero magno, uidetur loqui de quantitate magna: & in talibus dicimus cauſam cenſeri arduam quamquam ſit cauſa ciuilis: ut dixi de treug. c. fin. & facit C. de dona. ſi quis argentum, & talia ardua non poteſt prælatus ſine capitulo, de reſcri. edoceri.
16 Ex prædictis, cum quæritur de poteſtate † clericorum, uel perſonarum eccleſiaſticarum circa fructus, uel generaliter circa bona eccleſiarum, dic de bonis ſiue mobilibus ſiue immobilibus, quando, & quomodo poſſint alienari per clericos ut habes de re. eccle. non alie. nulli, & per totum. 12. quæſtione ſecunda. fine, de re. eccle. non alie. cap. primo, lib. ſexto de fructibus autem dic, ꝙ aut loquimur in adminiſtrationibus, quę non ſunt proprie beneficia. Aut in illis quæ ſunt beneficia, uel in beneficiis ſimplicibus: primo caſu exemplum in hoſpitalibus quæ non ſunt beneficia. de præben. clem. per literas. de reli. do. cle. quia contingit, & in talib. inſtitutus non facit fructus ſuos, dicta clem. quia contingit. Secundo caſu, licet, vt prædixi, quidam diſtinguant inter beneficia ſimplicia, vel non ſimplicia. Item alii diſtinguãt inter clericos ſeculares, & regulares, tamen tales diſtinctiones iure non probantur: ut patet, ſupra ea. q. dic ergo, ꝙ aut quæritur, an beneficiatus faciat fructus ſuos, ita, ꝙ libere diſponere poſſit ſicut dominus, adeo, quod etiam ſi male diſpenſet, non poſſit puniri, & dic, quod no. ſupra eo. cap. ſecundo. Aut an faciat ſuos in tantum quod poſſit ſibi conſeruare, uel ex eis aliquid acquirere, quod ſuum ſit, & adhuc idem, quia non poteſt. ſupra eodem cap. tertio. Aut an faciat ſuos ita, ꝙ de eis poſſit diſponere adeo, quod non reuocetur, quod fecerit. Et tunc aut in ultima uoluntate: aut inter uiuos, primo caſu non poteſt infra titu. primo, ad hæc, & cap. relatum, 2. licet in hoc poſſet aliter dici, ut prędixi: ſed hoc communius. Secundo caſu indiſtincte poteſt etiam donando, quia dominus eſt fructuum, de cler. non reſi. cap. uno. in fi. lib. ſexto, & ęquum eſſet ſtatuere, ꝙ de omnibus fructibus. Item etiam de omnibus acquiſitis eccleſię, ſiue mobilibus, poſſit clericus libere diſponere, & in morte, & hoc ſi ſint acquiſita tempore ſuo, niſi conſtaret manifeſte, ꝙ ſint acquiſita intuitu eccleſię, per hoc enim clerici eſſent promptiores ad bene agendum, & bene acquirendum & multi magnanimi, qui abſtinent a clericatu, non abſtinerent, nec facerent clerici fraudes, quas faciunt in faciendo inſtrumenta cantare in alio, ad hæc procedunt quę dixi: beneficiatum, poſſe diſponere in uita de fructibus, quando diſponit, de iis: ſed ſi moritur diſpoſitione non facta, fructus remanent eccleſię, & reſeruantur futuro ſucceſſori, pręalleg. cap. pręſenti. in princi. lib. ſexto. Et idem ſi prælatus renunciat, uel transfertur, quia in hoc habetur pro mortuo quo ad poteſtatem diſponendi de fructibus eccleſię, de quibus non diſpoſuit antequam dimitteret adminiſtrationem, 7. q. 1. §. ecce. in quibus, licet quo ad impetrationes ſit differentia: an beneficium uacet per mortem: an per renunciationem. de reſcri. ſuſceptum, lib. 6. In eo autem, quod dictum eſt de fructi-
17 bus, † ꝙ non clerici. intelligunt communiter omnes uerum cum ſunt percepti, & reconditi, comparãdo ipſos uſufructuario, qui facit fructus ſuos cum ſunt reconditi, non prius, ff.
quib.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Voluntates vltimę ſunt fauorabiliores contractibus.*
2 *Solemnitas maior requiritur in teſtamentis quam in contractibus.*
3 *Ordo ſcriptorum deſignat ordinem geſtorum.*
4 *Vocabula conſideranda ſunt in proprio ſignificatu.*
5 *Teſtamentorum ſpecies multa.*
6 *Voluntas vltima quæ & quomodo dicatur.*
7 *Voluntas vltima quot modis fiat.*

Vidimus de donationibus inter viuos & cā mortis. Sed
quia donationes cauſa mortis in teſtamentis fieri ſolēt: ideo
&c. vel ſic: vidimus de peculio clericorum profectitio & ad-
uentio: ſed quia de aduentitio teſtari poſſunt: ideo &c. Goff.
& Hoſtien. vel ſic: viſo de voluntatibus inter viuos: videamus
de voluntatibus extremis. Hoſtien. ſecunda placet de mate-
ria 12.q. 5. & q. 3. c. 1. & 2. 16. q. 1. admonere. & c. ſeq. & inf. qa
ingred. 19. qō. vlti. quia ingredientib. vſq; ad fi. q. 4. q. 3. ob car
mē. 12. q. 2. ſancimus. 13. q. 2. illud. §. ſed aliud. cum c. ſe. Repe
ritur in ſexto & cle. Oppo. ꝙ rubrica ſit male ſituata, debuiſ-
1 ſet enim præmittere voluntates vltimas † contractibus inter
viuos, cum ſint fauorabiliores ſup. titu. ſecundo. cum dilecti.
Nil enim eſt quod magis debeatur hominibus &c. C. de ſa-
croſan. eccle. l. 1. Item & firmiores. contractus enim ſicut con
ſenſu firmantur, ſic diſſenſu ſoluuntur. de reg. iur. c. primo. C.
de act. & obli. ſicut. vltima vero voluntas immobilis perſeue
rat. 13. q. ſecunda. vltima. de cele. miſſa. cum Marthę. verſi. cę-
terorum. cum concor. Item ſolemniores. nam requiritur in
2 eis maior ſolemnitas quam in contractibus. C. eo. hac con-
ſultiſſima & l. cum antiquitas. & l. iubemus. de hoc inf. capi-
tu. cum eſſes. & c. ſeq. Solu. Ioann. Andr. hoc eſſe de his quæ a
principum voluntate pendent. de quibus de reſcrip. ſi quan-
do. vel aliter. ſæpe commendabiliter & ex cauſa digniora &
fortiora poſtponimus. de conſe. di. 2. liquido. & quod ibi no.
infra capitulo Raynutius. ſimile in proceſſionibus clericorū
vel quia in vita contrahimus, in morte teſtamur: ſic vita præ-
cedat mortem, ſic contractus tractatum teſtamentorum,
3 & ſic ſeruatum fuit in cōpilatione ſſorum. & codicis. vt † or-
do ſcriptorum deſignet ordinē geſtorum. 20. diſt. §. primo.
& 1. quæſtio. prima. vt euidenter. Secundo opp. ꝙ ſit ſuper-
flua, ſufficiebat enim dixiſſe de vltimis uoluntatibus, cum te
ſtamentum ſit ultima uoluntas. uel ſufficiebat dicere de te-
ſtamentis, ſumendo teſtamentum large pro menus teſtatio-
ne: ut nota. infra capitulo ſecundo. Solu. Ioan. And. hoc dictū
eſſe ad noſtram inſtructionem. pro hoc quod nota. infra. de
4 homi. ſuper rubri. uel dic, quod autor † conſiderauit uocabu
la in proprio ſignificatu vt fieri debet ff. ſi ager vecti. l. prima.
quod dixi de iureiuran. uenientes. & ſecundum hoc eſt dare
alias ultimas uoluntates quę non ſunt teſtamenta infra quæ
ſtio. tertia. Quæro quare dixit in plurali de teſtamentis. ſuffi-
ciebat enim ſingulare: ut ſupra de depo. & commo. cum ſi-
mi. Solu. Ioan. And. ꝙ pluralitas reſpicit pluralitatem teſtan-
tium. de hoc de priui. ut priui. uel diuerſas ſpecies teſtamen-
torum. Nam etiam poſt ſublatam antiquam diuiſionem te-
5 ſtamentorum de qua inſtit. eo. in prin. adhuc dicimus †, ꝙ a-
liud priuatum, & priuatorum, aliud ſolemne, aliud nuncu-
patiuum. C. eo. l. hac conſultiſſima. & l. iubemus. & de hoc in
ſum. Hoſtien. eodem. titulo. §. 3. & in Spe. de inſtr. edi. §. com-
pendioſe: alias ut autem. §. ad huius autem. Secundo quæro
6 quam hic dicat ultimam † uoluntatem. dic ꝙ illa quæ quā-
docunque facta ante mortem reuocata non fuit: reſpicimus
enim hanc reſpectu tam mortui ſup. e. cum eſſes. & c. requiſi
ſti. in prin. & c. Ioannes. Et interdum dicitur ſuprema uolun-
tas infra capitulo, nos quidem. Interdum extrema int. capitu.
cum tibi. Nec loquitur hic de nuda uoluntate ſuis terminis

1 *Epiſcopus de rebus propriis teſtari poteſt.*
2 *Hæreditas per vncias diuiditur.*
3 *Verbum, hortamur, quid importet.*
4 *Acquiſita per epiſcopum præſumuntur acquiſita intuitu eccleſiæ.*
5 *Epiſcopatus eſt ordo.*
6 *Epiſcopus fieri an poſſit habens nurum, & filios.*
7 *Minor & eccleſia quomodo reſtituantur.*
8 *Epiſcopus diſponere poteſt de acquiſitis intuitu perſonæ.*
9 *Vncia octo quanta pars ſint hæreditatis.*

1 QVorundam. † Epiſcopus teſtari
poteſt de rebus pro-
priis, non de rebus eccleſiæ. Primo ponitur
factum. Secundo deciſio. ibi. Arletanæ. forte
loquitur de illa quæ conſueuit eſſe apud Are
laten. de qua dico qui fi. ſint leg. per venerabi
lem. ſubſtantiæ. ideſt hæreditatis vel bonorum. ſuæ. prout pu
tauit teſtator. de hoc tamen dubitabatur. vt J. reſpondetur. re
ſiduis. nomine reſidui totum intelligitur. C. de hære inſti. l.
2. conſeruetur. & probabit agens contra poſſeſſorem. 12. q. 5.
2 c. 1. Gof. de hoc. J. contrario 4. † Not. ꝙ hæreditas diuiditur
3 per vncias. de hoc in glo. 1. & J. q. 1. Secundo not. † de verbo
a hortamur a & per hoc datur iuriſdictio ſic. J. c. nos quidē. 7.
q. 1. præſentium. 18. q. 2. dubium. 2. q. 7. ſicut inquit. & ibi de
hoc. C. de lib. cau. cum affirmes. & procedit hoc, quia per alia
verba detegitur, ꝙ voluit dare iuriſdictionē, in eo, quod man
dat quod diſcutiat. facit etiam verbum agnoueris. alias de ſe
non debet hoc operari ſicut nec verbum moneas. de quo per
Io. An. de præb. ſi pauper. lib. 6. & dixi de offi. dele. cle. vnica. &
de verbo hortamur. no. Pau. de pœni. clem. 1. vt dixi in 2. not.
4 † Tertio not. ꝙ acquiſita per epiſcopum præſumuntur acqui
ſita intuitu eccleſiæ. de hoc in gloſ. vlti. & J. contrario. 4. Et di
cit Hoſt. ꝙ ideo hic dicit de acquiſitis in epiſcopatus ordine.
Nam quo ad illa præſumptio eſt pro eccleſia. dicit etiā qua-
re aliud in carnali quam ſpirituali, quod dico. s. tit. 1. c. 1. q. 2.
5 in eo quod dicit, ordine, probatur hic, ꝙ † epiſcopatus eſt or-
do: quod dicit de æta. & quali. cum contingat. q. 3. Opp. ꝙ
6 iſte non potuerit fieri epiſcopus † qui habebat nurum, & ſic
etiam filios. contra id. 61. di. catinenſis. vbi de hoc. Sol. vt not.
28. diſt. de Syracuſanæ. in glo. pen. & de conuer. coniu. ſanè. &
refert Hoſt. ꝙ Clemens. 4. tēpore promotionis habebat duas
filias. & Beatus Petrus vnam, ſcilicet Beatam Petronillam. ꝓ
hoc 12. q. 2. epiſcopus qui filios. Et dicit Hieronymus contra
Iouinianum. ꝙ cum de aliis apoſtolis non legatur eos habuiſ
ſe vxores vel filias, intelliguntur fuiſſe ſine. Inno. dicit de iure
communi non debet promoueri qui habet filios vel nepotes
in Aut. de epiſ. & cle. in prin. & Aut. qūo opor. epi. §. 1. licet, vt
refert Inn. quidā intelligāt illa qñ filii vel nepotes ſunt mali,
vel qñ propter nimium amorem filiorum præſumitur qđ
dilapidet bona eccleſiæ. ſecundum Innoc. tenet primum, &
hoc quo ad epiſcopatum. Idem tamen dicit & de prælatura
inferiori: ſed diſpenſatiue poteſt promoueri, ſi præceſſit lon
ga continentia. 28. diſt. priuſquam. Sed cum cautione quæ cō
tinetur, in c. de Syracuſanæ. Et ſecundum eum hoc licebat ſe
cundum antiqua tempora quando eccleſiæ erant pauperes.
47. diſt §. neceſſe. q. d. ſecus hodie. Hoſt. dicit conſuetudinem
eſſe in contrarium, dummodo habēs filios alias ſit idoneus:
quia ſi carnalitatem timemus, & timendum eſſet in non ha-
bente filios, ſed propinquos. d. Aut. quomodo opor. epi. & 7.
q. 1. Moyſes. de præb. graue. & plus eſſet in eo timendum de
bigamia, per ea quæ no. de biga. c. 2. Puto verius quod dicit In
no. per iura ad hoc allegata. nec eſt par prohibitio de habente
filios

ADDITIO.

a De verbo hortamur. Adde glo. in c. ſicut inquit. 2. q. 6. docto. in c. quia indi-
cante. de præſcrip.

Digitized by Google

niuit. Tertio oppo. in eo quod mandat reuocari a poſſeſſori-
bus ea quæ habuit epiſcopus viuens. deberet enim eccleſia ꝯ
ſeruare alienationes ſi quas fecerit pro ea parte ꝑ qua eſt hæ-
res.12.quæſtio.ſecunda.epiſcopus qui. Gl.ſecunda ſol.& hoc
vult, ꝙ ſi prædium alienatum eſt pro ſexcentis, & hæreditas
conſiſtit in trecentis, ſi eccleſia eſt hæres pro tertia, habebit
ratum contractum in ducētis, licet pro tertia hæreditatis nõ
habeat niſi centum,& hoc quando eccleſia non facit inuen-
tarium.Et hoc de inuentario dicit Hoſtien. procedere in pri-
ibi: caſtrenſe peculium eſt quod a parentibus vel cognatis in
militia degenti donatum eſt, vel q̃ ipſe filius in militia acq̃ſi
3 uit, aſs non acquiturus. † Quæro g̃naliter, an & q̃n clericus te-
b ſtari poſſit, & de q̃bus. So. Inn. q̃ nullus ſiue p̃latus ſiue cleri
cus, imo nec laicus de rebus immobilibus teſtari poſſunt: vt
hic, & ſ. c. p̃xi. & c. relatũ. 2. 12. q. 3. c. 1. & 2. & q. 5. & per totũ.
idem dicit Inn. de rebus emptis de redditibus eccleſię. 12. q. 2.
epiſcopi. de rebus. & q. 3. c. 1. & q. 5. fixum. de pecu. cler. c. fin.
Sed ſi habet res proprias teſtari poteſt 12. q. 5. c. 1. & 2. & q. 1.
ſint manifeſtę & c. manifeſtę, in Auc. de ſan. epi. §. p̃sbyteros.
Oppo. ad primum, q̃ & de rebus eccleſiæ poſſit teſtari ſ. c. p-
xi. Sol. Inn. q̃ intuitu eleemoſynę poteſt aliqua erogare in ę-
gritudine ꝯſtitutus, vt in ꝯſi̅o. ſic et̃ in remuneratione ſerui-
tiorum ſibi exhibitorum ſiue a ꝯſanguineis ſiue ab alijs ſ. c.
4 relatum. 2. §. licet. Oppo. ad ſecundum †, q̃ de rebus eccleſiæ
emptis de redditibus eccleſiæ poſſit teſtari. 12. q̃. 5. ſi epiſco-
pus. & & q. 2. ſi quis q̃libet. Soluit Innocen. illud p̃cedere q̃n
in cõpenſatione relicti tãtũdẽ dat eccleſiæ: vel, vt dicũt q̃dã,
ſi hoc habet ꝯſuetudo. & fuit opi. Hug. p̃ palle. c. ſi eps. & facit
. de don. cæterum. & ſ. c. relatũ. de hoc vlti. in reg. nemo poteſt
plus. li. 6. hæc p̃cedũt in clerico ſeculari, ſecus in religioſo. q̃
de nullis teſtat ſ. c. 1. & 2. Si aũt clericus habet res proprias, de
eis teſtari põt. 12. q. 1. ſint manifeſtę. & c. manifeſta. Auth. de
5 ſan. epi. §. p̃sbyteros. Scd̃o q̃ro, ſi clericus † decedit inteſtatus.
dicit Inn. q̃ ea q̃ habuit añ clericatum, vel q̃ poſtea obuenę-
runt ex ſucceſſione, vel artificio, vel doctrina, venient ad hæ-
redes, ſiue ex teſtõ, ſiue ab inteſtato ſ. c. relatũ. 2. §. cæterum.
ditibus eccleſiæ, & quantum de ſuo p̃prio emerit, ideo iudex
in hoc multum ex præſumptionibus procedet. & quia con-
6 tingit † aliq̃n vnã p̃ſumptionem aliam elidere. de præſump.
illud. & c. literas. de elec. cum inter. R. Iudex arbitrabitur quã
tum ſit patrimonium eius, & quot ſint redditus eccleſiæ. Itẽ
q̃d lucretur de artificio ſeu doctrina. & ſic multa alia. & hoc
videtur dicere c. 12. q̃. 4. ſacerdotes. quod not. Ex hoc enim
habes q̃ ex coniecturis conuincitur per arbitrium iudicis, an
clericus acquiſiuerit intuitu eccleſiæ, an perſonę. Et hoc in-
telligo q̃n aliquæ coniecturæ ſunt quod clericus acquiſierit
aliqua intuitu perſonę, quibus ceſſantibus videtur procedere
quod dixi ſm Inn. vt prima facie præſumatur q̃ intuitu ec-
cleſiæ. Et in hoc dicit Innocen. ſe non credere quod melio-
ris ſit cõditionis is qui poſſidet, ſiue hęres, ſiue ecleſia, quo ad
p̃bationem tacitam, vt ex quo poſſidet alteri incumbat p-
batio, quia ſemper præſumitur pro eccleſia niſi hęres clerici
defuncti probauerit defunctum habuiſſe aliquid ante clerica
tum vel aliunde ſuo intuitu obueniſſe: vt d. §. interdicimus.
probat autẽ ſm Innocẽ. vere vel præſumptiuè ſ. c. requiſiti.
dicit etiam Inn. q̃ ex alio præſumitur contra clericum quia
cum prælatus debeat ſegregare res ſuas a rebus eccleſiæ. 12. q.
q̃. 1. ſint multum. contra eum pręſumitur, ſi hoc omiſit. &
ſæpe poſſet p̃p culpam eius deferri iuramentum eccleſiæ. ar.
2. q. 1. in primis maxime vbi manifeſta & lata deprahenditur
culpa p̃lati. ſ. quod met. cau. c. fi. & quod ibi no. Sed dic de iſto
iuramẽto vt dixi in d. c. quia. ibi non ſic late intelligo c. illud.
facit tamen in arg. inducit et̃ Inn. ſimile de tutore, contra quẽ
defertur iuramentum † in litem contra hæredes tutoris nõ
7 exhibentes inſtrã q̃ fuerunt pupilli. C. de in litem iuran. l. 1. &
per totum, inducit etiam Inn. quo ad primum dictum, ſimi-
le de vxore, quæ præſumitur acquirere de bonis mariti. C. de
dona. inter vir. & vxo. Quintus, licet ſecundum Inno. non ſit
per omnia ſimile: q̃a ſi vxor acq̃rit et̃ ex opera, acq̃rit marito
clericus autem ſibi ſ. c. quia. & c. relatum. §. centum. dic, vt di
xi ſup. tit. 1. c. 3. Tertio q̃ro, eo caſu quo præſumitur pro eccle
ſia, vt dictum eſt in proxima quæſtione, an ſufficit hæc p̃ſum
p̃tio vt feratur ſententia pro eccleſia. dicit Innocent. quod
ſic, niſi ex aduerſo probetur vel præſumatur contrarium. in
Auth. de eccle. titu. §. interdicimus. Quarto quæro in eodem
caſu quo præſumitur pro eccleſia: nunquid habebitur ꝯputa-
tio expẽſ. quas fecit clericus viuens in victu & veſtitu. Inno.
q̃ ſic. Iſte ergo deducentur in reſiduo p̃ſumitur pro eccleſia.
pro primo eſt, q̃a † qui altari ſeruit debet viuere de altari. 12.
8 q. 1. ex his, & c. eps, & q. 2. charitatem. Oppo. ad hoc 1. q. 2. pa-
ſtor de p̃bend. eps. Inno. remittit ad no. in d. ca. eps, & ibi dixi
Quinto quæro circa hoc, quæ expẽſę computantur, dicit In-
no. q̃ iudex approbabit ſolas neceſſarias, ut intelligantur fa-
ctæ de bonis eccleſiæ, uanas autem delicatas deducet ſup bo-
nis clerici. Et de neceſſarij exemplificat Inno. in his quæ fa-
ctæ ſunt in alimoniam clerici, & pauperũ, & in redeptione
captiuorum, & in hoſpitalitatem, vel alias pias cauſas. 12. q. 2.
aurum, & c. 2. gloria. 44. diſt. comeſſationes, de ſup. negli. p̃la.
c. 2. Sexto quæro, an habebit ratio dãnorũ q̃ fecit clericus cõ
uẽs eccleſiæ. Inno. q̃ ſic: q̃a omne dãnũ dẽt hæres † clerici cõ
9 penſare. i. eccleſiæ p illo ſatisfacere. 11. q. 2. eps q̃ filios, p ho.
de pigno. c. 3 dicit tñ Inno. q̃ q̃a nimis difficile eſſet q̃ temp
& quo ad oĩa teneret hæres, dicendũ eſt q̃ tenet ad ſimilitu-
dinẽ tutoris, & ſic tenebitur ſolum de his ſuper quibus lis,
fuit conteſtata cum defuncto. ff. de hæredi. tm. hæres. §. Pau-
lus. tñ ſm Inn. de his quæ peruenerunt ad hæredem vel de-
functo. dicit etiã Inn. q̃ ſi prælatus aliq̃d fecit dolo vel culpa,
non tñ leui, et̃ ſi de bonis eccleſiæ alicui gratiam fecit, tenet
hæres. ff. de hæredi. tuto. cum oſtendimus. C. de hęredi. tu. l. 1.
& vlti.

ADDITIONES.

a Antidora. Adde de iſta obligatione ad antidora vide late per Barto in l. ex
hoc iure. in 5. colum. ff. de iuſti. & iu. Et an iſta obligatio ad antidora poſſit
deduci in pactum. eſt glo. in c. 1. 14. q. 3.
b An & quando clericus. Adde Archid. 12. quæſtio. 5. in ſum. Ioan. de imo, in 6
ſum. de præbend.

11 in quo dubium eſt an bona ſint clerici,vel eccleſię,hęres † oc
cupat bona ſua autoritate.dicit Inn.ꝙ ꝯ eum competit reme
dium conſtitutionis,ſi quis in tãtam.quia hæres ius ſibi dixit
in rem quam poſſidebat eccleſia per clericum defunctum,ꝙ
no.& hoc intellige ſi bona reperiantur inter res proprias cle-
rici.tunc enim fiet quod dico ĩ.q.13.vel ſecundum Inn.com
petit edictum diui Marci.ff.quod met.cau.extat, vel furti, vel
vi bonorum raptorum:vel rei vendicatio:vel ad exhibẽdum,
vt in ſingulis titulis notari poteſt. Actio autem expilatæ hære
ditatis,vel edictum diui Adriani non competit eccleſiæ:quia
prædicta non petit tanquam hæres:ſed tanquam domina ſm
Inno. qui dicit ꝙ eo caſu quo prælatus viuens tranſtulit rem
in alium,eccleſia non habet niſi rei vendicationem, vel ad ex
hibendum,quod no. Decimo quæro,ſi clericus in teſtamen-
to relinquit alicui res eccleſiæ , vel aliquem ſpecialiter inſti-
12 tuit hæredem. Inno. arguit ꝙ hæres in occupando non dẽat
formidare pœnam conſtitutionis ſi quis in tantam . vel alia-
rum de quibus in proxima q.Nam teſtator interuertit poſſeſ
ſionem,quod potuit.ff.de vi & vi ar.colonus. dicit tamen In-
no.dicendum ꝙ non potuit propria authoritate ſibi interuer
tere. C.de acquir.poſ. cum nemo.niſi expellat dominum vel
eius nuntium.d.l.colonus, vel niſi alij dediſſet poſſeſſionem,
vel eiectus fuiſſet.ff de acq.poſ.peregre.§.quib. & l.poſſideri.
§.ꝙ ſi ſeruus,& l.licet,& l.quamuis,vel niſi ſuo nomine emiſ
ſet:quia tunc,cum poſſeſſio eſſet penes clericum defunctum
nomine ſuo,non eccleſiæ,hæres occupando nullam pœnam
incurrit,licet ab eo poſſit vendicari,ſi de bonis eccleſię empta
eſt.de hoc vltimo dic vt dixi ſ.ti.1.c.pe.& fi. Vndecimo quęro
hoc caſu quo poſſeſſio fuit empta noĩe clerici , ſi eccleſia oc-
13 cupet † an tenebitur conſtitutione,ſi quis in tãtam vel con-
dictione ex lege.26.q.6.placuit.Inno.ꝙ ſic,ſi ſcienter occupa-
uit.ſecus ſi ignoranter. Et in hoc dicit Inno. ꝙ eccleſia habet
iuſtam cauſam ignorantiæ ratione præſumptionis,cum præ-
ſumantur omnia acquiſita de bonis eccleſiæ,quod dixi ſ.q.2.
Item ſm Inno.cum p̃latus debeat quicquid emit emere noĩe
eccleſię.12.q.4.ep̃s.ſ.ti.j.c.pe.ſi aliud non apparet,dẽt pręſumi
potius feciſſe quod ius præcipit,quam ꝯ ius : & ſic ꝙ emerit,
& poſſederit noĩe eccleſię,ꝙ ſingulariter no.ſecus ſm Inn.qñ
hęres occupat:qa non excuſatur,cum pro eo nõ faciat p̃ſum-
ptio,niſi teſtator ei reliquerit:quia tũc excuſatur ſm eum, ꝙ
dic vt in ſequenti q. Duodecimo q̃ro,ſi clericus ſolummodo
dimittit rem poſt mortem ſuam inter alias res proprias,dicit
Inno.ꝙ ciuilem poſſeſſionem retinet eccleſia, cum prælatus
14 † non poſſideat nomine ſuo,ſed eccleſię, ſicut commodata-
rius.ff.de acq.poſ.ſi colonus.12.q.2.ſine exceptione,& q.j.c.vl.
& ſm Inn.non præiudicatur eccleſiæ ex eo ꝙ clericus dimiſit
poſſeſſionem modo prędicto·vel ẽt ſi alijs legauit. C.de acq.
poſ.l.vl.Ex hoc infert Inno.ꝙ ſi hęres occupet violẽter,com-
petit eccleſię interdictum,vnde vi.Item competunt ꝯſtitutio
nes prædictę,de quib.ſ.q.10.hæc dicit Inno.vera,qñ ꝯſtat rem
eſſe eccleſiæ.Decimotertio quæro circa hoc, quid ſi dubitaẽ
an ſit eccleſię licet præſumatur ꝓ eccleſia,vt quia fuit acq̃ſita
poſt promotionem.dicit Inno.ꝙ hęres occupabit, quia licet
præſumatur pro eccleſia,tñ dubitatur,& in optione p̃lati fuit
qñ acquiſiuit,an ſuo noĩe reciperet,an eccleſiæ, licet male fe-
cerit accipere noĩe ſuo,ſi de bonis eccleſię,vel eius ĩtuitu fuit
acquiſita.Item non p̃ſumitur defunctus immemor ſuę ſalu-
tis.j.q.7.ſancimus.dicit tñ Inno.ꝙ in his in quib.ius pręſumit
indubitanter pro eccleſia,ſicut qñ datur aliquid p̃lato, vel ex-
traneo,forte ſecus poſſet dici,quia illa hęres nõ occupabit, &
eccleſia eum occupare prohibebit.ꝓ hoc facit , quia in his vr̃
idem ac ſi cõſtet rem eſſe eccleſię, quo caſu tenetur hęres de
occupatione,vt dixi ſ.q.proxima.Op.ad hoc,imo ẽt qñ eſt du
bium,intãtum ꝙ non ita indubitanter pręſumitur ꝓ eccleſia
dẽat hęres de occupatione teneri.inſtit.vi bo.rap.§.2.vbi dr̃ ꝙ
15 ꝯſtitutio † ſi quis intantam, locum habet vbi quis credit ſibi
licere de iure propria autoritatę accipere.Soluit Inn.ꝙ ibi de

vel de crimine expilatę hereditatis.ff.de cri.expi. hęredi.l.1.2.
& 3.Quidam tñ,vt refert Inno.dicunt,ꝙ de crimine expilatę
hęreditatis non tenetur eccleſia, ſi proteſtatur eo modo quo
dictum eſt in proxima quęſtione.pro hoc facit,quia hęc actio
datur loco deficientis actionis furti,C.de crim.expi.hæredi.l.
fi.proteſtatio autem prędicta facit, ꝙ occupans non dr̃ com-
mittere crimen.Hoſt.autem dicit ꝙ hęc glo. Inno.de qua in
hac quęſtione & pręcedẽtibus, eſt fauorabilis conſanguineis
pręlatorum,& ꝙ canoniſta non dẽt has ſubtilitates p oĩa ſeq.
& remittit ad no.ſ.c.j.& ſ.tit.j.c.3.& vlt.ĩ.ti.1.c.2. vr̃ tñ ꝙ ſtari
debeat ſuperius dictis,tñ cum remiſſionibus nunc dictis,& fa
17 cit etiam quod dr̃ ĩ.q.16.Decimoquinto quęro de † officiali
non clerico qui adminiſtrat officium ſeculare , an quod acq-
rit poſt officium,pręſumatur acquiſiſſe de officio. dic ꝙ ſi eſt
officialis priuatus,non pręſumitur pro officio,puta tutor . C.
arbi.tu.ſi defunctus.ſi publicus,vt theſaurarius fiſci, dicit glo.
C.de iur.fiſ.facultas.lib.10.ꝙ pręſumitur ſubtraxiſſe. Guil. de
Cu.& Pet.C.de epi.& cle.auth.licentiam,tenent ꝯrium,quia
cum teneatur reddere rationem adminiſtrationis,aut bñ red
dit,& ꝯſtat pro eo.aut male,& hoc prætextu cõdemnatur, &
ſic non eſt locus pręſumptioni pręmiſſę, & quia auth. pręd-
cta vr̃ ꝯdicere,tñ.ꝙ loquitur in adminiſtratorib.qui nõ ꝯſue-
uerunt reddere rõnem,cum ſint perpetui,vt ſunt pręlati.Bal.
18 ibi hoc redarguit.quia hoſpitalarij † debent omni anno red-
dere rationem.de reli.do.clem.quia contingit, & tñ in eis lo-
cum hẽt d.auth.dicit ergo Bal. ſpãle in his qui gerunt admi-
niſtrationem fiſci.vt ſit idem in eis ꝙ in prelatis,quod no.ſed
Barto.in l.facultas.reprobat illam glo.per d.l.ſi defunctus, &
ff.de iur.fi.l.7.§.multa.vbi dr̃ ꝙ debet liquido ꝯſtare, ꝙ ſit ac-
quiſitum intuitu fiſci,quod puto verius, niſi conſtaret ꝙ ꝑe
habiti officij nihil habet , & ꝙ officium requirebat aſſiduita-
tem,ita ꝙ nõ poterat officialiſ mercaturę vacare, vel alij exer
citio,vnde acquireret.pro hoc eſt quod de pręlatis dico in ſe-
quen.qõ. de ipſo pręlato vel alio clerico ceſſat hęc ratio,quia
clerici non debent negotiari.ne cle.vel mona.in rubro. & c.j.
& 2.Decimoſexto quęro de quæſtione,ſummus vates & ora
19 tor dominus † Frãciſcus Petrarcha poſſedit quaſdam domos
in ciuitate Parmę,vbi erat archidiaconus : eo defuncto hęres
laicus tenuit domos aliquandiu,eo deinde abſente Archidia
conus ſucceſſor eas occupauit,ſuper quo orta quęſtione,quę
ritur pro quo pręſumendum,pręcipue,quia hęres dicit ꝙ do
minus Franciſcus acquiſiuit domos , antequam eſſet archi-
diaconus:ſucceſſor autem in archidiaconatu hoc negat . ſup
* hoc conſultus * reſpondi diſtinguendo,quia aut conſtare po
teſt domos acquiſitas ante archidiaconatum,aut non.Primo
caſu cenſetur eſſe peculium quaſi caſtrenſe : ita ꝙ dominus
Franciſcus potuit de ipſis libere diſponere : & dato , ꝙ nihil
diſpoſuerit,tamen hęres ſuccedit,pro hoc quod dixi ſ.q 2.fin
20 gitur enim hęres † eadem perſona cum defuncto, in Auth.
de iureiu.a moriente pręſt. in prin. & in eum trãſeunt obli-
gationes actiue & paſſiue.C.vt act.ab hęr.& ꝯ hęre. in rubro.
& l.vna.de ꝯh.& commit.ſtip.veteris,& l.fi.ẽt ſi inteſtatus de
ceſſiſſet:nõ archidiaconus,ſed hr̃s ſucceſſiſſet.12.q.j.ſint ma-
nifeſtę.ꝓ hoc.C.de epi.& cle.auth.licentiã,& in Auth.de ecc.
ti.§.interdicimus.no.glo.12.q.4.c.2.& Inno.hic,vt dixi ſ.eo.c.
in d.2.q.Non.n.poteſt hoc caſu pręſumi pro archidiaconatu,
cum fuerint añ adeptum archidiaconatum acquiſitę,ſ.ti.j.c.
j.Si vero conſtare non poteſt eas acquiſitas ante archidiaco-
natum, vr̃ ꝙ hęredi incumbat probatio , ꝙ fuerint acquiſitæ
intuitu perſonę : quia quicquid acquirit clericus,pręſumitur
acquiſitum de bonis eccleſię,ſ.ca. 1. vbi dicitur,ꝙ non debet
permitti

ADDITIO.

* Conſultus. Adde quod eſt conſilio 79.incip. Dico de iure,quod conſ.eſt totum in hac materia. B.S.

perſonæ: ita quod præſumptio non eſt pro eccleſia, nec pro
hærede s̃.tit.c.1.a contrario, vbi præſumitur pro eccleſia, ſo-
lum eo caſu quo nihil habens patrimonij clericus fuit pro-
motus.ſtandum ergo regulæ, vt præſumatur pro poſſeſſore.
2 12.q.5.c.1.vnde cum ſupponatur ꝙ hæres † fuit in poſſeſſio-
ne,debet ante omnia reſtitui tanquam ſpoliatus,3.q.1.reinte-
granda,1.& 2.de reſti.ſpol.c.1.& c.in literis,item cum quis,ex
trāſmiſſa.ex conqueſtione,& c.ex parte.quo reſtituto incum-
bit onus probandi archidiacono. ceſſante vero poſſeſſione
hæredis,dico attendendas coniecturas,ſecundum ea quę dixi
d.q.2.Ex quibus iudex arbitrabitur quantum fuit lucratus de
artificio ſeu doctrina,vel quantum aliunde de obuentis,& in
reſiduo præſumitur pro eccleſia.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici moderatam eleemoſynam de bonis per eccleſiam acquiſitis facere poſſunt.*
2 *Eleemoſyna de alieno an fieri poſſit.*
3 *Donatio pro eleemoſyna valet ſine inſinuatione.*
4 *Epiſcopus de fructibus ſuis poteſt monaſterium conſtruere.*
5 *Prohibitum vna via quo caſu alia permittatur.*

1 Ad hæc. † Moderatam eleemoſynam de bonis per ec
cleſiam acquiſitis clerici facere poſſunt: ſed
teſtari non poſſunt.habet duo dicta. Secundum ibi:viuentes,
compotes,J.tit.1.cum dilectus.de bonis mobilibus. ſecus de
immobilibus,quæ non alienantur ſine ſolennitate de qua.12.
q.2.ſine exceptione.pro hoc s̃.eo.c.ibi,de mobilibus.& quod
dr̃ in glo.1.& in ea ibi,nec de immobilib.quæ difficilius alie-
nantur.10.q.2.hoc ius.Gof.de re.ecc.non alie.nulli.No.diffe-
rentiam de qua in tex.& ſimilis fit in liberto.ff. ſi quid in fra.
pa.l.viuus. Vin. vbi dicitur quod libertus viuēs donare poteſt
amicis bene merentibus legare vero etiam bene merentibus
2 amicis non poteſt ſi per hoc minuit partem patroni. † Secun
* do no.ꝙ de alieno poteſt aliquando fieri eleemoſyna, * ſicut
hic permittitur clerico facere de bonis eccleſiæ. pro hoc J.c.
relatum.§.licet. Ex hoc arguitur,ꝙ damnatus de crimine ca-
pitali,qui teſtari non poteſt, poſſit eleemoſynam relinquere,
de hoc de vſur.quamquam.lib 6.vbi contrarium tenetur, &
ad hoc c.dic ꝙ hic valet:quia hic permittitur.alias ſecus,& di
3 cit Inno.ꝙ eo caſu quo donatur pro eleemoſyna † valet dona
tio ſine inſinuatione.C.de dona.ſi quis argentum, & ſucceſ-
ſor tenebitur donationem tueri.argumen.12.q.2.quicunque
ſuffragio.Inno.J.de dona. per tuas, ſicut ſi prædeceſſor aliqd
de ſuo expendit in vtilitatem eccleſiæ d.c quicunque. Hoſti.
Oppo.J.c.relatum.§.licet,vbi etiam in morte poteſt prelatus
de bonis eccleſiæ largiri.Glo.2.ſtat contrario, dicens ꝙ intui-
tu ſeruitij poteſt largiri conſanguineis,& extraneis.dicit Vin.
ꝙ licet eis poſſit viuens tradere, non poteſt poſt mortem di-
4 mittere tradendum.Nam & epiſcopus † de fructibus ſuis po-
teſt monaſterium conſtruere.12.q.2.bonæ,s̃.ti.2.Apoſtolicę,
ſed non poteſt dimittere,vt poſt eius obitum fiat, vel aliquid
erogetur.12.q.5.quia Ioannes.pro hoc quod no.J.ti.j.de his
in glo.1 & quod ibi dico,dicit etiam Vin.quod generalis con
ſuetudo non excuſat clericos dantes in morte omnia mobi-
lia parentibus,quod dic verum niſi Papa eam tacite approba-
ret,vel niſi ex aliqua ratione appareret rationabilis. & potius
debet ſtari conſuetudini, per quam non multum læditur ec-
cleſia quam grauetur ſcandalum parētum.17.q.vlt.quicunq;.
5 Secundo op.quia hic permittitur vna † via ꝙ alia prohibetur,
& ſic obſtat de procu.tuæ. Glo.vlt.non ſoluit.dic vt in regula
cum quid.li.6.& d.c.tuę.dic ꝙ hęc ꝓhibitio fit attento modo,
non aūt attēto effectu.Et in hac gl.ibi,ſiqs impubes.Impubes
arrogatus excluditur a querela,quia ex conſtitutione diui Pij
ſibi debetur quarta,& ſi egit,& ſuccubuit,quarta tñ ſibi debet
vt ęs alienum.ibi,ſcire,hāc & ſeq.vidę in d.c.tuę. contrario 2,

A D D I T I O.

* Eleemoſyna.Adde pro hac materia.S.Thom.2.2. q.32.art. 8. & quo caſu liceat eam facere contra ſuperiorum prohibitionem.idem S.Thom.2.2.quæſ,

tu perſonæ,clerici teſtari poſſunt. de acquiſitis intuitu eccle-
ſiæ non. Primo ponitur deciſa conſultatio. Secundo reſpon-
ſio,ibi,conſultationi,& ibi diſtinguit ſecundum membrum.
ibi,de his clericis.& habentes primam tonſuram. de ætat. &
qualit.cum contingat. Hoſtien. Nota quod attenditur cuius
1 conſideratione fiat quid.pro hoc,quia † inſtrumentum,quod
mei cauſa fit,quodam modo meum eſt.ff.de eden. l prætor.§.
2 j.ad exhiben.l.2.§.interdum. Vincen. † Nota ſecundo de im-
potentia iuris,ibi,de iure.Eſt enim duplex potentia.de reſcri-
3 ptis.l.ſuſcitatus. Oppono,quia clerici † de acquiſitis etiam in-
tuitu paternæ ſucceſſionis,vel alijs modis de quibus in textu,
teſtari non poſſunt. tale enim acquiſitum dicitur peculium
aduentitium de quo filiusfam.non teſtatur. C.de bo. quæ li-
be.l.fi.§.filij.Soluit Hoſti.quod id quod eſt peculium aduen-
titium in laicis,& in quo pater habet vſumfructum.C.de bo.
ma.ſi. primꝰ, de bon.quæ libe. l.cum oportet, in presbyteris
iudicatur quaſi caſtrenſeꝰ, & de illo teſtari poſſunt, quamuis
ſint in poteſtate conſtituti,vt hic,& C.de epiſco.& cle.l.ſacro
ſanctæ,& l.leonina,& aut.presbyteros,& in Auth. de ſan.epi.
§.presbyteros.Et idem de alijs clericis.nam hoc c.generaliter
loquitur,dicens ꝙ licet clerici &c.ad idem dicta auth.presby-
teros.Et idem no. Azo in ſumma.C.de bo.quę libe.& dixi s̃.
tit.primo.in rubrica.quod no. Et per hoc declaratur glo.2.&
4 in ea ibi,velit,lucrum filijfami. † aſſeſſoris,eſt velut caſtrenſe
peculium. ibi,fori. lucrum aduocatorum filiorum famil.ꝰ ip-
ſorum eſt proprium,ſicut caſtrenſe peculium ipſorum mili-
tantium. Et in fine.C.de epiſco.& cler.ſacroſanctæ. Secundo
oppono s̃.c.proxim.Solu.non contradicit,ſed concordat,ibi
enim permittitur clerico erogationem pro eleemoſyna face
re,non autem teſtari.& dicit Ab.quod per hoc c.& præcedēs
magiſter ſuus conſuluit cuidam epiſcopo, quod concederet
clericis diſponere de rebus.i.fructibus eccleſiæ,ſi ſtatim in vi
ta vellent dare vſque ad certam ſummam.dimiſſo tamen in
eccleſia,quod ſufficiat vſque ad nouos redditus. facit de offi.
ord.præſenti.§.porro.lib.6.Et dixi s̃.tit.1.c.vltimo. Sed per ea
quæ ibi dixi poteſt hoc clericus ſine licentia epiſcopi. Quæro,
5 ſi clericus † acquiſiuit ratione officij:vt quia fuit capellanus a
a principis alicuius,qui ei multa donauit. dicit idem,eſſe Inno-
cent.ac ſi conſideratione eccleſiæ acquiſiuerit: ita colligitur
ex gloſſa ſua,poſita ſuper verbo conſideratione. ſed Hoſtien.
ponit eam ſuper verbo amicorum. Et tunc reſultat contra-
rius ſenſus quod cenſeatur acquiſitum intuitu perſonę,quod
verius eſt.

A D D I T I O.

a Vt quia fuit capellanus. Adde glo.in c adijcimus.16.q.j.Ant.de But.in c.requiſiſti.infra eo.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes ſeptem requiruntur in vltima voluntate.*
2 *Scriptum in lege diuina eſt attendendum.*
3 *Papa an poſſit ſtatuere de teſtamentis laicorum.*
4 *Teſtamenta ad pias cauſas an requirant iuris ſolemnitatem quo ad teſtes.*
5 *Conſuetudo Venetorum circa teſtamenta.*
6 *Teſtamentum clerici quot teſtibus valeat.*
7 *Cæcus ſi teſtetur ad pias cauſas, an valeat teſtamentum non ſeruata forma l.hac conſultiſſima.C.de teſta.*

Cum eſſes. Hoc capitu. cum ſequentiꝰ, legitur qua-
tuor modis, ſed ſecundum lecturam
quam infra approbo, hoc dicit, valet teſtamentum in terris
eccleſiæ, in quo eſt teſtis ſacerdos parochialis: & alij tres,
vel duo idonei: nec valet contraria conſuetudo. Commu-
nis diuiſio.Secunda ibi:quia vero teſtamenta. ſupple & codi-
cilli. Nota de ſubſcriptione teſtium facienda in teſtamento.
ibi, ſubſcriptione, hoc tamen non requiritur in teſtamen-
to non ſolenni. C. eodem, hac conſultiſſima. Secundo no-
ta, quod ſecundum leges in vltima voluntate requiruntur
ſeptem

Digitized by Google

iſtud cum ſequenti, vt præmiſi, legitur quatuor modis hic in glo. 3. & J. c. proximo. in glo. 1. primo legitur quod hæc c. loquuntur in relictis ad pias cauſas, & hunc intellectum ponit glo. 3. hic in prin. Et hanc lecturam ponit Inno. J. c. proxi. vbi etiam ponit ſecundam, & quartam, & nullam approbat, & hanc primam proſequitur glo. vſque ibi, quidam: & eam repetit ibi, quod non credo, vſq; ibi, vel dicas, & inter cetera firmat gloſſ. hanc lectu. ex eo: quia hoc cap. & ſequens loquuntur de eodem facto. quod non eſt verum, vt patet ex tenore vtriuſque cap. errauit autem glo. quia putauit, quod ciuitates velletrenſis, & Hoſtienſis eſſent eędem, vt patet in ea, in eo ꝙ dicit ꝙ hoc c. & ſequens loquuntur. Et idem ſentit J. ibi, ciuitas velletrenſis: ſed dic quod imo Hoſtiēſis de qua hic: & velletrenſis de qua J. c. proxim. ſunt diuerſę, vt in facto patet. Fateor tamen quod vtraq; eſt de temporali iuriſdictione eccleſię. Item eccleſia velletrenſis ditur eſſe vnita epiſcopatui Hoſtienſi. & forte ad hoc habuit glo. reſpectum, & tunc ꝑ gl. facit hęc litera. ibi, in epiſcopatu tuo. quod verificari poteſt ēt de velletrenſi. Sed ex alio tollitur hęc lectu. quia in hoc c. & ſequenti eſt diuerſa ſuperſcriptio, & diuerſa deciſio. & de hac lectu. & de alijs dic vt in ſequenti contrario. Secundo opp. & alio modo ad hanc lectu. de l. generali. C. de ſacroſan. eccle. &
4 quod no. eo. tit. l. 1. vbi dicitur quod talia teſtamenta † ad pias cauſas dēnt habere munimentum iuris in numero teſtium: dic ſtandum huic cap. ſecundum hanc lecturam, & per hanc etiam ſoluitur contrarium primum, quod hic ſpeciale in relictis ad pias cauſas. Sed quia capitu. iſtud generaliter loquitur, non videtur procedere hęc reſtrictio. ideo ponitur ſecunda lectura, quam ponit gloſſa. ibi, quidam tamen: quæ vult, quod per hoc c. generaliter derogetur legibus, & teneat eam, alij tamen tenent, vt Alan. Goff. Lauren. Hoſtien. hic, & Batt. Brixien. 2. q. 4. §. primo. licet glo. ibi teneat contrarium concordans cum lectu. pręceden. quam etiam tenet Rayn. in ſumma. lib. 4. titu. de numero teſtium. Petr. & Abb. dicunt. tene quod vis. pro hac autem ſecunda lectura, dicit Hoſtienſis, quod ſi fiat collatio rationum, facile apparebit eam eſſe veram. & ꝑ ea inducit Hoſtienſis legem diuinam, de qua hic in text. & gloſſ. 2. dicens, quod conſentit etiam lex canonica, & generalis eccleſię conſuetudo, vt hic. Ipſa veritas, quę Deus eſt, & quę omnibus pręualet 2. Eſdrę. 10. in fin. pro contraria vero opin. ſecundum eum eſt lex humana, pernitioſa ſubtilitas, & timor falſitatis, potiora ſunt igitur iura primę, & ſic ei ſtandum eſt. C. de edic. diui Adrian. l. fin. Nec per iudicem recipienda eſt ſubtilitas, quę veritatem lædit. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſolu. ſicut. §. antepenultimo, nec nocet timor falſitatis, tollitur enim per verbum, idoneis, poſitum in text. & per præſentiam presbyteri, de quo pręmiſi. Non enim pręſumitur presbyter conſentire alicui falſitati. argum. ff. quod met. cauſa, non eſt J. de ſimo. nemo, & remittit Hoſtien. ad ſummam, eodem titu. §. qualiter conficiatur. Pro hac etiam
5 lectu. facit conſuetudo † Venetorum de qua J. ne cle. vel mo. ſicut te. Per presbyterum ergo, & duos non ſuſpectos, ſed idoneos ꝓbabitur teſtamētum, vt hic, non ob legem, quę intelligenda eſt de ſuſpectis. Legatum vero ad pias cauſas per duos probari poteſt J. cap. proximo. Hoſtien. & ſecundum hoc in litera ibi, presbytero, ſupplet Hoſtien. maxime, & hoc quoad legata pia. ſed quo ad probationem teſtamenti proprie, & reprehendit ſimplices per hoc probare volentes presbyterum æquiparari quinque teſtibus, & prædictis concordat Guil. Naſo. dicens decre. loqui cum quis coram presbytero ſuo, & duobus teſtibus facit teſtamentum, & tunc valet etiam in relictis non ad pias cauſas. ſi vero non eſt ibi præſentia presbyteri, valet ſolum in relictis ad pias cauſas, in alijs non, & hoc videtur tenere Specula. de inſtrum. editione, §. compendioſe. verſicul. item per ius canonicum, & Egid. & Petr. & ad capitu. ſequens, vbi dicit, duobus, ſupplent, præter presbyteſas valet vltima voluntas cum presbytero parochiali, & duobus teſtibus. & ſic intelligo hoc capitu. in ſuis terminis. Sed ſi relinquitur eccleſiæ, vel ad pias cauſas, valet vltima voluntas cum duobus teſtibus etiam in terris imperialibus, ſic intelligo capitu. ſequens, nec expedit quod aliquis de illis ſit ſacerdos. Nulla enim mentio fit de ſacerdote in capitu. ſequen. Et licet ibi loquatur iudicibus Velletrenſibus, tamen intelligo maxime: hæc enim, quæ ad pias cauſas diſponuntur, ſunt de iudicio Papæ vbicunque, infra capitu. tua. Item quo ad ipſos clericos poſſumus ſtare capitulo ſequenti, vt dicamus, quod
6 valet † teſtamentum clerici cum duobus legitimis teſtibus, ſicut valet in relictis eccleſiæ, dicto capitulo ſequenti. pro hoc quod dico in ſequen. lectu. de hoc in Specula. de inſtru. edi. §. compendioſe. verſiculo, item per ius canonicum. Alia lectura colligitur in gloſſa. ibi alij. quod in foro ſeculari ſtetur legibus. In eccleſiaſtico canonibus. pro hoc facit quædam additio, quæ attribuitur Innocent. infra capitulo proximo, qua dicitur diffiniuiſſe leges in his, & alijs ſeruandas niſi in caſibus ꝑ leges, vel canones exceptis. pro hoc eſt quod no. de noui operis nunciatione, capitulo primo. Sed dic quod in terris eccleſiæ, etiam in foro ciuili, ſtatur canonibus, ſupra de appellatione, ſi duobus. §. primo, ideo præcedens lect. verior, & de intellectu huius capitu. & ſequentis nota. Federicus, in conſi. ijs conſilio 210. & in hac gloſſa tertia. ibi, ex imperfecto teſtamento non valet voluntas niſi parentum inter liberos. & ſi admiſcetur extraneus, quo ad illum non valet, & accreſcit liberis, & idem lex ſequens ibi, de fideicommiſſ. lege vltima, vide de iureiuran. capitulo finali. §. nec liceat, quæſtione ſecunda, ibi, ſimiliter falcidia ceſſat in his quæ ad pias cauſas relicta ſunt. Ibi, ſi quando, vide in eccleſia, infra allega. no-
7 tabili decimoquinto. † Quæro ſi cęcus teſtatur [b] ad pias cauſas, an valeat teſtamentum non ſeruata forma, lege, hac conſultiſſima. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Conſului, quod non: quia eſt forma ſpecialis, quæ non intelligitur ſublata per hanc diſpoſitionem generalem, regula generi. libro ſexto, & ſpecialiter facit. C. de teſta. in teſtamentis, cum gloſſa. Item etiam alias reſtringitur diſpoſitio generalis, vt euitetur iurium correctio de vſu palij, cum ſis. cum gloſſa. argum. de electione. eccleſia. ſecundo. Secundo quæro, in eo quod dicit, ſub interminatione anathematis. An contrafaciens ſit anathematizatus. Gloſſa vltima, quod non, & in ea ibi, ſal anima. vbi de hoc, & infra de ſagit. capitulo vno. ibi, non credo, Tancred. & Innocent.

ADDITIONES.

a Septem teſtes Adde l. hac conſultiſſima. C. eodem. Et an valet teſtamentum conditum cum duobus teſtibus & notario parochiano, vide Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de inſtru. edi in § compendioſe. verſicu ſed numquid de conſuetudine. Iac. de Are. in diſputatione incipiente, ſecundum conſuetudinem ciuitatis Venetiarum, & illa diſputatio eſt poſita inter conſilia Bart. vbi concludit de iure non valere talem conſuetudinem, & idem tenet Spec. vbi ſupra idem tenet Ioan. de Imo. in l. 3. ff. de teſta. Anto. de Butr. & Abb. in cap. 2. de conſtitu. Oldr. conſilio 348. incipiente. præſuppoſita conſuetudine. Ang. conſilio 111. incipiente, teſtamenti factio. idem Ange. conſilio 233. incipiente punctus eſt. tu dic quod hoc non habet locum in Venetis, quia non recognoſcunt ſuperiorem de iure. ſecundum Alber. de Roſate in l. prima. C. de ſumma trinit. & per conſequens habent vim ſuprem. imperatoris in ſuo territorio, ſecundum Bart. in l. hoſtes. ff. de capt. ſed imperator poteſt ſtatuere, quod valeat teſtamentum cum duobus teſtibus, ſecundum gloſſ. & docto in cap. quę in eccleſiarum. de conſtitu. & in l. fina. C. ſi contra ius vel vtili. pub. ergo idem poſſunt Veneti, ex quo non recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus.

• Hanc materiam copioſe ſequor in quæſt. meis nuper impreſſis, q. 21. quæ inc. in ciuitate Vincentiæ. B. S.

b Si cæcus teſtatur. Adde Abb. in rubrica de teſta. in 2. col. verſicu. 18. carens vtroque lumine.

bile.Secundo corrigi mandat.ibi. ideoq;. Tertio probat,ibi:
quoniam iudicare.falla relicta deberi,& bene, & iudicabant
forte contrarium ſecundum leges. Goff. & idem etiam dicit
de caſu ſ.c.filius.& facit infra quæſtio.4.duobus,etiam præter
1 presbyterum,vt dixi ſ.c.proximo.† No,ꝙ cauſa ſuper relictis
eccleſię debet tractari ſecundum canones:& dic idem de reli
ctis ad pias cauſas:vt dixi ſ.ca.proximo; quod hic tenet Inno.
Nam in verbo,cauſa talis,ſupplet: puta quia de relictis eccle-
ſiæ,vel ad pias cauſas,quod no.diligenter,& facit ad id hoc,ꝙ
dico j.qō. 2. Secundo no.illud,in ore duorum &c. de hoc in
glo.vlt.& in ea ibi,nulli licere, legatum pro redemptione ca-
ptiuorum, non deſignata perſona quæ diſtribuat, diſtribuet
epiſcopus originis,vel habitationis,ſi origo eſt incerta, & in
2 fine facit.15.q.6.§.fi.ver.item cum in illerden. Quæro,† ſi re-
linquitur moniali, an locum habeat hoc ca.dic ꝙ ſic:quia eſt
ac ſi relinqueretur monaſterio,de proba in præſentia.Secun-
do quæro,ſi hoc idem relictum teſtator poſtea adimit,non fa
cto alio teſtamento,nec codicillis.dic ꝙ valeat.ff.de teſta.hæ-
redes,§.ſi quid,& ibi glo.valet autem quo ad hoc vt legatum
vi exceptionis non debeatur.ff.de mil.teſta. militis codicillis.
Tertio quæro circa hoc,an ſufficit adēptio facta coram duob.
teſtibus.Ad quod videndum videamus primo quot requirū-
3 tur in legato: † & quo ad caſum præmiſſum.dic ꝙ ſufficiunt
duo.per id quod dixi ſ.q.1.ſed generaliter de alijs legatis.glo.
& Bart.in d.§.ſi quid dicunt requiri.5.teſtes, ad hoc. ff.de adi.
lega.l.3.& ibi glo.Hoſt.in ſumma. eodem. §.qualiter confir-
mentur.verſi.primo.dicit duos teſtes ſufficere, quando teſta-
mentum in quo factum fuit legatum,fuit nuncupatiuum,ſe
cus ſi in ſcriptis. Ego in legato facto eccleſiæ, vel eccleſiaſticæ
perſonę,vt in hac q.dico idem quod in legatis ad pias cauſas.
pro hoc quod dixi in primo notabili.quo præmiſſo, ad quæ-
ſtionem,dic quod ſicut in relictis ad pias cauſas ſufficiūt duo
teſtes ad inducendum legatum,vt hic: ita etiam ſufficient ad
tollendum ſ.de reg.iur.c.1.Et idem de relictis eccleſiæ, vel ec
4 cleſiaſticæ perſonæ,vt prædixi.& ſi dicatur,quod hic † fauore
eccleſiæ inducitur quod ſufficiant duo teſtes,& ſic in eius læ-
ſionem retorqueri non debet. C.de legibus, quod fauore,re-
gula quod ob gratiam.lib.6. Reſpon. quod non retorquetur
in eius læſionem:ſed hoc euenit ex natura ipſius legati.Item
quod quiſque iuris &c.de conſti.cum omnes.In hac enim re
uocatione etiam de iure ciuili minor ſolennitas exigitur, q̃
in teſtamento:vnde ſufficiunt teſtes,etiam mulieres. ff.de te
ſta.qui teſtamento.§.mulier. & ibi glo. in verbo,non poteſt:
quæ tamen non admittitur in teſtamento:vt eod. §. mulier.
5 Item in relictis † ad pias cauſas tollitur omnis ſolennitas ciui
lis.vnde ſufficiunt duo teſtes,etiam non rogati,etiam mulie-
res.argum.C.de teſti.hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. pro
hoc quod not.ſ.c.proximo,in gloſſ.3. quæ allegat hunc §. de
hoc per Bart.& Bald.C.de ſacroſanct.eccle.l.1.& ſic reſpondi
in facto.Quarto quæro,an quo ad alia quæ diſponuntur in iu
re ciuili reſpectu teſtamentorum præiudicetur per hoc cap.
cum præcedenti. Goff. quod non.vnde ſecundum leges di-
centes de ætate,vel furore teſtatoris,& his conſimiles, etiam
in eccleſiaſtico foro ſeruandæ ſunt. ceſſat enim in illis ratio
de qua hic,& ſupra cap.proximo.

S V M M A R I V M.

1 *Bonorum appellatione veniunt mobilia, & immobilia.*
2 *Dictum indefinite generaliter accipitur.*

Relatum.2. Habet quinq; dicta.Secundum in §.no
mine.Tertium ibi,licet. Quartum ibi:
cęterum.Quintum ibi:quia vero.primum ſubdiuiditur:quia
primo proponitur quæſtio.Secundo reſponſo.ibi,taliter.hoc
principium.in ſumma.h.d. De acquiſitis per eccleſiam, ſiue
1 mobilibus ſiue immobilibus nō teſtatur clericus.† No.ꝙ no
2 mine bonorum a veniunt mobilia & immobilia. ff. de verb.
ſign.bonorum 2.quod non ſemper procedit. Nam quod dr̄
liberum eſſe tranſeunti ad religionem dare bona ſua:non in-
telligitur generaliter,vt comprehendat omnia bona, ſi filios

S V M M A R I V M.

1 *Bona clerici defuncti vbi non eſt collegium, deuoluuntur ad ſucceſſorem.*
2 *Bona eccleſiæ debent in Dei timore diſpenſari.*
3 *Epiſcopus an veniat nomine eccleſiæ.*
4 *Canonica decedenti ſurrogatur vnus, non plures, etiam in eccleſia collegiata.*
5 *Clerico non beneficiato qui ſuccedant.*
6 *Bona Epiſcopi cui deuoluantur.*
7 *Bona Archidiaconi cui deuoluantur.*

§.Nomine. Nomine eccleſiæ in caſu p remiſſo in-
telligit communis ꝯgregatio, ſi eccle-
ſia eſt collegiata: alias intelligitur ſucceſſor defuncti tantum
vnus:vt qñ ſolus capellanus inſtituitur in eccleſia, qui deceſ-
ſit,& nullus remanſit:vel remanſit aliquis non tanquam col
legium.Lau.No.ꝙ defuncto canonico eccleſię collegiatę bo
na ſua. i. acquiſita intuitu eccleſiæ deuoluuntur ad collegiū:
& ſic in hoc ceſſat illa regula,quę habet,ꝙ fructus debent re-
ſeruari ſucceſſori: ꝙ declaro j. in 2. ꝯrio. & pro hoc ꝙ hic dr̄
in glo.hoc bene,& in ea.ibi.l.j.& 2.l.1.dicit ꝙ mortuo nauicu
lario inteſtato & ſine legitimo hęrede,non ad fiſcum, ſed ad
corpus nauiculariorum in quo erat,deuoluit. Idem dicit l.a.
1 de alijs corpor.b.† Secundo no ꝙ vbi nō eſt collegium,bona
2 clerici defuncti deuoluuntur ad ſucceſſorem. † Tertio no.ꝙ
bona eccleſię debent in Dei timore diſpenſari.i.in pauperes.
16 q.1.c.fi.12.q.2.aurum.Hoſt.ꝙ eſt verum prouiſo primo ne
3 ceſſitatib.eccleſię ſ.de pręb.de monachis.† Op.ꝙ nomine ec-
cleſię veniat ep̄s.ar.ſ.vt eccl.bene.c.vnico.in fi.Soluit Hoſt.di
ſtinguēdo:quia aut clericus beneficiatus eſt a ſola ꝯgregatio-
ne,& illa ſola ſuccedit.Aut a ſolo ep̄o,& ſolus ſuccedit: vt in
ꝯrio.Aut ab ep̄o & ꝯgregatione, & tunc diuidunt inter ſe,cū
hęc ſucceſſio competat illi a quo,& inquantum beneficiatus
erat ſ.c.cum in officijs j.c.fi.& c.requiſiſti.§.fi.Ego puto ſtan
dum textui,licet.n.ep̄s habeat ꝯfirmare beneficium in eccle-
ſia collegiata, fructus tñ beneficij non ſunt ſui vacante bene-
ficio,licet ex cā poſſit ſibi retinere ad tp̄s.d.c.vno.vnde non fa
cta diſtinctione prædicta dēr ſuccedere ꝯgregatio,vt hic.Secū
do op.ꝙ non debeat ſuccedere diſtinctio quę hic fit. Nam ēt
4 in eccleſia † collegiata vno canonico decedente ſurrogatur
vnus tantum,non plures.de pręb.maiorib.& c.tuæ,& c.dile-
cto,& c.vacāte,& ſic ipſe dēt ſuccedere,& non ꝯgregatio.Sol
uit Hoſt.ꝙ hic loquitur de defuncto ſimpl̄r beneficiato. Sed
qui habet dignitatem,vel certam adminiſtrationem ſegrega
tam a ꝯgregatione,vel parochialem eccleſiam:qa de his non
teſtatur j.c.fi.ſeruantur ſucceſſori.de of.or.pręſenti.lib.6. pro
hoc j.q.3. Melius dic, ꝙ loquitur de eo qui hēt beneficium
in congregatione,quo caſu eo defuncto ſibi ſuccedit tota cō-
gregatio,in cuius prāte eſt diſpoſitio omnium beneficiorum
ipſius ꝯgregationis.pro hoc facit quod no.Inn.de proba.ex li-
teris.in eo ꝙ dicit,ꝙ eccleſia poſſidet æqualiter omnes prębē
das.pro hoc etiam ꝙ dicit idem Inn.hic,& dico j.q.3.in fi. &
dic ēt, ꝙ ſi præbendę ſint diſtinctę, tñ ſuccedit ꝯgregatio iſti
defuncto.Nunquam enim eſt tāta diſtinctio quin aliqua ſint
communia,ſicut diſtributiones,& menſa groſſa:& illis ratio
nib.ſucceſſor non dr̄ proprie ſuccedere defuncto,ſed ipſa con
gregatio,cui applicant fructus canonicatus,& p̄bendæ vacan
tis.& ſic plures dicantur ſurrogari.ſecus autem cum quis ha
bet beneficium extra ꝯgregationem:quia tunc vnus tantum
ſuccedit,i.ſucceſſor,vt ſequitur in textu.& de hoc in ſequen-
5 ti q.Quęro,ſi erat † clericus non beneficiatus.dicit Hoſ.quod
ſuccedunt parentes ſi ſuperſunt.12.quæſt. 3.quicunque. & q.
vlt.c.fi.& in ſubſidium eccleſia,vt hic,& 12 q.j.ſint manifeſte
requiſiſti.in fin.Ex hoc infert Hoſt.quod iſta loquitur de be-
neficiato tantum,loquitur etiam ſecundum cum de non ha
bente patrimonium, & qui non acquiſiuit aliunde quam de
beneficio ſ.eodem,cum in officijs,& quod ibi not. ſ.ti.1.c.fi,
j.titu.1.c.2.Item ſecundum Hoſtien.primum dictum huius
§.loquitur de beneficiato ſimplici non habēte eccleſiam, vel
adminiſtrationem.

[illegible] per totum. Secundo quæro † de bo-
nis epiſcopi. Dicit glo quod deuoluuntur ad ſucceſſorem: &
dic, quod in hoc hodie ſunt reuocata priuilegia, conſuetudi-
nes, & ſtatuta contraria, J. de elect. quia ſæpe. lib. 6. & cle. ſtatu
tum, eodem titu. Tertio quæro de bonis † archidiaconi. Glo.
refert duas opiniones, & neutram approbat. Innoc. approbat
ſecundam in effectu diſtinguens: vt glo. An archidiaconus ha
beat certam dotem, vel bona diſcreta, an non. Primo caſu ſuc
cedit archidiaconatus, niſi aliud ſit de conſuetudine, vel ſtatu
to, ex quibus debeat haberi congrua æſtimatio inter canoni-
cos & ſucceſſorem archidiaconi. Si archidiaconus erat etiam
canonicus, & bona archidiaconatus & canoniæ erant diſcre-
ta J. eodem cap. §. vltimo. Et dic æſtimatio, id eſt diuiſio. dicto
§. vltimo. quod dic, vt de offi. ordi. præſenti. lib. 6. Secundo ca-
ſu quando archidiaconatus non habet certam dotem: ſed de
redditibus eccleſiæ accipit plus cæteris propter dignitatem:
tunc ſuccedit capitulum, & non ſucceſſor archidiaconi. Et
pro hac diſtinctione, an bona ſint diſcreta, an non. facit ſupra
de reſcriptis. edoceri. & quod dico de probat. ex literis. contra
rio tertio, & q. 2. Et quod eo caſu quo ſunt diſcreta, ſuccedat
ſucceſſor, & non capitulum, dicit Inno. vehementi ratione
probari. Pone enim quod epiſcopus dotauit archidiaconatū:
mortuo archidiacono epiſcopus cuſtodit bona archidiacona
tus, & ſuper illis poteſt facere ſtatutum: vt eccle. bene. c. vno.
de inſti. cum veniſſet. ergo non ſuccedit capitulum: dicit autē
Inno. ſecus eſſe in eccleſijs habentibus præbendas diſtinctas:
quia bona ſunt capituli, & non ſunt diſcreta a capitulo, licet
per præbendas ſint aſſignata, quod not. vult dicere, quod hoc
vltimo caſu ſuccedit capitulum. ſed videtur etiam quo ad ar-
chidiaconum dicendum idem ſi archidiaconus eſt pars capi-
tuli: puta maior, & caput capituli: nec retinuerit epiſcopus do
tando aliquam ſpecialem poteſtatem in bonis. Sed ſi retinuiſ
ſet, procedit id quod dicit Innocen. Item ſi non retinuerit: ta-
men adhuc poteſt dici aliud in habente dignitatem, quam
in habente præbendam: quia primo caſu ſucceſſor ſuccedit,
vt in onere ac honore: non ſic in prębenda. pro hoc quod no.
de ele. quod ſicut. §. ſi autem. in glo. ſic patet, in fine: & ſic ſuc
ceſſor dignitatis, & non congregatio ſuccedet. Quarto quæ-
ro, quid in dignitatibus ſecularibus. dicit Innocent. quod id
quod dictum eſt de archidiaconatu, procedit in alijs dignita-
tibus tam in ſecularibus, quam in regularibus eccleſijs. Quin
to quæro ibi, canonicam diſtributionem. de intellectu, dic,
quod fiet canonica diſtributio conuertendo in vtilitatem
communem, & non appropriando vni, vel pluribus ſingula-
ribus. de conſt. cum omnes. de præben. c. 3. & in hoc habet epi
ſcopus prouidere: vt in eo. c. in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus moriens an poſſit teſtari de bonis mobilibus eccleſiæ.*
2 *Clericus teſtari prohibetur de bonis eccleſiæ, etiam cauſa eleemo-
ſynæ.*
3 *Conſuetudo an valeat, quod clericus decedens ante calendas Nouem-
bris, & poſt calendas Martij anni futuri poſſit teſtari.*

§ Licet. Cleri de bonis mobilibus eccleſiæ poſſunt cō
ferre pro eleemoſyna, vel pro remuneratione
ſeruitij. Mobilia multominus immobilia. pro hoc ſ. eodem,
ad hæc. conſanguineis: de his expreſſit, quia regulariter ſuſpe-
cti. & intelligitur de pauperibus benemeritis, quibus potiſſi-
me ſubueniendum eſt, 86. diſt. non ſatis, de coha. cler. c. 1. Hoſ.
Aliqua. notat moderationem, & reprehēdit prodigalitatem.
ſic ſ. de don. cęterum. Hoſt. meritum. ob hoc etiam diuiti cō-
ferri poteſt. Nam in pio loco & paupere ſufficit intuitus pie-
tatis, vt in litera. Nota, vt glo. fin. ſ. & in ea, ibi, & vxorem non
ſic amare prohibetur quin donet iuxta aliquas operas ſeruo-
1 rum. † Oppono, quod clericus moriens poſſit teſtari de bo-
nis [illegible] in ver. præce. alias iſte ver. conſuetudinis, non aduerſaretur p-
cedenti, & tunc dic, quod conferentur per contractum inter
viuos: ita ꝙ ſi clericus non decederet, non reuocabuntur: &
ſic oportet dici inhęrendo communi opinioni præmiſſæ. vi-
detur tamen verius propter illa verba, morientis arbitrio, ꝙ
etiam in vltima volūtate poſſit clericus relinquere pijs locis,
& alijs, vt hic: alias nullam ſpecialitatem induceret iſte verſi.
conſuetudinis, & quia c. cum in officijs. cum duobus ſequen-
tibus videntur contradicere: poteſt dici ꝙ iſti ſunt caſus exce-
pti hic. Regula autem eſt ea quæ ponitur in illis c. pro hoc qa
vt dixi ſ. ti. primo. c. fin. reſtringere nimium libertatem cleri-
corum in diſponēdo de fructibus eccleſię multum terret eos
qui appetunt clericari. Intelligo tamen prædicta ſeruata debi
ta moderatione, propter verbum, aliqua. quod etiam ſ. dixi.
Non ſolum autem de fructibus, ſed etiam de bonis mobilib.
procedit hæc lec. quia loquitur generaliter, ibi, mobilia. quod
tamen intelligo de mobilibus in quibus alienandis non req-
ritur ſolennitas quæ requiritur in immobilib. pro hoc eſt, ꝙ
no. ſ. de rebus ecc. non alie. nulli. in glo. 2. quia de talibus quæ
ſine ſolennitate non alienantur, non intelligitur ſub hac ge-
nerali diſpoſitione tradita licentia alienandi ſine ſolennitate
illa. dic melius, vt in ſequenti contrario. Oppono ad hoc ſ. e.
2 ad hæc, vbi prohibetur clericus † teſtari de bonis eccleſiæ ēt
* cauſa eleemoſynæ. Solu. ſta contrario: quia hæc communis
opin. vt dixi in proximo contrario, & hoc tenendo, ad hanc li
teram dic, ꝙ ver. conſuetudinis. aduerſatur præcedentibus: vt
ſit ſenſus, ꝙ licet clericus non poſſit de talibus teſtari: tamen
inter viuos diſponere poteſt his modis, de quibus hic, & hoc
etiam ſi infirmetur ad mortem, quo caſu erat maius dubium
quantum tñ ad fructus perceptos, probabiliter dici poſſet, ꝙ
etiam in vtima voluntate poſſit clericus de ipſis diſponere, &
hoc tenendo, ad iſtam literam, & ad c. ad hęc, ſ. ti. j. dic vt dico
3 ſ. ti. 1. c. fi. in vlt. q. Quæro an valeat conſuetudo † ꝙ clericus de
cedens ante calendas Nouembris: & poſt calendas Martij an-
ni futuri poſſit teſtari. videtur ꝙ non. arg. iurium alleg. in præ
cedenti contrario. Et ſic Guil. diſputando terminauit, contra
rium terminatur in quæſtione ſuper regula nemo poteſt
plus. lib. 6. per extrauagan. ſuſcepti.

S V M M A R I V M.

1 *Doctrina non comprehenditur ſub artificio.*
2 *Heredes clerici qui inhoneſte lucratus eſt, quid facere debeant.*

§. Cæterum. Artificio: vt ſcripturæ, doctrina. vt for-
te docendo grammaticam, vel legen-
do, vel conſulendo in iure. vndecima, quæſtione tertia, non li
cet arbitrio. dummo catholicis relinquat. de hæretic. ſi quis.
Goffre. Nota in eo quod tanquam diſtincta ponit, artificium
1 & doctrinam, quod ſub artificio doctrina † non comprehen-
ditur, quod facit ad ſtatutum prohibens artificia certa die
ſub pœna: vt docentes ea die non teneantur ad pœnam.
quod ſingulariter hic probatur. Quæro ſi clericus ex illici-
ta aduocatione, vel inhoneſta negotiatione, vel ex ludo,
2 vel alias ex pacto, aliqua lucratur. † dicit Hoſtienſis clamo-
res eo defuncto ſedandos, ſi qui apparent petentes, id eſt,
quod fiet eis reſtitutio: alias per epiſcopum loci erogentur
pauperibus. C. de epiſ. & cleri. nulli. de ſucceſ. authenti. om
nes in Authenti. de eccle. tit. §. ſi autem pro redemptione. &
ſequenti. Dicit tamen, quod, quicquid dicatur, epiſcopi &
patroni in multis locis omnia occupant in præiudicium ſui
& aliorum. 103. diſtinctio. diaconi. vltra medium verſiculo.
nunc autem. vſque ad fin, propterea dic, quod prouidendum
eſſet per aliquod ius expreſſum, per quo relinqueretur cleri-
cis poteſtas diſponendi de fructibus, vel de mobilibus non
præcioſis ſub certa moderatione, ne clerici videantur eſſe

denda. num. 3

§. Quia vero. Bona clerici beneficiati in pluribus eccleſijs congrua æſtimatione diui
duntur inter ipſas, & poteſt continuari ad proximum: quia vi
ſo de clerico teſtato: videndum erat de inteſtato qui non hẽt
conſanguineos: vel continua ad §. nomine, in fi. prima placet:
1 tamen & ſecunda ſuſtineri poteſt. † No. ꝙ quis poteſt habere
2 plura beneficia.[a] Ad quod oppo. 70. diſt. ſanctorum. dic quod
erat diſpenſatus ab epiſcopo: ſi erant ſimplicia ſecundum Io.
vel a Papa, ſi erant non ſimplia. de præben. de multa. in fin. vel
iniuſte detinebat per tolerantiam. de præb. cum iamdudum.
3 Goſ. Secundo oppono quod non debeant bona † deuolui ad
eccleſias, ſed hæredes defuncti. ſ. eo. cum in officijs. & ſ. eo. c.
in prin. in quibus patet quod eccleſia ſuccedit ſolum in bonis
intuitu eccleſiæ acquiſitis, hic autem generaliter loquit. Sol.
ſi intelligamus hic de rebus ꝓprijs clericorum, debet intelli-
gi de non habentibus conſanguineos, & decedentibus ab in-
teſtato. Si autem erant acquiſita intuitu eccleſiæ, tunc ceſſat
ↄtrium. Tertio oppono ad id quod dicit, bona diuidenda eſſe
inter eccleſias: quia deberent deuolui ad illam eccleſiam, cu-
ius intuitu acquiſiuit. ff. de ſtipu. ſeruo. l. 5. Solu. ſi ſcitur cuius
eccleſiæ intuitu acquiſiuit, illi cedent: alias diuiduntur, vt hic
argum. ff. de ſtipu. ſeruo. ſi communis ſeruus, ſecundum Goſ.
3 Quæro, † quid vult litera ibi, per æſtimationem congruam.
dicit Glo. vlt. ꝙ plus dabitur eccleſiæ, a qua plus percepit. Ex
hoc dic, ſi vnum beneficium in vna eccleſia valet 10. in al-
tera 20. fiet diuiſio ſecundum ratam: quia ſi eſſent 30. diuidẽ-
da, 10. habebit prima, ſecunda 20. deinde glo. ponit aliam con
ſiderationem, ꝙ attendetur cui eccleſiæ magis ſeruiuerit, &
illi minus dabitur. Sed dic, ꝙ prima conſideratio eſt melior:
quamuis enim tempore vitę potuiſſet cogi ad reſidendum, ſi
eccleſia requirebat reſidentiam: tamen ex quo non fuit coa-
ctus, imputetur eccleſiæ quæ tacuit, vel his quorum intererat
illud petere.

A D D I T I O.

a Plura beneficia. Adde doc. in c. de multa. de præben. Io. de Imo. in cle. gratię. de reſcriptis.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione an valeat.*
2 *Expreſſa nocent, non expreſſa non.*
3 *Voluntas & arbitrium differunt.*
4 *Inſtitutio hæredis quibus verbis inducatur.*
5 *Pater committere poteſt alicui quod teſtetur pro filio ſuo impubere.*
6 *Teſtator ſi dicat, quomodocunque filius meus deceſſerit, volo quod bona mea diſtribuantur pauperibus per meos commiſſarios, quid erit.*
7 *Legatum an ita prohibeatur committi arbitrio alterius, ſicut prohibetur hæredis inſtitutio.*
7 *Teſtator ſi præcepit commiſſario, quod diſpenſaret omnia bona in cauſa quæ non erant, præter pauca quæ reliquit ad pias, quid ſit.*

Cum tibi. Legitur varijs modis. ſummo ſecundum duos communiores. Primo ſic, tenet te-
ſtamentum ſiquis extremam voluntatem alterius diſpoſitio
ni committit: & commiſſarius cenſetur hæres. h. d. ſm vnam
lec. de qua in gl. vel ſic. Tenet teſtamentum ſiquis extremam
voluntatem alterius diſpoſitioni committit: & dr̃ teſtatus ad
pias cauſas. h. d. ſecundum lect. Innocen. quę ſingularis eſt, &
communiter tenetur. Primo ponitur decilum exordium. Se
cundo, quæſtionis ſolutio, ibi, in ſecunda voluntate. i. ordina-
1 tionem rerum ſuarum. † Op. ꝙ non valeat teſtamentum ſine
hęredis inſtitutione. C. de teſta. iubemus. ↄfirma, quod capta-
toria eſt vltima voluntas collata in voluntatem alterius. ff. de
hær. inſti. illa inſtitutio. & l. captatorias, & in eo ꝙ glo. hic ex-
deìur in eadem gloſſa, diſtinguendo, quia aut committit te-
ſtator in voluntate hæredis: aut in voluntate alterius. primo
caſu valet, vt ſi dicit, inſtituo te hæredem ſi volueris. Secundo
caſu, aut committitur voluntati expreſſe, aut tacite: ſi expreſ-
ſe, non valet: vt ſi dicit, inſtituo hæredem quem Titius volue
luerit, vt in l. ſi quis Sempronium. alleg. in glo. Si tacite, valet:
vt ſi dicit, inſtituo te hęredem ſi Titius aſcẽderit capitolium.
iura probantia hæc membra allegant̃ in glo. & ratio diuerſi-
tatis, quare valet ſi committitur tacite in voluntate alterius,
& nõ ſi expreſſe, ponitur in dicta l. ſiquis Sempronium: quia
2 † expreſſa nocent, & non expreſſa non nocent. ff. de condi. &
demon. nonnunquam, & hæc lectu. ſic declarata vera eſt, ſed
non conuenit literæ, quę videtur habere hunc ſenſum, quod
teſtator commiſit extremam voluntatem alteri, ideſt, vt ille
diſponeret pro ipſo, vt ſibi videretur. Et in hoc not. quod hic
non commiſit voluntati, ſed diſpoſitioni. Refert autem, an
committatur voluntati alterius: an diſpoſitioni: quia primo
precibus. Si autem non ſit verbum quandocunque, tunc
idem Iaco.de are.tenet opin.gl.in.l.precibus. Ray.tenet indi-
ſtincte cum glo.l.precibus.quia qualitas rei cohærēs ex poſt-
facto non variatur, ſed conſiderata prima & originali cauſa
debet intelligi.ff.de fideiuſ.tutor.l.etiā de dona.qui id quod.
C.quando & qui.quar.pars.l.1.circa prin.hic autem non po-
teſt valere poſt pubertatem iure directo.ergo, vt finis concor
det cum principio, ſit omni tempore fideicōmiſſaria Io.an.
J.eo.c.1.li.6.fortius dicit hoc caſu,quia in caſu proximę quæ-
ſtionis, ꝙ ante pubertatem valet iure directo poſtea tāquam
fideicōmiſſaria Bar.in.l.precibus dicit attendendum quid ſen
ſerit teſtator.& ſi apparet quòd voluit omnia bona perueni-
re ad ſubſtitutum:vel ꝙ libere accipiat per ſe, vel quia ſubſti-
tuit fratrem inſtituti, vel quid ſimile,tunc erit directa,& ex-
cluditur mater,& ꝙ dicit de fratre in l.precibus. in glo.fin.in
fin.quod no.his enim caſibus habet locum præſumptio de
qua C.de mili.teſta.in teſtamento.Si aūt nihil apparet de vo-
luntate teſtatoris:aut mater eſt in medio,& verbum dubium
debet interpretari in caſum magis fauorabilem pro matre,
vt ſit fideic.ff.de re.du.q duos.§.1.niſi teſtator ſit miles, qui
omni tempore poteſt ſubſtituere directo.d.l.precib.quia tūc
ante pubertatē valet vt directa, poſtea obliquatur fauore ma-
tris:vt ibi.& ad c.1.J.e.li.6.quod videtur probare, ꝙ etiam ſi
mater ſit in medio,tū infra pubertatem, etiā ſi fiat a pagano,
eſt directa.dicit Bart.ff.de vul.& pu centurio.in 4. q.principa-
li.ꝙ ibi fuit facta ſubſtitutio per verbum,moriatur, quod eſt
directum, quod dic vt J.e.qō.Aut mater non eſt in medio,
nec alia perſona contra quam non admittitur tacita pupilla-
ris, quæ perſonæ enumerantur.ff.de vul.& pu.l.2.per Bar.&
tunc dicit, quòd eſt vnica ſubſtitutio, prout caſus attulerit:
quia ſi deceſſit ante pubertatem,interpretabimur ꝙ ſit pupil
laris. Si poſtea, interpretabimur ꝙ ſemper fuerit fideicom-
miſſaria.Nam verbum quod verificari poteſt in pluribus tē-
poribus,debet accipi ſecundum illud quod caſus attulerit:vt
dixi in præcedenti.q.Ex hoc etiā dicit Bar.ꝙ ſi inſtitutus de-
ceſſit ante aditam hæreditatem, continet vulgarem.facit.ff.
de libe.& poſth.Gallus.§.& quid ſi tantum. hæc opi.in hoc
vltimo conuenit cum opi.Io.an.qui etiam dicit, ꝙ hæc non
ſunt plures ſubſtitutiones,ſed vna,attento fine & effectu: li-
cet attento initio ſint plures aptitudine. & eſt ſimile de iure-
pat.cle.plures.in fi.& de poſtu.c.vno: & de elect.c.pe.in prin.
li.6.Bal.in l.precibus,arguit pro & contra:tandem concludit
cum opi.glo.illius l.& inter cætera reſpondendo ad ca.1.e.ti.
li.6.in eo quod dicit, quòd eſt ibi ſubſtitutio directa: quia
conuenit verbis & perſonis, dicit quòd quando fit per ver-
bum,ſubſtituo,non cōuenit verbis:quia verbum, ſubſtituo,
trahitur ad fideicommiſſariam, vt ſ.hac q.dixi.& hoc quan
do mater eſt in medio,vt tunc fauore matris ſit ſemper fidei-
cōmiſſaria,ſecus dicit in alijs venientibus ab inteſtato, quæ
differentia male probatur iure.& de hoc etiam ꝑ eum C. de
inoffi. teſta.ex tribus. Mihi placet opi.Io And. quæ optime
41 probatur in hoc c.iuncto c.1.e.tit.lib.6.inducēdo,vt in pro-
xima q.dixi.diſtinctio tamen Bart.æqua eſt:ſed in eo, quod
dicit,ꝙ ſi mater eſt in medio,vel alia perſona veniēs ab inte-
ſtato,intelligitur fideicommiſſaria etiam ante pubertatē, in
hoc repugnat c.1.prææalleg.vbi mater excluditur ſi decedit in
teſtatus ante pubertatem.So.Bar.in eo quod dixi ſecundū eū
ſ.e.q ꝙ in dicto c.ſubſtitutio fuit facta per verbum,moriatur,
quod eſt directum.videtur enim potius cōe, per id quod di-
co.J.q.42. Item illud c.nō ſolum probat de verbo moriatur,
ſed etiam de alio verbo: quia ſubſtitutio de pauperibus fuit
ſibi facta per verbū inſtituo,i.ſubſtituo,quod eſt cōe,vt.J.e.q.
Item, ſi illud intelligeretur tm̄ in verbo moriatur, de modi-
co ſeruiret. Pauciſſimi enim vtuntur hoc verbo. Item ratio
decidendi ibi eſt generalis: quia in ſubſtitutione ſemper

deceſſerit ſine liberis ille ſit hæres,uel illum ſubſtituo. dicit
glo.in l.præcibus,ꝙ hæc ſemꝑ eſt fideicommiſſaria:& in hoc
differt hæc determinatio gl.ab illa de qua ſ.q.35. quia. quan-
do non eſt verbum,ſine liberis. Glo.ibi dicit,ꝙ ſi ſubſtitutio
facta eſt per verbum,ſit hæres,ſubſtitutio eſt directa,& expi-
rat poſt pubertatem:quādo autem eſt verbum,ſine liberis,di
cit, quod ſemper eſt fideicommiſſaria. Nam cum impubes
non poſſit habere liberos,innuitur ex illo verbo ſine liberis,
quod voluerit etiam in ætate pupillari ſubſtituere per fidei-
commiſſum,& verba directa trahuntur ad fideicommiſſum.
ff.ad trebel.ſceuola.Idem tenet glo. J.e. ver. poſtmodum, in
verbo ſubſtitutionis,& idem Inno.Alij communiter tenent
ꝙ hæc adiectio,ſine liberis,non immutat ſubſtitutionis natu
ram.Nam ſubintelliguntur,etiam ſi non exprimantur.C.de
fideicommiſ.cum acutiſſimi.Item inducit. l.centurio,pro ca
ſu in contrarium:quia ibi dicitur,ꝙ ſubſtitutus a milite per
illa verba,ſi infra.25.an.ſine liberis deceſſerit,iure communi
capit intra pubertatem bona patris teſtantis,& filij cui facta
fuit ſubſtitutio,ergo ſuccedit iure directo:quia in ficommiſ-
ſaria non venirent bona filij quæ veniunt per pupillarem ſub
ſtitutionem,vt ibi,& infra eo.c.1.lib.ſexto,ubi hoc etiam pro
batur:& hoc etiam ibi no.in gl.dixit teſtator.Sed Iac.de bel.
uoluit ſaluare glo.l.pręcibus,& ad l.centurio.dicit,quod ſub
ſtitutus capit iure communi. quia de iure communi eſt, in
ſubſtitutione facta impuberi,quod ſubſtitutus capiat omnia
bona,quod eſt extorquere literā.Ad ca.1.dicit,quod aliud de
iure canonico:aliud de iure ciuili:qđ non poteſt bene iure
conuinci,quia noluit illud c.leges corrigere: ſed ſecundum
eas decidere:ut ibi paret.Communiter itaq; legiſtæ dicunt,
ꝙ et ſi ſit uerbum,ſine liberis,tū ſi uerba ſunt directa,erit di-
recta pupillaris,ex quo fit impuberi, & expirabit adueniēte
pubertate,ſicut ſi non fuiſſet appoſitum illud uerbum, dic,
melius,ꝙ erit talis qualē parietur caſus qui ſe obtulerit ſicut
dixi ſup.q.35.& 36.Nam nō eſt uera ratio gl.l.pręcibus,cum
43 dicit,ꝙ impubes † gn̄are non poteſt,cum reperiatur quan-
doq; contrarium,de deſpon.impu.impuberes,pro hoc, qđ
no.inſti.de nup.in prin.Item uidetur uelle glo.ꝙ ſubſtitutio
facta impuberi per illa uerba,ſine liberis,trahatur ad tempus
pubertatis,cum poteſt habere liberos,& ſic interim reperi-
retur ſubſtitutio eſſe ſine effectu,quod abſonum eſt.Trigeſi
44 mooctauo quæro,† ſi filio inſtituto iuſſit,quod ſi moriatur
ſine liberis,bona ſua omnia uendantur,& ꝑ executorem den
tur pauperibus,dicit Bar.in l.centurio,quod ſi moritur inſti
tutus ante pubertatē,eſt ſubſtitutio directa, quia ſenſus eſt,
ꝙ executores accipiant bona,& vendant,& erogent.Aut uer
bum,accipiant,trahitur ad pupillarem,pro hoc inducit,ſ.eo.
l.cum tibi,& ibi hoc explicaui,& tenui,quod ſit fideicommiſ
45 ſaria de rigore.Trigeſimono quæro,ſi dixerit † ſi filius meus
deceſſerit ī pupillari ętate talis ſit hæres,qualis eſt hæc ſubſti
tutio.dicitur communiter,ꝙ compendioſa: licet limitata ad
tempus pupillaris ętatis.Nam poteſt compendioſa limitari
tempore,ut in l.centurio,eſſet autem pupillaris expreſſa pro-
priè,& in forma,ſi diceretur,ſi hęres erit,& in pupillari ętate
deceſſerit.Et eſt in hoc differentia, quia quando eſt compen
dioſa,ſi decederet inſtitutus uiuo patre,admittitur ſubſtitu.
ex uulgari,quod tenet Bald.in l.præcibus. Sed ſi eſt pupilla-
ris expreſſa,fit quæſtio,ſi decedit inſtitutus uiuo patre.an ad
mittatur ſubſtitutus ex tacita uulgari,in quo gloſſ.ff.de uul-
ga.& pup.l.lex cornelia, & l. ſi pater captus, tenet quod ſic.
Dyn.contra,per l.quod ſi filius,ff.de capti.ubi uidetur caſus,
Raynerius pro concordantia diſtinguit uno modo.Barto.in
l.prima,de uulg.& pup.alio modo, & melius, dicit enim, ꝙ
ſi filius moritur ciuiliter uiuo patre,& poſt mortem patris
naturaliter,ſuccedit ſubſtitutus, ex tacita uulgari, quia ui-
uente patre fuit ſpes pupillaris ſubſtitutionis, unde non-
eſt quid imputetur patri qui teſtamentum non muta

pria natura comprehendunt vtrunque caſum,ff.de condi. &
demon.conditionum,quæ in futurum. Sicut vulgaris expreſ
ſa facit ſubſtitutum admitti mortuo inſtituto viuo patre. C.
de caducis tollendis,l.vnica, §. pro ſecundo, ita, & hic, quod
placet. Et eſt ratio, quare aliud in vulgari expreſſa, quam in
ea quæ continetur ſub pupillari: quia primo caſu regulatur
per ſeipſam,ſecundo caſu regulatur a pupillari cui ineſt, & il
la extinguitur ſi moritur ſubſtitutus viuo teſtatore, ergo, &
vulgaris incluſa. Alia plura de compendioſa, dic per Rayne-
rium,in d. tractatu. & per Bartolum in l.centurio, & per om
nes in l.precibus. Quadrageſimoprimo quæro circa ſubſti-
tutionem obliquam,quæ alio nomine dicitur fideicommiſ-
47 ſaria,vel precaria,vt dicit hic gloſſ.tertia,quæ eſt hæc † ſubſti
tutio,vbi ſciendum, ꝙ fideicommiſſum poteſt eſſe duplex,
quoddam ſingulare,quoddam vniuerſale.de primo non ex,
pedit inſtare:quia licet olim eſſet differentia inter legatum,
& fideicommiſſum:tamen hodie in omnibus æquiparãtur,
& omne legatum eſt fideicommiſſum, & econuerſo, inſti.
de lega.§.primo.ff.de leg.1,l. prima,& dic,ut ibi, vnde dicit l.
ſecunda,C.communia de lega,quod non refert an teſtator di
cat,Rogo,vel volo,vel fideicomitto, & ſufficit quodcunque
verbum,vel,quod appareat,quod voluit legare,vel fideicom
mittere. De ſecundo autem fideicommiſſo,quod eſt vniuer-
ſale,dic,ꝙ duplex eſt,quoddam expreſſum, de quo ℑ. c. Ray-
naldus,qa ibi teſtator rogauit filium,ꝙ ſi decederet ſine libe-
liberis reſtitueret hæreditatem patruis,quoddam tacitum,&
hoc fit multis modis quos proſequitur Azo in ſum·C. de fi-
deicõ.& vnde dicatur fideicommiſſum,dico ℑ.e.c. ver. poſt-
modum. Hoc præmiſſo,cum quæritur,quæ eſt fideicommiſ
48 ſaria ſubſtitutio. † quod intelligitur de fideicommiſſaria vni
uerſali ſiue tacita ſiue expreſſa.& dic,ꝙ eſt præceptum,ſeu vo
luntas,ſeu diſpoſitio teſtatoris,per quam tanq̃ per ſubſtitutio
nem obliquam hæres inſtitutus ẽt inuitus cogitur reſtituere
totam hæreditatem,vel quotã partem eius,ex qua reſtitutio-
ne fideicommiſſarius efficitur tãquam hæres.dr̃ aũt ſubſtitu-
tio obliqua,quia ſubſtitutus ſuccedit teſtatori per obliquum
ex pſona hæredis;vt ſ̃.q.7.dixi de tota hæreditate vel quota;
quia tunc tñ eſt fideicommiſſum vniuerſale, in quo locus
eſt ſenatuſconſulto trebelliano,ſecus ſi rogatur de parte bo-
norum,ff.ad trebel·nam,ꝙ §.fi.& l,cogi.§.& gñaliter,& l mu
lier,§.fi.quomodo autẽ detrahatur quarta trebellianica,dico
ℑ.ver.cum autem, dixi, qđ hæres cogitur reſtituere. Nam ẽt
inuitus cogi põt adire,& reſtituere,d l.cogi.dixi,qđ fideicom
miſſarius eſt tanq̃ hæres.Non.n.vere eſt hæres directo, ſed in
effectu,ff.ab treb.ſi hæres,in prin.& l,poſtulãte,in fi.& in hac
gl.3.ibi,fideicommiſſaria,non compendioſa,ut dixerunt qui
dam antiqui, volentes pro hoc probare compendioſam in
omne tp̃s fieri poſſe a non milite,ſed errauerunt ſecundum
Gof.de quo remittit Io.An.ad no.per ſe in c.1.lib.6. ſuper gl.
hic decidit,ibi,præcaria,in his q̃ hic deficiunt remittit Hoſt.
ad ſummam,e.u.§.quis ſit effectus,ſub.§.quibus aũt,& tõni-
bus ſequentib.Quadrageſimoſecundo quæro,quia de verbis
49 directis,† & obliquis,& communibus facta eſt mentio,quę
ſint illa.de primis dic,ꝙ verbum,hæres eſto,vel ſit hæres, eſt
directum,vt dicit gl.in l.precibus.Idem dicit Bart.in l.centu
rio,de verbo inſtituo; licet verbum ſubſtituo ſit commune,
quaſi ſit ſenſus in verbo inſtituo,qđ ſubſtitutus nõ capiat de
manu alterius,ſed immediate de manu ſua.Sed in verbo,ſub
ſtituo,ſenſus eſt magis gñalis,qa quõcũq; quis ponat̃ loco al
terius,dr̃ ſubſtitutus.Et ſecundum Bar.in l.centurio,ſolũ hęc
duo verba ſunt directa,& ciuilia.i.quæ nõ obliquãtur.l.hæres
eſto,vel inſtituo.Sed de verbo,moriatur,dicit,ꝙ eſt directũ,
p.c.1.ℑ,e,li.6 ubi hoc no.gl.in verbo,moreretur,dicit tñ Bar,
ꝙ non eſt ciuile,vnde vr̃,ꝙ æquiparet verbis cõmunibus de
quib.ℑ.e.q.& de hoc verbo,ẽt ſ̃.q.36.Et ꝙ ſit directum tenet
Bal.C.de ſac.ſan.eccleſi. l.fi.vbi dicit,quod ſignificat,ꝙ inter
mortẽ inſtitut,& ius inſtituti nullum ſit medium,& in ea.l,
idẽ Bal.ponit regulas de verbis directis obliquis,& cõibus,&
qđ ver.moriat̃,ſit directum,ẽt dicit idem Bal.C.de inoffi. te-
ſta.ex tribus.Item in eo,qđ dicit Bal.ꝙ verbũ,hæres eſto, vel
inſtituo,nõ obliquãtur,dic vt ſ̃.q.35. ꝙ etiam verba directa

pendioſa quæ valet iure directo ante pubertatem, & poſt pu-
bertatem iure fideicommiſſi,& quod eſt talis qualem caſus
attulerit,& ideo cum Adiecta deceſſerit facta pubes , verum
dicit gl.quod fuit fideicommiſſaria,quod ꝓbatur ℑ.ver. poſt-
modum,ibi,ex cauſa fideicommiſſi.& de hoc no.Io.An.ℑ.e.
c.1.lib.6.ſuper gl.hic decidit,& Hoſ.in ſum.e.§.quis ſit effe-
ctus,ſub §.quibus autem verbis, & tribus ſequentibus. Qua-
drageſimoquarto quæro, an potuiſſet Alterocha remittere
directe ius ſubſtitutionis.Gloſſ.dicit,quod ſic,& in eo, quod
dicit hoc incertum conditionis,dic.i.hanc conditionem quę
eſt incerta:quia poteſt ad utrumlibet ſe hr̃e, ſic ex ponit glo.
C.de pac.l.1.& pro conditione intellige ipſam ſubſtitutionẽ
ꝯditionalem,& in eo,qđ dixi,ꝙ põt ad utrumlibet ſe habere,
dic hoc ideo,qa põt ſe hr̃e ad eſſe ſi Adiecta deceſſerit ſine li
beris,& ad non eſſe,ſi deceſſerit cum filijs.dicit tñ gl.ꝙ ꝑ hãc
remiſſionem ur̃ fieri ꝯ uoluntatem teſtatoris. Item ur dari
occaſio captandæ mortis,dic;ꝙ nõ fit ꝯ uoluntatem defuncti,
qui hoc fieri non prohibuit.Item non continet uotum cap-
tandæ mortis,C.de tranſac.de fideicommiſſo,qa non ſit pa-
ctum de habenda hæreditate:ſed de non ꝑdenda,pro hoc,qđ
dixi de cõceſ.prębẽ.c.2.& qđ no.gl.C.de pact.l.1.Oppono ad
50 hoc,qđ nõ ualeat remiſſio,† qa nõ põt renũtiari iuri, quod
nondum competit,ff.de le.2.ita ſcriptũ,§. ſi ſub conditione.
Solu.ad hoc ut ualeat renũtiatio,debet fieri ꝑ pactum,ut no.
gl.in d.l.1.& dico,ℑ.de deci.ex multiplici.alias ſimplex repu-
diatio nõ ualet,ut in ꝯrio,& ff.de acqui.hære.is qui hæres.Rõ
differentiæ, quia repudiatio uallatur unius conſenſu tãtum:
pactum vero ꝯſenſu duorum,ff.de pact.l.1.§.pactum.Ita re-
miſſio nõ põt extinguere ius,qđ nondũ eſt,de deſpõ.impub.
ad diſſoluendum,ſed per pactum obligat̃ ad nõ petẽdum,qđ
fieri potuit,de hoc ẽt dico de deci.ex multiplici.Quadrageſi-
51 moquinto quæro.an † grauatus reſtituere hereditatem poſ
ſit alienare.gl.3.dicit,ꝙ nõ.idem no.12.q.1.duo ſunt, qđ in-
telligit Abb.niſi quatenus ꝯtingit eum rõne ſuæ partis.ſ.ter-
tię,& quartę ℑ.e.Raynaldus,& ꝯſueuit poni in inſtr̃o, quod
uult illud eſſe de legitima,uel quarta ſua.Op.ad hoc C.com-
munia de leg.auth.res.Gloſ e.ſoluit,ꝙ ibi ponuntur caſus ex
cepti,nec enumerat,ſed ſunt in aſſignatione dotis, & dona-
tionis propter nuptias. Et dicit Hoſti.idem licere propter ca
ptiuorum redemptionem,uel propriam indigentiã,in Aut.
de reſti.§.ſi uero,& ipſam quartam,& ſe.8.col.ſed illud ueiũ
cum rogatur reſtituere quod ſupereſt,de quo dic,ut no. in d
auth.res,& in hac gl.in fi.& ibi dixi aliqua,quę hic no.Hoſ.

Ver.mortuo.

Tutores, teſtamentarii, ut patet in
antiqua. Iure lombardo.h.d.ut ex
cludat galicanum,per quod ſuperſtites ſuccedũt in omnibus
bonis, ſicut dr̃ in Sicilia contrahi iure francorum.Goſ.tradi-
derunt in coniugem,& ſi uis dicere,quod tenuerit matrimo
nium,dic,quod puella erat pubes quo ad matrimonium ex
uiri potẽtia: licet non quo ad numerum annorum:alias non
potuiſſet eſſe ſub tutela.Abb.In pace.id eſt ſine aliqua inter
pellatione,uel interruptione,& de hac de pręſcrip.illud.No.
quod tutor conſtituit dotem puellę.C.de epiſco.audi. iã do-
52 mentis. Ab.Opp.quod euanuerit ſubſtitutio,† ex quo Adie-
cta ſuſcepit prolem.C. quando dies le. ce. cum uxori, ubi
legatum factum,ſi filium habuerit,non euaneſcit filio mor
tuo.Solutio.teſtator ſubſtituendo hic ſe retulit ad tempus
mortis per illa uerba,ſi abſque liberis moreretur.Sed ibi ad
ortum filii, non ad mortem legatarii, ad idem.C.de poſthu.
hæredi.inſti.l.aborſu.& l.ſe.& ſecundum hæc intellige quid
hic dicitur in gl.qui deceſſit.Et in ea ibi non habetur ad qđ
tempus ſe retulit teſtator, ut nunc dixi. ibi nepotem, etiam
ex filia;ut eo.l.prima,& idem ſi pronepotem, uel poſthumũ
reliquiſſet, ut in §. ſinautem. Secundo oppo. quod Adiectę
debuerit ſuccedere Alterocha ab inteſtato in omnibus,bonis
& non maritus Adiectę,C.de fideicom.ſi in perſonam, Glo.
& intelliget.ſoluit intelligendo, quod adiecta inſtituit mari
tum,uel dic,quod maritus lucrabatur bona uxoris pręmo-
rientis iure lombardo, & de hoc eſt caſus in lombarda, quę
eſt liber continẽs leges quas promulgauerunt lombardi,quę
multo tempore regnauerunt in Italia,& dicit Ian.ꝙ ibi ſpe-
cialis

Digitized by Google

1 *Fideicommiſſum dicitur ſubſtitutio.*
2 *Litis conteſtatio fit per exceptionem.*
3 *Hæres audiri non debet poſt terminum ſibi datum ad deliberandum.*
4 *Res data in dotem quo titulo vſucapiantur.*
5 *Aeſtimatio ſimilis eſt emptioni.*
6 *Legatario competit triplex actio.*
7 *Succeſſionis prima cauſa eſt deſcendentium.*
8 *Lucrum dotis quale ſit in lombarda.*
9 *Hypothecaria quanto tempore tollatur.*
10 *Fides mala tradentis non nocet.*
11 *Sententia ferri debet in perſonam procuratoris procuratorio nomine domini.*
12 *Conſuetudo habet vim legis.*
13 *Dictio, etiam, eſt implicatiua.*
14 *Sententia poteſt pro patre probari, & pro parte improbari.*
15 *Prouocatio, & appellatio ſæpe accipiuntur promiſcue.*

Ver. poſtmodum. Filium, quem tempore teſtamenti Ray. geſtabat in vtero. Goſ. Et forte Alterocha erat tutrix filij, qđ eſſe poteſt de appella. ex parte. ſecundo, ubi de hoc, petierunt, in ſcriptis oblato libello ſecundum Hoſtien. qui remittit de lib. ob. cap. primo, diuturnum, hęc tria allegauit tutor, ſed non probauit. Tan. filios, pupillos, eiuſdem Petri ex ſecunda vxore, trebellianum, bona allegatio. ff. de vulg. & pup. cohæredi. §. cum filię. Lan. & Goffre. omiſit autem tutor de legitima, quæ poſtea fuit per Card. adiudicata. Hoſtien. Nota de ſubſtitutione fideicommiſſaria, ibi, fideicommiſſi, & ſic dicitur quaſi fidei hæredis ſit commiſſum, vnde olim non dabatur actio, ſed ſolum, ne pudorem incurreret, reſtituebat hæres, inſti. de fideicom. hæredi. primo reſpon. & §. primo, hodie ſic, vt ibi.
1 † Secundo no. quod fideicommiſſum dicitur ſubſtitutio, ibi vel ſubſtitutionis, & dic, vel, pro id eſt ſubſtitutionis fideicōmiſſariæ, & ſic dictio, vel, non ſapit hic incertitudinem, nec diſtinguit. Ideo dicit Hoſtien. quod hic admittitur in libello, alias non admitteretur, niſi ex forma obligationis, vel ratione incertitudinis, aliud eſſet dicendum, de reſtitu. in integrū
2 conſtitutus, ubi de hoc. Tertio nota, quod per exceptionem fit litis conteſtatio, quod colligunt aliqui ex verbo dicente, ſed non eſt verum, quia excipiens non fatetur nec negat, regula exceptionem lib. ſexto, & probatur de lit. conteſt. cap. ſecundo lib. ſexto, nec contrarium colligitur hic. Quarto not. ibi, longi temporis: vt glo. longum, & in ea ibi ſuper longi temporis præſcriptione, quæ decem, vel 20. annorum ſpatio introducitur. Quinto no. cautelam boni aduocati in reſeruando meliorem allegationem in fin. ſic fuit hic factum, ibi, in ſuper allegabat. Hoſt. Oppo. in eo, quod Alterocha, & filius petierunt bona quondam Raynutij ex cauſa ſubſtitutionis, in qua petitione non veniebat tertia matris, & auiæ, de quibus ſequitur. ergo non expediebat illas deduci. Soluit Innoc. quod illæ tertiæ non fuerunt ſeparatæ de bonis Raynutij, eo uiuente, nec eo mortuo, & quod infra dicitur de donatione, & vēditione harū tertiarū, đt Inn. ſe nō intelligere, ꝙ donatę fuerint, vel venditæ certæ res propter dictas tertias: ſed ius quod habebant mater, & auia in bonis Raynutii ratione illarum tertiarum: alias ſi has tertias ſeparatas habuiſſent oportuiſſet, quod non ex cauſa ſubſtitutionis, ſed fideicommiſſi, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato prædicta quęrerent, idest peterēt in libello. Al.j dicūt, ut refert Inn. ꝙ Alterocha petijt ius qđ habēbat in dictis tertijs, ſed dicit hoc non eſſe veriſimile. pcedēs ergo ſolutio verior. Scđo op. in eo, qđ petebaī reſtitutio ex ui ſubſtitutiōis. Nā euāuerat ſubſtitutio facta Adie

Alterochæ, & filio datam fuiſſe ad deliberādum an adire vel-
3 lent, † quo lapſo non erant audiendi. ff. de acquiren. hæredi. quamdiu. arg. ff. de opt le. mancipiorum, & forte uolente patre datum fuit tantum tempus, cum ſufficerent nouem menſes. C. de iure delibe. ſcimus. §. ſed quia, ſuccubuit autem tutor: quia hoc non probauit, ſed hæ ſunt diuinationes, vel forte ſecundum Hoſtien. opponebatur annalis præſcriptio ad ius offerendi pro tertia vendita per Adelaſiam, quam forte ſolebat Alterocha recuperare, offerendo prætium, dicens ſe habere hoc ius offerendi tanquam proximior, & hoc ex conſuetudine, pro hoc de in integ. reſti. conſtitutus, & hoc etiam eſt diuinare, & primum plus placet Hoſtien. in quo non expedit inſtare, ex quo ſuper hoc nihil determinatur: oportet tamen intelligi quod de iure ſpeciali competebat hæc præſcriptio: quia non eſt credendum quod allegata fuiſſet annalis præſcriptio, quæ olim competebat, & hodie ſublata eſt, vt prædixi: pro hoc eſt quod dixi ſuper litera, in ver. diuturnum. Quarto opp. in eo quod fuit appoſita vſucapio pro dote.
4 † Nam res quæ dantur in dotem potius vſucapiuntur ti. pro emptore. ff. de vſuca. pro dote, lege prima. Gloſſ. tunc prodeſt, ſoluit, quod aut dantur ineſtimatæ, & procedit uſucapio pro dote, aut æſtimatæ, & procedit vſucapio pro emptore. Hoſtiē. dicit quod cum res inæſtimata datur in dotem eo animo quod ſtatim ſit accipientis, locum habet ti. pro ſuo, ante nuptias, & præſumitur in dubio ſic tradita. ff. de iure do. dotis fructus, & l. ſe. poſt nuptias non locum habet ti. pro dote. ff. de vſucapi. pro dote. l. prima, & hoc ſi de iure & de facto interceſſit matrimonium. Nam ſi de facto tantum, locum habet pro ſuo. ff. de iure do. proculus. Refert Hoſtien. alios dicere, quod ſi iuſtus error interuenit locum habet pro dote. Si autem res dentur æſtimatę, quidam, ut refert Hoſtien. dicunt illas ante nuptias non vſucapi. ff. pro dote. l. ſecunda. Secutis ve-
5 ro nuptijs vſucapiuntur pro emptore: quia † æſtimatio ſimilis eſt emptioni. ff pro emptore. l. ſi. & l. litis, ſic intelligunt. C. de iure do. l. prima, & l. quotiens, de rei vxo. act. l. una. §. cumque ex ſtipulatu. Alij dicunt, ut refert Hoſtien. quod ſi eo animo dantur ut ſtatim fiant accipientis, vſucapiunt pro ſuo, ſecutis nuptijs pro emptore, ut dictum eſt, niſi dētur eo animo ut non ſtatim fiant accipientis, ſed demum ſecutis nuptijs, tunc enim ante nuptias non uſucapiuntur. ff. pro dote, lege ſecunda, pro ſuo, lege prima. Azo in ſum. C. de vſuca. pro dote, coniungit vtranque opi. quod placet, quia non ſunt contrariæ, & in hac glo. tunc prodeſt. ibi. l. una. Res mobiles in dotē datę, licet alienæ ſi ſine uitio bona fide fuerūt acceptæ, vſucapiuntur pro dote. Quinto opp. ad hoc, quia æſtimatio habet tacitam conditionem, ſi ſecutum fuerit matrimonium, ergo impeditur vſucapio ante nuptias, cum ſit in pendenti. ff. pro emptore, lege ſecunda, §. ſi ſub conditione. Soluit Hoſt. quod talis conditio non facit æſtimationem conditionalem, argu. ff. de condi. & demon. conditiones extrinſecus, licet alij contrarium dicant, ut refert Hoſtien. Ex his quo ad hoc cap. dicit Hoſtien. quod ſi dos fuerat æſtimata male agebatur. Si inæſtimata, adhuc idem, quia conſtante matrimonio non potuit vſucapere non alienum, nec matrimonio ſoluto, quia tunc ceſſat uſucapio pro dote. ff. pro dote, l. prima, ante fin. facit quod not. de dona. inter uirum, & uxorem, per veſtras, de hoc, in eo quod dicit, conſtante matrimonio non poſſe dotem vſucapi, hoc procedit ſi dos erat mulieris. non ſi erat aliorum: quia tunc uir uſucapit in præiudicium aliorum. C. de vſucapio. pro dote. l. vna. quia uero hic dos conſiſtebat in bonis quondam Raynutij, quæ non negabantur fuiſſe Adiectæ, uidetur procedere dictum Hoſtien. quod hic non habuit locum vſucapio pro dote, nec de hoc multum curandum an locum habuerit an non: quia nihil de hoc infra determinatur, tamen reſpectu tertiæ quæ debebatur Cleræ, & Adelaſiæ, ſi non interueniſſet donatio & uenditio de

Digitized by Google

6 illud nota,& ſeq.quod legatario † competit triplex actio. ſci
licet,ex teſtamento:vt dicit glo.& hypotheca,& rei vendica-
tio.non tamen in vno,& eodem caſu,ſed in diuerſis.Si enim
legatum eſt in ſpecie,& res eſt teſtatoris adita hæreditate cō-
petunt hæ actiones, ff. de condi. fur. ſed nec legatarius,inſti.
de lega.§.noſtra,quia ab adita hæreditate dominium rei lega
tæ tranſit in legatarium,ff.de fur.a Titio.de lega.primo,ſi tibi
homo.§.cum ſeruus,& legatario qui factus eſt dominus cō-
petit rei vendicatio ratione poſſeſſionis quam non habet. de
iudi.examinata,ff.de rei vend.officium,de tritica.l.ſecunda.Si
vero legatum eſt in genere:puta ſerui, vel equi in genere. tūc
competunt duæ:i.ex teſtamento,& hypothecaria. quandoq;
competit tantum exceptio vnica,vt ſi legaui debitori meo li-
berationem,contra quem habebam vnam actionem tantum
ff.de lib.leg,quod mihi,vt in poſſ.le.l.prima,§.ſi debitor. Si ve
ro res legata aliena ſit,competunt duæ actiones,perſonalis,&
hypothecaria.C.communia de leg.l. prima. Et dicit Hoſt.ꝙ
licet quandoque tres actiones competant modo prædicto,
non tamen omnibus ſimul agi poteſt:ſed vna quæ magis ex
pedierit,eligenda eſt ff. de lega.ſecundo,cum filius,§.varijs,de
hoc de conceſ.præben.cap.primo,§. econtra libro ſexto.Et in
hac gloſſ. tunc prodeſt, ibi l. prima,ſic incipit, cum hi qui fi-
deicommiſſis,vel legatis honorati ſunt plerunque perſona-
lem habere noſcantur actionem,ibi,inſtitu.de le.in princi.ibi
liceat legatarijs id proſequi non ſolum per actiones perſona-
les per in rem hypothecariam,ibi, in rebus, vide de præſcrip.
cum non liceat,in vlt.gl Octauo opp.ꝙ mater vel vxor Ray.
7 non potuerint petere tertias,quia † excluduntur a filiabus
Rayn. in authen. de hæredi.ab inteſta. in princ. ubi dicitur,
quod prima cauſa ſucceſſionis eſt deſcendentium:& ſic filię
Rayn.præferuntur matri.Item vxor Ray.excluditur,C. vnde
vir,& vxor,l.vna:vbi dicitur,ꝙ vxor ſuccedit deficiente paren
te liberorum,& propinquorū legitima,& naturali ſucceſſio-
ne.Gloſſ.ſed quid,ſoluit,ꝙ iſtud erat de conſuetudine ciuita-
tis,ex qua matri,& vxori deferebatur tertia in bonis mariti:
ſubaudi,& filij, dicit tamen glo.etiam de iure quandoque de
fertur vxori quarta in bonis mariti, ſi ipſa eſt inops. C. vnde
vir,& vxor,authen.præterea,ubi dicitur,quod ſi maritus de-
functus erat locuples,& vxor ſuperſtes erat egens,vt quia ma
trimonium fuit abſque dote,ipſa ſuccedit cum liberis com-
munibus,vel alterius matrimonij in quarta, ſi ſunt tres, vel
pauciores ſi plures,in virili,ita tamen,vt liberis eiuſdem ma-
trimonij ſeruet proprietatem, ſi extant, ſed eis non extanti-
bus potietur dominio.Excipit etiam glo.caſum, cum vir di-
miſit vxorem.C.de repudijs,iubemus,§.primo, vbi dicitur
quod ſi vir habeat quadringentarum librarum ſubſtantiam,
vel amplius, ſatis eſt ſi centum libras præſtat mulieri: ſi mi
nus,præſtat quartam.Sed nec ille,§.nec authen.præterea,tan-
gunt caſum huius cap.quia hic de tertia,non de quarta.Item
hic nihil dicit de inopia,vel repudio.nec etiam gloſſ.perſiſtit
in hoc,ſed dicit verius eſſe,quod tertiæ hic concedebantur iu
re lombardo:vt in tex.Et quid contineat in lombarda.dic, vt
8 in gloſſ.Et in eo,quod glo.dicit in lombarda † contineri,q̄d
ſi vir moritur vxor lucratur tertiam partem bonorum mari
ti.dicit Ab.quod ibi cauetur de viuſfruc.tantum lucrādo.alle.
in dicta lombarda.ti.de his quæ a viro vxori.l.prima,in fi. Io.
Andrea. dicit,ꝙ ibi hoc non dicitur,& verum dicit. Nam ibi
in dicta l.fin.tantum dicitur,quod qui reliquit vxorem, & fi-
lios ex ea,poſſit vxori relinquere medietatem de ſua ſubſtan-
tia pro viuſfru. & non vltra. Si autem reliquit filios ex alia
coniuge,tunc poſſit vxori relinquere vſumfructum pro vna
virili,ſecundum numerum filiorum.Ibi ergo nihil dicitur de
decedente ab inteſtato, nec de proprietate, dicit etiam Ioan.
And.quod ſi in lombarda dictum fuiſſet,ut dicit Ab.non ua
luiſſet uenditio, & donatio facta per uſufructuarios, de pro-
prietate.Hoſtien.dicit,ꝙ lombarda bene loquitur de uſufru-
ctu:ſed dilatata erat per conſuetudinem ad proprietatem, in
quo inſtare potius eſt facti quam iuris.Pro Hoſtien.tamen fa
cit litera, in eo, quod iudex præcipit illas tertias deducendas
ſecundum conſuetudinem.Quicquid ſit, præſupponere de-
bemus, quod hoc ius competebat matri, & uxori tanter,

licet poſſit agere contra fiſcum intra quadriennium, dicta l.
ſecunda,tamen contra eum qui acquiſiuit a fiſco, nulla com-
petit actio:ut ibi. Si autem cauſam habet ab exactore tribu-
torum, ſpectantur ſex menſes, C. de cenſi.l.fin. lib.11. ubi ſi
peræquator.ideſt,officialis ad hoc deputatus,qui prædium de
ſertum æqua penſione pro tributo alii aſſignat: dedit præ-
dium alicui ſub tributo:non auditur uolens dicere de aliquo
iure quod in eo habeat, niſi uſque ad ſex menſes.Sed ſi poſſi-
dens cauſam habet a debitore,uel eius hærede, titulo ſingu-
lari.Aut habet bonum, & iuſtum,titulum,& ſpectatur præ-
ſcriptio longi temporis.C.ſi aduerſ.credi.l.prima,& ſecunda,
& ſic quo ad hypothecariam poteſt intelligi quod hic dici-
tur de præſcriptione longi temporis ſecundum Hoſtiē. Aut
alterum,ideſt bona fides,uel iuſtus titulus deficit,& ſpectatur
præſcriptio.triginta annorum, C.de præſcriptio.triginta an
10 norum,ſicut.Oppo.ad hoc,quia non nocet † mala fides tra-
dentis,ff.de uſucap.ſi quis fundum,§. fin.de diuer. & tempo.
præſcriptio.an uitium,inſti.de uſucap. §. quod autem. Solu.
illud quo ad proprietatem,non quo ad hypothecariam,ſecū
dum Azo.imo ſecundum Hoſtien hodie eſt correctum. C.
de præſcriptio.longi.tempo.l.prima,& authen.ibi aſſignata,
& dic,quod uitium tradentis hodie nocet, in tantum, quod
ſi dominus ignorat ius ſuum,& alienationem factam, expe-
dit,quod præſcribatur ſpatio triginta annorum, C. de long.
tempo.præſcriptio. authen. malæfidei, quo ad publicianam
autem quæ competit ei qui emit a non domino rem bona
fide,non nocet mala fides tradentis.ff.de publi.ſed & ſi res,§.
prætor,no.de re iudic.abbate,libro ſexto,in gloſſ. videtur. In
eo autem,quod dixi, præſcriptionem procedere cum mala
fide. Illud habet locum de iure ciuili: ſed de iure canonico
nec olim nec hodie ualet,de pręſcriptio.capitulo finali.

Ver.dictum. Deducta, integraliter, & in hoc cor-
rigitur ſententia. Item intelligas in
tertia.Adelaſię uiro futuro.Ioan.dic proprie,ſed Ioan. intel-
lexit, quod Raynutius donauerat.tu dic, quod Clera. Ioan.
And.fecerat Ad ectę,de Alterocha, & ſobole cogitaſſet, ſed
etiam ſi cogitaſſet,non tamen matri uel uxori pręiudicaſſet,
niſi aliud eſſet de iure lombardo.Innocen.pręcepit,hoc uer-
bum habet uim ſententię. de uerbo. ſigni. in his extraneis,
quaſi dicat nedum ſuus qui debet eſſe melioris conditionis,
86.diſtinctione,non ſatis.Nota,quod condemnatur tutor no
11 mine tutorio pupillorum,facit ad illud,quod ſententia † de
beat ferri in perſonam procuratoris procuratorio nomine
domini.de elect.quęrelam, ubi de hoc. Secundo nota, quod
ſtatur conſuetudini, in quibus rebus fiat deductio quarta-
12 rum.† pro hoc,quia conſuetudo habet uim legis,de conſue.
ca.fi.& no.ſecundum Inn.inſpiciendam conſuetudinem par
tium,facit ad no.12.diſtinct.illud,& de hoc dico,ſupra de con
13 ſue.cap.final.Tertio nota,de dictione † etiam , a quæ eſt im-
a plicatiua,de conſti.cum omnes, ubi dixi. Oppono, quod ua
luerit uenditio facta Petro per Adelaſiam,nec potuerit reuo
cari: quia per traditionem Petrus factus fuit dominus, inſtit.
de re diuiſio. §.per traditionem.C.de pact. traditionibus. So
lu.ut dico.ſ.eo.c.uer.cum autem.

A D D I T I O.

a De dictione etiam. Adde doct. in clem. 1. de præben. Car.in clem.religio-
ſus.de procur. Abbas in.cap.1.de commo.in ſecundo notab.Cald. in tit.de
præben.conſ. 4.

14 Ver.ſed vtraque. No.ꝙ pars † poteſt approba-
re ſententiam pro parte, &
pro parte reprobare,ad hoc de arbi. cum tempus. Secundo
no.ꝙ ſententia poteſt pro parte ualere,& pro parte non uale
re.de hoc de conuer.coniug.placet. Oppo. in eo, quod dicit,
15 ꝙ utraque pars prouocauit.Nam prouocatio,† eſt extra iu-
dicium.de ap.cum ſit.Solu.expone prouocauit,id eſt appel-
lauit.Nam ſepe accipiuntur promiſcue.de app.ut debitus,ibi
non prouocet.id eſt appellet.

SVM-

Digitized by Google

1 tris,& auiæ.Goffre. † Not. ꝙ auditor non pronuntiat niſi de
hoc habeat mandatum,ibi,de mandato.de officio deleg. ſu-
per quæſtionum,§.intentionis, 2.§.ſe.Secundo no. modum
pronuntiandi per iudicem ad quem,ſcilicet,vt pronuntiet be
ne appellatum,& male iudicatum:vt hic:ſic econuerſo quã-
doq; pronũtiat male appellatum,& bene iudicatum,C.de ap
pel.eos.An autem rite condemnet,dico,J.eo.Raynaldus,ver.
dilectus,in tertio contra.Oppo.quod non debuerit reuocari
2 donatio, nec venditio,quia contractus † perfectus non reuo
catur, quia ab initio eſt voluntatis, poſtea neceſſitatis, C. de
acti.& obl.ſicut, ad hoc ſupra de dona.capitu.fin. de empt.&
vend.cum dilecti.in quibus patet,quod certis caſibus reſcin-
di poteſt venditio,quia inofficioſa:ergo regulariter ſecus.Gl.
potuerat,ſibi,ſed quare,ſoluit,quod reuocatur hic donatio,
quia inofficioſa:de venditione dicit,quod non valebat:quia ſi
mulata,& in fraudem facta prætio non ſoluto,& idem Hoſt.
vel quia iſtis ſolutionibus aliqua obſtare videntur quæ ſtatim
ſubijciam.Solu.glo.ſecundo,quod donatio, & venditio fue-
runt factæ in morte,& idem no.J.de ſepul,de his,in gloſſ. r.
ſed hæc diuinat.Tertio ſoluit Innocen. ꝙ erat de iure lom-
bardo, quod vxor ſuperuiuens per nullum contractum po-
terat alienare tertiam ſibi obuenientem a marito, quin de-
ſcendentes haberent legitimam,& de his in tribus ſequenti-
bus contrarus,& in hac gl.ibi,l.prima,parentibus,& liberi de
inofficioſo licet diſputare, quaſi factum ſit contra officium
pietatis: vt in l.2. Ibi,filius qui,alias filio, filius agit contra fra
trem inſtitutum de inofficioſo matris teſtamento. Idem ſi
pater eius legatum accepit ex teſtamento matris,vel eius hæ
res fuit,licet ipſe filius ſit in poteſtate patris: vt l.ſequenti. ibi
l.1.ſi mater donationem inofficioſam fecit,vel in liberos,vel
extraneos, competit quærela ad legitimam.ibi, vnde ſi pa-
rens, ſi pater in aliquem,vel in aliquos liberos fecit donatio-
nem immenſam, quiuque tamen habebit legitimã ſuam.
Secundo oppono ad primam ſolutionem , quo ad id quod
3 dixi de inofficioſa donatione,quia quærela † inofficioſę dona
tionis ſimilis eſt quærelæ inofficioſi teſtamenti. C.de inoffi.
dona. l. fin. Sed quærela inofficioſi teſtamenti rumpit teſta-
mentum,ita,quod obtinens in ea ſuccedit in totum,C. de li-
be.præte.maximum,& authen.ex cauſa.de inoffi. teſta. quo-
niam, ergo Alterocha non ſolum legitimam , ſed & dimi-
diam hæreditatis habere debuit.So.ſecundum Io. An. licet l.
fi.præal.aſſimilet has quærelas: ſunt tamen in multis diſſimi
les,primo,quia quærela inofficioſæ donationis datur tantum
ad legitimam:ut hic,& C.de inoffi.dona.l.2.& l.ſi totas,cum
quatuor ſequentibus,ſed inofficioſi teſtamenti datur ad to-
tum,vt probatum eſt.Ita illa inofficioſi teſtamenti prouenit
ex teſtamento tantum,inſti.de inoffi. teſta. primo reſponſo.
Iſta vero ex teſtamento,& ab inteſtato.C.de inoffic.donatio.
l.1.2.& 3.Item illa contra hæredes,hæc contra hæredes,& ex
traneos,ff.de inoffi.teſta. papinianus,§.ſi imperator.Item illa
currit tempore aditæ hæreditatis,hæc a morte donatoris, li-
cet quidam dicant, quod tempore donationis ſi filius erat
emancipatus , ſed primum verius, C. de inofficio teſta.ſci-
4 mus, §.fina.de anna.except.l.prima,§.fin. Tetio oppo.ad hoc
quod imo quærela inofficioſæ donationis detur etiam ad
aliud quam ad legitimam,ff.de leg.ſecundo.Titia ſeyo.§. im
perator.Sol per ea quæ dixi de donatio. capitulo fin. Quarto
oppo.ad eandem primam ſolutionem de qua ſupra in pri-
mo contrario , in eo quod dixi, venditionem fuiſſe ſimula-
tam, tunc enim debuiſſet in totum reuocari.ff.de lega.ſecun
do,Titia ſeyo.§.imperator. de donatio.inter vi.& vxorem, ſi
ſponſus, §. circa.C.plus valere, quod agitur, in rubro , & ni-
gro. de pignor.illo vos, de empt.& vendito.ad noſtram.So-
uit Hoſtien.præmittẽdo,quod miratur de hoc tex. quia vide

fraudulentus,vt hic,& ff.quæ in frau.cred.omnes,§.1.& ideo
competit quærela filijs,vel alijs,qui ſunt in eorum loco quan
tum ad detrahendum bonorum ſubſidium.Nam etiam dicit
lex,quòd ei qui non habet quartam dabitur rei vendicatio tã
contra emptores,ꝗ alio modo res accipientes.in Aut.de reſti.
§.pen.quia in ea grauari non poteſt.in Aut. de reſti. & ea quæ
parit. §.quamobrem. Id tamen, quod ibi dicitur ſolum pro-
bat,quod filius non poteſt grauari in legitima: & nihil proba
tur ibi de hoc,quod hic quæritur,an filius poſſit reuocare cõ-
tractus factos per patrem ex titulo nõ lucratiuo,& de hoc dic
6 vt in ſequenti quæſtione.Quæro circa hoc,† ſi is qui patrimo
nium vendidit, & is qui emit,habet malam fidem in contra-
hendo: ſed in æſtimatione,& ſolutione quilibet habet bonã,
quia iuſte æſtimatur,& plene ſoluitur : an reuocabitur. qui-
dam,vt refert Hoſtien. quorum fuit diſtinctio de qua in præ-
cedenti contrario , dicunt , quòd forte reuocabitur,quaſi vo-
luerit is qui ſoluit tantum de ſuo donare,ff.de regul.iur.cuius
per errorem,de condic.indebi.l.1.pro emptore, qui fundum,
§.ſi ſeruus.in fi.nec videtur celatus,qui ſcit,&c.ff.de actio.em
pti.l.1.§.fin.vel ſecundum eos aliud forte in venditione, quã
in donatione: quia præciũ obeſt emptori,in donatione nõ ſuc
curritur ergo habenti cauſam oneroſam : non autem haben-
ti lucratiuam . Non enim eſt par eademque ratio.C.de codi-
cil.l.fina.de iure delib.ſcimus.§.licentia.hæc diuerſitatis ratio
videtur exprimi inſti.de leg.§.ſi res.argu.ff.de re. & ſump. fu-
ne.& ſi quis,§.ſecundo. Op.ad hoc,& ad tex.quia aut emptor
prouidit de euictione ſibi , & non habet quid conquæri ſi re-
uocetur,niſi velis dicere eum habere exceptionem pacti , vel
doli mali contra filium qui agit ad legitimam per quam poſ-
ſit ſe tueri,ne venditio reuocetur,cũ hæres eadem perſona cũ
defuncto intelligatur . cum ergo defunctus, & ipſe emptor
7 fuerint in pari dolo, dolus † cum dolo compenſetur.ff.de di
uer.& tempor.præſcript.cum hæres.de doli except.apud Cel-
ſum,§.de authoris,& §.ſi quis autem.de dolo,ſi duo. Aut non
proſpexit,& tunc non aget de euictione,& imputetur ſibi.C.
de euic.ſi fundum.Hoſtien.forte propter hoc contrarium vi-
detur recedere a ſuperius dictis.& refert alios dicere, quòd ſi-
ue interuenerit bona fides,ſiue mala , ſemper agit filius , vel
alius qui eius loco eſt,ad legitimam. Ad id quod dictum eſt,
quòd mala fides venditoris debet nocere hæredi ſuo legitima,
& quòd mala fides vtriuſque compenſetur, dicit Hoſt. quod
hæc obiectio procedit in contractibus, non in officijs: ſed ſi
ſunt inofficioſi,non ſuccedit hæres in vitium , nec in malam
fidem: alias eſſet parata via ad fraudandum filium legitima ,
quod eſſe non debet.argum.C.de indic.vidui.tollen. l.2. in fi.
de diuor.quanto,ad fi. Nam legitima ſubiacet reſtitutioni ,
nec in ea poteſt fraudari filius,& eam habet a lege,ſiet ergo la
ta interpretatio.de conſue cum dilectus,vt quod princeps de
dit nullo modo auferat priuatus. in Auth.de nupt. §. de aug-
mentis. ver. ſed hoc quidem. in fi. & ſic ſemper aget filius cõ
tra emptores,qui omnia emerunt , niſi venditio ex neceſſita-
te facta eſſet : quia licuiſſet etiam filium diſtrahere. C. de pa-
tribus qui fil.diſtra.l. fina.Ipſe tamen Hoſtien.dicit, quicquid
dicatur,quod hic dicitur,procedit, quando venditio fuit , vel
præſumitur fraudulenta.dic , quòd filius poteſt fraudari legi-
ma,ſi defunctus tempore vitæ per contractum inter viuos ex
cauſa oneroſa tranſtulit bona in alium , etiam ſi tranſtulerit
hoc modo,vt poſt mortem illi cedant.ff.de bon.au. iudi. poſ-
l.hæreditarium,& per illam l.hoc tenent ibi Dy.& Bar.qd tñ
quandoq; fit non cum bona conſcientia,nec proditum eſt re
medium contra contractus ex cauſa oneroſa factos . Nam de-
8 betur † legitima deducto ære alieno,& libertatibus,& funeris
impenſa.ff.de inoffi.teſta.Papinianus.§.quarta tamen ſi vendi
tio fuit facta in fraudem filij,ſi erat filius arrogatus , reuocat
alienata vſq; ad ſuam legitimã.ff.ſi quid in frau.pa.l.fi. de filio

tet,quod Adeiana haberet aliud,pro hoc quod dixi in proxi
mo cõtrario.Ideo potuit reuocari,vel poteſt dici,ꝙ hoc ope.
rabatur ius ſpeciale,quod erat in loco,vel ius lombardum.de
quo ſ.e.ver.in 1.contrario,vel dic hoc eſſe de iure canon.co
propter æquitatem,vt reuocetur vẽditio inofficioſa, ſicut do
natio,quatenus per eam minuitur legitima,& hoc tenet Bal.
in d.l.2.ſi quid in frau.pa.quod tñ nõ eſt tutum dicere. Nam
alio reſpectu eſſet iniquum priuare parentes poteſtate cõtra
hendi.Ideo placet,quod prædixi:alias non potuiſſet reuocari:
& quia hic non aperitur ex qua cauſa non teneret venditio,
ſed ꝑſupponitur,ꝙ fuit in cauſa reuocationis,.non expedit in
hoc inſtare.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi grauato competit quarta de reſtituenda hæreditate.*
2 *Fructus percepti ex hæreditate computantur in quartam trebellianicam.*
3 *Quarta qua detrahi poteſt de hæreditate quotuplex ſit.*
4 *Quarta prima cui debeatur.*
5 *Pater filijs ſubſtituere poteſt in quarta debita iure naturæ.*
6 *Quarta iure naturę debita quota ſit.*
7 *Pater an teneatur relinquere filijs tres partes ſubſtantię ſuę, quarta ſuo arbitrio reſeruata.*
8 *Quarta an ſit aucta in aſcendentibus,ſicut in deſcendentibus.*
9 *Quarta iure naturæ an ea computentur quę obuenerunt a defuncto.*
10 *Quarta trebellianica cui competat.*
11 *Trebellianica vnde appelletur.*
12 *Trebellianica quomodo detrahatur.*
13 *Rogatus reſtituere hęreditatem an detrahat quartam.*
14 *Trebelianica quid imputetur.*
15 *Falcidia quando competat.*
16 *Falcidia vnde dicatur.*
17 *Falcidia quomodo detrahatur.*
18 *Hęres adiens ſine beneficio inuentarij tenetur ad integra legata,& debita ſoluenda.*
19 *Fructus reſtitui debent a tempore litis conteſtatæ.*
20 *Liberi primi gradus non tenentur imputare fructus in quartam,*
21 *Lex iubemus.C.ad Trebel.declaratur.*
22 *Interpellatio extraiudicialis ſufficit ad conſtituendum debitorem in mora.*

Ver.in eo. Per trebellianicã q̃ cõpetit Adiectę iure
inſtitutionis. Goff.Cõſiemauit,cũ mode
ratione quę ſequitur,eo.alias eius Alioquin.i.ſi fructus pce-
1 pti nõ ſufficiunt ad quartam, & fructus eius.† No. ꝙ hæredi
grauato de reſtituẽda hæreditate cõpetit quarta ꝑ trebel. qđ
ſm aliquos procedit,ẽt ſi pauperibus facienda ſit reſtitutio:
vt no.J.e.c.1.lib.6.in gloſſ.ergo q̃a.ſed cõiter tenet ꝯtrium, de
quo ibi,& C.ad trebel.ſi,vt allegas‘vbi de hoc. tenet gloſſ. &
2 Bar.ff.ad trebel.Marcellus,& Bald.C.de epi. & cler. id quod,
3 q.17.& J.q.9.† Secundo no.ꝙ fructus percepti ex hæreditate
computantur in quartam trebellianicam , & quo ad caſum
huius c.pone exemplum,vt ſi quarta cõſiſtebat in quatuor,
de quibus potuiſſent haberi in fructibus, pone duo, videbit,
an fructus percepti ex reſiduo hæreditatis excedant ſex,& ni-
hil poterit peti nomine quartæ.Si autem ſunt citra ſex, puta
quatuor,petentur duo.& de hoc in gl.ex quo,& dico de fru-
ctibus perceptis ex reſiduo hæreditatis,quia omnis quarta de
betur cum ſuis fructibus,ff.ad trebel.in fideicommiſſaria, in
gl.prima,in fine.q̃ allegat iura hæc probantia , & ſic fructus
quartę nõ imputãt, qđ ẽt probatur hic,ibi,ad quartã,& fru-
ctus,eius.de hoc ẽt ĩ ver.q̃a vero.q.prima.Op.in eo qđ dr̃ hic,
ꝙ fructus percepti a Petro prædicto poſt mortẽ Adiectę cõ-
putentur in quartã.Nã Petrus primo erat mortuus,vt ſ.eo.c.
ver.mortuo.in fine.Soluit Inn.qđ iſta litera,ibi,Petro ꝑdicto
& filijs eius:nõ eſt integra,nec debet eſſe, cũ P.eſſe mortuus:
ut prædixi.Sed ſi vis ſuſtinere literã,dicit Inn. dicendũ, qđ ẽt

...
& non filijs ante lit.ſit. conteſta.eſt ſecundum Hoſtien. quia
pater qui ſciebat de ſubſtitutione,fuit malæfidei poſſeſſor:fi-
lij vero qui potuerunt ignorare,fuerunt bonęfidei.ff.de regu.
iur.qui in alterius,regula cum quis lib.6.de hoc, J. q. 15. ſed,
qđ dicit Hoſt.quod Petrus hic ſciebat de ſubſtitutione, nõ ꝓ
batur hic:ſed nec in hoc eſt uis:quia ſolum hic dicit de fructi
bus perceptis poſt litem cõteſta.& põt dici,ꝙ dicuntur perce
pti a Petro,& filijs:q̃a percepti a filijs intelligũtur percepti a
patre cui ſucceſſerãt, litera tñ eſſet planior ſi non eſſent illa
verba,a Petro prædicto.Quæro in eo,quod ſit mentio de du-
3 plici quarta,† quotuplex eſt quarta,quæ detrahi poſſit de hæ
reditate.Glo.no.ergo dicit,ꝙ triplex,vna eſt debita iure natu
rę,alia trebellianica,alia per falcidiam,& de hoc,2.diſt.quędã.
4 † Secundo quæro circa primam quartam,cui debeatur,dicit
gl.ꝙ filijs tñ,& dic eis non ſuperſtitibus nepotibus,vel ulte-
rioribus,rationem reddit gl.quare iſtis debetur:quia ſine cau
ſa exhæredari nõ poſſunt,quæ aũtem ſint cauſæ exhæredandi.
no.de iureiuran. quintaualliſ, in glo.dicit etiam glo. ꝙ huic
quartæ non poteſt imponi grauamen.quod intellige,ſiue in
modo,ſiue in conditione, vel quãtitate, vel aliquo alio:imo
nec in uſufructu eius,vt probat lex omnimodo cum duabus
ſequentibus allegatis in gl.Et in hac glo.no.ergo,ibi, ſi totas,
vide de dona.c.ſi.q.1.in ſi.ibi,parentibus,poſſunt parentes di-
uidere inter filios,dummodo nullus priuetur legitima,ibi,§.
cauſas,ibi habentur iuſtæ cauſæ exhæredationis.Op. ad hoc,
5 quia etiam in hac debita iure naturæ poteſt † pater filijs ſub-
ſtituere.C.de inoffi.teſta.ex tribus,de impu. & ali. ſubſti. hu-
manitatis.Solu.illud in fauorem filij qui teſtari non poterat,
ſecus ubi fit in grauamem eius, ſcilicet,ſi teſtari poteſt. C.
de inoffi.teſta.ſi maritus,& l.filius matrem.in ſt.qui,& ex qui.
ca.ma.non poſ.§ fina.ff.de vulga.& pupilli.ſed,& plures,§.ad
ſubſtitutos,& ſe.de mili.teſta.miles,in §.exhæredato. ſecun-
dum Hoſti. ſecundum quem etiam olim inter has quartas
erat æqualitas in eo, quod omnes minuebantur propter li-
bertates,ff.de inoffi.teſta.Papinianus,§.quarta,hodie ſecus in
quarta iure naturæ.in Auth.de nupt.§.quia vero hactenus,&
de trien,& ſemiſ.§.prohibemus,in hoc tamen ultimo glo.vi
detur aliter dicere in d. ct. §.prohibemus,ſed primum,ꝙ ho
die libertates non minuant legitimam,eſt communis,& be-
ne facit ille §. & de hoc per Bart.in d. §.quarta.Tertio quæro
6 quota eſt iſta † debita iure naturæ.dicit gl.quod ſecundum nu
merum filiorum eſt aucta ad ſemiſſem , & trientem, id eſt
ad medietatem eius,quod deferebatur ab inteſtato,& ad ter-
tiam eius partem. Nam triens dicitur tertia pars hæreditatis,
ſemis medietas,ſupra ca.primo,ubi dixi,& dicitur triens quia
ſi ter ſumpta facit totam hæreditatẽ, ſicut dicitur de tremiſ-
ſe.1.quæſtione prima,placuit,ſic etiam dicitur tremiſſus,qđ
ter miſſus facit ſolidum,de hoc ibi,& de hoc augmento dan-
tur verſus, Quatuor aut infra dant natis iura trientem. Se-
miſſem vero dant natis quinque, vel vltra, quos declara per
7 id quod dicitur in gloſſ.Oppono,ad hoc † quod imo tenea-
tur pater relinquere filijs tres partes ſubſtantiæ ſuæ: quarta
ſuo arbitrio reſeruata,in Authentico.de trien.& ſemiſ.§.exci
pitur.Solu.ibi in patre,qui habet filios curiales, uel filias nu-
ptas curialibus,alias procedit quod prædixi ſecundum Io.&
Phi.& hoc quod dixi de legitima, filijs, procedit ſi ſunt legi
timi,& naturales,ſecus ſi naturales tantum.Authen.de trien
& ſemiſ.poſt principium,tales enim non ſuccedunt ab inte-
ſtato,niſi,ut dicitur.C.de naturali.libe authen.licet. Quarto
8 quæro , an hæc ſit aucta † in aſcendentibus, ſicut aucta eſt in
deſcendentibus, vt prædix. Solu. communiter tenetur, qđ
ſic per Authen.de trien.& ſemiſ.§.primo,ibi hoc reſeruan-
do &c.ubi dicitur id ſeruandum in omnibus quibus compe
tit querela.Ex hoc infertur idem eſſe in fratre,in quo etiam
ſecundum Pet.fortior eſt ratio, cum ſolum ei competat por
tio,cum turpis perſona eſt inſtituta.C.de inoffic.teſta.fratres
vult dicere , quod fortius debet eſſe aucta in fratre in
odium turpis perſonæ inſtitutæ. C.de inoffic.teſta. authent.
noniſſima.

Digitized by Google

ciſ. filium quem habentem. vbi caſus notabilis ſecundum
lecturam Azonis. Idem dicit Bar. in l. in quartam. ſi fuit aliqd
conceſſum in peculium: quia imputabitur. dicta l. filium, ſin
10 aliam lecturam. † Sexto quæro circa ſecundam quartam: ſci
licet Trebellianicam, cui competat. Dicit glo. ꝙ inſtituto hæ
11 re derogato tenetur reſtituere alij hæreditatem. † Septimo q̃
ro, vnde appellatur Trebellianica. Glo. ſoluit: quia a Trebel-
lio authore inducta. dic quod ſenatuſconſultum Trebellia-
num fuit latum a ſenatu: Trebellio & Seneca exiſtentibus ꝯ-
ſulibus: quo cautum eſt de hæreditate reſtituenda, ita ꝙ om-
nes actiones tranſeant in fideicommiſſarium. ſed poſtea Pe-
galus adiecit de quarta deducenda per rogatum. inſti. de fidei
commiſ. hæredi. §. & in Neronis. & ſe. vbi de hoc. vnde vide-
retur appellanda pegaſiana, ſed principium conſideratur ſe-
cundum Hoſtien. dicit etiam Hoſtien. ꝙ habemus huius e-
xemplarem trebellianicam dapiferorum. qui etiam de ouo
nituntur accipere quartam, pungendo illud acu, & recipien-
do id quod ſpargitur per prunas. & ſi quæratur quare ſit va-
cuum, dicunt lunam in defectu eſſe. & ſi coquatur in aqua
12 faciunt tres partes, mediam tenuem retinẽdo. † Octauo q̃ro
quomodo detrahatur. dicit gl. qđ de vniuerſitate hereditatis.
13 † Nono quæro, an quilibet rogatus reſtituere detrahat eam.
dic quod detrahit regulariter. Fallit quando coactus per iudi
cem adiuit hæreditatem. ff. ad trebel. nam quod §. qui com-
pulſus. & in alijs caſibus quos no. Azo in ſumma ad trebel. §.
ceſſat. Item etiam fallit in relictis ad pias cauſas: vt no. Bar. ff.
ad trebel. Marcellus. & Bal. C. de epiſco. & clericis id quod. q.
17. licet contrarium no. e. tit. c. primo libro ſexto. in glo. ergo,
ſed primum communiter approbatur. & de hoc ſup. e. ver.
14 notabili primo. Decimo quæro †, quid imputetur in hac. di-
cit gloſſ. ꝙ legata & donationes. dic ꝙ omnia quæ habentur
iudicio defuncti. & de eius patrimonio, quocunque iure per
cipiuntur. ff. ad l. falcidiam. in quartam. dummodo ex teſta-
mento proueniant. Item fructus percepti de bonis hæredita-
rijs: quod dic: vt ĵ. q. 15. Si tamen aliquid capitur extra teſta-
mentum non imputatur in hac. ff. ad trebel. pater filiam. in
prin. licet ſecus in legitima: vt ſup. e. ver. q. 5. In falcidia vero
idem quod in trebellianica. & multofortius per id quod ſeq
tur inf. q. 14. Ratio diuerſitatis: quia falcidia & trebellianica
detrahitur occaſione teſtamenti. Ideo non imputatur niſi ꝙ
venit ex teſtamento: ſed legitima venit ex trinſecus. Ex hoc
4 *Libellus an poſſit ſic offerri: peto rem, & ſi mihi contradixeris, pe-*
to pœnam.
5 *Circuitus eſt vitandus.*
6 *Sors eſt pœna an ſimul peti poſſint in eodem libello.*
7 *Cumulatio actionum quando locum habeat.*
8 *Dominium in ſingulari fideicommiſſo ſeu legato tranſit ſtatim.*
9 *Doctor non debet aſſumere onus in excuſando proceſſum iudicir.*

ver. Demum. Prædicta pro dimidia & ſic con-
feſſus fuit poſſidere: ut patet per
ſequentia.poterant etiam ſi ſua de pa.non peruenerint,ſi ni.
1 de reſt ſpo.grauis † Nota,ꝙ mori eſt debitum naturę, & om
a nibus eſt commune, 2.Regum, 14.omnes morimur, a & ſi-
cut aqua dilabimur. Et Seneca.moueris?reſpondet hac condi-
tione intraui vt exirem. Item, ſtultum eſt timere quod vita-
ri non poteſt. Item,non effugit qui diſtulit, omnes antece ſ-
ſerunt, te omnes ſequentur. Secundo † no.ꝙ quo ad peten-
2 da legata oportet hęreditatem adire.de hoc in glo.& ſic.quod
fallit in caſu poſito in glo.& in aliis no.in l.eam quam all.in
glo.& de hoc in Spe.de inſtr.edi.§.nunc vero aliqua, ver.quid
igitur ſi hæres, & ſeq.& de teſta.§.1.verſi.pone nullus. Et in
hac glo.ibi,ſub l.præce.ſi tutor datus,& ibi dicitur,ſi nemo hę
reditatem adierit, nil valet ex his quæ in teſtamento ſcripta
ſunt.Ibi:eam quam, regulariter traditur,ea quæ in teſtamen-
to relinquuntur,ſi ex teſtamento non adeatur hæreditas, non
valere niſi ita relictum &c. Tertio no.ꝙ pœna petitur ante-
quam ſit commiſſa: ſed petitur ſub conditione. Quarto
not.ꝙ petitur res & pœna, & de hoc in præced.ver.in 9 & 10.
3 contrarijs,& infra q.1.† Quinto no.ꝙ libellus poteſt ſub con-
ditione formari, de hoc in d.q.1. Sexto no.ꝙ cum certum
quid legatur, & ſi illud non præſtetur, aliud debeatur, ſi pri-
mum non fuerit præſtitum, transfunditur in ſecundum. Ab.
vult dicere ꝙ hic legatum factum auunculis ſi nō præſtetur,
tñ quia in caſu quo veniretur contra legatum, bona in quibus
erat inſtitutus patruus debebant peruenire ad eoſdem auūcu-
los,primum tranſfunditur in ſecundū, quia ex quo perueniūt
ad auunculos oīa bona, per conſequens habent etiā legatum
primum quod erat de parte bonorum. Op.ꝙ non apparet qđ
filij adiuerint & tñ cōtra eos fuit hic mota lis.Sol.Hoſt.ꝙ mi-
nus caute fuit mota.debuit enim prius conſtare, an adiſſent:
& an poſſiderent.ff.de interrog.ac.non alienum, & l.qui ſer-
uum,§.fi.& dixi in not.2.& de hoc poterant interrogari,& de
his interrogationibus habetur de iur.cal.c.pe.Secundo opp.ꝙ
non debuerit admitti libellus conditionalis qualis fuit hic,qa
iudicium non debet eſſe in pendenti.ff.de iudi.non quemad-
modum,vbi dr̄ ꝙ iudicium non poteſt eſſe in pendēti nec de
futura obligatione, licet fideiuſſoris obligatio poſſit eſſe in pē
4 denti,vel in futurum concipi.Sol.vt in ſequen.q.† Quæro cir
ca hæc,an poſſit offerri ſic libellus:peto rem:& ſic contradixe
ris mihi:peto pœnam.Sol.vt in gl.ſed nunquid, quæ ſentit ꝙ
ſic.&

ADDITIO.

a Omnes morimur. Adde tex. in cap.in eccleſiaſt.co.13.q.2.Et Adde illud poe
tarum:Serius aut citius ſedem properamus ad vnam.

Digitized by Google

exceptione. §. ſatis clementer. & §. hæc autem actio. & ꝙ hæc petitione inducit gl. C. loca. ꝯductores. vbi petitur res vel æſtimatio, ꝙ fieri pt C. de ſa. ſan. ecc. ſancimus. §. ſi aũt. ibi, vel ad præcia. conuicta gl. pe it enim res, & ſi non extat petit æſtimatio, ꝙ fieri pt, vt ibi. Itẽ in l. cõductores. petit locator a ꝯductore rẽ, & ſi pſiſterit ꝯdicendo vſq; ad inſiam, petit rei æſtimationem vltra rem, quod peti poteſt per illam. l. C. vnde vi. nõ abre. q̃ efficaciter faciũt ad petitionem de qua hic. & de hoc in Spe. de ſol. §. ſequitur. ver. qd ſi libellus. & de lib. conce. §. iam nunc. ver. nunquid taliter & per Cy. C. de fideicom. l. 1. & d. l. conductores. vide de plus peti. c. vnõ. q. 1. Concludit autem gl. libellum hunc poſſe admitti. ar. huius c. & propter lites dirimendas. Ad hoc vltimum eſt, vt euitetur † circuitus. ff. de cõ
5 dit. inde. dñs. ſi cer. pe. quidam. de reſcript. cle. auditor. Goffred. dicit ꝙ hic admittitur libellus alternatiuus cũ alternatio oritur ex lege. C. de reſci. ven. l. 2. vel ex ꝯuentione. de plus pe. ca. vno. vel ex teſtamento: vt hic. Idẽ eſt ſi ꝯſuetudo approbat, vt ſi peto rem iure dominij vel quaſi, de re iud. abbate. in fin. li. 6. quæ ſolu. placet. Et dicit Innocen. ꝙ hic iudicium non eſt in pẽdẽti, ex quo ex his q̃ aguntur poteſt certa fieri ſententia. Si enim in contradictione perſtiterint, iuſte condemnabuntur ad pœnam. Et hoc idem dicit Cy. C. de fideicomm. l. 1. quod placet, qa non dr̃ pendere ex quo antequam ad ſententiam ꝑueniatur, declaratum erit, an competat ius ſuper eo, ꝙ petit, pro hoc eſt, ꝙ in ſimili dicitur de dolo finem. quatenus intelligitur ꝙ ibi iudex condemnet excipientem in expenſis, ſub conditione, ſi ſuccubuerit. Phi. dicit ꝙ fuit admiſſus libellus ſ͛m loci ꝯſuetudinẽ, ꝙ eſt diuinare. vel ſ͛m eum, quia heredes iam ceperant venire ꝯ legatum, potuit concipi iudicium de futuro. arg. C. in quib. ca. colo. cenſi. do. ac. poſ. l. 1. li. 11. vel ſ͛m alios, quia reſiſtebant, iam res erat in obligatione. C. de fideicommiſ. l. fi. & auth. ibi ſignata. & hę duę vlti. ſol. etiam poſſent defendi. Sed magis propria eſt ea quæ dicta eſt ſ͛m Goff. Item ea quam dixi ſ͛m gl. per l. ꝯductores. non tamen dico, ꝙ ſit ſpeciale aliqđ. Nam vt prædixi non poteſt iudicium dici in pendenti eſſe hoc caſu. Et ex hoc vipetur ꝙ ſors † & pęna
6 ſimul poſſint peti in eodẽ libello. de quo ſunt opi. & de hoc per Cy. C. de iudi. l. 1. in 4. contrario. vbi dicit, quod poteſt pœna peti ſub conditione: vt quia peto ſortem. & ſi contingat ꝑ me ferri ſententiam, peto pœnam. & ſic intelligit hanc gloſ. Sed hæc conditio ſatis ſubintelligitur. vñ videtur admittendus libellus ẽt ſine cõditione præmiſſa: vt bene probatur hic: quia nõ fuit adiecta conditio ꝑmiſſa, ſed alia, ſ. ſi pęna ꝯmitteretur. fortius ergo ſi eſt iã ꝯmiſſa. & hoc quãdo fuit in cõtractu adiecta clauſula, ꝙ ſoluta pœna vel non ſoluta ſtaretur pacto. ff. de tranſac. qui fidem. & quod ibi not. glo. & ſup. de arb. dilecti. & quod ibi dixi. & ſic obſeruatur, & quia videtur obſtare materia cumulationis. dic, ꝙ ſors & pœna poſſunt cumulari: quia pœna petitur acceſſorie. pro hoc facit quod not. Cyn. C. de eden. edita. ad fin. vbi dicit ꝙ qñ aliqua tendunt ad eundem effectum, & alterum venit acceſſorie ad aliſid, poſſunt
7 cumulari †, ſicut perſonalis & hypotecaria. ſecus ſi non tendunt ad eundem effectum, vt petitio ſortis & vſurarum: quia tunc non poſſunt cumulari, niſi conditionaliter modo præmiſſo: vt quia dicat, peto c. & ſi contingat pro me ferri ſententiam &c. tu autem in hoc vlti. dic vt proxi. dixi. & ad id quod dixi de perſonali & hypotecaria, aliter dicit Dy. in reg. nullus pluribus. lib. 6. ꝙ non expedit referre. & de materia cumulationis dixi de reſti. ſpol. ex ꝑꝗõne. in repe. & de hoc etiam ſupra ver. proxi. in 9. & 10. contrarijs. Seundo quæro qua actione egerunt auunculi. Gloſ. legatum. in fi. dicit ꝙ rei vendicatione. Alia glo. in verſicu. quacunque. dicit ꝙ actione ex teſtamento. ſic videntur iſtę glo. contradicere. dic, quod glo. legatum. loquitur de actione intentata pro legato. Nam, vt in ea dicitur, ſtatim adita hæreditate legatarius efficitur dominus. Alia loquitur de actione per quam petebatur quicquid veneraт ad patruum nomine pœnę. Nam, vt in ea dicitur, iſtud erat quaſi fideicommiſſum vniuerſale, & ponit glo. differen-
8 tiam, quia in ſingulari fideicommiſſo ſeu legato tranſit † dominium ſtatim, vt prædixi. in vniuerſali non. Opp. ad hoc qa etiam in vniuerſali ſtatim tranſit dominium. C. com. de leg. l. fi. Sol. Innocen. ſecundum quoſdam ſtandum eſſe cõtrario. hac glo. legatum ibi: reſtituendum. de hoc int. titu. 1. c. fi. ibi, rei legatę, ſi eſt legatum nõis ſine ceſſione hæredis non competit directa: ſed vtilis actio. C. de lega ex legato. V in. Ibi §. cũ ſeruus. ſtatus ſerui legati eſt in ſuſpenſo. Nam repudiante legatario nunquam ipſius fuiſſe videbitur, ſi acceptat, ex die aditę hæreditatis ipſius intelligitur. Ibi: ſed nec legatarius. nõ ꝯdicit: quia condictio datur illi cuius res ſurrepta eſt, vel eius hæredi, ſed bene vendicat. ſed in fi. pro hoc dixi ſup. c. Raynutius. verſic. poſtmodũ. in 6. ꝯrio. & in d. l. in ver. quacunq;. Ibi: cogi. & l. præcedentibus, fideic. vniuerſitatis eſt, ſi rogatur qs reſtituere hæreditatem vel familiam. vel pecuniam. vel vniuerſam rem: vel omnia ſua: vel patrimonium: vel facultates: vel quid habet: vel cenſum: vel fortunas: vel ſubſtantiam: vel peculium, quod pro patrimonio quidam ſumunt.

ver. Præfatus. Ipſos patruum & filios abſoluens, bene quo ad filios, male quo ad patruum. Quæro quid potuit mouere iudicem. Glo. oĩm, ſol. ꝙ fuit motus per verba teſtatoris, qui dixit, ꝙ ſi patruus & filij venirent ꝯ legatum, quæcunq; ad ipſos ꝑuenire poterant ex ſucceſſione ipſius deuenirent ad auunculos. Oppo. ad hoc, qa tunc debuit etiam cõdẽnare patruũ & filios ad ſoluẽdũ legatum. Ex quo oĩa debebant peruenire ad auunculos. Gl. e. ſol. ꝙ iudex putauit ꝙ res de quibus erat compromiſſum nõ poſſent tranſire in alium ꝑꝑ præceptum arbitrorum pro hoc ĩ. ver. dilectus. ibi non ob. pręmiſſo arbitrio &c. & ib idico not. 5. Sed contra hanc ſol. eſt qa eodẽ modo non debuiſſet condemnare ad reſtitutionem aliorum bonorum. Secundo ſol. glo. ibi: vel forte. quod iudex putauit quod teſtator non ſenſiſſet de rebus legatis, dum dixit quod bona &c. vt in glo. quaſi verba generalia non ꝑtinerent ad res de quibus ſpãliter dixerat. pro hoc ff. de pe. le. l. 1. qñ di. le. ce. ſi penum. vbi dixit teſtator, lego penum & ſi penus non detur, lego cẽtum. Sed aliud fuit hic quia teſtator voluit vtrunq; dari, ꝙ placet per verba generalia quæ ſunt ſ. e. c. ver. porrò. Ibi: adijcens &c. vnde iſta excuſatio non procedit. Tertio ſol. glo ibi: illa vr̃, ꝙ iudex ſi ꝯdemnaſſet ſuper legato fuiſſet ſibi contrarius, cum iam abſoluiſſet patruum & filios. Sed hoc eſt quod quærimus, cur ita diuerſo modo pronunciauit. Item etiam gloſ. in hoc. uno dicit in fi. ꝙ potuit ex alia cã abſoluere, ex alia condemnare. & pro hoc de accu. ad petitionem & ſic adhuc ſtat contrariũ. Goſ. dicit quod non videt quo errore iudex excuſetur: quia ſi credidit legatum non tenere, eodem errore credere debuit ñ tenere adiectionem ad pœnam. de hoc de rei ven. ex diuerſo. §. 1. dic, ꝙ forte credidit de facto pœnam committi. C. ſi mã. ci. ita fue. alie. ea. quidem. ff. de verb. obl. qui Romę §. Flauius. vel dic, ꝙ † doctor non debet aſſumere onus in excuſando ꝓ-
9 ceſſum iudicis. vt no. Inn. vt lit. non conteſte. c. 2. Ibi, tamen loqtur de ꝓceſſu diſcreti iudicis: hic autem fuit nimis peritus, & ĩ. corrigitur eius ſententia ita ꝙ nõ expedit de motiuo eꝰ quærere. Et in hac glo. oĩm. ibi, doli clauſula quæ ſtipulationibus ſubiicitur non pertinet ad eas partes ſtipulationis de quibus nominatim cauetur. Ibi: ſanctio legum, vide de app. vt debitus: in 3. gloſſ. Ibi hæres meus. §. 1. teſtator legauit duas ſtatuas marmoreas, & omne marmor vltra illas duas ſtatuas, nulla ſtatua debebitur.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia abſolutoria mandatur executioni.*

ver. A cuius No. ꝙ vtraque pars poteſt a ſentẽtia appellare, ad hoc quotidie allegat. & dic quod pars auũculorum petebat reuocari abſolutoriam ſuper legato, & confirmari condemnatoriam ad pœnam hęredis,
1 & econtra primam confirmari, & ſecundam remoueri † Secundo no. quod ſententia abſolutoria mandatur executioni. Nam vtraque pars petebat ſententiam exequi, quatenus erat pro ſe. In quo tamen dicit, quod erat impropria petitio quo ad ſententiam abſolutoriam, quę ſecum trahit executionem vt nota. de app. paſtoralis. in glo. hęc ratio.

S V M M A R I V M.

1 *Litis conteſtatio fit in cauſa appellationis.*

2 *Filia in bonis patris cõpetit tertia ĩ urę naturæ in qua grauari nequit.*

3 *Filius*

Digitized by Google

20 Heres hæredis prohibiti alienare an prohibitus cenſeatur.
21 Hæredes an alienare poſſint inter ſe bona prohibita alienari extra familiam.
22 Dominij tranſlatio non impeditur per ſententiam iudicis.
23 Collatio facta contra prohibitionem non tenet.
24 Alienatio facta a prælato qui iurauit non alienare Romano Pontific. inconſulto, an teneat.

Verſicu. Dilectus. Cardinalis. dicit Hoſt. quod
iſte fuit poſtea portuenſis
mortuus Lug. ſepultus apud prædicatores. quoniam, interpo
ſitio vſque ibi: pronuntiauit. Inno. & redditio cauſarum ſen-
tentiæ. Hoſtien. pro medietate, alia forte medietas vacans ia-
1 cebat. Innocent. † No. quod in cauſa appellationis fit litis con-
teſtatio: vt hic, & ſupra de app. interpoſita. ſecundo reſponſo.
2 & de hoc J. in primo contrario. Secundo not. quod filio † in
bonis patris competit tertia iure naturæ, in qua grauari ne-
quit. de hoc in gl. planum, & ſ. eodem Raynutius. ver. quia ve
3 ro. & ver. cum autem, & verſi. in eo. vbi dico q. 2. † Tertio no.
quod filius grauatus reſtituere detrahit duas quartas, quod
aperte probatur hic. Nam cum vnus eſſet filius, plus erat in
tertia iure naturæ quam in trebel. & tamen vtraque detrahi-
tur. de hoc dixi ſ. c. Raynutius. ver. quia vero. Quarto no. quod
4 qui alienat † rem communem ſibi & alteri, partem quam ibi
habet, intelligitur alienaſſe. Nam hic tenuit legatum factum.
Ray. vſque ad 3. & 4. ſimile de dona. paſtoralis, & quod ibi no.
vnde teſtator qui legat rem totam, videtur legaſſe partem quã
habet in ea. ff. de leg. primo, ſi domus. de contrahen. emp. qui
tabernas. Item ſecundum Innocen. ex quo totum legare vo-
luit, præſumitur quod fortius partem quam ſi hoc non dixe-
rit nec cogitauerit. pro hoc de deci. ex parte 1. pro hoc etiam
ſecundum Hoſtiẽ. quia debet fieri interpretatio, vt res valeat.
de verborum ſig. abbate. dicit Ioan. An. quod dato quod Ray.
intendiſſet per partẽ ſuam legatum diſtinguere, nõ 3. & 4. ſed
bona patris a bonis patruorum, tamen tenuiſſet legatum in
5 medietate 3. & 4. ſ. verſicu. porro. in glo. primo. † Quinto no.
quod per arbitrium ſeu laudum non poteſt impediri aliena-
tio rei ſuæ. de hoc J. q. 3. Sexto not. quod iudex ad quem po-
teſt abſoluere, & condemnare, vt hic, in ver. condemnauit. de
6 hoc J. in vltimo contrario. † Septimo not. ꝙ iudex ad quem,
quandoque pro parte confirmat, & pro parte infirmat ſenten
tiam iudicis a quo. ſimile ſ. c. Raynutius. Oppono quod co-
7 ram iudice ad quem non ſit facienda litis † conteſtatio. C. de
temp. ap. l. vlti. §. illud. Glo. & ita. dicit quod imo facienda eſt.
pro hoc de ap. interpoſita, §. fi. dicit etiam glo. 2. quod ex quo
non videtur fieri in principali &c. vt in glo. Innocent. dicit ꝙ
non eſt neceſſe in appellatione litem conteſtari, de hoc. 2. q.
6. ſi quis in quacunque. de iu. cal. c. 2. lib. 6. & in Spe. de lit. con-
teſt. nunc dicendum. vbi refert Specu. Clementem 4. audito-
ribus præcepiſſe quod in appellationibus a grauamine ante
ſententiam non reciperent libellum, quod non placet Ioan.
And. qui dicit quod ſi ab interlocutoria appellatur, debet da-
ri libellus, cum articulus appellationis ſit ſeparatus a princi-
pali. de app. non ſolum. lib. 6. Item lis conteſtari. Sed ſi a diffi-
nitiua ſecus, quia tunc articulus appellationis non eſt ſepara-
tus a principali. Ideo ſufficit conteſtatio facta in principali.
quod vltimum tenuit Goffred. de appellatio. per tuas, & facit
deciſio Rote 11. cum ſe. Sed dictum Clem. magis placet, quia
quando appellatur ante diffinitiuam, articulus appellationis
eſt quoddam incidens ſeu emergens, & tanquam quædam
8 exceptio. At ſuper † exceptionibus non fit lit. conteſta. coram
iudice a quo. de officio delega. prudentiam. §. ſexta. ver. cæte-
rum. vbi hoc tenet glo. ergo nec coram iudice ad quem, qui
ſurrogat iudici a quo. pro hoc de appellatio. interpoſita. §.
fina. & quod ibi nota in gloſſa, hic habes, & quod ibi dico, &

nuntiare bene vel male appellatum, vel iudicatum, ſecunda,
quæſtione ſexta, in fine. C. de appellatio. eos, primo reſponſo.
vbi de hoc. Solu. Goffr. quod nihilominus abſoluit, & con-
demnat, vt hic & ſupra capitulo Raynutius. ff. iudic. ſol. cum
apud: quod ideo contingit: quia & nouas probationes admit-
tit. de teſti. fraternitatis. de fide inſtrumẽtorum. cum Ioannes.
Dicit Hoſtien. quod etiam ſine nouis probationibus hoc po-
ſet accidere: vt ſi per acta patet condemnandum fuiſſe abſolu
tum, vel econuerſo. de reſtitutione ſpoliatorum, cum ad ſe-
dem. Et idem Hoſtien. ſupra eodem, Raynutius. verſicu. cum
autem. dicit, quod iudex ita pronuntiauit. pronuntio talem
iudicem in eo, quod ſic abſoluit iniuſte pronuntiaſſe, & acto-
rem bene appellaſſe: & ideo ipſum reum condemno, vel pro-
nuntio, iudicem in eo, quod ſic condemnauit iniuſte pronun
tiaſſe, & condemnatum bene appellaſſe. & quandoque con-
currit vtraque pronuntiatio: vt hic, & de hoc in Specu. de ſen.
prola. §. vt autem. verſicu. in iudice, & de appellatio. de officio.
in princip & vtrobique, & de hoc in additionibus, & præci-
pue in dicto verſiculo, in iudice. vbi Ioan. And. refert 4. opin.
& vltim. approbat, quæ vult, quod ſi reus fuit condemnatus,
ſufficiat bene, vel male appellatum: ſecus ſi reus fuit abſolu-
tus. & pro hoc eſt cap. Raynutius. verſicu. ad eius. & hoc cap.
in verſicu. condemnauit. pro prædictis vide exempla. Si reus
fuit condemnatus, & pronuntietur appellationem iuſtam,
non expedit ſibi aliud: quia per hoc tutus eſt contra ſenten-
tiam. Et ſi pronuntiatur appellationem iniuſtam, non expe-
dit aliud actori: quia manet ſententia prima firma. Sed quan-
do reus fuit abſolutus, ſi pronuntietur appellatio iuſta, ꝑ hoc
non ſatisfit actori: quia non per hoc condemnatur reus: nec
ad aliquid agere poſſet actor: licet aliqui dicant quod pronun
tiatio iuſtæ appellationis cauſat condemnationem: vt nota.
C. de ſentent. præſes. quod videtur placere Ioann. Calder. qui
etiam dicit per hoc non procedere diſtinctionem præmiſ-
ſam, & idem etiam de hoc nota. de except. ſignificatum. vbi
dico q. 6. Sed ſecundum Ioan. And. vbi ſupra hoc non videtur
procedere. pro hoc faciunt iura quæ volunt difficilius eſſe cõ
demnare quam abſolui. ff. de act. & ob. Arrianus. de probat. ex
literis, quod autem iudex ad quem poſſit abſolutum in prin-
cipali, condemnare, probatur hic, & in c. Raynutius. vt proxi.
dixi, & ff. de iudic. ſolu. l. pe. quod puto tutum. tamen ſi iudex
ad quem pronunciat bene appellatum eo caſu quo reus fuit
abſolutus in principali, videtur condemnaſſe. per ea quæ no.
C. de appella. eos. ſatis enim ſequetur, pronuntio bene appel-
latum, igitur male iudicatum, & ſic quod reus non debuit ab
ſolui, ergo condemnari. nec refert per quæ verba iudex expri-
mat in ſententiando ſuam mentem. de verborum ſig. in his.
Quæro in eo quod dixi ſupra in ſecundo contrario, an ſit ve-
10 rum ꝙ ſic † legitima, & trebellianica debeant deduci de reb.
ſingulis. Glo. imo, tenet quod ſic. Innocent. dicit quod dedu-
cuntur de toto: ſed quo vſq; per iudicem fiet deductio, habẽ-
tur in rebus ſingulis pro indiuiſo. Hoſt. & Ab. ſ. c. Raynutius.
dicunt, quod ſi filius petit ab hærede legitimam ſibi aſſignari
in vna re, vel in vno loco, & hæres reſiſtit, arbitrabitur iudex,
& penſata æquitate terminabit quod fuerit æquius. Et pote-
rit in vna re facere aſſignationem, faciendo in pecunia refun-
di id quod legitimam æſtimationem excedit. C. communi di
ui. ad officium. cõ. vtriuſq; iudicij. poſſeſſionum. particularis
enim ſolutio non modicum habet incommodum. ff. famil.
erc. plane. de leg. 1. non amplius, facit de pig. ex literis, nec ma-
11 litijs † hominum indulgendum eſt q tendunt ad nocendum
ſine ſuo commodo. ff. de rei vend. in fundo. de reſcr. ſedes, dic
quo ad legitimam, quod cum deducatur de ſolido patrimo-
nio teſtatoris. C. de inoffi. teſta. omnimodo, filius habet ius in
ſingulis rebus hæreditarijs; quia eſt onus reale. C. de inof. teſt.
ſcimus. §. repletionem. vbi dicit, ꝙ de ſubſtantia patris debet
fieri ſuppletio legitimæ, & per conſequens de qualibet re. Et

ſeit,hæres poteſt in vna re dare legatario partem retentam,in
quam vel legatarius conſenſerit,vel iudex æſtimauit.ibi, ſi ex
pluribus rebus legatis hæres quaſdam ſoluit, ex reliquis ple-
nam falcidiam per doli exceptionem retinere poteſt,etiam ꝑ
his quæ iam dicta ſunt.Sed ſi vna res ſit legata,cuius pars ſolu
ta ſit,ex reliquo poteſt plena falcidia retineri.Secundo quæro
de intellectu literæ,in eo quod dicit,quod legatum Rayn.te-
nuit vſque ad 3.& 4.licet eas non expreſſerit. Gl.non legauit.
dicit quod non expreſſit aperte,ſed in effectu: quia legauit di
midiam,quæ tantum facit quantum tertia & quarta, & com
putat gloſſa. hæreditatem, dicens quod filius habet 6.vncias.
Innocen.dicit quod 3.& 4.aſcendunt ad 7.vncias,& intelligit
vtranque deduci reſpectu totius.vnde dicit,quod quando de-
ducuntur 4. de quibus hic, ambæ deducuntur de toto. Sed
quando deducuntur ex diuerſis cauſis,pro qualibet deductio
ne fiet vnum as:vt in tertiis matris & vxoris.de quibus ſupra
capitu.Raynutius,vult dicere,quod in illis quando vna dedu-
citur,computatur tota hæreditas ſecundum iſtum ſtatum, &
ſimiliter quando deducitur 2.computatur ſecundum ſtatum
in quo eſt.dic,quod quo ad legitimam, & trebellianicam fit
eodem modo. Nam legitima deducitur ex hæreditate tan-
quam æs alienum. Et de reſiduo deducitur trebellianica, &
ſic verior eſt gloſſ. quod filius habet ſex vncias tantum: & in
eo quod dixi quod in capitu. Raynutius, 3.matris & 3.vxoris
faciunt vnum as. dicit Hoſtien.quod hic etiam 3.& 4.conſti-
tuunt vnum as:vt infra probatur.Tertio quæro in eo quod di
cit, quod arbitrium nõ potuit impedire ne legatum teneret,
quę eſt ratio.dicit Innocen.quod eſt,quia pactum non poteſt
facere,quod alienatio non teneat, vel quod dominium non
tranſeat in accipientem, vel quod ſine traditione res ad alie-
nantem redeat,vel quemuis alium. argumen. C.de pact. tra-
ditionibus.ff.de iurepatro.ſi libertis.§ plane. Ad hoc inſti.de
re.diui.§.per traditionem,& §. venditæ.Sed per hoc non vide
tur reddita ratio.quia hic non loquitur in pacto, ſed in ſen-
tentia arbitri.in quo dic,quod ſi pactum hoc fieri non poteſt
non debet fieri etiam per arbitrum; & quod arbiter hoc non
poſſit, tenet Innocent.& dico 7.quæſt.10.14.Oppono ad hoc,
12 quod imo pactum † impediat alienationem.ff de diſtra. pig.
creditor. §.ſi. prout eſt ibi in litera nullam eſſe venditionem,
quæ eſt vera litera,vt viſum eſt in ipſis pandectis. Solu. quod
dixi ſupra,regulariter procedit, fallit quando alienans appo-
nit pactum, vel tradens, quod non poſſit res alienari, & per
hoc reſeruatur ſibi ius in re. tunc enim omnino impeditur
alienatio.dicto §.fin.& eſt vtile remedium.Oppono ad idem
C.ſi manci.fue.ita alie.ea quidem.Solu.Innocent. quod præ-
dicta fallunt in ſeruo alienato ſub conditione ne manumitta
tur, qui ſi manumittatur,non tenet manumiſſio d. l. ea qui-
dem, Et dicit Innocent. quod ratio eſt,quia libertas, ex quo
competit,reuocari non poteſt. inſtitu. qui & ex quibus cau.
ma.non poſſit.§.ſemel.in quo dic,quod,quia difficulter reuo
catur libertas,vt ibi, ideo facilius impeditur manumiſſio per
pactum.ita quod contra facta nõ tenet propter difficultatem
reuocãdi eam: ſed in alienatione ſecus,quia facile reuocatur.
Ideo non ſic facile impeditur,quod dicit glo.in dicta l.ea qui-
dem.Item conditio cohærens perſonę facto eius qui tali lege
comparauit, immutari non poteſt dicta l.ea quidem. Quarto
13 quæro, quod † remedium habet is qui pactum appoſuit ne
res alienaretur,ex quo nihilominus tenet alienatio.Dicit In-
nocen.quod agere poteſt ad intereſſe,vel ad pœnam. Item,ſi
quis tranſtuliſſet in alium hac adiectione, ne in alium alie-
netur,ipſi transferenti competit condictio ob cauſam contra
recipientem.alijs autem quorum intereſt etiam non permit
titur hæc condictio.C.de condi.cau.da.ea lege.de rebus alien.
14 non alienan.l.vltima. Quinto quæro de † prohibito alienare
a lege. Dicit Innocent. quod contra factum non tenet, nec
transfertur dominium.ff.& C.de fun.do.per to.12.q.2.in fin.
10.q.2.hoc ius.Authen.de alie.& emphy.contractibus §.ſan
ctiſſimas,dic quod quandoque l.requirit aliquid interuenire
tempore contractus:& tunc,ſi non obſeruatur,contractus eſt
nullus:quia contra l.dictis iuribus.& ar.de poſtu.c. fina. C.de
legi.non dubium.Aliquando diſponit ſuper contractu iam fa
cto,& tunc non annullatur ipſo iure:ſed per ſententiam.arg.

a Titio.& ideo ſimiliter ſine traditione poteſt ad alium tranſ
ferre,& ille qui primo recipit,dominium amittere: ſecus in
pacto:quia ſicut per illud non poteſt transferri dominium.C.
de rei ven.quotiens,ita nec ab vno in alium transferri. Octa-
17 uo quæro,ſi teſtator inhibet alienationem:† an per hoc inhi
betur hæredis inſtitutio.Glo.C.non licere habitatoribus me
trocomiæ.l prima.lib.11.dicit quod non.Barto.ff.de.ver.obl.
ſi ita quis.§ ea lege. dicit quod aut prohibitio fit in certum
genus perſonarum,vt quod nõ alienet extra familiam:& aut
eſt hæres legitimus,& ad illum non videtur extendi prohibi
tio.ff.de leg.2 cum pater.§.cum inter.no.eodem titu. l.peto.
§.fratre.vbi de hoc.Aut teſtamẽtarius,& videtur prohibitus,
quod tenet Dy.d.§.ea lege.Aut ſimpliciter eſt prohibita alie-
natio,& non videtur prohibita hæredis inſtitutio.ff.de acqui.
rerum dom.quædam.de fundo dot.l.1.quia non videtur pro-
hibens habuiſſe reſpectum ad ſucceſſionem ex teſtamento,
vel ab inteſtato,cum oporteat prohibitum mori, & ſic bona
in alium transferri. Alia etiam membra facit Bar.in d §.ea le-
ge,& in d.§.fratre.de hoc etiam dixi ſ̃.eodem c.in prin.in 1.q.
18 † Nono quæro, ſi prohibitus alienare ingreditur monaſte-
rium,dic quod valet ingreſſus,& quod hæc non dicitur alie-
natio,licet in monaſterium tranſeant bona.de probat.in præ-
ſentia.ſed eſt tranſlatio, quę ipſo iure fit.Decimo quęro,quid
ſi quis prohibitus eſt alienare extra familiam, Dy. ff.de verb.
oblig qui Romæ.§.cohæredes.dicit per illum.§.quod cohæ-
redib volentibus emere,poteſt alienare in extraneum,& non
eſt alibi ſecundum eum. pro quo inducit ibi Barto.C.de iure
emphy l.fin.& intelligit hoc verum,niſi adiectum eſſet, ꝙ
teneatur relinquere illis de familia.tunc enim non valet alie-
natio,tanquam de re quæ ſubiacet reſtitutioni.C.communia
de leg.auth.res.ff.de leg.2.peto.§.fratre.Vndecimo quęro,ꝙd
19 importat prohibitio † ne alienentur extra familiam, an om-
nes deſcendentes in perpetuum ſunt prohibiti alienare: dic
quod non,ſed tantum vſque ad 4.in Auth.de reſti. fideicom.
col.9.ſi.quod no.ſ̃.eo.requiſiſti. in glo. vſque ad quartam, &
dixi,in eo.c.in prin.q.11.& procedit,niſi dicat quod bona trã-
ſeant de hæredibus in hæredes in ꝑpetuum.tunc enim etiam
vltra 10 gradum extenditur.C.de ſu.& le.l.fin.ſic fecit Franc.
ac.in ſuo teſtamento,quod no.Iaco.de Bel.in dicta Authent.
de reſti fidei.& in eadem habetur, quod prohibitio facta filiis
nominatim deſignatis non extenditur ad nepotes. Duodeci-
20 mo quæro,quid ſi teſtator † prohibet hæredem vẽdere,an vi
deatur prohibuiſſe hæredem hæredis.dic quod ſic.ff.qui.mo.
pigno.vel hypo.ſolu. ſicut §.ſi debitori,qui licet loquatur in
confeſſione, debet intelligi etiam in prohibitione, quod te-
21 net Barto.in §.diui. Decimotertio quæro, an prohibitio † vt
non alienetur extra familia,impedit quominus poſſint hære
des alienare inter ſe. dic quod non. ff. de lega. tertio. pater.§.
quindecim.ver.claudius.de lege.primo, filiusfam.§.cum pa-
ter.vbi de hoc. Decimoquarto quæro, quid de prohibitione
arbitrorum.Solu.vt ſ̃.q.3.quia vt ibi dixi,non impedit aliena-
tionem,quod etiam tenet Innocen. Decimoquinto quid de
22 prohibitione iudicis † Inno.dicit quod eodem modo per ſen
tentiam iudicis non impeditur translatio dominij,vt hic.pro
hoc,quia nec ꝑ ſententias eorum transfertur dominium ſine
traditione.de re iud.cum aliquibus.C.de reb.alie.non alie.l.ſi.
& procedit hoc cõparando iudicem arbitro. Sed videtur ve-
rius quod prohibitio iudicis impediat, ita quod alienatio cõ
tra facta ſit nulla. ff.de contrahen.emp. ſi ſciens,de peti.hære.
diuus.quod tenet Barto.ff.de leg.1.filiusfam.§.diui. vbi mul-
ta ponit de hac materia. Decimoſexto quæro,præſuppoſito,
quod vera ſit opin.Inno.poſita in proxi.q.videlicet quod pro
hibitio iudicis non impediat alienationem: an hoc procedat
in ſpiritualibus. dicit Inno. quod non. Nam ſecundum eum
in beneficijs eccleſiaſticis & in alijs ſpiritualibus,ſi aliquis ꝓ-
23 hibetur † aliqua conferre,non tenet collatio cõtra facta,quia
ſuſpenſus eſt a collatione,ſaltem illius beneficij. de conſuet.
cum dilectus,quod dic vt ibi:& de conceſ.præb.quia diuerſi-
tem,& eo.ti.c.1.& c.ſi ſoli.lib.6.de iurepa.cum dilectus.Et idẽ
dicit Innocẽ.ſi prælatus prohibetur alienare etiam in caſibus
a iure conceſſis, quia non tenebit alienatio, de dolo. verita-
tis,in

Digitized by Google

[illegible] quod alienatio facta tenet,
ſeruatis tamen alijs ſolennitatibu, ſed alienans eſt periurus. p
hoc quod not. in regula, quod ſemel. in quæſtione. lib. 6. ſicut
in eo qui iurauit non contrahere matrimonium, vel non te-
ſtari, quia nihilominus tenet factum: vt ibi not. & de hoc de
præben. dilecto. Decimooctauo quæro, ibi, pro rata, de intelle
ctu. Solu. vt glo. quæ quidem, & in ea ibi, alia mens, vt quia ap
paret euidenter primo legatario adeptum, vel ꝙ teſtator vo-
luit quod vterque ſolidum reciperet, quia tunc vni res debe-
tur, & alteri æſtimatio, electione huiu rei data ei qui prius cõ
teſtatusfuerit litem, & vno electo non redditur ad alterum, hoc
vult lex ſi pluribus. Decimonono quæro de quo reſiduo lo-
quatur hæc litera, ibi & in reſiduo. Glo. de quo, & glo. auun-
culi, ſuper hoc inſtant. Sed dic vt dixi in prin. c. in computatio
ne hæreditatis. & in hac glo. auunculi, ibi, 16. hoc procedit im
ponendo quod hæreditas Peponis valuerit 54. quod dixi in
computatione.

SVMMARIVM.

1 *Hęres in bonis quæ ſubiacent reſtitutioni, non poteſt legare, nec pœnam adijcere.*
2 *Falcidia competit hæredi qui paruit voluntati teſtatoris.*
3 *Falcidia deducitur contra voluntatem teſtatoris. & num. 7.*
4 *Iudex quo caſu reddat cauſam ſuę ſententiæ.*
5 *Sententia ſub conditione, & ſine certa quantitate non valet.*
6 *Hæres non adimplens iuſſa teſtatoris infra annum, priuatur omni commodo quod ei obuenit a defuncto, & num. 10.*
8 *Falcidia ceſſat quando teſtator prohibuit expreſſe.*
6 *Diſpoſitio generalis non tollit ſpecialem niſi hoc exprimas.*
11 *Inuentarium quare ſic dicitur.*
12 *Inuentarium ad quid prodeſt.*
13 *Hæres qui non fecit inuentarium an priuetur legitima.*
14 *Teſtator an poſſit probibere trebellianicam.*

a verſicu. Cæterum. Not. quod filius non puni-
tur a ex facto, vel negligen-
tia patris. Secundo no. ꝙ legatum peti debet ſolum ab hære-
de qui poſſidet. Tertio no. ex hoc no. & ex pręcedenti ꝙ non
punitur qui non peccauit. ad hoc de his quæ fi. a ma. par. cap.
1 c. quæſiuit. Quarto no. ꝙ hęres in bonis, quæ ſubiacent reſtitu
tioni non poteſt legare, nec pœnam adijcere. Quinto no. ꝙ ſi
hæreditas eſt exhauſta, competit hæredi beneficium l. falcidię
per quod retinet quartam de ſingulis legatis. de hoc s. c. Ray-
2 nutius. ver. in eo. q. 11. & ſeq. † Sexto not. ꝙ falcidia competit
ei hęredi tantum qui paruit voluntati teſtatoris, & qui fecit
inuentarium. Septimo no. de beneficio inuentarij. & de hoc
3 in glo. pen. & j. q. 6. † Octauo no. ꝙ falcidia deducitur contra
voluntatem teſtatoris. de hoc in glo. vlt. Nono not. caſum in
4 quo iudex † reddit cauſam ſuæ ſententiæ, ſic facit Cardinalis
hic. non tamen ſemper totum eſt hoc facere. de reſti. in integ.
tam ex literis. ver. illa. de hoc s. de re iud. ſicut. Oppono in eo,
quod dicitur hic quod in 3. & 4. valuit inſtitutio legati, & pœ
næ adiectio, & ſic videtur ſecus in alijs bonis, vnde ob. C. ad l.
fal. ırritum, vbi hæres inſtituit fideicommiſſarium in fideicõ
miſſo. Glo. ergo, videtur ſtare contrario, ſed dicit quod hic di-
citur de 3. & 4. quia quo ad illas potuit inſtitutus grauari. In
eo vero ꝙ ſubiacet reſtitutioni, grauari non poteſt, quia dedu
citur, vt æs alienum, quod proſequere: vt in glo. & in ea ibi, ir-
ritum. hoc facit contra illos qui tenent duas quartas non de-
ducendas, quod dico s. ver. qa vero. q. 1. & quid dicat hæc lex.
ibi etiam dico poſt prin. Ibi quamquam, ſi frater fratri roga-
tus eſt reſtituere ſi decederet ſine liberis, & ſic moritur inte-
ſtatus, ſoror ipſorum vna cum ſubſtituto ſuccedit in falcidia.
Secundo oppono in eo, quod hic pronunciatur locum eſſe
falcidiæ ſi hæres intra tempus legitimum paruerit voluntati
vt s. verſicu. demum, quæſtio. prima. Et an Papa iuſte reſerua
uerit falcid. dico j. in quarto contrario. Item ſecundum In-
nocen. forte poſſet dici, quod ex quo ſententia lata eſt, ſtatim
oportet patruum tertiam & quartam integras reſtituere. Sed
poſtea condictione ex l. falcid. petet falc. quando hoc ius ſibi
ſaluatum fuit. Si autem ſibi ſaluatum non eſſet, ſi ſoluit per
errorem facti, agit condictione indebiti: ſecus per errorem iu
ris. C. ad l. falci. error. Alij dicunt, vt refert Innocen. quod cum
de hac falcidia nõ ſit actum, patruus eam retinebit. Reliquas
tres patres reſtituet ſine lite, cum de eis conſtet. & ſic non eſt
ſententia incerta, cum ad minus partes tres perueniant ad
auunculos, & ſuper quarta detrahenda fertur ſententia ſub
conditione prædicta, pro prędictis, quod dixi ſupra verſiculo
demum. Et procedit hęc opinio præſuppoſito, quod de lega-
to pœnæ detrahatur ſalcidia, de quo quid iuris ſit, dico infra
quæſtione quinta. Sed quo ad hanc literam dic, quod reſer-
uatur falcidia ſub conditione: quia vt dixi ſtatim hæc condi-
tio iuris eſt. Et intelligo quod eſt potius modus quam con-
ditio, vt ſit ſenſus, quod patruus detrahit falcidiam, quia hę-
reditas erat exhauſta: ſed tamen hæc portio non ſit ſua cum
omni effectu. Nam ſi infra annum non ſatisfaciet volunta-
ti teſtatoris, auferetur ei hæc portio ipſo iure, quia hæres
6 † non adimplens iuſſa teſtatoris infra annum priuatur omni
commodo, quod ei obuenit a defuncto. ſupra eodem, ſi hæ-
redes. pro hoc quod dico infra eodem contrario. Item hic
non fuit ſententia, ſed quædam reſeruatio, quod dico infra
quæſtione quinta, in fine. Generaliter autem, an & quando
vitietur ſententia propter conditionem, dixi de appellation.
pterea, ſecundo. Ex his dic, quod ex opinionibus præmiſſis ve
rior eſt ſecunda, in eo quod vult, quod ſtatim detrahatur fal-
cidia cum ſolu. legatum, & illa non eſt vera, quæ vult, quod
ſoluat integrum legatum: & poſtea ſalcid. imo ſi ſolueret,
præiudicaret ſibi: ita quod non audiretur petens falcid. C. ad
legem falcidiam, authent ic. ſed cum teſtator: quod dico infra
quæſtione nona. Et hoc tenet Innocent. in alia gloſſa, dicit
enim hic haberi, quod ſi hęres ſuper legatis pręſtandis con-
uenitur infra annum, & condemnatur, non tamen priuatur
falcidia, ſi ſatisfaciet infra annum, & dic quod annus compu
tatur: vt dicit gloſſa, in verſiculo legitimum. ſed poſt annum
bene priuatur. C. de fideicommiſſ. authent. hoc amplius. Se-
cundo oppono ad hoc, quod pœnam ſtatim incurrat per li-
tis conteſtationem. ff. rem ratam haberi, amplius Solu. Inno-
cent. quod pœnam a teſtatore impoſitam bene incurrit ſta-
tim cum litem conteſtatur, quaſi dicat ſecus de pœna falcidię
quę a iure imponitur, & ſecundum Innocen. hic ſimiliter p-
ceditur quo ad legatum pœnę, quod integre ſolu. patruus ſci-
licet 2. & in quibus tenebat inſtitutio pręter falcidiam, quę
ſibi reſeruatur. Sed de hoc, quod vltimum dicit Innocent. in
legato pœnę dico j. q. 5. Quinto oppono in eo, quod dicit ꝯ
7 voluntatem teſtatoris † detrahi falcidiam, & ſic obſt. in Aut.
de hęre. & fal. §. ſi vero expreſſum, & C. ad l. falcid authen. ſed
cum teſtator. Glo. vlt. ſolu. quod hodie falcidia non poteſt de-
trahi contra voluntatem teſtatoris: ſecus de iure antiquo, cui
innititur hęc litera: vel habuit reſpectum ad voluntatem
tacitam teſtatoris, contra quam bene inducitur ſalcidia: vt in
ll. ad hoc alleg. in hac glo. & idem Innocẽ. & ſic fuit hic, quia
non

ADDITIO.

a Filius non punitur. Adde caſus in quibus filius punitur proprie. vide Archid. in § ſi ergo, in vlt col. 17. q. prima, glo. in ver. ſuiſſe in l. duo fratres, de iure. patr. & in l. emancipatum in §. fi. & ibi Bar. ff de ſena. Bal. in l. filiusfamilias, in vlti. col. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iu. Dy. in reg. non decet. de regu. iur. lib. 6. Alb. in 3. parte ſtatu. q. 12.

Google

detrahet falcidiam. Item ſi neget rem eſſe hæreditariam, ſed
dicit ſuam eſſe, & conuincitur de mendacio. C. ad l. fal. & ſi ta
citum, & §. eodem beneficio. in prin. & §. 1. & l. hæreditatum,
§. fin. Item ſi teſtator fuit miles. C. ad l. fal. in teſtamento, vbi
de his caſibus. Azo tamen in ſumma Auth. de hære. & fal. ad
fin. dicit hoc de milite hodie non procedere: quia illud auth.
generaliter loquitur permittendo falcidiam in omni perſo-
na. d. Auth. §. quia vero damus. Glo. vero in d. l. in teſtamento.
tenet adhuc hodie procedere in milite militãte: ſecus dicit in
veterano, per l. ff. ad l. falc. ſi poſt, quod placet, ex quo non eſt
9 expreſſe ſublatum. Nam diſpoſitio † generalis non tollit ſpe-
cialem niſi hoc exprimat. ff. de pœn. ſanctio. de verborum ob.
doli clauſula. de conſtit. c. 1. lib. 6. Ceſſat etiam falcidia cum le-
gatum commode diuidi non poteſt, ſicut inſtrumentum. C.
ad l. fal. ſi prædiorum. Item in legato dot. ff. ad l. fal. cum in do
tem. argum. ff. ſoluto matrim. l. 1. Item vbi hæres ſuam fidem
præſtitit non capaci. ff. ad l. fal. beneficio. & l. ſi ita. de iu. fiſ. l. 4.
& C. ad l. fal. l. 3. & de his caſibus per Azo. in ſum. C. ad l. fal. in
fin. & in ſumma. Auth. de hære. & fal. ad fin. Et hac glo. vltim.
ibi, ſi vt allegas. Si pater filium quem rogauit reſtituere certa
re per falci. iuſſit eſſe contentum: filius ſtare non tenetur, ibi,
l. pe. Si habens 400. in bonis iuſſit non aliter hæredem adire
niſi 380. Titio ſolueret, hæres nihilominos adit, & habet in-
tegram falcidiam, d. §. vl. quarta quæ eſt 50. fal. retinẽ eſtima
tione quam teſtator facit non magis minui poteſt quàm au-
ferri. Quarto oppono, quod Papa non debuerit reſeruare pa-
truo beneficium legis falcidiæ, quia non dederat legatum, vt
præcepit teſtator, cuius voluntas debet ſeruari pro lege ſ. cap.
proxim. vbi de hoc in glo. 2. debuerunt ergo omnia ad auun-
culos peruenire ſicut præcepit teſtator. So. quod ideo hic dr̃,
quia contra voluntatem teſtatoris falcidia retinetur. Et idem
etiam dicit glo. vlt. in prin. vſque ibi: ſed non videtur. vnde di-
cit Inno. notandum, quod hæres rogatus dare aliquod legatũ
de ſuo, licet non det, vt teſtator præcepit: tamen poſtea cum
dat detrahit falcidiam: vt hic, quod intelligit Inno. verum vbi
rogatus eſt reſtituere omnia bona hęreditaria niſi legatum ſi
bi iniunctum ſoluerit, vel de ſuo proprio, vel de bonis teſtato
ris: vt hic, & eſt ratio ſecundum Innoc. quia ipſemet teſtator
pœnam adiecit hic, qui non poteſt priuare hęredem falcidia.
10 Quinto oppono ad hoc, quia ipſo iure punitur hæres † non
adimplens iuſſa teſtatoris, & priuatur omni commodo ſuc-
ceſſionis. C. de fideicommiſ. authen. hoc amplius. quod dixi
ſ. in primo contrario. Soluit Innocen. non eſſe recurrendum
ad pœnam legis, vt iſte non parens voluntati teſtatoris priue-
tur omni hæreditate. de qua ſ. ca. nos quidem, & c. ſi hęredes.
debet enim ſufficere pœna teſtatoris, quam ſi non appoſuiſ-
ſet, locum haberet pœna legis, vel canonis, de qua dictum
eſt, quod non videtur procedere: quia ex quo teſtator non po
teſt imponere pœnam cum effectu quo ad priuandum falci-
dia, ſaltem debet remanere pœna iuris. Secundo ſoluit Inno.
quod patruus non fuit in mora ante annum: quia non fuerũt
ab eo petitæ tertia & quarta determinate & expreſſe; ſed ſo-
lum petitum fuit legatum rerum de quibus fuerat compro-
miſſum: vel omnia bona, vt ſ. demum dic melius, quod non-
dum erat locus pœnæ iuris, quia non erat lapſus annus, & il-
lam pœnamq́ Papa reſeruat: vt ſupra in primo contrario, & ſic
eſt locus vtrique pœnæ, tam ei quam impoſuit Raynaldus ex
quo contrauenit patruus, quam ei quæ imponitur ipſo iure,
& hanc vltimam incurrit ſi infra annum non adimpleuerit
voluntatem teſtatoris. Quæro qua ratione potuerunt abſolui
filij ex eo, quia non poſſidebant. Glo. hęc eſt bona, dicit quod
non potuerunt conueniri rei vendicatione, qua agebatur ad
legatum: vt dixi ſupra verſicul. demum, quæſtione ſecunda,
quod dic verum præſuppoſito, quod ſe non obtulerint liti: ſe
cus ſi ſe obtuliſſent. ff. de rei vendication. is qui. Innocent. nec
deſierint dolo poſſidere. ff. de rei vendica. ſin autem. Hoſtien.
Et in hac gloſſ. ibi. l. vna. vide de alie. mu. iudi. capitulo primo.
in princip. gloſſ. 4. In fine de iurament. calumn. capitulo pe-
nultimo, in gloſſa vltima. Secundo quæro, in eo quod dicit,
quod tenebat pœnæ adiectio pro rata: quomodo hoc intel-
ligatur. Solu. vt in gloſſ. quaſi dicat, quæ ſoluit dupliciter, pri-
ma vera. Tertio quæro, in eo quod fuerunt patruus, & filij ab
Innocent. relicti contra...
tur nomine pœnæ, habent tanquam legatum, & quod ſit le-
gatum, inducit ff. ad legem falcidiam, cum pater. §. vltimo.
inſtitu. de lega. §. penultimo & vltimo, & hanc opinionem
etiam tangit gloſſa. ibi, & forte, & in gloſſa finali, ibi, ſed & in
alijs. Et deinde ipſe Innocent. recitatis quibuſdam opinioni-
bus quæ partim continentur in gloſſa, partim in eo quod ſe-
quitur. Dicit melius dicendum, quod hæreditas Rayn. quæ
erat ſolummodo tertia & quarta: ita erat exhauſta per duo
legata facta auunculis, quod nihil in ea remanſerat: quod eſt
verum: quia primum legatum fuit de medietate portionis.
Rayn. id eſt de medietate tertiæ & quartæ: ſecundum fuit
de alia medietate, quæ erat ſoluenda auunculis nomine
pœnæ, & ſic de toto eo, quod peruenerat ad patruum ex
perſona Rayn. dicit ergo Innocent. quod ratione prædicta
potuit patruus deducere falcidiam de legatis. refert tamen
Innocent. quoſdam dicere, quod de legato pœnæ non de-
trahitur falcidia, per l. cum pater. allega. in gloſſa, ſed ipſe In-
nocent. dicit quod debet ſic exponi, vt ibi dicitur, quod id
quod pœnæ cauſa accreuit, non ſubiacet pœnæ ſupplendo
quod accreuerit per condemnationem iudicis, qui condem-
nauit hæredem legatario quantum in litem iurauit: & tunc
de eo quod vltra valorem rei legatæ iurauit propter ſpecia-
lem affectionem non detrahet hæres falcid. quia non eſt le-
gatum, imo condemnatio, ſecus ſi teſtator imponit pœ-
nam, ſi non ſoluetur legatum. Nam tunc cum legatum pœ-
næ ſit vere legatum: de eo ſicut de alijs legatis detrahetur fal-
cidia. Et idem Petrus & Abbas, ſed Hoſtien. nihil approbat,
verior videtur opinio. gloſſ. quia vt probat dicta lex, cum pa-
ter. in fine, cum lege ſequent. id quod accidit culpa hæredis,
auget falcidi. At hic debetur legatum auunculis nomine
pœnæ culpa patrui. Sed pro opinio. Innocent. facit litera,
quia ex legato, quod ſoluitur nomine pœnæ, exhauritur
hæreditas. Item vt ipſe Innocent. dicit, & dixi ſupra eadem
quæſtione, non eſt mere pœna, ſed legatum, & hæc eſt ſin-
gularis limitatio ad leges illas. Gloſſa tamen eſt verior: quia
iſtud legatum ſurgit culpa hæredis, & ſic eſt, quod impu-
tetur ſibi, & pro hoc eſt text. hic: quia ponit hæc tria, vt di-
uerſa, ſcilicet inſtitutionem, legatum, & pœnæ adiectio-
nem, & poſtea reſeruat falcid. ſolum in legato; nec poteſt
intelligi de legato nomine pœnæ: quia illud nuncupauit
alio vocabulo, ſcilicet pœnæ adiectionem, nec repetit hoc
verbum. Oppono ad hanc opinionem gloſſæ, quia eam
tenendo non videtur procedere computatio, quam facit
gloſſa, ſupra verſiculo, dilectus. in verbo reſiduo. quæ
incipit, auunculi. cum dicit, quod patruus detrahit vnum
per falcidiam, non enim erat exhauſta hæreditas niſi per
legatum factum in pœnam non parentis. Ad quod dic,
quod ex illo legato facto nomine pœnæ exhauriatur hære-
ditas, tamen de alio deducitur falcidia, quod reperitur non
ſolutum. Et ſi dicas, ceſſante culpa hæredis, hæreditas
non fuiſſet exhauſta, ergo non debetur falcidia, per dictas
leges, quæ hoc optime probant, dic quod poteſt eſſe, quod
patruus incidit in pœnam, & tamen ſine culpa, & hoc
ex forma verborum teſtatoris. Nam forte putauit iuſte con-
tradicere illi legato auunculorum, & hoc ex facto pen-
det, an fuerit in culpa: nec hoc diſcutitur hic, & hic ver-
ſiculus ſaluo, & cætera, fuit potius quædam reſeruatio. de
hoc etiam dixi ſupra in ſecundo contrario. & ſupra eodem
capitulo, in principio, in diuiſione hæreditatis. vnde dic,
quod quando detrahitur, tunc de hoc cognoſcetur, & ſi
conſtabit, quod culpa hæredis hæreditas ſit exhauſta, non
erit locus legi falcidiæ, nec hic hoc negatur. Et in hac
gloſſa iſtud eſt, ibi in imponenda ratione falcidia, omne æs
alienum deducitur, etiam, quod ipſi hæredi mortis tem-
pore debitum fuerit, quamuis aditione hæreditatis con-
fuſæ fuerint actiones ſequentes. vide ſupra contrario pri-
mo, in fine. Ibi, cum ſede, diuerſis modis intelligitur,
vt ibi nota. Si pater inſtitutus ab vxore, ita quod filio re-
ſtitueret hæreditatem ſuam, quam in filium conferebat,
compenſari voluit fideicommiſſum: filius detrahet dodran-
tem tantum hæreditatis per trebellianicam, quam ibi pater
habebat.

Digitized by Google

debito tempore incoauerit. C.de iure delib.l.vltim. & hodie
rectores hoſpitalium tenentur facere inuentarium . de relig.
12 dom.clemen.quia contingit.verſic.illi. † Septimo quæro,ad
quid prodeſt inuentarium, dic quod ad deducendam falci-
diam,vt hic,prodeſt etiam ſecundum Innocen.quod non te-
netur hæres qui fecit inuentarium,vltra vires hæreditatis. C.
de iure delib.ſcimus.de hoc ſ.e.primo, quamuis autem pro-
ſit,vt de legatis detrahatur falcidia,ſecus in debitis de quibus
13 nihil detrahitur.Innocent.de hoc in dicta l.ſcimus.† Octauo
quæro, an hæres qui non fecit inuentarium,priuetur legiti-
ma,ſicut priuatur fal.videtur quod ſic.C.ad l.fal.authent. ſed
cum teſtator. In contrarium, quia in legitima filius grauari
non poteſt.C.de inoffic.teſta.omnimodo,& l.quoniam, ver.
dilectus,& hoc tenet glo.C.de iure delib.l.fina.in fine. dic vt
ibi no.quia in effectu grauatur in legitima,tenet enim etiam
de ſuo ſoluere ſolida legata. Sed prodeſt,quia legitima dimi-
nuet legata omnia vſque ad tertiam , & legata ſic diminuta
* inſolidum pręſtabuntur,quod communiter * tenent omnes
in dicta l.fina.& Barto.in dicta auth.ſed cum teſtator. Nono
quęro,ſi hęres qui fecit inuentarium,& poterat deducere fal.
ſoluit vnum legatum ſine deductione: an quo ad alia poterit
deducere,dic quod non , niſi proteſtetur ſe ſoluere de gratia,
videtur enim renunciaſſe beneficio inuentarij.dicta auth.ſed
14 cum teſtator,quod tenet Barto. ff.ad l.fal. Paulus. † Decimo
quæro,an teſtator poſſit prohibere trebellianicam. Gloſſa,in
auth.ſed cum teſtator. dicit quod non. Contrarium tenet in
corpore vnde ſumitur, & hoc communiter tenetur propter
paritatem rationis inter trebellianicam & falcidiam. argum.
C.de fur.ſi quis ſeruo.ff.de leg.quod vero.Nam iura dicentia
de falcidia extenduntur ad trebellianicam iuris autoritate.de
hoc etiam ſupra contrario 3.

ADDITIO.

a Quare ſic dicitur. Adde glo in cap.quia contingit.de relig.dom.

---

verſicu.Nos itaque.

Nota, quod Papa confirmat ſententiam latam per auditorem a ſe deputatum : & fuit confirmatio neceſſaria, ſi auditor non habebat ad hoc mandatum , pro hoc ſupra cap.Raynutius,in fine.

SVMMARIVM.

1 *Clericus præmittitur quando fit ſermo de clerico & laico.*
2 *Minores & fœminæ an poſſint eſſe executores teſtamenti.*
3 *Clericus an poſſit teſtari.*
4 *Loca pia dicuntur venerabilia.*
5 *Epiſcopus habet executionem teſtamentorum.*
6 *Executor qui non ſuſcepit officium, cogi non poteſt ad exequendum.*
7 *Clericus an poſſit deputari executor teſtamenti.*
8 *Profeſſio diſpar non debet eſſe in eodem officio.*
9 *Clericus an cum laico ludere debeat.*
10 *Mandatum expirat morte mandantis.*
11 *Executor ſi ſuſcepit mandatum an poſſit pœnitere.*
12 *Executor quid ſit.*
13 *Executor vnde dicatur.*
14 *Epiſcopatu vacante ſuccedit capitulum.*
15 *Executor teſtamenti an contra hæredes agere poſſit, & num.16.*
17 *Cautio de exequendo an ab executore poſſit peti.*
18 *Executor teſtamenti an ad petitionem legatarij cogatur agere contra tenentem legatum.*
19 *Executor an poſſit facere inuentarium.*
20 *Executor an poſſit cogi præciſe ad exequendum.*
21 *Epiſcopus an poſſit cogere executorem poſt annum exequi.*
22 *Executio teſtamenti etiam ad pias cauſas an ſpectet ad epiſcopum.*

que ſit,cum verbum ſit generaliter ſumendum eſt . ſupra ca-
1 pitulo relatum 2.primo reſponſo.Hoſtien.† Nota ſtylum cu
riæ,quia cum de clerico & laico ſit ſermo, præmittitur cleri-
cus,concordat,de reſcript.ſignificauit.de electione. qualiter,
ſupra capitulo, tua.de vſuris.preterea.de crimine falſi, ad fal-
ſariorum . de clericis excommunicatis,propoſuit . de exceſſ.
prælatorum.clerici de priuileg.ex parte. de ſententia excom-
municationis.grauem.pro & contra.& de arbitr.per tuas.Sed
ratio primi eſt:quia cętus clericorum dignior eſt. de maiori-
tate & obedientia,ſolitæ . Simile quod prædicatores præmit-
tit minoribus,de electione,quorundam,libro ſexto, quia an-
tiquior illorum inſtitutio. Sic olim præmittebat templarios
hoſpitalarijs,de decimis.ex parte, infra de priuilegio, cum &
plantare,interdum ſecus , de regula.licet,p quæ poſſet dici ꝙ
talis ordo prætermiſſus non viriat . Ad idem de reſcript. cau-
ſam.de cenſi.prohibemus.de iudi.decernimus. Secundo no.
a de copula & a , & ponderat Ioann. Andre. quod copulatiue
fuerunt inſtituti,dicit idem ſi diſiunctiue, nam tunc diſiun-
ctiua reſoluitur in copulatiuam.C.de verborum ſignificatio-
ne,cum quidam,de hoc de reſcript.inter cæteras.Tertio not.
quod nomen quandoque ſcribitur breuiate, ibi & P.tamen
de ſtylo curiæ debet poni integrum:vt not.de conſtitut.cum
acceſſiſſent.in princip. Quarto not. quod plures dari poſſunt
executores,id eſt perfectores,& conſummatores.Goffr.de hoc
in quæſt.2.& dantur hic in numero pari,ſic,& in arbitris non
refert an ſit vnus. de arbitr.dilecti.& cap.ſequen. an duo , eo-
dem titu.cap.2. & penultimo.an tres,eodem titu. per tuas:an
quatuor.eodem ti.peruenit.Sic & in compromiſſarijs ad eli-
gendum quandoque eſt vnus.de elec.cauſam,quandoq; duo
vel tres vel quinque vel ſex vel ſeptem,eodem tit.in cauſis,&
c.cum dilecti.c.cum in veteri, & c.cum in iure.Conſilium ta
men eſt,quod committantur talia in numero pari.de arb.c.1.
de procuratoribus.dic,vt de procura.ſi duo.lib.6. Quinto no.
b ꝙ non refert an executor teſtamenti ſit clericus: b an laicus ,
vel clericus & laicus mixtim.de hoc tamen vltimo J.in ſecũ
do contrario,& vbi dantur plures : an alter poſſit exequi. dic,
2 vt J.cap.2.ſecundo reſponſo. lib. 6. † Quid de minore 25.an-
4 ſus prohibitos poſſit negari ſepultura,† dic,quod non:quia vt dixi ſupra,quęſtio. proxim. cuilibet catholico conceditur regulariter,& dicit Ioann. And.quod ſicut extra caſus prohibitos concedere ſepulturam eſt pium,& humanum, ſic,& illã negare,eſſet crudele,& inhumanum. Eccleſiaſtici 7. mortuo non negabis gratiam.ſ.ſepulturę,13.quęſtio.ſecunda,in eccleſiaſtico.vnde de primo ſpecialiter dicit canon. quod ſepultura in vniuerſo orbe concedenda eſt Chriſtianis, eadem quæſ. qui diuina.in fin.vnde ponit Valerius li.primo,capit.de ſom-
5 nijs,exemplo,6.quod Symonides † poeta ad littus applicans maris,corpus,quod vidit inhumatum ſepeliri mandauit,propter,quod periculum maris euaſit,vt ibi:& terrę,vt in titu.ſequenti de miraculis vltra medium, vnde ibi Valerius. Quid hac fęlicitate locupletius, quam nec mare nec terra ſeruiens extinguere valuit.Item ipſe li.5.de humanitate, exemplo 16.
6 Commendat † Cæſarem,qui caput ſui hoſtis Pompeij,per regem Egypti ſibi deſtinatum honorifice ſepeliri,& cremari fecit,quod, licet paulo ante Romani fuiſſent imperii culmẽ:ią euiſſet inhumatum:ſi humanitas Cęſaris non fuiſſet,& interſerit autor.Sic mortalium negocia verſat. Et ibi vltimo exemplo commendatur Hannibal † qui ſucceſſiue tres Romanos ,i. Paulum: Gracchum,& Marcellum ipſius hoſtes occiſos honorifice ſepeliuit :humanitas enim hoſtilem ſanguinem hoſtilibus lachrymis miſcet. Subdit ibi Valerius ad illos Romanos,quod non pœnitendas ſortiti ſunt exequias,quæ licet optabilius fiant,ſpecioſius tamen pro prima,de ſecundo pſal. 78.in prin.vbi inter horribilia inſerit,non erat, qui ſepeliret, vnde Valerius li.5.de ingratis reprehendit Athenienſes,qui Eiadem in carcere mortuum ſepeliri non permiſerunt,niſi Cymo † ipſius filius carceres intraret, & ibi titu. ſequenti.de
8 pietate erga parentes dicit.Nec te quidem Cymo ſilentio inuoluam,qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti. Nam etſi & maximum, & ciui & duci tibi euadere contingit:plus tamen laudis in carcere, quam in curia aſſecutus es.his conuenit,quod eodem cap.dicitur exemplo,12.de ſcithis,qui reſponderunt Dano, quod non pugna-
9 bant niſi pro parentum tumulis defendendis.† Quarto quæ-
b ro,an liceat lugere [b] tempore ſepulturę,videtur quod nõ 13. quæſtione ſecunda,quam præpoſterum,cum tribus cap. ſeq. in quibus etiam ponuntur illa verba primę ad Theſſal.4. No-
c lumus vos ignorare [c] de dormientibus &c.facit quod in hieronymiano ſcribit Ioann. An.ad Celeutiam poſt princi.& in epithaphio Nepotiani, & in conſolatorio ad Paulam ſuper morte Breſillæ, per totum,& ad Tiraſium ſuper morte filiæ per totum,& quod dico de ſimo.licet,in prin.vnde Thobiæ in fine, legitur de Thobia iuniori , quod eius cognatio cum gaudio ſepeliuit eum,vnde Valerius li.2.capi.1.commnedat marſilienſes,qui diem ſine luctu finiebant domeſtico ſacrificio,& neceſſariorum ideſt conſanguineorum cõuiuio,ſubdens.Quid attinet aut humano dolori indulgeri, aut diuino numini inuidiam fieri,ꝙ immortalitatem ſuam nobiſcum impartiri noluerit.Ibi etiam ſequitur de Thracis, qui plorabant natale,& ridebant exequias.Et de licijs,qui ſumebant in funeribus veſtem muliebrem,vt cito veſte depoſita deponerent merorem,de diuerſis autem modis per diuerſitates prouinciarum ſepeliendi,& plangendi defunctos remittit Ioannes Andreas ad librum qui dicitur bompagnus, in fine primi libri.

2 *Chriſti actio eſt noſtra inſtructio.*
3 *Socij paſſionum debent eſſe & conſolationum.*
4 *Emolumentum ſperare ei debet ad quem ſpectat onus.*
5 *Veniens contra canonem peccat mortaliter.*
6 *Eccleſia qualibet an habeat ius funerandi.*
7 *Viatores vbi ſint ſepeliendi.*
8 *Viator poteſt eligere ſepulturam in eccleſia inferiori.*
9 *Clerici vbi debeant ſepeliri.*
10 *Epiſcopus duarum ciuitatum vnitarum in qua debeat ſepelliri.*
11 *Forenſis,ſi decedat in officio,vbi debeat ſepelliri.*
12 *Miles habet domicilium vbi militat.*
13 *Canonica pro ſepultura ſcholaris cui eccleſię debeatur.*
14 *Fundo legato quæ veniant.*
15 *Eccleſia parochialis defuncti quę dicatur.*
16 *Canonica an poſſit detrahi de quibuslibet relictis.*
17 *Canonica an debeatur de relicto eccleſia ſepultura iure inſtitutionis.*
18 *Verbum,relictum,an includat hæredis inſtitutionem.*
19 *Canonica an debeatur parochiali de legatis eccleſia ſepultura.*
20 *Canonica quando debeatur.*

NOs inſtituta. Decedens inteſtatus ſepelitur in ſepulchro maiorum:alias vbi elegerit,tamen parochialis eccleſia habebit canonicam eius, qđ reliquit eccleſię ſepulturę, Habet tria dicta. Secundum ibi , nulli. Tertium ibi:ſed quia. vnumquemque, inteſtatum vel qui ſepulturam non elegit, & melius. Exitus,ideſt mors,docet.Gen.23.25.& 49.propriã, ideſt in propria eccleſia,vel vbi non prius fuerit aliquis ſepultus,alienam,ideſt in aliena eccleſia,vel vbi alij ſui maiores ſepulti fuerunt.Elegit,ipſo facto,de hoc Ioann.19.dignis.Matthę.10.12.quęſt.ſecunda,quicunque ſuffragio. tertiam partẽ de hoc dic,vt in glo.5.& intelligit quidam hoc vbi eſt cõſuetudo.Ioan.An.dic idem vbi non eſt conſuetudo, dummodo non ſit conſuetudo contraria,dic vt infra certificari. Apoſtolum:ſecundę Corinth.primo,vt pro ſicut.aliter,ideſt ne recipiatur aliquis in alia eccleſia,niſi parochiali detur canonica, vel aliter.i.ne aliqs recipiat alienum parochianũ niſi apud cũ elegerit ſepeliri,de vtraque expoſitione infra,quæſtione duo
1 decima,vbi approbatur ſecunda.domini noſtri, cuius ſumus vicarij,de transla.cap.ſecundo,dicens prouerbijs.21. † Nota, quod inſtituta maiorum ſunt attendenda. Secundo no.de ſepulturis patriarcharum,de hoc in glo.ſecunda,& in ea in fin. melius in cap.ebron.13.quęſtione ſecunda. Tertio not.quod Chriſtus elegit alienam ſepulturam,de hoc in gloſ.4.& in ea ibi,Bethleem.Matthei 2.quem locum Hieronymus ad Mar-
2 cellam quinto capi. de quinque commendat.Ibi,Nazareth.
a Luce.2. Et in fine Matth. 28. † Quarto nota, quod Chriſti actio [a] noſtra eſt inſtructio. ſecunda,quæſtione prima, Deus,
b de elect.ſignificaſti. Quinto nota illud, dignus eſt operarius,
3 &c. [b] Sexto nota,de celeſti pabulo,quod dic,vt in gloſſ. † Septimo not. quod ſocij paſſionum debent, & eſſe conſolationum,quod poteſt exponi de conſolatione temporali,vnde pater dicitur conſolari de redditione dotis filię defunctę.ff. de iure dot.iure ſuccurſum,ad hoc.ff.ad l. rhodiam, l.quarta, §.cum autem.paſſiones vero appellat labores quos patitur eccleſia parochialis orando:prædicando;& ſacramenta exhibẽdo. Et dicunt Pe.& Abb.hic poſſe notari,quod vita laicorum eſt clericorum paſſio, mors vero conſolatio: ſicut corui de mortuis paſcuntur,ſecunda,quęſtione 7. non omnes.dic, qđ non eſt hoc bene dictum, nam dicitur hic conſolatio, quaſi

retributio

ADDITIONES.

a Chriſti actio. Adde c.qualiter & quando.de accuſa.
b Dignus eſt operarius. Adde c.ſi.iuncta gl. 1.7.q.1.& in c.charitatem,iuncta glo fin.12.q.2.

[illegible]
net electio etiam ſi locus ſit minus religioſus. Tertio, quia
quandoque in indulgentia minuitur quantitas conſueta, ex-
6 primendo de alia. † Quęro an quęlibet eccleſia habeat ius fu
nerandi, dic, quod non. vnde dicit Innocen. quod non omnis
eccleſia habet cimiterium, ſed illæ tantum quę habent popo
lum, vel quibus conceſſum eſt ex priuilegio, facit, quod di-
co de cleri. non reſi. quia nonnulli, dicit tamen Innocẽ. quod
pacta quandoque impediunt electionem ſepulturæ, quę ſunt
aliquando quod nullum recipiant ad ſepulturam, vel de cer-
ta parochia, vel certos homines non recipiant, de conſe. di. 1.
certum, de hoc vltimo de pact. capit. primo, libro ſexto. Et de
cimiterio, & iure funerandi, dico infra eodem certificari. Se-
cundo quęro, in eo, quod dicit quemlibet ſepeliendum in ſe
a pulchro maiorum a, quid ſi non habet tale ſepulchrum, dicit
Innocen. quod ſepelietur in eccleſia parochiali, infra eodem,
in noſtra. † Tertio quæro de viatoribus b, dicit Innocẽ. quod
7 b ſepelientur in eccleſia cathedrali 16. quæſtione prima cap. pri
mo, de offici. archipresbyteri, officium 13. quęſtione ſecunda
vbicunque. Arch. infra eodem capitu. primo, libro ſexto, di-
cit, quod in parochiali vbi decedunt, per capi. primũ, 16. quæ-
ſtione prima, & quod ibi no. glo. & 13 quęſtione prima, eccle
ſias, quod videtur placere Hoſtienſ. infra eodem in noſtra. qa
talis eſt ſine domicilio. ff. ad municip. eius qui. §. penultim. l.
certo. Ibi, ſepelietur vbi mortuus fuerit. ff. de iud. hęres abſens
§. nam vbi ſic venit &c. 16. quæſtione prima, cap. ſi. vbi eſt ex-
preſſum, & facit, quod ibi no. glo. & ita, ſed videtur male alle
gare. Ad cap. vbicunque, reſpondet Arch. vt ibi no. gloſ. quod
ibi de ordine ſeruando in eligenda ſepultura, pro eo facit, qđ
not. de priuileg. clemen. prima, in gloſſ. puto. primum placet:
quia epiſcopus habet exercere curam fori pœnitentialis in
tota dioceſi. de pœniten. capitu. ſecundo, libro ſexto, quia in-
diſtincte ibi loquitur, & pro hoc, quod ibi no. gloſſ. prima, &
ſimiliter eccleſia cathedralis, & eius ſacerdotes habẽt curam
totius dioceſis: vt in pręalleg. cap. officium. Cum ergo viato-
res non poſſint dici facti de parochia vbi decedunt, remanent
ſub poteſtate dioceſani, & eccleſiæ cathedralis. Et ſufficit, ꝙ
expreſſe de iure non probatur, quod parochialis ſacerdos ha-
beat hoc ius, hęc intelligo, dummodo poſſint nõ incommo-
de deferri ad eccleſiam cathedralem: alias ſi non commode:
vt ſi eſt lata diocel. & decedit remote ab eccleſia cathedrali,
ſeruabitur alia opi. quod in parochiali vbi decedit, ar. infra eo
dem cap. fina. libro ſexto. Tenendo autem, quod debeat ſepe-
liri in cathedrali quando ceſſat incommoditas. Reſpondeo
ad iura per Archi. alleg. & primo ad cap. primũ, 16. quęſtione
prima, dico, quod non eſt vera expoſitio Hug. & Arch. quod
verbũ, fratrum, debeat intelligi de quolibet Chriſtiano, ꝑpid,
quod pręcedit ibi, niſi monachum in monaſterio commo-
rantem, ex quo apparet, quod ibi ſubditur, vel niſi fortuitu
quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit.
intellige ideſt monachorum, ne fruſtra ſit poſitum, quod pręe
cedit de commorantibus in monaſterio. Ad cap. eccleſias, di-
co, quod non probatur niſi, quod parochię ſunt diſtincta:, &
quod in propria parochia presbyter exercet ius, quod proce-
dit de parochianis, & commorantibus: non de forenſibus.
Item quod prohibet cap eccleſias, procedit inter comparo-
chiales, vt vnus non occupet ius alterius, ſic enim expreſſe ibi
loquitur, & nihil probat de epiſcopo, qui eſt ſuperior im-
mediatus ad omnes: vt proxime dixi. Quarto quæro, ſi viator
8 † eligit ſepulturam in eccleſia inferiori: fuit de facto, dic, ꝙ
valet electio. infra eodem cum quis §. fina. libro ſexto. Sed ec-
cleſiæ cathedrali debetur canonica, cum cenſeatur parochia-
lis eccleſia ipſius viatoris, vt in proxima quęſtione: parochia-
li autem eccleſię debetur canonica dicto capitu. cum quis, in
prin. libro ſexto. Pau. eodem tit. cle. dudum, ver. verum, quod

ina, cap primo, de om. archipresbyteri, officium, dic de mona
chis, vt dicitur in cap. fina. libro ſexto, de clericis autem placet
quod dicit Innocen. quod ſepeliantur in ſuis eccleſijs. Innoc.
intelligendo tamen, quod in eis ſortiebantur domicilium,
quod quando locum habeat, no. de priuileg. ex ore. dico de re
ſcrip. dilectus, ſecundo, alias ſi non habent domicilium ibi, vi
detur idem dicendum, quod hic dicitur de laicis. Per hoc di-
co, quod cum epiſcopus indiſtincte ſortiatur domicilium in
ſuo epiſcopatu: vt not. infra eodem capi. ex ore. ſepeliri debet
apud eccleſiam ſuam epiſcopalem. quæ eſt ſedes eius 13. quę
ſtione ſecunda, ubicunque. Et intelligo eam eſſe ſedem non
ſolum in vita, vt ibi, ſed etiam in morte, licet, vt dicit ibi gloſ.
poſſit eligere ſepulturam adpud minorem eccleſiam, duode
cima, quęſtione ſecunda, bonæ rei. de dona. Apoſtolicæ, facit
ad prædicta, quod no. Ioan. An. infra cap. primo, libro ſexto, de
vxore dic, vt infra eodem de vxore. Sexto quæro, circa hoc de
quęſtione facti, dominus Antonius conciuis meus doctor ex
c cellentiſſimus, cuius auditor fui c primo anno exiſtẽs epiſco-
pus Feltren. & Bellun. obiit in epiſcopatu Feltren. non electa
ſepultura, & ibi ſepultus fuit, q̃rebaſ an iuſte ibi ſepultus eſſet.
Item, de funeralibus cui deberentur. Ad primum ſurgit intri
catio propter illarum eccleſiarum vnionem, quæ ſunt vnitæ
ſimul: ita quod altera non ſubeſt alteri, ſed vtraque eſt epiſco
palis, & vnio ſolum hoc efficit, quod vniuntur quo ad titulũ
epiſcopatus, vt ſint ſub vno epiſcopo. Et perinde eſt ac ſi eſſet
epiſcopus duorum epiſcopatuum non vnitorum, & de hac
vnione loquitur, decima, quęſtione prima, & temporis, & ita
tenet ibi glo. & Arch. & de hoc modo vnionis no. glo. ne ſe-
de vac. cap. primo, & Goffr. plenius in ſumma de relig. domi.
§. fina. & ſpecialiter de hac dignitate ſic vnita loquitur, de ar-
bitr. expoſita, hoc pręmiſſo videtur, quod debuerit ſepeliri
10 apud Feltren. prout ſepultus fuit, ex quo eſt prima in titulo:
quia vocatur epiſcopus Feltren. & Bellun. ad hoc. ff. de legat.
ſecundo, cum pater. §. penultimo, de elect. cap. penultim. §. ve
rum, libro ſexto, de pręben. mandato. eodem libro. In contra
rium, quod potius apud antiquiorem. ff. fina. regun. in finali-
bus, de paroch. cap. primo, infra eodem, is qui. libro ſexto. vel
quod forte fiat diuiſio. ff. de iudi. ſed cum ambo. 26. quęſtio-
ne ſecunda, ſors, & quod not. de proba. licet, in gloſſ. bene ta-
men, ad fin. & ſimilia argumenta proſequitur Ioann. And. in
addi. Specu. ſuper rub. de paro. Primum puto verius, cum de
ceſſerit in dioceſi Feltren. Nam ex quo aliud non expreſſit, vi
detur ibi elegiſſe ſepulturam, ad hoc facit, quod not. eodem
titu. cum quis. libro ſexto, vt ponderetur locus in quo vltimo
reſidebat, de deci. ad Apoſtolicæ, quia nec ibi reperitur, quod
quis tumulandus deferatur extra dioceſim, ſed potius con-
tra, vt dixi de viatoribus, 8. quæſt. 3. pro hoc ratio incommodi-
tatis deferendi, ex qua permittitur alias inhabili: vt monacho
poteſtas eligendi ſepulturam alibi, quam in monaſterio, eo-
dem titu. cap. fina. libro ſexto. Sed ſi poneretur, quod in neu-
tra deceſſerit, erit locus coniecturis, & per id, quod dixi ſupra
eadem quæſtione ſcilicet, quod non eſt de more, quod quis
deferatur tumulandus extra dioceſ. videretur dicendum, ꝙ
ſepelietur, vbi decedet, & canonica detrahetur diuidenda in-
ter ambas

ADDITIONES.

a In ſepulchro maiorum. Adde c. is qui. de ſepul. lib. 6.
b De viatoribus Adde Cardinal. in clementin. dudum. in §. homini. in 20. quæ
ſtione, de ſepul.
c Cuius auditor fui. Adde Car in c. ſi diligenti in fi. de præſcrip. I ſonem in l.
imperium. de iuriſd. om. iud.

Digitized by Google

cit eodem titu.bonę,ſecundo,de dona.Apoſtolicę,& quia in
iniria eſſet eccleſię,quod maneret inſepultus. Ipſa ergo tene-
tur ad expenſas funeris.argumen.ff.de relig. quod ſi nulla,in
fin. & ſic per omnes receptum eſt,licet non currat ius, quod
expreſſe hoc dicat,quod videtur mirandum: ſed forte nemo
dubitauit,facit autem optime dictum capitulum, vt præteri-
tæ, quia ſicut tenetur eccleſia cum agitur de contrahendo
matrimonium ſpirituale:vt ibi:ita,& fortius cum de diſſolu-
tione talis matrimonij, cum prælatus iam ſeruiuerit in vita
ipſi eccleſiæ;hoc autem pręſuppoſito,quod eccleſia teneatur
confuſa videtur actio,ſicut quando debitor ſuccedit credito-
ri.ff.de fideiuſſo.vtannius.de ſolu.Stichum §.additio,contra-
* rium conſului,* per ea,quæ no.Innocen.de deci.nouum ge-
nus, vbi etiam de epiſcopis dicit, quod tenentur ad decimas
perſonales,quia eis adminiſtrantur ſacramenta a ſua eccleſia.
Ex hoc dic, quod ſi ſepelietur in eccleſia non cathedrali, ca-
nonica debetur cathedrali eccleſiæ,quod dixi eodem tit. cle.
dudum §.verum,quæſtione 19.quod etiam tenet Bertran.de
elect.clem.prima,vt dixi in dicta queſtione 19.nec eſt verum
quod hic ſit locus confuſioni,cum quandoque bona epiſco-
pi,& capitulorum ſint diſtincta.quo præſuppoſito videretur
quod debet fieri ęqua diuiſio inter Feltren.& Bellun. per ca-
pitu.cum quis §.autem,& per id,quod no.Innocen. infra ca-
pitu.proximo,vbi dicit,quod ſi rex, dux, vel magna perſona,
quæ audit diuina in pluribus eccleſijs, decedit, fit de funeri-
bus diuiſio inter eas, pro hoc gloſſ. de ma.& obed.omnes,de
deci ad Apoſtolicę,quę glo.dicunt de diuiſione decimarum
perſonalium ęqualiter facienda,pro hoc etiam ſupra titu.ſe
cundo,relatum,ſecundo,in fine.Sed conſului,quod aliter fie
ret diuiſio, nam cum ſupra dixerim, quod in caſu pręmiſſo
de iure debuit tumulari apud eccleſiam Feltren.funeralia de
bentur Feltren.infra eo. in noſtra. Sed ſicut ſi tumulatus eſ-
ſet in tertia eccleſia deberet dari canonica ambabus.ſ. Feltrē,
& Bellun.ęqualiter diuidenda,dict.cap.cum quis,ita & nunc
deberet deduci,& æqualiter diuidi;& ſic eccleſia habebit tan
tum medietatem huius canonicę,& nomine eccleſię intelli-
go collegium canonicorum,pro hoc facit,quod dixi ſupra ti
tu. ſecundo,requiſiſti.in prin.quæſtione decima,nam,vt dixi
in eadem car.queſtio,4.diuiſio.de qua in capit. requiſiſti.ho-
die non eſt in vſu ; & vt plurimum epiſcopi habent bona di-
ſtincta,& nihil communicant cum eccleſia cathedrali,& ſic
in caſu præmiſſo deducet eccleſia cathedralis canonicam tan
quam eccleſia parochialis,pro prędicta diuiſione,quod eccle
ſia Bellu.debeat habere ſolum medietatem canonicæ,eſt qđ
tenet Ioann.And.in dict.cap.cum quis,pro hoc de teſta.offi-
31 cij,& cap. requiſiſti.Septimo quæro, † ſi forenſis exiſtens in
officio, puta quia eſt poteſtas,ibi decedit, vel pone ſicut vidi
in facto,quod aliquis de ciuitate vadit ad villam pro officiali
ad tempus, & ibi decedit ipſe vel aliquis de familia ſua,vide-
tur in eo dicendum idem,quod in viatore,ex quo habet ani-
mum redeundi finito officio.contrarium reſpondi: quia cen
ſetur cum tota familia parochianus eccleſię in qua audit diui
na:& hoc ex quo non eſt ſtatim reuerſurus,niſi finito officio,
Item interim cenſetur habere domiciliū in loco officij.ff.ad
32 munici. municipes §. miles, vbi dicitur,quod miles † habet
domicilium vbi militat & ſtipendia meretur, quod etiam
not.gloſſa. C.de incolis,ciues,libro decimo. Si ergo moritur
ibi,& defertur tumulandus ad ciuitatem,eccleſia villę habe-
bit canonicam,nec diuidet cum eccleſia parochiali ciuitatis,
ex quo non ęqualiter commorabatur in vtraque tempore
mortis,vel eo anno.Nam eccleſia villæ cenſetur parochialis
ſua,ex quo tunc ibi audiebat diuina. Sicut etiam ſi ſcholaris
33 † decedit in terra ſtudij,& ſepelitur in eccleſia in cuius paro-
chia non commorabatur,canonica debebitur eccleſiæ in cu-
ius parochia morabatur,pro hoc eſt,quod no.gloſſ.de pœni;
di.6.placuit,& de priuileg.clemen.prima,& Innocen. de pœ
ni.c.omnis,quod no.ga vidi multum dubitari,hæc procedūt
pręſuppoſito,quod in loco officij toto tempore vel pro ma-
iori parte temporis commorabatur.Si autem ęqualiter com
moraretur in parochia ciuitatis,fieret diuiſio canonicę æqua
liter inter ambas eccleſias,eodem titu.cum quis §.cum autē,

346.& ſe.arguit quod eccleſia paterna,cum filius ſequatur do
micilium patris,contrarium tenet,quia mater tanquam quę
habet educare filium.C.vbi pu.edu.deb.per totum,potuit eū
ſecum deferre,& interim cenſetur de parochia de qua eſt ma
ter,tanquam qui eſt de familia matris.ff.de verbo. ſignifica-
tione,pronuntiatio.ad hoc,de ſenten.excommu.ſi vere,ad fi.
16 de verborum ſignificatio.cap.vltim.libro ſexto.†Nono quæ
a ro,an canonica detrahi poſſit a de quibuſlibet relictis.Gloſſ.ſ.
dicit, quod non,ſed ſolum de relictis eccleſię,in qua defun-
ctus ſepelitur,ſecus de relictis alijs locis.Idem no.infr. eodem
ſuper.& cap.certificari,in prima gloſſ.Idem Innocen.infra ca
pi.proximo,vbi dicit,quod canonica detrahitur tantum de re
lictis eccleſię vbi ſepelitur,vel ad quam tranſiuit ſe conuertē
do vel alio modo, vt ibi & hic,& infra eodem, de his, vbi de
hoc,pro hoc,infra e.in noſtra.Hoſt.dicit canonicam detrahē
dam de relictis cuicunque eccleſiæ,& exponit tex.ibi,ſui iudi
cij,ideſt relicti pro anima,in genere vel in ſpecie,vel qualiter-
cunque,& in quocunque conſiſtat,ſalua donatione inter vi-
uos,de quo infra eodem de his,& cap.in noſtra, & ſaluo reli-
cto,quod fit intuitu perſonę,ſupra de teſta.requiſiſti.in fin.&
ſaluis alijs caſibus notatis,infra cap.proximo,& hoc tenet Pe.
exponens iudicii, id eſt relictorum eccleſiis vel monaſteriis,
& expreſſius hoc tenet,infra eodem,in noſtra,& idem Egid.
infra cap.proximo,ibi,omnium rerum,vbi hęc ſentit gl.3.1.
parochialis,& hoc tenet Arch.infra eodem capitu.ſecundo,
opi.placet, quia ſi in propria parochia ſepultus eſſet, & alijs
eccleſiis aliqua legaſſet,de legatis illis nihil haberet eccleſia
17 libro ſexto,& Ioann.An.qui etiam idem no.eodem titu.cle.
dudum,ver.verum,in glo.quęro.Decimo quęro,† quid ſi re
linquit eccleſiæ ſepulturę iure inſtitutionis. Quidam quod
de hoc non deducetur canonica.arg ſupra ti.2.officij,& cap.
requiſiſti.& cap.fin.de verborum ſig.ex parte.quæ iura vtun-
tur verbo legati, & relicti, quod tenet Collectarius,vt refert
Ioan.de Liga.Ioann.And.tenet contrarium,quod placet,pro
hoc inducit:quia non eſt ratio diuerſitatis inter legatum vel
relictum iure inſtitutionis,quo ad caſum noſtrum,ergo idē
ius de transla.cap.ſecundo,de confirm.vti.cum dilecta.& qđ
ibi no.in 3.gloſſ.facit etiam iſta decre.quę dicit de iudicio de-
functi.Iudicium autem defuncti hęredis inſtitutionem inclu
dit.facit.C.de ſa.ſanct.eccle.l.prima,infra cap.penultim.libro
ſexto,& quod no.in regula in iudiciis,eodem li.Ad idem in-
fra cap.proximo,vbi dicit canonicam deberi de omni eo, qđ
diſponit teſtator.diſpoſitio autem eſt generale verbum com-
prehendens hæredis inſtitutionem,fideicommiſſa,& legata.
C.de teſtamē.in teſtamentis ſupra de teſta.quia nos,infra eo-
dem, in noſtra. comprehendit etiam electionem ſepulturę,
infra eodem,cum liberum,nec mirum:quia etiam adiectum
perſonæ cui relinquitur,ſapit hæredis inſtitutionem,de teſta.
cum tibi. Inde pſalm.88. Diſpoſui teſtamentum electis
meis. & Actuum 3. teſtamentum,quod diſpoſuit Deus. Ad
idem infra eodem de his,vbi dicit Ioann. And. eſſe caſum.
Nam monaſterium eſt hęres ingreſſi.tamen ex quo oblatio
facta eſt in ęgritudine, de qua deceſſit, debetur canonica, vt
ibi.Ad idem infra eodem cum ſuper.vbi dicit de teſtamento
deberi canonicam,ſed fundamentū eſt hęredis inſtitutio.in-
ſti.de l.§.ante hęredis.Ad idem cle.dudum §.huiuſmodi.eo
dem titu.ibi,nec non,de datis & cęter.& quod no.Hoſtien.in
ſumma eodem §.vetus quęſtio.ſub §.& de quibus. Ad con-
18 traria reſpondetur,quod verbum,† relictum,includit etiam
hęredis inſtitutionem.ſupra titu.ſecundo,Raynutius,& cap.
ſi hęredes.Idem in verbo,legatū,eodem tit.Raynaldus,poſt
princip.& quod ibi dixi.facit.C.de teſta.quoniam indignum
& l.in

ADDITIONES.

* Conſului.Adde quod eſt conſ.90.inter conſ.ipſius Zabar.& incip in diſcuſ
ſione dubij & eſt totum in hac materia.

a An canonica detrahi poſſit.Adde Pe.de Vbal.in tractatu de canonica epiſ.
& palli.

ibi, aliter ne fiat.ideſt ne recipiatur in alia eccleſia niſi parochiali detur canonica,quæ tamen expoſitio non probat propoſitum.Item alij exponunt aliter:ideſt ne quis recipiat alienum parochianum,niſi apud eum elegerit ſepeliri, vt dixi in tex.In contrarium,quia ſufficit eccleſię parochiali quandocũque acceperit canonicam Nam accipere eſt quandocunque accipere,prima,quæſtione prima,eos,in fine.Sed dicit Hoſti. quod ibi ideo,quia non erat ibi tempus terminatum,& dicit ęquum, quod parochialis prius accipiat ne contingat eam fraudari ſi prius ſepeliretur,contrarium tamen ſeruatur de ꝯſuetudine.Nam etiam tenet electio ſepulturæ non relicta canonica eccleſię parochiali,quod dico infra,cum ſuper.Et tũc eſt remedium eccleſiæ parochiali:vt inhibeat hæredi ne ſoluat eccleſię ſepulturæ niſi retenta canonica, de hoc infra de ſtis,& in cle.dudum §.huiuſmodi,in glo.per hoc.Decimotertio quęro,quomodo faciat ad propoſitum authoritas illa.Ne tranſgrediaris terminos,&c.Gloſſ.vltim.dicit,quia tranſgreditur terminos is, qui parochianum alterius admittit ad ſepulturam . Dic, quod fortius tranſgreditur ſi alicit,& contra hos prouiſum eſt infra capit. primo,libro ſexto,& de pœnis, cle.cupientes,in fine.Decimoquarto quęro,an ſint alii modi tranſgreſſionis terminorum. Gloſſa eadem,dicit,quod ſic,& enumerat quinque modos, ſunt alij, cum quis recipit parochianum alterius diebus dominicis,& feſtiuis, infra titu. primo, nullus. Item cum quis ſcienter occupat ius alterius,de elect.venerabilem,in prin.Item quando religioſus tranſgreditur terminos ſuę primæ inſtitutionis,de ſtatu monachorũ, recolentes.Item cum magiſter antiqua iura ſine cauſa corrigit, de hoc de regula.ad Apoſtolicam.Item cum quis priuilegio ſuo abutitur,de priuil.porro.poſſent, & alii reperiri.Et in hac gl.ibi,nequitia,& ibi no.qua pœna puniri debeant.ibi,recipit,ſine licentia proprij ſacerdotis.

SVMMARIVM.

1 *Canonica an debeatur eccleſia quando quis conuertitur ad monaſteriũ & dat bona in vita.*

2 *Canonica non debetur de relicto pauperibus.*

3 *Monaſteria & loca exempta an teneantur ad canonicam.*

4 *Epiſcopus,presbytero negligente,canonicam petere poteſt.*

5 *Diſtributio datorum pro ſepultura magnatum per quem, & qualiter fiat.*

6 *Canonica de quibus debeatur.*

7 *Canonica an indiſtincte debeatur.*

RElatum. Qui cõuertitur ad monaſterium, medietatem poſſeſſionum quas pro anima diſpoſuit,tenetur relinquere parochiali eccleſiæ. In eo tamen, quod dixi de medietate, ſtatur conſuetudini,hoc dicit cum gloſſa. Relinquatur,antequam ſepulturam eligat ſecundum Hoſtienſ. ſupra capitulo proximo,dic,vt ibi, quęſtione duodecima. Oppono,quia videtur inculcatio ibi rerum,& poſſeſſionum. Dic rerum mobilium, & ſe mouentium, poſſeſſionum immobilium. Ex hoc nota. quod de omnibus danda eſt canonica eccleſiæ parochiali,& non eſt ad hoc ſupra capitulo proximo. Secundo oppono ad hoc,de teſta.requiſiſti,& cap.officii,& capitu. fin. Soluit Innocen.conſuetudinem in his ſeruandam,vel ſecundum eum minores eccleſiæ inter ſe diuident: vt hic, ſed epiſcopus partem ſuam ab vtraque recipiet,dicto capitulo requiſiſti.ſi ſunt ambę in diœceſi.Sed ſi alterutra ſit in alia diœceſi, vterque epiſcopus a ſua eccleſia recipiet canonicam ſuam. Non autem tenebitur vna eccleſia ſoluere duas canonicas.

tur pauperibus,&cęt. vt in glo.quam no.ſingulariter,ad hoc,
2 quod de relicto pauperibus non debetur canonica. † ar. C.ad l.falcidiam,auth.ſimiliter,nota,de conuer. coniuga. dudum, quod dic,vt dixi de teſta.requiſiſti,ver. ſecus. Fallit etiam in aliis caſibus,de quibus infra,quæſtione quinta.Et in hac gloſ. ibi Ala.Vincenti.& Philip.Quinto oppono in eo,quod dicit de danda medietate,quod non debeatur niſi quarta,infra eodem,cum ſuper.Solu.ſtatur conſuetudini,vt dicit glo.penul-
3 tima.† Quæro an monaſteria, a & alia loca exempta tenean-
a tur ad canonicam,dicit Innocenti. quod tenentur ad canonicam dandam parochialibus eccleſiis, infra eodem,in noſtra. ſecus dic,de canonica danda epiſcopo, de hoc per Hoſtien.in ſumma eodem,§.vetus eſt quæſtio.& §.vtrum,& §.& aliquibus,& dico infra eodem,certificari. Secundo quæro, quid ſi
4 presbyter † negligens eſt in petenda canonica.Dicit Innocẽ. quod epiſcopus petet nomine eccleſię,quia pro eccleſiis ſibi ſubiectis agere poteſt ſupra titu.primo,capi.fina.not.de reſtitu.ſpol.olim,primo,tum quia primitiuo iure omnia quę eccleſiis relinquebãtur, ad manus epiſcopi venire debebant, & ad eius voluntatem expendi , duodecima, quæſtione prima, epiſcopus,& ca.præcipimus,& quæſtione ſecunda,vobis,&c. vulteranę,& cap.ſequen.ſicut ergo poterat recipere & diſpẽſare:ita & pro eis agere.Dicit tamen Innocen.quod quia conſtitutum eſt,quod quilibet ſacerdos adminiſtraret pro rebus, quę ſpecialiter pertinent ad ſuam eccleſiam,de iudi. cum deputati. nota.de reſcript. edoceri.ideo quilibet ſacerdos agere poteſt, de hoc infra eodem de his. quis autem pręferatur,ſi concurrunt,dixi in dict.cap.deputati.& in dict.capi. olim,primo.Ex prædictis infertur deciſio ſequentis quęſtionis. Ter-
5 tio quæro,ſi rex † dux vel magna perſona moritur.Dicit Innocenti. quod epiſcopus debet accipere data pro ſepultura,& partem ſuam dare eccleſiæ vbi ſepelientur,& de reſiduo facere partes inter eccleſias,vbi per circuitum anni percipiebat eccleſiaſtica ſacramenta. Iſti enim magnates non morantur in vno loco, ſed circuiunt terram ſuam, pro hac deciſione infra de deci.quoniam,duodecima,quę ſtione ſecunda,vobis vulteranæ,& capit.ſequen.& quod not.infra de deci.nouum genus,& probatur,infra eodem,cum quis,libro ſexto. Hoſtien. tamen hoc non placet, cum alia ſit canonica epiſcopi, & alia parochialis eccleſię,de quo remittit de teſta.capitu.fina.Fatetur tamen quod vacante parochiali eccleſia,vel rectore negligente,poteſt epiſcopus portionem eccleſię exigere, non ſibi appropriandam,ſed eccleſię,de offi.ord.cum vos,detractis expenſis. ff. familiæ erciſc. fundus. de procur.cum pro cauſa, ſed hoc in nullo repugnat dictis Innocentii, vt de ſe patet.
6 †Quarto quęro,de quibus debetur canonica.Dicit Innocen. quod de relictis pro ſepultura.Item de oblatis pro aliis ſacramentis:vt pro benedictionibus nubentium,pro pœnitentiis, extrema vnctione,& aliis huiuſmodi,cum eadem ſit ratio de omnibus,& quia dignus eſt operarius mercede.ſupra eodem cap.primo,16.quęſtione prima,ſi quis. Dicit Hoſtienſ.quod de aliis ſacramentis quam de ſepultura ſatis eſt expreſſum,de verborum ſig.cum inter. & ibi de hoc,dic, quod illud procedit de iure ſpeciali:quia,vt ibi patet,fuerat ſic ſcriptum,nec videtur hoc procedere,quia alia ſacramenta non licet recipere, niſi a ſacerdote parochiali,de paro. cap. ſecundo,& tertio, de pœni.omnes,vnde potius videtur quod totum debeat reddi,
ſicut

ADDITIO.

a An monaſteria.Adde Archidia.in §. ſed aliud.decimatertia, quæſtione ſecunda.

Digitized by Google

tiam illatam infra eodem cum liberum, quod vltimum dic,
vt ibi, de hoc infra eodem certificari.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis magiſter quis fuerit.*
2 *Prælati præſumuntur ſcire iura.*
3 *Electio ſepulturæ quando non tenet, redduntur oblationes, & corpus.*
4 *Sepulturam an quis eligere poſſit in loco etiam minus religioſo.*
5 *Sepulturæ electio quare fiat in loco magis religioſo.*
6 *Oratio ſpecialis plus prodeſſe præſumitur quam generalis.*
7 *Suffragia quæ fiunt pro vno an proſint illi ſoli, vel etiam alijs.*

FRaternitate. Legitur duobus modis
in gloſſ. quod dico infra
in primo contrario, & ſecundum lecturam quam
tenet gloſſ. in ſumma. dicit, ſi quis relicta ſepultu-
ra maiorum elegit ſepulturam in loco minus re-
ligioſo, non valet electio. hoc dicit, & corrigitur, infra eodem
cum quis, in fin. libro ſexto. Primo ponit ius. Secundo appli-
cat ad propoſitum, ibi, vnde. Tertio concludit, ibi, quo circa
eccleſias etiam ſeculares. Goffred. religioſorum, ex vitę con-
uerſatione, & officij frequentatione, contradicendum, imo
annuendum. C. de ſacroſanct. eccle. l. prima, de teſta. tua. quod
intelligit Hoſtien. quando proprias eccleſias relinquunt mi-
noris religionis cauſa, & canonicam relinquunt proprijs ec-
cleſiis, alias ne fiat &c. ſupra capitu. primo, aliorum, facit ad
nota. infra cum quis, libro ſexto, in gloſſ. ſecunda, quo ad hoc
quod parentes ſui non fuerant ibi ſepulti, licet alij ſic, cõſue-
tudinem: alias inſtitutionem. Prima communior. de caſtello
1 dicit Abb. ſe vidiſſe locum, & quod ipſius magiſter †, ſcilicet,
Ia. de Albeu. fuerat aduocatus in cauſa, & dicit quod eccleſia
eſt Ianuæ, & monaſterium extra ciuitatem, prope tamen, &
eſt ordinis ciſtercienſis, & ille in eccleſia de caſtello elegerat
ſepulturam. Monachi repetebant eum, Papa mandat, vt ſequi
tur, mandauit, relinquendo ſepulchrum maiorum de mona
ſterio ſancti Stephani, & eligendo cimiterium loci minus re
ligioſi. præiudicat, id eſt præiudicare non debet rationi, quæ
ſemper conſideranda eſt, de præben. ratio. de hoc in gloſſ. pe-
nultima, & in ea ibi, filius, vide. C. de ſenten. excommunicati.
ſi vere, quęſtione quinta, ibi, quadam ſupra titu. ſecundo, tua,
in gloſſ. ſecunda, ibi, hęc actio. non eſt ſequenda voluntas de-
functi, qui vltra iuſtam rationem pro modo facultatum mã-
2 dauit in funus expendi. † Nota, quod prælati præſumuntur, &
debent ſcire iura. non credimus ignorare, vnde conſecrans,
quærit a conſecrando, noſti canones, & eſt ſcripta reſponſio,
doce nos domine. Melius eſſet quod primo didiciſſet, prima,
quęſtione ſeptima, conuenientibus, & multi ignorant, de tẽ-
3 po. ordi. vobis non eſt. † Secundo nota, quod quando non te-
net electio ſepulturę, redditur corpus, & oblationes, de hoc in
gloſſ. vltima. Oppono, quod poſſit quis eligere ſepulturam,
4 † etiam in loco minus religioſo. ar. infra eodem, in noſtra. Gl,
antepenultim. ſoluit, ponendo duos intellectus ad hoc capit.
vnum, quod non valeat electio. & tunc ad capi. in noſtra. dic,
vt in gloſſ. Alium, quod electio teneat. & hoc tenet gloſſ. 13.
quæſtione ſecunda §. at illi. alias nunc quæritur, & Raynu. in
ſumma. & Goffred. hic, & in ſumma. §. apud quam. & appro-
batur infra eodem cum quis, in fin. libro ſexto, primus intelle
ctus magis conuenit literę. Nam tenendo ſecundum oportet
literam impropriari, quod dic, vt in gloſſ. primus ergo intelle
ctus verior. & tunc oportet dici, quod hoc cap. ſit correctum
vt dixi ſummando. Et in hac gloſſa ibi, religioſam, vnde nec
ęque religioſa ſufficeret. Ala. dic melius, vt proxime dixi, ibi,
pręfero. Hoſtenſi. dicit quod prima opi. magis conſonat iuri,
ſecũdam magis approbat conſuetudo, remittit ad ſummam,
eodem tit. §. & apud, quare dic, vt imo etiam hodie ſecunda
magis conſonat iuri: vt prędixi. Quæro quare diſponitur hic,
5 quod † electio ſepulturæ fiat in loco magis religioſo. So. po-
dum Innocen. honor eſt eue canonicum eccleſię cathedralis
quam alterius etiam ſi ęqualiter abundent. Hoſtien. remittit
ad ſummam de pœnitentijs §. quibus mortuis, ſub §. & notã
dum, ver. ſuffragia. Abbas exemplificat de ſocio, qui cum ſo-
ciis habentibus lumina, exiſtens ſine lumine facit portari
ſuum lumen. Ioann. And. dicit, quod ſi conſideramus valo-
rem orationis, & aliorum ſuffragiorum ex virtute charitatis,
quæ vnit membra eccleſię, tantus eſt ſi fit pro multis: ſicut ſi
pro vno: quia charitas non minuitur: ſed affectus diſtribuitur
in multos: imo potius augetur. Non enim charitas eſt inui-
da, nec quęrit quę ſua ſunt, de pœniten. diſtinct. ſecunda, cha
ritas, facit optime de pœniten. diſtinct. ſexta cap. primo, verſi.
credendum. Sed in quantum oratio vel ſuffragia ſunt ſatisfa-
ctoria pro defuncto, maior eſt ſatisfactio facta pro vno, quam
ſi fiat pro multis. Ex diuina enim iuſtitia diuiditur in multos
pro quibus fit, & ſic remanet minus, de conſtitu. cum M. de
conceſ. pręben. cap. fina. libro ſexto, per hoc reſpondetur ad ca
pitu. non mediocriter: quia debet intelligi primo modo, &
de hoc ibi in gloſſ. ſed nunquid. Et hæc verba ſumuntur ex
eo quod not. Tho. quarto ſententiarum, diſtinct. 40. quæſtio-
ne quarta, articulo ſecundo, quod proſequitur hic Ioann. Cal
deri. Ratio diuerſitatis, quia ſuffragium quatenus eſt ſatisfa-
ctorium, habet finitam efficaciam, & ideo diſtributum in
multos minus prodeſt ſingulis, quam ſit fieret pro vno. Ex
hoc tollitur exemplum de lumine, illud enim ita prodeſt
pluribus ſicut vni: & ideo ſimile non eſt bonum. Sed illud
exemplum, & alia poſita procedunt cum quæritur, an ſuffra-
7 gia, † quæ fiunt pro vno, proſint etiam alijs; an vero illi ſoli.
& de hoc per Hoſtienſ. in ſumma. vbi ſupra, vbi recitat opin.
Hu. quod ſoli ei proſint pro quo fiunt. Et ponit contrariam,
quod æqualiter proſint omnibus defunctis, & hãc approbat.
Sed alij tenent contrarium: quia iuſtitia humana imitatur di
uinam inquantum poteſt, duodecima, quæſtione tertia, tunc
vera. Sed ſolutio debiti facta pro vno non prodeſt alteri. Et in
hoc Thomas vbi ſupra, articulo ſecundo dicit, quod ſi conſi-
deratur valor ex virtute charitatis, talia ſuffragia plus valent ei
qui eſt magis plenus charitate, quamuis non fiat ſpecialiter
pro eo. Et procedit hæc conſideratio, ſecundum quandam
interiorem declarationem, ſecundum quam exiſtens in cha-
ritate de bonis alterius declarabitur poſt mortem. Sed ſi va-
lor conſideratur ex parte ſatisfactionis, & ſecundum intentio
nem facientis, dicit, quod plus valent ei pro quo ſpecialiter
fiunt quo ad pœnę dimiſſionem, & ſic dicit Ioan. Cal. poſſe
intelligi. 14. q. 2. tempus, poſt prin. Concludit Tho. vbi ſupra
credibile eſſe, quod ſi aliquid de ſpiritualibus ſuffragijs ſuper
ſit: vt quia is pro quo fiunt, non indiget, propter diuinam mi-
* ſericordiam proderit alijs defunctis.*

ADDITIONES.

a Tantum valet oratio. Adde ſanctum Tho. in 4. ſen. diſt. 45. q. 4. ar. primo, & ſe cundo, & Abb. con. 99. inci. quidam condidit teſtamentum, in quinta col. in ſecundo volu.

* Defunctis Adde ad hanc materiam, quæ eſt maximę importantię, ſummiſtas in ver. ſuffragia, poſt S. Thom. in 4 ſen. d. 45. q. 2. ar. fin. & præſertim Tabien. in ver. Reſtitutio. nu. 33. B. S.

SVMMARIVM.

1 *Donare quilibet poteſt niſi prohibeatur.*
2 *In re ſua quilibet eſt legitimus moderator & arbiter.*
3 *Reſponſio conuenire debet interrogationi.*
4 *Donatio cauſa mortis quæ dicatur.*
5 *Confeſſio debiti facta in vita nocet hæredi.*
6 *Confrater alicuius eccleſiæ ſi quis fiat, retentis rebus ſuis, an per hoc eximatur à iuriſd. epiſcopali.*
7 *Canonica cui eccleſiæ debeatur.*
8 *Monaſterium ingrediens ſi decedat infra tempus, cuius eccleſiæ dicatur parochianus.*

Eccleſia

[illegible] quod dixi de cleri.ęgro.cap.1.& in hac glo.vlti. ibi, hi qui hæretici nulli in hęreditate ſuccedunt, & a nemi-
2 ne ſcribuntur hæredes.† Tertio no.ex hoc & ex litera, ꝓ in re ſua quilibet eſt legitimus moderator & arbiter:& ad hoc allegatur quotidie hic.& C.man.in re mandata Opp.ꝙ non procedit diſtinctio huius c.in eo quod diſtinguitur, an tranſeat quis ad monaſterium in ægritudine, an in ſanitate. Nam etiam ſi in ſanitate profite:ur, de omnibus quæ tradit monaſterio debet eccleſia parochialis habere canonicam, etiam ſi longo tempore poſt ingreſſum moriatur:fingitur enim mori cum ingreditur.C.de epi.& cle.l.fi.16.q.1. placuit.2.& qđ hoc caſu debeatur canonica:probatur.ſ.c.relatum. Soluit Inno.ſtando contrario, dicens hanc decre.loqui qñ quis tranſit ad monaſterium non vt profeſſus, ſed vt ibi viuat, vt J.de priuile.vt priuilegia.J.eo.in noſtra.quo caſu procedit diſtinctio de qua hic, ſed ſi profitetur, contrarium procedit. Dicit tamē Inno.ꝙ is qui profitetur, poteſt aliquid ſpecialiter relinquere monaſterio pro anima. & de illo tantum habet eccleſia parochialis portionem, & alia poteſt relinquere eidem monaſterio pro ſuſtentamento vitæ.16.q.6.de lapſis. & etiam pro alijs cauſis; puta ſi primo recuperat ſeruitia a monaſterio. Nā fraus tñ attenditur:qa timetur ne velit fraudare eccleſiā parochialem:arg.ff.de teſt.officij.& c.de his.vel ſ̄m Inno.dic.vt no.ſup.c.relatum.quod multi magis approbant ſ̄m eum. ibi aūt dicit de datis monaſterio in ſanitate de qb.nihil habet eccleſia niſi detur ꝓ anima.dic, ꝙ ſtādum eſt diſtinctioni huius literę etiam ſi is qui tranſit ad monaſterium, profitetur. Nam ſi tranſit in ſanitate, etiam ſi aliquid conferat in vita, nihil habebit parochialis eccleſia, per rationem poſitam in tex.quia liberum eſt conferre bona ſua cuicunque. Et ad rationem. Inno.quia fingitur mori cum profitetur. Dic, ꝙ ſufficit ꝙ nō verè moritur. Iura autem diſponentia de canonica, loquuntur de his quæ veniunt immediate occaſione ſepulturæ, ſup. eo c.1.inf.c.cum ſuper.& c.certificari, & c.in noſtra.& ſic procedunt quando quis verè decedit, non ficte: & ita obſeruatur. Quando autem quis conuertitur ad monaſterium in ægritudine de qua decedit, licet inter viuos transferat bona in monaſterium, tamen videtur tranſtuliſſe cauſa mortis, per id quod dico inf.quæſt.1. Ideo parochiali eccleſiæ debetur ca-
3 nonica, vt hic. Secundo op.quia † reſponſio non conuenit interrogationi, contra id.C.de tranſac.vt reſpōſum.de ſpōn. de muliere.quia quæſitum fuit de epiſcopo, & de eccleſia parochiali.& reſpondetur ſolū de eccleſia. Sol.nō reſpondetur de epiſcopo, quia non ſemper ei canonica debetur. Nā ſi monaſterium eſt exemptum, nihil habebit epiſcopus: eccleſia vero parochialis indiſtincte debet habere canonicam ēt ab exemptis, quod dixi ſ.tit.2.requiſiſti.& ſ.c.2. & dicunt Pet.& Abb.ꝙ primo deducit eccleſia parochialis, de cuius parte ep̄s habebit ſuam partem.de quo dico.J.eo.certificari. Quæro q eſt ratio diſtinctionis huius quæ fit in tex. So.ex his quæ dixi in primo contrario. Item ratio quare debetur canonica de eo qđ quis tradit monaſterio in ægritudine de qua decedit, redditur in gloſſ.1.quia tunc donatio cauſa mortis confirmatur, & dic cōfirmatur, ſ.p mortem, & ſic videtur velle glo.ꝙ hęc donatio dicatur facta cauſa mortis. Op.ad hoc, quia tunc tātū
4 dicitur fieri † donatio cauſa mortis, qñ de morte fit mentio in donatione, ita quod mortis cauſa vel periculi cauſa ſit expreſſa.ita ꝙ videatur facta cā mor.ff.de do.cā mor.l.2. & 3.C. de don.cau.mor.l.fi.Sed ſi ſimpliciter donat, quamuis ægrotet, dr̄ donare inter viuos.ff.de dona.cau.mor.Seya.§.fi.So.ſta contrario. Ideo dic, ꝙ eſt alia ratio huius literæ, quia ſecundū Inn.ex quo quis tranſiuit in ægritudine de qua deceſſit, quicquid dedit intelligitur dediſſe pro anima. Sed qñ in ſanitate, vel infirmitate de qua non deceſſit, intelligitur dediſſe pro ſuſtentamento vitę, quod no.Item quātum ad d.l.Seya.§.fi.dicredem inſtituendo voluit omnia ſua ad illum peruenire inter quæ eſt peculium:& ſic dicitur ademiſſe, & in hac glo.ibi non videtur perfecta donatio cau.mor.facta antequam mors ſequatur: Ad hoc quod ibi dixi, ibi, conſumere, niſi per iudicem occurratur interdicendo adminiſtrationem, ff de tu. & cu.is qui.expedit enim reipublicæ ne quis re ſua male vtatur inſtit.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.§.hoc tempus. Secundo
6 quæro ſi quis † aſſumitur in confratrem alicuius eccleſiæ, nō oblatis rebus ſuis:ſed retentis, an per hoc eximitur a iuriſdictione epiſcopali, dicunt Gof.& Hoſt.ꝙ nō, quod eſt ſine dubio etiam ſi eccleſia eſſet exempta, inf.de priuil.cum, & plantare, §.de confratribus, & c.vt priuilegia.§ ꝑtimo. Tertio quęro in caſu proximæ quæſtionis, an per talem oblationem præiudicetur canonicæ portioni quominus debeatur ſuo tempore. Dic, ꝙ non ꝑ iura proxime allega. Quarto quæro, ſi quis in
a vna eccleſia a audiuit diuina, & in alia habet ſepulchra maiorum, & in tertia eccleſia eligit ſepulturam, cui de duabus pri-
7 mis debetur canonica.† Gloſſ.ſecunda, ponit tres opi.primā, ꝙ debeat diuidi inter utranque, & hoc tenent Phi.& Inn.qui tamen non loquitur in terminis propoſitis, ſed dicit, ꝙ ſi in vna eccleſia percepit ſacramenta & in alia audit diuina, inter ſe diuident canonicam:de eccleſia autem ubi habebat ſepulturam paternam, dicit Innocen.ꝙ non debet habere portionem aliquam, cum ipſa debeat portionem parochialibus eccleſijs, ſup.eo.ca.1.quod eſt verius quam id, quod dicitur in ꝑmiſſa opi.2.opi.ponitur igl.ibi, Tā.ꝙ eccleſia in qua ſunt ſepulchra maiorum debet habere caconicam totam, & hæc videtur placere gloſſ.ibi, & idem Hoſtien. Sed contra hanc eſt quod proxime dixi. Tertia opi.ponitur in glo.ibi, & alij, ꝙ eccleſia in qua ſunt ſepulchra maiorum, nihil habebit, ſed parochialis, & hæc eſt Inno.vt præmiſi, & probatur, J. cap. ſecundo, 1.rñ.li.6.† Quinto quæro ſi quis ingreditur monaſteriū, q
8 b & decedit infra tempus probationis, dicit Tan. ꝙ dicitur parochianus primæ eccleſiæ:quod tenet Archi. J.cap.ſecundo, lib.6.& ſic ei debetur canonica.arg.de regul. ſuper eo. & cap. conſulti.Goff.contra:quia & ſi non moriatur, quia non fuit profeſſus, fuit tamen plene conuerſus, quod placet Hoſtien. quia videtur mutare domicilium:& ſic deſinit eſſe parochianus primę eccleſiæ.infra tit.primo, cap.fi.facit quod nota. de regul a.beneficium in glo.magna, & quod no.Inno.ſ.cap.relatum, vbi dico contrario.1.& hoc tenet Ioan.And.J. capi. 2. lib.6 prima tamen opi.verior videtur per dictū c.beneficium.
9 licet pro ſecunda faciat, de ſen.excom.religioſo.§.1.li.6.† Sed facit etiam contra in eo, quod dicit, ꝙ intra tempus probationis non cenſetur religioſus cum effectu.ideo, ut prædixi, ve-
10 rior videtur opi.prima.† Sexto quæro, an eccleſia parochialis habeat actionem pro ſua canonica, dicit Inno.ꝙ ſic, & ſecundum eum habet condictionem ex hac decre. Item no.J. c.cum liberum, in gl.2.& de hoc ibi. Septimo quæro, contra quos poſſit agere. Inn.in hoc ponit tres opi.& quartam quā tenet. Nam quidam, vt refert Inno.dicunt, ꝙ eccleſia parochialis non tantum aduerſus eccleſiam quæ habet res defuncti, habet condictionem ex hac decre.vt præmiſi, ſed etiam aduerſus hęredes defuncti habet actionem ex teſtamento, & alias actiones de quibus dixi.de teſt.Raynaldus, §.demum, & ca.Raynutius, ver.poſtmodum, licet em̄ teſtator tm̄ dixerit, relinquo tali eccleſiæ:tñ nomine illius intelligitur ēt alia eccleſia.ſ.parochialis, vt videatur ei, reliquiſſe portionem huius legati

ADDITIONES.

a Si quis in vna eccleſia. Adde Pet. de vbal.in tra.de canonica epiſcopali,
b Si quis ingreditur monaſterium Adde Archi.in §.ſed aliud.13.q.3.

ff.de fur.a Titio.Et dicit Inn.non eſſe mirum,ꝙ agat epiſco-
pus de quo non fuit facta mentio in teſtamento ratione præ
dicta,quia eccleſia parochialis,& eccleſia ſepulturæ,& epiſco
pus vniti ſunt quo ad legatum iſtud,intantum,ꝙ etiam teſta
tor hoc immutare non poteſt de teſta.requiſiſti,ar.C.de inof
fi.teſtam.ſi maritus.Nam ibi alius ꝗ qui ſubſtitutus eſt,habet
pro inſtituto.Ad idem C.de hæredi.inſti.quoties.Item ſecun
dum Inno,non poteſt epiſcopus agere pro parte ſua. ſed etiã
pro partibus ſuarum eccleſiarum,de reſti.ſpol.olim t.Sed
ſecundum eum hoc debet in libello exprimere quod pro eis
petit.Eccleſia vero parochialis non tenetur dicere,ꝙ pro epo
agat.licet agat ad totum in quo eſt pars epiſcopi de qua tene-
tur epiſcopo reſpondere per condictionem ex.c.requiſiſti.epi
ſcopus autem non habet actionem ſuo nomine niſi pro par-
te ſua tantum.deinde refert Inn.aliam opi.quo ad id quod di-
xi de actione ex teſtamento.Nam,vt refert Inn.alij dicunt,ꝙ
eps vel eccleſia parochialis nõ habent actionem ex teſtamen
to: ſed tãtum condictionem ex canonibus,12.q.3.pontifices,
& d.c.requiſiſti.refert etiam Inn.tertiam opi.quo ad id quod
dixi in prima opi.etiam epiſcopo competere actionem pro
canonica eccleſiæ parochialis,nam,vt refert.Inn.alij dicunt,
ꝙ ſoli eccleſiæ cui relictum eſt, competit actio contra
hæredes:epiſcopus autem,& eccleſiæ quæ ius habent in lega
to,poſſunt authoritate iudicis obtinere vt remittantur in poſ
ſeſſionem nominum,& poſtea agẽt eo iure quo poterat age
re eccleſia cui relictum erat,ff ut in poſſ.le.ſi inutiles,de re-
lig.& ſump.fune.ſi quis ſepulchrum,vel obtinebunt a iudice
ꝙ det eis prætoriũ pignus,C.de præt.pig.l.1.& 2.vel poterũt
agere ꝯ debitores ſui debitoris.ſ.illius eccleſiæ cui factũ fuit
relictum,quæ debet cogere condictione ex legibus quæ ſunt
C.qñ fiſcus,vel priua.l.2 & ſe.Sed hoc vltimum videtur qua
ſi coincidere cum prima opi.nec procedit,quia non licet age
11 re contra debitorem ſui debitoris,licet fiſcus † ſpeciali ratio
ne conuenire poſſit debitorem debitoris,ſi debitor principa
lis non ſit ſoluendo,vt ſi ratione fiſci prohibentur nomina eſ
ſe facta,vel ſi conueniantur debitores ex contractu fiſcali:pri
uatus autem non conuenit debitorem debitoris,niſi primo
conuento principali debitore,& condemnato,& ꝙ conſtet
eum nõ eſſe ſoluendo,tunc poteſt conuenire debitores debi
toris d.l.2.qñ fiſcus,vel priua.& ff.de re iudi.a diuo,§.ſed & il
lud,& hoc ſi confitentur ſe debere,ſecus ſi negent,d.l.a diuo.
§.ſed verbum,de tribus autem præmiſſis opin.dicit Inno.ꝙ
plus videt̃ niti rationibus,ꝙ ſola eccleſia de qua fit mẽtio in
teſtamento,poſſit agere contra hæredes teſtatoris,& ſola ec-
cleſia parochialis poſſit agere ꝯ eccleſiam ſepulturæ,epiſco-
pus autem tantum agat ꝯ parochialem eccleſiam.Et quibuſ-
dam intermiſſis dicit Inn.ꝙ ideo non competit actio ex teſta
mento,niſi eccleſiæ legatariæ,quia de alijs,i.epo,& eccleſia
parochiali,non fit mẽtio in teſtamento,vnde non poteſt etiã
eis competere rei vendicatio nec hypothecaria,cum illæ cõ-
petant legatario,& dominium non poteſt eſſe apud duos.Itẽ
eis non competunt condictio ex canonibus vel legibus præ
dictis.i.ex ca.pontifices,& cap.requiſiſti.& C.quando fiſc.vel
priua.l.1.& 2.cum de eis non faciat mentionem niſi poſtꝗ
fuerit defectus cedendi,& quid velit Inno.per hoc ultimum
declaro in ſequenti.q.dicit tamen Inno.ꝙ epiſcopus ad præ-
dicta poteſt agere nomine ſuarum eccleſiarum,ſicut pro ſin
gulis vtilitatibus earum agere poſſet,vt nota.de reſti.ſpolia.
olim.primo,pro hoc de ſucceſ.ab inteſta.ca.fin.ſed non pro-
parte ſua,vt nunc dixi.Hoſt. aliter dicit,ut in ſe.q.ubi etiam
de prædictis,& dic ut ibi.Octauo quæro præſuppoſitis opin.
de quib.in ꝓxi.q.ꝙ agere poſſit ſola eccleſia legataria ꝯ hære
des,& contra eccleſiam ſepulturæ ſola parochialis,quid ſi no
lũt agere.Dicit Inno.ꝙ tunc epiſcopus vel quiſque alius ad
quem pertinet aliquod commodum ex hoc legato debet pe
tere,ꝙ cedatur per eas ſibi actio.ff.de pecul.qđ debet,& ſi is
q habet primo loco actione nõ vult cedere,vel ſi nõ ſubeſt q
cedere poſſit,tunc recurrendum eſt ad auxilia de quibus in ꝓ
xima.q.ſ.ad miſſionẽ in poſſeſſionẽ,vel ad prætoriũ pignus,
vel ad ꝯdictionem ex l.C.qñ fiſcus,vel priua.l.1.& 2.Et in hoc
dic,ꝙ ꝓ torium pignus eſt cũ prætor facit miſſionẽ ex ea cã ꝗ
iubet,& nõ ſit:qa iubet cauere ꝓ legatis,vel de dãno infecto,

tenet id quod mihi debet,14.qõ.5.forte,& ca.ſi quid.& c.ſe.
& q.6.ſi res,& quod no.de teſta.filius,imo ẽt ſecũdum leges,
ſi pecunia mea ad te peruenit,reiecta pernicioſa ſubtilitate,
& æquum eſt,vt mihi reddas,ff.ſi cer.pe.ſi me,& Titium.Io.
de deo,li.1.q.30.tenuit canonicam poſſe peti ab hærede,per l.
ff.de adop.ſi arrogator,& ff.de lega.1.ſi cui.§.fin.& l.ſeruo le-
gato.§.ſi teſtator,quæ non faciunt,ſed potius facit ꝯ d.§.ſi cre
ditoribus,nõ creditores:ſed cohæredes nõ grauati, quorum
intereſt hoc fieri,agere poſſunt ꝯ grauatos, vt ſoluant, vnde
de ſubtilitate iuris verior eſt opi.Inn.de qua in præcedenti q̃.
ſtione.Nam eccleſia parochialis pro ſua canonica,& ſimili-
ter eps habent ꝯdictionem ex canonibus:vt dixi in præcedẽ-
ti.q.omnis aũt ꝯdictio eſt perſonalis actio.vt dicit Spe.de teſt.
§.pe.ad fi.Et idem no.de emp.& ven.cum cauſam,in gl.vlti
imo,& omnis perſonalis actio in larga ſignificatione poteſt
dici condictio.no.Azo in ſumma.de inſti.act.§.in perſonam,
vltra medium.Eccleſiæ autem parochiali obligatur eccleſia
ſepulturæ,ĩ.c.certificari,& epo obligantur eccleſiæ ſibi ſubdi
Secundum ibi, quod ſi. Tertium ibi, ſed ſi. Quartum ibi, ſi au-
1 tem. Quintum ibi, ſi autem ita † donatiſtis. i. ex ſecta donati-
* ſtarum. ſpēs hæreſis.* & cōcordat de præſcri. c. 1. & de iſto er-
rore. 24 q. vlt. c. pe. ver. donatiſtę. Ad illum cōuerſum. Ad aliū
catholicum. pertineat ſi diceret aliquis non poſſe fieri ſic di-
uiſionem. quia forte vna parochia valet duas vel tres de aliis.
Concilium reſpondet. habeat vnus plures, alius pauciores. Ita
vt ille &c. quaſi dicat, ponantur ex vna parte tres vel quatuor:
ex altera vi. vel viii. ſicut videbitur. Minor. not. vt gloſſ. in hoc
verbo. & in ea ibi minoris & debilioris. 18. qō. 1. in nullo, &
pauperioris. Auth. de eccl. titu. §. ſiquis in nomine. 2. qō. 1. in
primis. Vincen. locus, in quo ſint partes. elegerit. ſi concorda-
re poſſunt. Antiqui, qui nunquam fuerunt lapſi. ſuum, catho
licum. Illi, donatiſtę. ſuum conuerſum. & ſic ſunt diſcordes.
præferatur, ſi altera pars reperitur maior, & tunc bene conti-
nuatur. ſi autem &c. Aequaliter, vt quia 11. ſunt loca, & diui-
ſis. 10. vnus remanet indiuiſus. ſuperius, hoc vult, ꝙ plebs lo-
ci indiuiſi eliget. & ſi diſcordat, ſtatur maiori numero, & ſi
numerus ęqualis, ſit deputabitur epiſcopo maioris tempo-
2 ris. No. quod attenditur antiquitas † epiſcopi a vt pręferatur
a iuniori, non ex ętate, ſed ex tempore quo rexit, tali concedit
hoc in verſi. Ita poteſtas diuidendi: quod fit, quia pręſumitur
melius ſcire factū q̄ is qui minori tempore fuit in epiſcopa-
tu. Ex hoc arguunt Hoſtien. & Ab. ꝙ diuiſionem hæreditatis
facere debet, non maior natu, ſed qui diutius adminiſtrauit
hæreditatē, & inter ſocios ſtudii is qui diutius fuit in ſtudio.
3 Oppo. ꝙ non habeat locum diuiſio: de qua hic. † Nam is qui
tranſiuit ad hæreſim, debet deponi & perpetuo remoueri. 1.
q. 7. ſi quis omnem. Solu. hic loquitur de diſpenſatione, per
quam recipitur reuerſus ad fidem. hoc vult gloſ. 1. & 3. Idem
Innocen. Hoſt. & Abb. dicunt, quod illud ius quod procedit
non eo reſpectu quo reuerſus recipiet epiſcopatum: ſed in eo
ꝙ ſi diſpenſatiue recipitur, nec aliter diſpenſatur de eo quod
debeat habere pro parte epiſcopatum: quia locus eſt diuiſio
ni. Et hoc præſuppoſito, duobus modis poteſt intelligi quod
hic remanſit reuerſus. ſcil. ꝙ loca quæ remanſerant in fide, q̄-
cunque

ADDITIONES.

* Hæreſis. Adde quod ita dicti ſunt a Donato aphricano. de quo meminit Pla-
ti. in uita Liberii Papæ. eiuſque hæreſis qualis fuerit, habetur 24. q. 3. ca. qui-
dam autem hæretici. uel ſ. Donatiſtæ. B. S.
a Attenditur antiquitas epiſcopi. Adde. Pe. de mon. in ſua monarchia. i. 24.
col. verſ. quæro. vbi ponit ordinem ſeſſionis concilii.

Digitized by Google

cedere, vel plebem nolle ipſum dimittere. quo caſu locus eſt diuiſioni de qua hic ſeruata.j.lect.quæ magis conuenit literę. & in glo.1,in fi.Tan.Et in pdicta glo.3. ibi,dictũ eſt,& loquit de his,qui erant in partibus Affricæ, vbi pualebant donatiſtę. Et in pdicta gl.1.ęquales.ibi: nomen.§.1.portionis nomine, vbi aliud non exprimitur,intelligitur dimidia. & in l.ſeq.Ad idem de deci.c.2.li.6. Secundo op. in eo ꝙ dicit de epo ex donatiſtis ad catholicã fidẽ pverſo,nã ſi ſolus eps tranſiuit ad donatiſtas,& poſtea reuertitur,non habet locũ litera ibi,eas quę ſic fuerunt inuentę,& ibi,ſi antiqui catholici,& ibi,illi qui ex donatiſtis ſunt.Gloſſ.2.ſol. exponendo, epiſcopus.i.epiſcopatus.vel ſecundum Hoſtien.& Abb.ponitur proprie,totus enim epatus non erat lapſus: vt patet ex verbis literæ nunc poſitis, vnde intellexit Hoſt.& bene, ꝙ eps cũ parte epatus lapſus eſt altera parte remanẽte catholica & altera mixta. Et in hac gl. 2.in fi & de depo.c.1. Egi. Quæro in uerſ.ſi autem partes,quatę deputatur locus epiſcopo † maioris temporis.Gloſſ.pe.di-
4 cit quia præſumitur citius mori.& idẽ Pe.de San.phoc 86.di, tanta.quod procedit intelligendo maioris temporis, quo ad ętatem,non autem intelligendo quo ad epiſcopatum,prout dixi in 1.no.quia intellectus eſt verior: & tunc eſt ratio ſecũdũ Ho.q iſtę fuit grauatus in onere diuiſionis. Ideo æquum eſt vt in alio releuetur.ff.de iureiuran. cum qui, facit de tranſl.c.2.in fi.Secundo quæro,quid ſi non conueniunt.Solu.vt in vl.gl.q repræhendit Pe. dicẽs hoc diffinitum in tex,in quo dicit ꝙ eps maioris temporis habebit locum, Sed ſecundum Io.An.gl.poteſt locum habere quando æqualitas eſt in tẽpore,ita ꝙ non apparet quis ſit epiſcopus maioris temporis, ad hoc de reſcri.c.pe.li.6.vel poteſt dici ꝙ gl.cum dicit,quid ſi non conueniant,melius eſſet ſi non vt quæratur quid ſi cõueniant ꝙ alternis annis percipiant redditus alterius loci.& hoc caſu optime venit §.cum de vſufruc.alleg. in glo.vbi qñ de vſufructu agitur communi dni.iudex aut per partes faciet vti frui,aut faciet locari:vt ſic quilibet habeat partem præcij, aut ordinabit vt fruantur alternis annis, facit quod nota, de iurepatro.cap.1. in gloſſ. 1. & quod habetur in cle. plures.de iurepatrona.

S V M M A R I V M.

1 *Miſſam in propria parochia diebus feſtiuis quis audire tenetur.*
2 *Prouentus parochiarum diſtinctarum ſurgentes ex quacunque parochia conuertendi ſunt in uſum rectoris,*
3 *Parochianus alienus quis dicatur.*
4 *Contemptus quomodo probetur.*
5 *Eijci uiolenter ab eccleſia an & quando quis poſſit,*

Vt dominicis. Præsbyteri parochiales diebus dominicis & feſtiuis parochianos alienos debent ad miſſam non admittere, vt dominicis.ſuppie ſtatuimus.feſtiuis.de his de conſec. diſtin.3.c.1.de fer.c.1.
1 † Not.ꝙ quilibet tenetur diebus dominicis & feſtiuis miſſã audire in propria parochia; quod non bene ſeruatur,ſaltem in ciuitatibus in quibus quiſque confluit ad mendicantes vł ad aliam eccleſiam ſibi proximiorem,quod tamen reprobatur hic, niſi fiat ex contemptu proprij parochiani ſacerdotis. Et in h.d.Hoſt.ꝙ in diebus dominicis & feſtiuis debet quilibet aliquid offerre proprio parochiano. de conſe, diſt.1.omnis Chriſtianus,de hoc,an oblationes ſint præcepti, dixi ſ.in rubr.q.3.dicit etiam Hoſtien.ꝙ diebus priuatis poteſt quis audire miſſam vbi vult,nec tenetur offerre.de conſec.diſt.1.ſi qs extra.de hoc per eum in ſum.e.§.in quibus.Secundo nota,ex
2 hoc,& ex tex.ꝙ cum parochię † ſunt diſtinctæ, prouẽtus ſurgentes ex quacunque parochia conuertendi ſunt in vſum rectoris. de his quæ fi. a præla. paſtoralis. Et hoc caſu recipiens parochianum alienum ad diuina,vel ad confeſſionem,vel iudicium, vel ad ſepulturam , vel ab alio recipiens decimas, ſymoniam quodammodo committit.de elec,dudum. Si vero parochię eſſent indiſtinctę,non haberet locum tex. Seu communiter vbique parochiani ſunt.ad hoc inf.de ecc.ędi.ad au-
3 dientiam.† Quæro quis ſit parochianus alienus. Sol.vt in gl. ibi ſuper hoc licentia conceditur a iure, qua ceſſante videtur hoc non licere,quod tenet Ioan.Cal:dicens hoc caſu recurrẽdum ad epiſcopum vel archipræsbyterum eccleſiæ cathedralis:per ea quæ no.de offi.archipræſ.c.pe.de pœn.omnis.de priui,cle.religioſſ.puto,niſi neceſſitas immineat,cui ſatisfaciendũ eſt, & opportunitate captata ab aliquo prædictorum ratificatio eſt obtinenda.facit de pœni.licet.& c.fina.quod placet tanquam æquius,tamen de iure pręſumendum, quod notorius fornicarius ſit ipſo iure præciſus ab eccleſia, procedit dictum Hoſtien.quod dic,vt dixi in d.c.veſtra.in 6. cõtrario. Et dicit,ꝙ in dubio non præſumitur contemptus:quia non præſumitur quis delinquere,tamen ſi interrogatus nullam cauſam aſſignat,niſi quia non plus conſiderauit, locum habet ꝙ hic dicitur vt remittatur:quia ſatis in effectu contemnit.Tertio quæro, in eo ꝙ præcipitur ſacerdotibus vt tales eijciant
5 †,an hoc facient cum violentia.Sol.ſecundum Innocen.forte hoc caſu licitum eſt cuilibet prælato eccleſię eijcere violẽter,non ſolum laicos,ſed etiam clericos.ar.de ſen.excommu. veniens.vult dicere, ꝙ non erit ex hoc excommunicatus. dicit Hoſt.quod etiam ſi ſacerdos roget parochianos ſuos vt illum eiciant,non erunt excommunicati. ar.d.c.& eo.ti.vt fame.§.laici.& quia illi parent imperio poteſtatis ordinarię,& ille reſiſtit.11.q.3.qui reſiſtit.& ipſe ſic ſe ingerens potius offendit quam offendatur.vnde non eſt locus c.ſi quis ſuadente.16.q.4.conſuluit tamen Innocent. ſacerdoti quod verbis moneat,& nõ iniiciat manus, pro hoc quia tutius eſt lingua contemnere,quam manu pugnare;vt ait Ouidius1 2.Metha.

S V M M A R I V M.

1 *Parochianum alienum an quis poſsit iudicare.*
2 *Ordinare qui non poteſt,non poteſt iudicare .*

Nullus. Opp.ꝙ quis poſſit alienum parochianum iu-
1 dicare † ſi tranſtulit illuc domicilium. C.de incol.ſi in patria. Solu.vt in glo.1.& dicit Hoſtien. ꝙ tunc non eſt alienus parochianus. Et in hac glo.ibi: qui in patria vxoris vel alia eligit domicilium, incolatus iure ſe ciuitatis muneri-
2 bus obligauit.Secundo opp.in eo quod dicit, ꝙ †q nõ poteſt ordinare non poteſt iudicare 25.diſtinct. perlectis. Solu. vt in glo.2.intelligendo tex.ibi,qui de epiſcopo, de quo pręmiſit. & idem Innocen.qui ad verbum iudicare ſupplet, ex epiſcopali ordine.vel ſecundum Innocen.loquitur de iudicio depoſitionis ab ordine. prima placet,quia hæc nimis reſtringit literam.& dic iudicare,ordinaria poteſtate.de offi. dele.per totum.Et in hac gl.ibi,per totum,maxime.c.2. ad fi. vbi de hoc ibi,prælati & iudices laici.ibi l.2. vide de conſue. ad noſtram. Quæro,an quod dicit in tex.iudicare,habeat locum in omni foro.dicit Hoſt.ꝙ ſic,tam in pœnitentiali, quam contẽtioſo. vnde nec ad ſacramenta illum recipiet.imo nec in ipſa eccleſia ſup.cap.proxi,

S V M M A R I V M.

1 *Parochiarum fines de quibus conſtat, uel cohærentia finibus præſcribi non poſſunt.*
2 *Verbum parochia quid importet.*
3 *Occupata non præſcribuntur,*
4 *Limes quid ſit.*
5 *Limitum dominus quis ſit,*
6 *Limite diſtincto cuius erit eccleſia in medio exiſtens, & quis in ea ordinabit, & diſponet.nu.7.*
8 *Præſcriptio an locum habeat in prouincijs, epiſcopatibus, & parochijs quo ad omnia iura.*
9 *Limites, & eis cohærentia quomodo præſcribantur,*

1 Super eo. Fines † parochiarum de quibus cõſtat, vel cohærentia finibus præſcribi non poſſunt. Communis diuiſio. Secunda ibi, taliter. No. ꝙ id qđ diſputatur in maiorib. hẽt locũ in minorib, qđ dic vt in gl. vlt.Et in hac

Digitized by Google

de finibus parochiarum.quod dic,vt in gloſſ.Et idem Innoc.
qui intelligit de finibus parochiarum.i.plebium, vel capella-
* rum.Et dic quod prouinciæ, & diœceſes * fuerunt limitatæ
ante aduentum Chriſti.parochiæ poſt.80.diſtinctio. capitulo
primo. 13.quæſt.prima.cap.primo,in quibus,& de hoc,de his
quæ fiunt a præla.paſtoralis. Et in hac gloſſ. ibi:verius,ſecun-
dum Laurent. Et in fine. de hoc de præſcript.quia indicante.
Secundo quæro, an quod hic dicit de præſcribendis finibus,
procedat ſecundum ll.videtur quod non,per text.ibi:eccleſia
ſtica ordinatione. In contrarium,quod idem ſit in parochijs
temporalibus,vt in ducatu marchionatu, & comitatu. C.de
fund.limi.agros.libro 11.de officio præfect.præto. Affricæ,in
nomine domini.ante medium.10.col.de prohib.feu.alie.im-
perialem.§.præterea.dicit Hoſtien.quod de facto ſeruatur pri
mum,quia tota die videmus baronias confundi,& qui poten
tior,ille iuſtior. Dic,quod etiam inter Chriſtianos poſſunt fie
ri occupationes per præſcriptiones,præcipue quia fines baro-
niarum non ſunt iure limitati, ſeu eorum limitatio non eſt
3 iure approbata.dicit etiam Hoſtien.quod occupata † non pre
ſcribuntur, de quo per eum in ſumma.de præſcrip.ſuper rub.
de preſcrip.rerum immobilium.§.quæ exigantur.ſub §.quar
tum.ver.in rebus temporalibus, quod procedit in occupatis
mala fide: ſecus ſi bona.de præſcript.vigilanti.& c. fin. Tertio
4 quæro quid eſt limes, † dicit Inno.quod eſt longitudo ſiue la
titudo ſpacium a ſpacio diſtinguens. Et ſecundum eum in ta
li limite nihil eſſe poteſt,quoniam eſt linea tãtum, & in hoc
habet Innocen.conſiderationem ad id quod dicunt Geome
tre,qui dicunt lineam longitudinem ſine latitudine,& pfun
ditate,quod dixi de conſang.c.fin.in arbore conſanguinitatis,
q.6.& ſic linea eſt quid imaginabile. Deinde dicit Inno.quod
non ſic ſtricte limites accipiuntur: ſed flumina,montes,& pa-
ludes in epiſcopatibus ſolent eſſe limites. pro hoc de ver.ſig.
5 forus. Quarto quero,quis eſt dominus limitis. † Inno. refert
plures opi Nam qdam dicunt,quod eſt communis vtriſque:
& ſi aliquid ibi fundaẽ,erit commune. Alij quod eſt nullius.
Alij & forte melius ſecundum Innocent. dicunt quod limes
diuiſus intelligitur ipſo iure,licet non actu diuiſus fuerit: vn-
de ſi fluminis limes accreſcit per longitudinem ſiue latitudi
nem,diuiſus intelligiẽ, quod intellige quatenus epiſcopatus
hincinde ei adhæret. Ar. opti.inſtitu. de rerum diui.§.inſula.
quemadmodum ſeru.amit.nam ſatis, & de hoc J.tit.primo,
quoniam. Et per iudicium metropolitani & ſignum actuale
diſtinguitur arbitrio boni viri.de foro compet. ſane. Quinto
6 quæro tunc cum diſtinguetur, † ſi eccleſia ſit in medio limi-
tis,quid fiet.dicit Inno.ꝙ in duas eccleſias diuiditur, niſi epi-
ſcopi inter ſe aliter cõuenerint quo ad iura parochialia, ſicut
etiam arbor in confinio poſita.ff.commu.diui.arbor.inſtit.de
rerum diui.§.inſula.nec præſcribet vnus contra alterum. 16.
7 q.3.inter. Sexto quæro,quid ſi eccleſia † non poteſt diuidi in
duas. dicit Innocent. quod ſuperior ordinabit, quod alternis
annis, vel vicibus diſponant. ff. de vſufruct. ſi rei. & l. quo-
tiens.facit ſupra capitulo primo, in gloſſ. fina. & ibi dico q.2.
vel ſecundum Innocent. Illius tantum erit in cuius parte ca-
put eſt poſitum. ff.de acquir.rerum domin. §.fina. facit. ff.de
reli. & ſump. fun. cum in diuerſis. Hoſtienſis. dicit primum
æquius,& tenendum. de tranſla. cap. fina. facit quod nota.de
ſepul.cap.2.libro 6.in 5.glo.& ſuper ea,quod placet. Septimo
quæro,an epiſcopus poſſit alij dare,quæ ſunt in limite. Inno-
cent.quod non: per cap.16.qō.3. licet, quod intellige quo ad
hoc,vt alterentur limites,ſic loquitur cap.licet. Octauo que-
ro, in eo quod loquitur de finibus de quorum diſtinctione
ſine præſcriptione.de foro comp.ſignificaſti.dic tamen quod
etiam poteſt preſcribere,quod in diœc.alterius hoc faciat.per
c.auditis,& alia proxi.alle. & hoc ſiue ſint de lege iuriſdictio-
nis: ſiue de lege diœceſana: ſiue ſint ordinis,ſiue iuriſdictionis:
vt probant dicta iura,quod procedit preſupponendo quod ip
ſe conſecratus ſit in epiſcopum, alias non eſſet capax eorum
que ſunt ordinis.de conſe.ecc.vel alta.aqua.dicit etiam Inno.
certum eſſe,quod limites, & que ſunt in limitibus,vel circa
ipſos preſcribi poſſunt quo ad proprietatem.16.q 4.volumus,
de his autem que ſunt intra limites, ſed ab eis remota, dicit
Hoſtien.quod preſcribi poſſunt,dummodo fines ex hoc non
confundantur.quod dic,vt not.de decim.cum ſint.& non vi-
detur eſſe periculum confuſionis,niſi quando ſunt vicina li-
9 mitibus: vt dixi in primo contrario. Ex his † conclude,quod
& limites, & coherẽtia non preſcribuntur iure finium.i.vt fi-
nes alterentur,ſed iure proprietatis ſic,vt predixi,ita tamen ꝙ
per hoc fines non confundantur, que ratio ceſſat in his, quæ
remota ſunt a limitibus. Ideo illa indiſtincte preſcribi poſſunt
cum bona fide. Item quandoque etiam exigitur titulus, de
præſcript.cap.primo,libro ſexto, & de alijs etiam dixi de pre-
ſcript.quia indicante.

ADDITIONES.

a Nihil poterit præſcribi. Adde glo.in ver.prouinciam,in c.quicunque.16.q.4. Abb.in c.cum inter vos.in 2 no.de ver.ſig.

* Diœceſes. Adde hoc intelligendum, prout diœceſes importabant adminiſtrationem multarum ſimul prouinciarum, quæ in vnum coactę per præfectos prætorio, & eorum vicarios regebantur, l.vn.C.vt om.iu. ſecus ſi capiamus pro loco vbi eſt epiſcopus, de quo.16.q.1.c. cum pro vtilitate,harum enim diſtinctio & limitatio facta fuit poſt Chriſti aduentum a Dionyſio Papa, vt adnot.ſup.hoc tit.ad Rub.Super ver.Quid eſt parochia.B.S.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia debentur ratione adminiſtrationis ſpiritualium.*
2 *Conſuetudine induci poteſt, quod decimæ prædiales non ſoluuntur.*
3 *Incola quis non cenſetur niſi per decem annos moratus fuerit in loco.*
4 *Miles, & Doctor, an contrahant domicilium vbi habent ſtipendia.*
5 *Decime cui eccleſiæ debentur.*

SIgnificauit. Si parochianus domicilium transfert, primus prelatus iura parochialia in eo non vendicat. decime tamen prædiales ſuæ parochiæ illi parochiæ debentur: Commmunis diuiſio. Secunda ibi: fraternitati. Et infra deciditur, quod quærebatur cuius parochiani eſſe cenſerentur: an epiſcopi Aconenſ. an epiſcoporum relictorum, Hoſtienſem veſtre. Hoſtienſis habuit in litera tuæ,& ſignabat contrarium de verbo plurali, compellatis, quod infra ſequitur, in quo non expedit inſtare, locorum, relictorum, temporalia, oblationes, vel decimas perſonales, non miniſtrant,id eſt miniſtrare non debent, cum non ſint eorum prelati. pro hoc infra ſecundo contrario.eorum prelatorum,relictorum. parochia,ideſt epiſcopatu, percipiunt,

Digitized by Google

& actione nego.geſt.ab alijs quorum negocium vtiliter gerit
in prædicationibus confeſſionibus &c.de offi.ordin.inter. de
ſent.excommun.cum voluntate. Tertio nota ibi: ſoluuntur,
2 quod poteſt de † conſuetudine induci, quod decimæ prædia-
a les ᵃ non ſoluantur, ſic innuitur hic, dic contra & expone ver-
bum ſoluuntur, vt infra quæſt. 3. Quarto nota ibi, integritate,
quod decimæ debent ſolui cum integritate, de hoc in rub. J.
proxim. Oppono quod licet iſti tranſiuerint ad habitandum
in alijs terris, tamen retineant domicilium in loco originis.
ff. de ſena. l. ſenatores. Gloſſ. prima, ſolu. quod ibi de ſenatore,
qui retinet domicilium in loco originis quo ad honores, nõ
quo ad onera. de hoc de tempo. ordin. cum nullus. libro 6. &
pro hoc quod dixi de foro compe. ex parte. & quod no. Hoſt.
in ſumma de foro compe. §. 2. ver. item ratione originis, &
Specu. de compe. iudi. adi. §. primo. ſub ver. 42. & in hac gl. ibi:
aderet. debet dicere meretur. Nam in §. miles, alleg. dicitur ꝙ
miles habet domicilium vbi meretur ſtipẽdia, etiam ſi nihil
in patria poſſidet. pro hoc J. q. 2. Secundo oppono quod non
debuerit prohiberi prælatis primis exercere iuriſdictionẽm
in ſuos parochianos, ſed ſecundis, ſ. eodem c. 2. & 3. Sol. Hoſt.
quod ibi de his qui contemnunt ſuos p̄latos, nec transferunt
domicilium, dicit ergo laicum recipi poſſe ſi tranſtulit domi
cilium. ar. de cle. pere. c. 1. & 2. Sed ſicut in monacho decẽs eſt
cum tranſit, ꝙ petat licentiam abbatis. de regu. licet. Ita & in
parochiano decet primum iudicem requiri. de foro compe.
ſignificaſti. de cler. non reſid. fraternitati. de ſpon. cum in apo-
ſtolica. de clande. deſp. c. fi. ff. de cuſto. re. ſolent. & l. de militib.
de re mili. deſertorem. in Auth. de quęſtore. col. 6. Nec ſecun
3 dum ll. cenſetur incola † niſi per 10. annos moratus fuerit. C.
de inco. l. 2. J. titu. pritto. ad Apoſtolicæ. dicit tamen Hoſt. ꝙ
de facto d. l. 2. non ſeruatur, & ꝙ hoc eſt arbitrarium. Nam ſi
conſtat quod in loco relicto omnia vẽdidit, & alibi poſſeſſio-
nes emit, probabiliter præſumitur primum domicilium reli-
quiſſe, & elegiſſe ſecundum. Et dic de modo conſtituendi do
micilium, vt dixi de foro compe. ex parte. Quæro, quid cauſa-
uit dubium hic. dicit Hoſt. ꝙ iſti qui nunc elegerant domici-
lium in ciuitate Aconen. recuperata p̱ Chriſtianos ante occu
pationem terrę ſanctę factam p̱ Sarracenos, & poſt occupatio
nem ante recuperationem p̄dictam elegerant domicilium
in alijs ciuitatibus, puta Bethleen. Sydonienſi. & Beritenſi. &
alijs illius regni. Videbatur ergo quod ex quo primitus veniẽ
tes de partibus citramarinis apud illos diuerterant, amodo
non poſſent recedere, ſicut alibi ſeruatur, vbi cum extraneus
venit, cẽſetur cum ſua poſteritate homo illius in cuius domo
prima die & nocte hoſpitatur, quæ autem ſit ratio decidendi
patet ex prædictis: quia de iure licitum eſt transferre domici-
lium. Secundo quæro in eo, quod dixi ſ. in primo contrario,
4 quod miles † habet domicilium vbi meretur ſtipendia. An
ſit idem in doctore conducto ad legẽdum, dic quod ſic, & ea-
dem ratione & ob hoc conſului, quod magiſtri ſacræ paginæ
regentes in hac vniuerſitate Paduana, quamquam non ſint
hic magriſtrati, donec regunt, debeãt gaudere priuilegijs ma-
giſtrorum ciuium, quia dicuntur ciues interim: per l. ciues, &
quod ibi not. glo. C. de inco. & probatur. ff. ad munic. muni-
ceps. §. final. iuncta gloſſ. in verſiculo, poſſideat, & ibi Bartol,
quod ſtatim dixi de doctore. legente, & idem de alijs ſtipen-
dia merentibus in loco. Et quo ad prędictos magiſtros etiam
conſului, quod præſuppoſito ſtatuto magiſtrorum de non
recipiendis in collegium eorum his, qui magiſtrati ſunt in
alijs vniuerſitatibus, tamen cancellarius ſtudij poteſt illos vo
care ad examina: tum prædicta ratione, tum etiam, quia ha-
bet poteſtatem vocandi quos vult ex magiſtris regentibus,
nec ſibi lex imponi potuit per ſtatuta magiſtrorum, tan-
quam inferiorum, de maioritate & obedientia, cum inferior.
Cum vero deſinunt eſſe regentes, ceſſante cauſa priuilegij
5 ceſſat priuilegium, de ſtatu monachorum, recolentes. † Ter-
tio quæro cur eccleſię debentur decimæ. Solu. vt in gloſſa vl-
tima, quæ diſtinguit inter prædiales, & perſonales, & intelli-
git gloſſ. quod hic dicitur de prędialibus, & quo ad hoc. Idem
Innocent. qui ad verbum, ſoluuntur, ſupplet illus eccleſijs in

A D D I T I O.

a *Decimæ prædiales.* Adde glo. ſumma. 13. q. prima. Archid. in cap. ſi quem. de
Procura. libro 6.

De decimis. *Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ qualiter ſint ſoluendæ.*
2 *Clerici nihil poſſident tanquam proprium.*
3 *Clericis licet debeantur decimæ, non per hoc ſunt incapaces ad alia ac-
quirenda.*
4 *Decimæ perſonales an debeantur.*
5 *Decimæ quare fuerit in hoc numero ſic ſtatuta.*

Quia parochiani tenentur ad iſta tria. Ideo &c. Goffred. de
decimis & primitijs, 16. quæſtione prima, §. de his, vſque ad
fin. q. & quæſtio. ſeptima, vſque ad §. cum ergo. & de conſe-
cratione diſtinctione 5. verſi. quadrageſima. de oblationibus.
decima, quæſtione prima. de his, & cap. ſequen. & tribus vlti-
mis cap. 13. quæſt. 2. qui oblationes. primo & ſecundo, & cap.
1 clerici. Repetitur in 6. & clem. † Quæro qualiter decimæ ſint
ſoluendę. Innocent. ſuper rubrica. alias ſupra titulo primo. ca-
pitu. fina. Bonagu. hic. & Abb. infra capitu. tua, 2. dicunt, quod,
quicquid alij dicant, ſibi videtur, quod decimæ integre de
omnibus quæ p̱ueniunt de terra, ſiue de animalibus, ſiue de
operatione manuum, ſoluendæ ſunt eccleſijs, vel clericis: ſi-
ue ſint diuites: ſiue pauperes: quia propter diuitias non licet
alicui iura ſua auferri. 14. quæſtione ſexta, capitulo primo.
Item decimæ non ſunt tantum clericorum, ſed & pauperum
& fabricæ. 12. quæſtio. ſecunda. vobis, & capitu. ſequen. Item
ſunt tributa ægentium animarum, & dominus eas reſeruauit
in ſignum vniuerſalis dominij, decima ſexta, quæſtio. prima,
decimæ, infra eodem, tua. Et quod decimæ ſint integre ſoluẽ
dæ, probatur per autores noui & veteris teſtamenti generali-
ter loquentes. Nam Abraham obtulit decimas Melchiſe-
dech ſacerdoti de omnibus, Geneſi decimoquarto. Item Ia-
cob promiſit, cunctorum, quæ dederis mihi decimas offe-
ram tibi. & Exodi. 22. decimas, & primitias non tardabis
offerre. Et Leuitici 27. Omnes decimæ terræ ſiue de fru-
gibus ſiue de pomis Dei ſunt, & in eodem capitulo, Oues,
& boues, & capræ quæ ſub virga paſtoris transeunt, quicquid
in decimam venerit, ſanctificabitur domino. Numeri 18. Fi-
lijs Leui dedi omnes decimas Iſrael pro miniſterio in quo
ſeruiunt mihi, nihil aliud poſſidebunt decimarum oblatio-
ne contenti. Deuteronomio 12. Offeretis victimas, & deci-
mas, & primitias manuum veſtrarum, & 12. decimam par-
tem ſeparabis ab omnibus frugibus tuis, quæ naſcuntur in
terra 2. Paralipom. 21. primitias obtulerunt frumenti, vini, &
olei, mellis, & omnium quæ gignit humus, decimas obtule-
runt. Neemiæ 10. ipſi leuitæ decimas accipiunt ex omnibus
ciuitatibus operum noſtrorum. Thobiæ primo. Thobia ſ
deliter offerebat primitias ſuas, & decimas. Eccleſiaſtici 3
in exultatione ſanctifica decimas. Malachiæ tertio. An
non configitis in decimis, & primitijs. Lucæ decimooc
uo, decimas do omnium quæ poſſideo. Matthæi vigeſi
tertio. Vę vobis qui decimatis mentam, & anetum &
quitis, quę grauiora ſunt, hęc oportuit facere, & illa
omittere. Et de his autoritatibus: per Hoſtienſem in
ma. eodem, §. & verum præſcribi, ſub §. ſeptimo, ver
magiſtri vero. In contrarium Numeri decimoocta
hil aliud poſſidebunt decimarum oblatione conten
etiam, ſupra dixi, & ibi nihil poſſidebitis nec h
partem inter eos, Ego pars, & hæreditas tua in
liorum Iſrael. Ex quo videtur, quod cum cleric
alia, debeant carere decimis. Ad idem Ioſue 13.

Digitized by Google

non ſic eſt, quia affirmatiuum habet præceptum. negatiuum
vero non. Leui. 25. domus Leuiticarum vrbium pro poſſeſſio
nibus inter filios Iſrael. ſuburbana autem eorum non venīet,
quia poſſeſſio ſempiterna eſt, & 27. poſſeſſio conſecrata ad ius
pertinet ſacerdotum omne quod domino conſecratur, ſiue
homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, nō veniet, nec redimi po-
terit, quia quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſan-
ctorum erit domino. Ezech. 45. Leuitæ poſſidebunt 20. gazo-
philatia, & poſſeſſionem ciuitatis dabitis. & j. de terra erit ei
poſſeſſio in Iſrael. Ex quibus infert Hoſt. ꝙ præceptum nega-
tiuum non fuit perpetuum. ꝙ vero affirmatiuum ſit perpe-
tum, inducit, quia nullibi reperitur reuocatum, & ꝙ non mu
tatur &c. C. de teſta. ſancimus, de ap. præcipimus. Chriſtus. n.
non venit ſoluere legem: ſed adimplere. Mat. cap. 5. imo in te
ſtamento nouo approbatur. Lu. 18. decimas do omnium quę
poſſideo, & hoc etiam conueniunt omnes ſancti. vt s̄. Item p
præceptum negatiuum vr Deus potius inhibuiſſe auaritiam
& cupiditatem, quam poſſeſſionem, vt colligitur Num. 18. vn
de glo. ſuper id Deutero. 18. non habebunt ſacerdotes & leui-
tæ partem & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael. dicit
in veteri & in nouo teſtamento. Miniſtris altaris præceptum
eſt de oblationibus, & decimis viuere, nec terrenis poſſeſſio-
nibus acquirendis inhiare. vnde noluit poſſidere aurum & ar
gētum &c. poſt pauca dignus eſt operarius cibo ſuo. & alibi,
qui altari ſeruit de altari percipiat. non enim oportet, vt qui
ſemper debet aſtare altario diuino inhiet terreno lucro, cui
Deus hæreditas eſt. quid autem deeſſe poteſt ei qui omnia ha
2 bentem habet. Item, veritate conſiderata, clerici † nihil poſſi-
dent tanquam proprium, ſed eccleſiæ. vnde res immobiles
eccleſiæ non facile alienantur. de rebus eccl. non alie. nulli. de
præben. c. 3. quamquam abundet, tamen pauperes, quia de ſu-
perfluo tenentur prouidere pauperibus. de hoc eodem, a no-
bis, propterea omnes clerici vocātur pauperes. C. de ſacroſan.
ecc. priuilegia. 16. q. j. quoniam qcquid. Ad idem inducit Hoſ.
Nam ſi teſtator inter filios diuidit hr̄ditatem, & iubet vnum-
quemq; portione ſibi aſſignata eſſe contentum, ſi tamē vnus
filiorum alteri vendat, vel donet, poterit acquirere: teſtator. n.
ſolum videtur prohibuiſſe ne plus peteret ex vi teſtamenti,
vel diuiſionis. Circa hoc poſſent multa dici arguēdo pro alia
parte: tamen verioribus rationibus nititur hæc, quod licet
3 clericis debeantur decimæ † non per hoc fiunt incapaces ad
alia acquirenda. Et ſi dicas per hoc poterunt omnia peruení-
re ad eccleſiā: prouidebitur in hoc per ſtatuta laicorum, quæ
prohibent bona transferri in eos qui non ſuſtinēt onera com
munis, & de validitate horum ſtatutorum dixi de conſt. cum
eccleſia. de ſen. excom. perpendimus, in repeti. Item in multis
locis decimæ ſunt tranſlatæ in laicos per feuda ante cōcilium
facta. de his quæ fi. a præla. cum apoſtolica. Alicui per priuile-
gia papalia, & alijs modis. Item generaliter vbiq; male ſoluū-
tur, vnde expedit, vt eccleſiæ habeant certos redditus pro mi-
niſtris. de vi. & ho. cle. vt quiſq;. de cenſi. c. j. hęc procedunt de
4 decimis realib. De perſonalibus † autem videtur quibuſdam
eas non deberi. Sed dicit Inno. hos eſſe quaſi inſanos & hære-
ticos cum expreſſe habeatur ꝯrium. Neemiæ. 10. & Deut. 12.
Item, quia maior eſt ratio ꝙ quis det tributum de eo quod ꝓ
ducit manus ſua tanquam dignius, quam de eo quod produ-
cit humus. pro hoc j. eo. in aliquib. vbi de hoc per Hoſt. & in
ſum. e. §. fi. ſub. §. 7. Et dicit Hoſt. in locis præal. ꝙ in perſonali-
bus ſtatur cōſuetudini, & in quibus locis, & ſic communiter
de obſeruātia receptum eſt. Secundo quęro, quare ſtatuta fuit
5 decima † plus quam 8. vel 12. dic ꝙ non omnium poteſt reddi
ratio. ff. de le. non omnium. no. de reſcri. quando. vnde ad Ro.
11. O altitudo diuitiarum &c. ſequitur, quis cognouit ſenſum
domini, aut quis conſiliarius eius fuit. Ioan. And. dicit tamen

1 *Decimarum quatuor genera olim ſoluebantur.*
2 *Decima pars eſt in præcepto in decimis.*
3 *Magiſtrorum opiniones fouendæ ſunt.*
4 *Primitiæ quo ad quantitatem non fuerunt in pręcepto.*
5 *Auaritia reprobatur in ſacerdotibus.*
6 *Vetuſtatis nil ignorandum.*
7 *Primogenitum an detur in pecudibus.*

Decimam. Exprimit 4. genera decimarum, quæ ex
veteri lege dabantur, & Primo agit de
quotitate decimarum ſoluenda: & tanguntur 4. decimarum
genera. Secundo agit de quotitate primitiarum, ibi, at vero
leuiticæ. i. ſacerdotali, j. eodem tua nobis. lege. Deutero. 14.
Numer. 18: vbi de omnibus his decimis, & de hoc per Archi.
16. q. 1. decimę. debebat, loco harum ſunt communes decimæ,
& hoc verbum circa ſequentes decimas non repetitur. ſacer-
dotibus, loco iſtarum eſt quarta epiſcoporum de decimis p-
ceptis a parochialibus eccleſijs: vel decimæ quæ dantur Papę
vel alteri de eius mandato. ſeparabat, & ſeorſum reprobat, &
cuſtodiæ. veſtibulo. i. porticu. de hoc no. Archid. 58. diſt. ſi offi
cia, quia veſtit domum. ff. com. di. arbor. §. de veſtibulo. fiebat
autem comeſtio in veſtibulo, non in templo: quia ibi nul-
lus debet publice conuiuari, j. de immu. eccle. cap. primo, niſi
neceſſitas cogat. de cuſto. eucha. cap. 2. Et eſt contra epiſcopos
qui non cogente neceſſitate procurationes recipiunt in eccle
ſijs, abutentes candelabris, & quandoque palijs ad altaris ſer-
uitium deputatis, contra id de relig. dom. c. 4. Hoſtien. Inuita-
ret, loco iſtarum ſunt oblationes, quod hic dicitur ſeruatur
alicubi: & an debeantur oblationes, dixi s̄. tit. primo. ſuper ru.
q. 3. recondebant, loco harum ſunt eleemoſynæ. At vero: du-
plex coniunctio pro vna, vel, at, pro ſed, vero, pro certe, primi-
tiæ quæ dabantur ante decimam. præceptam, ſicut in decima
pentateuco. de hoc in glo. penult. & in ea ibi: quinque. ſ. Gen.
Exodi. Leuit. Num. & Deutero. hic. ſ. in Ezechiele 45. vel in
traditionibus Hæbreorum, vel in hac gloſſ. Hieronymi. No-
1 ta de quatuor † generibus decimarum a quæ olim ſoluebañ-
a tur. Ideo tunc homines bonis omnibus abundant. 16. q. 7. ma-
iores. Nunc vero vnam ſolū. Ideo penuriam, plagas, & multa
alia patiuntur. 16. q. 1. reuertimini, & tollit fiſcus quod non ac
cipit Chriſtus, d. c. maiores. Goff. & 4. in quibus remuneratur
ſoluens, & 6. in quibus delinquit non ſoluēs. no. Hoſt. in ſum.
eo. §. & quare. Secundo no. ex his pro diuiſione 4. portionum.
2 concordat de ſuc. ab inteſt. c. 2. Tertio not. ꝙ in decimis, † 10.
pars eſt in præcepto, probat verbum, decimam debebat, non
ſufficit ergo ſoluere aliam quotam, ſaluo quod not. infra eo.
in aliquibus, debetur etiam de omnibus frugib. ibi: omnium
frugum, & non de vno ſemine tantum, j. eo. ex parte. Quarto
3 no. † pro opi. magiſtrorum b fouendis. ff. de dam. infe. ſi ædib.
b in fi. ibi: & eſt plane. de hoc in glo. no. & in ea in fi. de elect. vbi
periculum. §. pręterea. lib. 6. no. 24. q. j. cum Beatiſſimus. Quin
4 to not. quod † primitiæ c quo ad quotitatem non fuerunt in
c pręcepto, ibi, quodcunque voluiſſent offerre. Et dicit Inno. ꝙ
cum non inueniatur expreſſa quotitas, in optione dātis relin-
quitur

ADDITIONES.

a Quatuor generibus decimarum. Adde glo. in §. his itaque. 13. q. j.
b Opin magiſtrorum. Adde text. cum glo. in cap. cum Beatiſſimus. 24. quæſtio.
prima, text. in cap. ſicut autem. 11. q. 3. & not. in l. quæ iam. cum l. ſequen. ff. de
arbitr. in 5. nota.
a Quod primitiæ. Adde an preſtatio primitiarum ſit de neceſſitate ſienda. vide
ſanctum Thom. in 2. 2. q. 86. ar. vlti.

Digitized by Google

in litera. hodie tamen hoc non ſeruatur, & de hoc etiam ꝭ.q.
6 1. Octauo no. † nil vetuſtatis ignorandum. 7. diſt. fuerunt. inſt.
de teſta. in prin. Nono no. quod debet fieri interpretatio con-
tra ſacerdotum auaritiam. Decimo not. in eo quod hic diffi-
nitur id quod in pentateuco derelictum erat, quod omiſſum
a lege non omittit religio iudicãtis. ff. de teſt. quęſitum. Quę-
7 ro, an in pecudibus † detur primogenitum. Gl. vlt. refert Hug.
dicere de 200. vnum tantum. Oppono ad hoc de tex. qui dicit
dandum intra 40. & 60. Solu. litera poteſt intelligi de aridis &
liquidis; vt no. 13. q. j. §. 2. in prin. i. in rebus non animatis. pro
hoc Ezech. 45. ibi: arietem vnum de grege 200. vel vt dixi ſ.
in 7. no. ſecundum Inno. ſtatur in hoc conſuetudini. Goff. di-
cit quod ſeruabitur conſuetudo vicinorum locorum, de con
ſuet. cum olim, & ex multis eligitur mediocritas. 10. q. 2. hoc
ius, vel quod eſt minimum. reg. in obſcuris. lib. 6. quod ſecun
dum Ioan. And. recidit in d. Inno. dic, vt dixi, quod intra 40. &
60. videntur primitiæ eſſe præceptu, tamen puto ſtandum con
ſuetudini: * & quæ ad hoc, quod per conſuetudinem poſſunt
ex toto non deberi, & iuſtificatur conſuetudo propter varieta
tem opin. de quibus in hac q. & ſupra in 7. no.

A D D I T I O.

* Auaritia reprobatur. Adde §. ambitionis. & ibi doctor. 7. quæſtione prima. Cardinal. in capitulo quanto in 6. nota. de transla. epiſcop. Cardin. in cap. plerique, de pact.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici clericis decimas non ſoluunt.*
2 *Decimę perſonales debentur eccleſię a qua recipiuntur ſacramenta.*
3 *Coniugatus cum vnica & virgine, incedens in habitu & tonſura qui-
bus priuilegiis gaudeat & non.*
4 *Clerici an ab alijs differant quo ad decimas ſoluendas.*
5 *Clerici an debeant ſoluere ſummo pontifici decimas.*
6 *Epiſcopi an debeant decimas prędiales.*
7 *Ciſtercienſes & alij clerici quomodo ſoluent decimas de acquiſitis me-
diantibus eorum operarijs.*
8 *Clerici an de prębendis ſuis debeant decimas eccleſiis in quibus audiũt
diuina, ſi audiunt alibi quam vbi habent prębendas.*

1 Nouum. Legitur varijs modis, ſed ſ'm veriores, h. d.
† Clerici clericis decimas non ſoluunt, niſi
ab illis ſpũalia miniſtrentur: vel ſic. Clerici non ꝯiugati deci-
mas non ſoluunt, ꝯiugati ſic, vel ſic. Clerici de laborib. ex qb.
acquirunt eccleſiæ, nõ ſoluunt decimas: ſed ſi acquirunt ſibi,
ſic. habet duo dicta. Secundum, illi. Prima ſubdiuiditur, quia
Primo ponitur dictum. Secũdo ratio. ibi: cum. No. ꝙ nouum
dr̃ qñq; extraneum, & irrationabile, ſic accipitur: alibi aliter.
Secundo no. ex tex. iuncta glo. 2. differentiam inter ſacerdotes
2 & leuitas. ſ. c. proxi. in prin. † Tertio no. ꝙ decimæ perſonales
debentur eccleſiæ a qua recipiuntur ſacramenta, ſic loquitur
ver. illi. Op. litera vr̃ inuicem ſibi ꝯdicere, ꝯ id ſ. in proę. Sol. 6.
intellectus hic ponuntur. quatuor in glo. duo extra. Primus,
ꝙ prima pars loquitur de prædijs dotalib. eccleſię. ſecunda de
patrimonialib. clericorum, hunc ponit glo. 1. Alios dic vt ꝭ. ꝯ-
rio 4. & in hac gl. 1. ibi: decimas. de hoc ꝭ. de cenſi. c. 1. ibi: laicus
vbi de hoc ꝑ Arch. & in §. prece. & in ſi. de hoc per Roſ. in ti.
quib. decimæ ſint ſoluendæ. §. ſed opponitur. Secundo op. ad
hoc. 16. q. j. decimas. vbi dr̃ ꝙ clerici communiter viuentes nõ
ſoluunt decimas. ergo a ꝯria alij ſic. Sol. Gof. & Vin. ſubaudiẽ-
do ibi, maxime. Ex hoc dic, ꝙ cum decima perueniat ad cleri
cum, actio competẽs pro decimis confunditur, ſicut cum de-
bitor ſuccedit creditori. ff. de ſol. Stichum. §. aditio. & hoc in
decimis ꝑſonalib. In ꝑdialib. aũt dicit Gof. hoc non habere lo
cum; dic ꝙ etiam in perſonalib. ſi debẽt ſolui clericis alterius
eccleſię, non habet locum confuſio: vt ꝭ. in 5. ꝯrio. Tertio op.
ad hoc, quia tunc ſequeretur ꝙ quis obligaretur ſibijpſi. ꝯ id.
ff. ad vell. tutor. ſol. decima prædialis eſt onus rei; iõ ceſſat con

Tertius intellectus, ꝙ Leuitę nõ ſoluunt leuitis qñ ab eis nõ
percipiunt ſacramenta, ſic loquitur principium, ſecus ſi reci-
piunt, ſic loquit̃ finis. hunc ponit c. gl. ibi: vel non accipiebãt.
Quartus, ꝙ clerici non ꝯiugati non ſoluunt, ſic loquitur prin
cipium, ꝯiugati ſic, & ſic loquitur finis, hunc ponit glo. vl. ibi:
3 vel poſſes, pro hoc, quia ꝯiugatus † ẽt cum vnica & virgine, &
incedens in habitu & tonſura, non gaudet quoad hoc priuile
gio clericali, ſed in duob. tantum de quibus de cle. ꝯiu. c. vno.
li. 6. hunc tñ intellectum dicit Inn. ſibi nõ placere. Quintum
intellectum ponunt alij, quos refert Inno. dicere, ꝙ principiũ
loquitur de perſonalib. ꝯ hunc eſt ꝙ dixi ſ. eo. ꝯno. in primo
intellectu, quia oportet ꝙ tota litera vniformiter loquat̃. Sex
tus intellectus, ꝙ totum c. loquitur de ꝑſonalib. & prima pars
qñ clerici acquirunt eccleſiæ quomodocunq;, ſecunda de his
quę acquirunt ſibi, vt de aduocatione, & ſi. hunc ponit Inn. di
cens, ꝙ qñ eccleſia ſita eſt intra limites alterius baptiſmalis,
clerici non ſoluunt ꝑſonales decimas de laborib. eccleſię, vel
alijs. i. de his quę ad eccleſiam ꝑtinent, vel acquirunt, vt hic in
prin. Sed de his quę ſibi acquirunt, bñ ſoluent: vt hic ſi. & in ꝓ
hoc intellectu, qui placet, facit, quia in ver. illi, conſiderantur
clerici tanquam non clerici, loquitur. n. ibi de clericis qui ꝑci
cipiunt ſacramenta ab alijs. Et per hanc ꝯſiderationem ẽt iu-
ſtificatur intellectus 4. ꝙ iſte ver. loquatur de clericis ꝯiugatis
qſquis aũt horum intellectuum, teneat nõ multum refert vt
4 dixi ſ. in prin. Quinto op. ad hoc, † ꝙ non ſit dĩa inter clericos
& alios quoad ſoluendas decimas tenent̃. n. ſicut alij, niſi ſint
priuilegiati ꝭ. c. ꝑx. & c. ſuggeſtum, & c. ex parte, & multis alijs
c. Sol. Inno. ꝙ in perſonalib. procedit ꝙ hic dr̃. In prædialib. ꝓ
cedunt ꝯria. dicit tñ Inno. etiam quo ad ꝑſonales, ꝙ clerici cu
iuſlibet eccleſię, etiam ſacerdotes. & ꝙ plus eſt, prælatus ſuæ
eccleſię a qua percipiunt eccleſiaſtica ſacramenta ſoluent de-
cimas ꝑſonales: licet enim ſeruiant eccleſię, & alijs miniſtrẽt
ſacramenta, tamen nomine eccleſiæ faciunt & ſuſcipiunt de-
cimas, & ipſi ijdem a ſeipſis nomine eccleſiæ percipiũt ſacra.
dic verius: vt ſ. in 2. ꝯrio, ꝙ in perſonalib. quę debentur eidem
eccleſię ꝯfuſa eſt actio: ſecus in prędialib. ꝙ dic vt ꝭ. q. 2. Hoſt.
tñ vr̃ ſtare cum Inno. dicens, ꝙ ſibijpſi ſoluent, & poſtea diui-
detur inter eos, vel aliter in vtilitatem eccleſię conuertentur.
arg. de of. or. cum vos. vr̃ tñ ſibi ꝯuenientius dicere, ꝙ inferior
tenet̃ ſoluere ſuo ſuperiori ſpiritualia adminiſtrãti: vt dixi in
5 5. ꝯrio, in 2. intellectu. Ex hoc infert Hoſt. ad q. ſeq. † Quæro
circa hoc, an ſummo pontifici ſint a clericis decimę ſoluẽdę.
vr̃ ꝙ ſic, ꝑ prædicta, quia intelligitur cuilibet ſpiritualia mini-
ſtrare, quia & immediate ſubeſt ei quęlibet anima. de offi. ar-
chipresb. c. 2. vbi de hoc, & in extrauag. Bonifacij 8. vnam ſan-
ctam. Item, quia ſummus ſacerdos eſt pro hoc ſ. c. proxi. j. in
hoc tñ iure non vtitur, forſan iõ, quia totum hẽt. 9. q. 3. cuncta
& c. ꝑ principalem, vnde & qñcunq; placet decimam vel 20.
omnium ꝓuentuum eccleſiarum, vel aliam quotam ꝓ ſubſi-
dio terre ſanctę, vel ſuę, vel alterius, exigit, vt quotidie experi-
6 mur. ad hoc de voto. c. ſi. † Secundo quęro, an epi debeãt deci
mas prędiales. Quidam ꝙ non, quaſi confuſa ſit actio: per id
quod dixi ſ. q. proxi. & in 2. & in 3. ꝯrio. pro hoc iſte tex, & hęc
amplectuntur epi. Alij ꝯ pro quib. 16. q. j. ſi quis laicus. Nam q
libet poſſeſſor eas ſoluit, niſi excuſetur priuilegio ꝭ. c. ex parte
vel ꝯſuetudine, ꝭ. c. ad apoſtolicę, vel compoſitione, ꝭ. c. pro
quęlibet. n. res tranſit cum onere, ꝭ. c. paſtoralis. & h. d. Hoſt.
ſeruaſſe in prędijs nouiter acqſitis, dic ꝙ ẽt hoc vltimum
verius, niſi aliqua rõne ſit excluſa prędialis eccleſia, put v
dixi. Non. n. locum habet ꝯfuſio in decimis realib. vt ſ. in
7 rio. Tertio quęro, de ciſtercien. & alijs clericis qui mer
rios tenent in alijs parochijs, vbi texunt, vel alia manibus
rantur, bene lucrantur monachi, vel clerici, quomo
uentur decimæ. dicit Innocen. ꝙ mercenarij de merc
ſoluent decimas; ſed de eo quod peruenit ad monaſt
c

A D D I T I O.

* Conſilio. Adde quod eſt conſil. 16. quod incip. pro euidentia.

Digitized by Google

vbi per totum annum percipit ſacramenta & audit diuina.16.
q.i.quæſti.J.eo.ad Apoſtolicæ. Sexto quæro,quid ſi in plurib.
eccleſijs audit diuina per annum.dicit Inno.non eſſe malum
quod authoritate ſuperioris inter eas diuidatur decima: quia
dignum eſt quod metat temporalia q ſeminat ſpiritualia.13.
q.1.§.j.de præſcrip.cum ex officij.argum.de teſt. relatum.2.in
fi.& c.ad hæc,& c.tua.facit quod no.de ſep.c.2.Septimo quæ-
8 ro,an de præbendis ſuis clerici † debeant decimas eccleſijs in
quibus audiunt diuina,ſi audiunt alibi,quam vbi habent præ-
bendas.Inno quod non.quod dicit verum,ſi eccleſię vbi ſunt
præbendæ,nulli debent decimas.vel ſi debent,decimarunt il-
la bona,vnde præbendas dederunt.Nam præbendæ non ſunt
clericorum,ſed proprietas eſt eccleſiarum,vnde non poſſunt
de eis teſtari.de teſta.ad hoc,& ca.relatum. Sed ſi eccleſię vbi
ſunt præbendæ,debent decimas alijs,& non dederunt, clerici
qui receperunt præbendas, debent dare decimas.argum.J.eo
dem,a nobis,& ca.tua. hæc quæſtio cum ſua determinatione
non videtur procedere.Nam ſi intelligit Inn.de decimis præ-
dialibus:tunc fruſtra quęratur:an debeantur eccleſijs vbi per-
cepta ſunt ſacramenta,cum debeantur eccleſiæ prædiali. s.ti.
1:cap.fi.J.eodem,quoniam,& c.cum contingat.16.q. prima,
ſi quis laicus.Si autem intelligit de decimis perſonalibus:nō
videtur procedere,quod quæritur de præbendis,niſi intelliga
mus de fructibus qui percipiuntur ex præbendis, quæ non
conſiſtebant in prædijs, ſed in portionibus: vt quia cuilibet
canonico dabantur,pone,centum,& tunc procedit determi-
natio Inno.Hoſt.dicit,quod in perſonalibus ſtatur conſuetu-
dini etiam quo ad laicos,de hoc J.eodem . In aliquibus. præ-
dialibus. dicit vt nunc dixi, quod debentur eccleſiæ prædiali,
niſi de conſuetudine alij eccleſiæ debeantur, infra eodem,
cum contingat,& capitulo,ad Apoſtolicæ: vel ex priuilegio
Papæ:vt no.J.eo.a nobis,& aceruus eſt ſemel decimatus,pars
quæ peruenit ad præbendatum,amplius non decimabitur:lo-
cus ſi decimatus non erat,de hoc,J.eodem,paſtoralis.& c.tua
nobis. An autem clerici de præbendis ſuis poſſint teſtari.dic
vt no.de pecu.capitulo fina.& de officio ord.præſenti. libro.6.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptionem peremptoriam pariens non poteſt opponi in vim obre-ptionis.*
2 *Compoſitio poteſt interuenire in ſpiritualibus.*
3 *Pactum quale tolli poſſit per priuilegium Papæ.*
4 *Presbyter an iuri ſuo ſuper decimis futuris renuntiare poſſit.*
5 *Inſtitutus ſub conditione ſi ante conditionem repudiat, nil agit, qua-liſcunque fuerit conditio.*

Ex multiplici. Compoſitio ſuper decimis non tol
litur per priuilegium ſequens de ip
ſa non faciens mentionem. Primo ponitur querela. Secundo
dat iudices.ibi:verum conuentus.vnde non licet contraueni-
re de tranſact.contingit. Minutijs,quæ ſint hæ,not. J.eodem,
cum in tua.in glo.prima,obtinuit.poſt conuentionem. Not.
id quod no.gl 3.In eo tñ quod dicit,quod non valuit priuile-
gium,quia fuit veritate tacita impetratum,non facta mentio
ne de compoſitione,dic melius,ꝙ hic ſolum dr̄ ꝙ nō ob.pri-
uilegio compelluntur monachi ſtare ꝯuentioni,niſi in priui-
legio facta ſit mentio de ꝯuentione, & hæc multum referūt.
Nam priuilegium tenet in alijs quę non ſunt ꝯ̄ria conuentio
1 ni.Nec pōt op.de obreptione.† Nam id ꝙ parit exceptionem
peremptoriam non pōt opponi in vim obreptionis.de li.ꝯte.
ibi vr̄ aliter dicere, & pro hoc eſt vt fiat interpretatio ꝯ̄ illum
qui potuit in ꝯ̄ctu apponere, ꝙ per pactum erat renūciatum.
regu.ꝯ̄ cum.lib.6.& qñ debet renunciari appellationi interpo
nendæ,tunc expreſſum eſt ꝙ pactum requiritur.C.de tempo
ri.ap.l.fi.in fi Sed tenendo primum dic,ꝙ quando pars eſt prę
ſens,intelligitur pactum interceſſiſſe,vt prędixi.tutius tamen
5 eſt, ꝙ apponatur pactum,& in hac glo.ibi:is qui.† Inſtitutus
ſub conditione,ſi ante ꝯditionem repudiat,nil agit,qualiſcū-
que fuerit conditio. facit ergo contra id ad quod inducitur
per gloſſ.ibi filiusfamilias,ſequitur quod de eo,quod ſibi ſub
conditione legatum eſt,paciſcitur : alias eſt verſicu. ſub §. fi-
lia. Quęro,an compoſitio de qua hic, locum habeat quo ad
poſſeſſiones poſtea per monachos acquiſitas. Gloſſa prima,
dicit quod ſic : quia fuit generalis. Et hac ratione dicit Ho-
ſtienſ. quod ſi priuilegium fuiſſet impetratum circa acqui-
renda tantum,non valuiſſet. vbi autem compoſitio reſpice-
ret acquiſita tantum, priuilegium reſpectu acquirendorum
bene valeret ſecundum Goffred.

ADDITIO.

a Quod in ſpiritualibus. Adde Spe.tiu de pact.in ver.amicabilis.& glo j.in c.
pactiones.de pact.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ prædiales ſoluuntur de prædijs nouiter cultis, de quibus prius ſoluebantur.*
2 *Onus reale non extinguitur,licet res mutet formam.*
3 *Decimæ integraliter ſolui debent.*
4 *Mutatio qualitatis & formæ non diſſoluit onus reale.*
5 *Herba tranſit cum onere decimæ,ſi dominus gratis concedit paſcua.*
6 *Decima quæ debetur de feris,auibus, & piſcibus non recluſis, an ſit prędialis.*
6 *Sacerdos parochialis agere poteſt ad æſtimationem decimæ.*
8 *Decimas præſcribens de vineis,an eas habebit ſi quę terrę de nouo fa-ctę ſint vineę.*
9 *Pręſcriptio non procedit ſine poſſeſſione.*

1 Commiſſum. † Monachi tenentur ſoluere deci-
mas prædiales de prædijs nouiter
cultis, de quibus decimæ prius ſoluebantur. Primo ponitur
querela Secundo iudicis datio.ibi:ea propter. Non ſolu.licet
ex integro ſolu. conſueuiſſet,vt infra. Conſtructæ, ad idem.
prima,quæſtione prima,iudices,in principio. Ibi: ſyon quaſi
ager arabitur, &cæt. fuerant, nunc erant ad culturam reda-
ctæ, quas monachi colebant, & nolebant decimas ſoluere,
cum tamen olim de penſionibus domorum locatores deci-
mas ſoluerent, vt debebant, de pactis, pleriqne, infra eo-
dem,paſtoralis: quod tamen de conſuetudine minus bene
2 ſeruatur, Hoſtienſis. Nota quod licet res † mutet formam,
non per hoc extinguitur reale, patet hic de decimis, quæ
ſoluuntur de terris cultis ſicut ſoluebatur de penſionbus
domorum,quæ prius ibi erant. Secundo nota,quod decimæ
3 † ſolui debent cum integritate. de hoc, in gloſſa ſecun-
da, & in ea ibi, imperatores. in vectigalibus non perſonæ,
ſed prædia conueniuntur, & ideo poſſeſſiones etiam præ-
teriti temporis vectigal ſoluere tenentur. Oppono,quod mo
nachi de quibus hic,non debuerint cogi ad decimas,J.eod.ex
parte. Gl.j.ſol.faciendo differentiam inter Ciſtercien.& alios.
ſol.& alio modo ibi:vel forte:& vtraque ſol.tolerari poteſt.&

Digitized by Google

paſcuis decimam ſolui,per hoc enim ſequitur,ꝙ nulla erunt
noualia, & ſic priuilegium religioſorum ſuper nouali b. erit
inutile,contra id ꝩ.eodem,ex parte.Solu.vt in glo.vlt.& in ea
ibi:inutilia,vēdebant enim,& decima precij ſoluebatur eccle
ſię parochiali, vel decimam hēbat de lacte & lana beſtiarum
5 ibi paſcentium,ꝩ.eo.ad Apoſtolicæ,& ſeq.q.Quęro,† ſi domi
nus gratis concedit paſcua.dicit Inno.ꝙ herba trāſit cum one
re decimę,ꝩ.eodem tuam,& c.paſtoralis. Ideo dominus be-
ſtiarum decimam ſoluet de æſtimatione herbæ. ff de vſufru.
l.ſi vſufructuarius.Ad idem,eodem titu.item ſi fundi.& l.vſu
fructuarium venari,& l.vſufructu legato.& in h.d. Innocē. ꝙ
tales decimæ cenſentur prædiales, ideo debentur eccleſiæ pa-
rochiali.Secundo quæro,an eodem modo de feris auibus, &
a piſcibus a non recluſis,† decima, quæ debentur, ſit prædialis.
6 Inn.quod non.Dicit ꝙ dari debet vbi percipit ſacramenta,q a
nullius parochiæ dicuntur eſſe.inſti. de rerum diui. §.feræ. &
§.ſe.Ex h.d.Hoſt.quod ſecus de incluſis, de quibus dabitur ec
cleſię parochiali:per ll.alleg.in pręced.q.& ff.de leg.3.auibus.
& ſic poteſt intelligi quod de venatione dicitur ꝩ.eodem,nō
eſt.Tertio quæro,ſi quis comburit,vel deuaſtat ſegetes, maxi
me maturas,vel abores cedit.dicit Inn.ꝙ parochialis ſacerdos
7 † poteſt agere ad ęſtimationem decimę.Alij tamen,vt refert
Inno.ↄdicunt.ſed pro primo eſt, ad l.Aquil.ſi ſeruus ſeruum.
§.ſi oliuam.de vſufruct.arboribus. §.Iulianus,alias l.ſi fur. Et
h.d.Hoſt.verum.vbi hoc ſit ſine iuſta cauſa; quod tenuit Da-
maſus hoc ti.q.3.per l.ff.de fur.ſi apes. in fin. vbi colonus agit
furti contra eum qui fructus ſurripuit. Secunda opi.procedit
qñ ex iuſta cauſa,vt in bello iuſto.Quarto quęro tūc quomo-
do fiet eſtimatio: vr̃.n.difficile,cum potuiſſent fructus periſ-
ſe grandine,vel alio caſu.inſti.de re.di.§.illud quæſitum.& qd
dicat,vide de ſpon. iuuenis.vñ dicit Marcus Varro ꝙ cum in-
* ter os & offam * multa poſſint interuenire,fortius inter her-
bam & offam.de offa datur verſus.Offa nocet fauci,ſed ꝓdeſt
eſurienti,& dr̃ ꝙ vipa proprie in vino:offa in alijs liquoribus.
Sed Io.And.putat iſtum teneri ad æſtimationem eius ꝙ con-
ſideratis alijs annis percipere ſolebat , nec excuſabitur per ca-
ſum grandinis,vel ſimilem,cum fuerit in dolo. ſufficit enim
ꝙ poterant non perire.ff.de leg.1.cum res.§.ſi.de hoc in Sp.de
iniu.§.ſequitur.vltra med.ver.ſed quomodo,& ibi in addi.re-
citatur opi.Iac.de Are. qui dixit ꝙ debet condemnari ad id ꝙ
valebat ſeges tempore combuſtionis,cum dubio euētu futu-
ri temporis.ar.ff.fam.erc.propter ſpē.pro hoc.ff.ſi quadr.pau.
ex hac.de his qui deie.l.fina.quod placet. Quinto quæro , in
eo , quod conſideratur conſuetudo in modo ſoluendi deci-
mas. quid ſi de conſuetudine vna eccleſia percipit totam de-
cimam vini . Alia totam decimam bladi: dicit Hoſt.conſue-
tudinem ſeruandam quo ad poſſeſſiones in quibus præſcri-
pta eſt,infra capitulo,cum ſint homines,& capitulo ad Apo-
ſtolicæ,& capitulo, in aliquibus , in fine.; per hoc autem non
poteſt inferri , quod idem ſeruetur in alia poſſeſſione de qua
præſcriptum eſt : in illa potior erit eccleſia parochialis , infra
eodem,cum in tua,facit pro & contra.de præſcript.auditis.&
capitulo , cum olim . in fine . ſecundum Hoſtienſem , dic
quod faciunt tantum pro. quia ibi obtinet præſcribens ſo-
lum in præſcriptus. Sexto quæro , quid ſi præſcripſit quis
8 decimas de vineis , † an ſi aliquę terræ de nouo fient vineæ ,
habebit etiam de illis. dicit Hoſtien. quod non. argument.
ff.de pactis, ſi vnus.§.ante omnia. C.de præſcript. triginta an
norum, cum notiſſimi.§. ſed & ſi quis,& §.in his,quid enim
ſi omnia prædia ad vineas redigerentur , & in hoc dicit Ho-
ſtien.;attendendam mentem,ʒ infra dilecti.& capitulo,ſugge-
a mum eccleſiæ, dicit Tancre. & Vincen. quod expenſis a debitio generalis, quod qui aliquid debet tenetur ſuis impendijs illud pręſtare. Sed ad hoc poſſet dici, quod loquuntur in eo, q eſt obligatus perſonaliter, & quando dies eſt appoſita ſolutioni: quia tunc ad euitandam moram debet offerre, quæ ſolutio procedit quo ad legē ſecundā, & legē, optimam, & cap. præallega. ſed non quo ad legē, ſuo victu, & l. quod niſi. Sed ibi eſt alia ratio, quia libertus debebat operas perſonales. In decimis autem prædialibus videtur nulla ſubeſſe obligatio: ſed ipſum prædium ſeu ipſi fructus ſunt obligati, per prędicta. verius tamen puto, quod ipſe qui habet ius in fructibus, intelligatur obligatus, & ab eo poteſt exigi decima, ſupra eodem parochianos, & capitulo de terris, & capitulo cum ſint, infra capitulo proximo, & ſic debet ad eccleſiam deferre, ſaltem poſt quam fuerit interpellatus, per id quod dico infr. capitulo proximo, & hoc ſi eiuſdem fori eſt debitor, & eccleſia. Sed ſi diuerſi, videtur ſufficere debitori, quod ſe offerat in ſuo foro paratum ad ſoluendum. ff. de conſtitu. pecu. Item illa, in principio, & quod ibi notat gloſſ. ſingularis in verbo, non venit, cuius eſt hæc diſtinctio. & de materia ibi per Guiliemū de Cu. & Bartolum, de hoc etiam dixi de pignor. ſignificante, in primo contrario. obſeruatur, vt plurimum, quod ſacerdos ſuis ſumptibus colligit prędiales, & vtinam vel ſic ſoluerentur. Et per prædicta non tollitur quin verum ſit, quod dixi ſecundum Speculatorem, quia intereſt ſacerdotis, ne decipiatur.

ADDITIO.

a Cuius expenſis. Adde Hoſt. in ſum. in §. fi. ver. 16. quæro, de deci. Spec tit. de deci. in fi. ver. fi.

SVMMARIVM.

1 *Decima debetur de omnibus bonis.*
2 *Excommunicari debent qui negligunt decimas ſoluere.*
3 *Decima eſt de præcepto.*
4 *Decimæ de venatione an ſint prędiales, an perſonales.*
5 *Venationem vel piſcationem antiquitus liberam, an poſſit loci dominus prohibere.*
6 *Decima an debeatur de piſcibus exiſtentibus in ſtagno.*
7 *Decima de arbore vendito qualis, & cui debeatur.*

NOn eſt. Decimę ſoluendæ ſunt, nō deductis expenſis. Primo ponit exordium. Secundo narratio. ibi: re vera. concluſio ibi: volumus, hominum, quia neque qui plantat & cæter. 19. diſtinct. ſecundum. infra eodem, cum non ſit hortis, alias ouis, prima communior. militia ipſius ſtipendiis, quod intellige in libello iuſto. ad hoc quod nota. infra capitulo proxim. Hoſtienſi. Miniſtris, habita diſtinctione inter perſonales, & reales, de qua ſupra eodem, ad Apoſtolicę. Nota principium
1 literæ. Secundo nota, quod de omnibus bonis † debetur decima. & ſecundum Hoſtien. additur omnibus, vt comprehenderentur immobilia, dicit tamen, quod etiam ſine illo verbo comprehendebantur, ſed fortius cum illo, facit de teſta. relatum, ſecundo, & quod not. infra eodem, paſtoralis, & ibi in 9. quæſtione dico hoc non obſeruari, quod de immobilibus decima ſoluatur, & ſecundum Goffred. dicuntur bona illa quorum dominium habemus, vel quę bona fide poſſidemus. ff. de verbo. ſig. bonorum, & dicuntur bona: quia nos beant, vt ibi.

Digitized by Google

... quæ ... ſeq. per venationem, vel ... quod dicit
Hoſt. verum etiam de quotitate, vt hic in fin. quia mandatur
hic eam ſolui cum integritate. Quæro in eo, quod hic dicit,
4 † decimas deberi de venatione, † an ſint prædiales: an perſona
les. Inn. tam in his, quæ debentur ex venatione, quam de his,
quę debentur ex piſcatione: dicit quod ſunt perſonales, quia
miniſterio, & opera hominis proueniunt ea de quibus ſolui
debent, licet in terra vel mari vel aqua nutriantur. Ex hoc in-
fert Inn. ꝙ dandæ ſunt vbi per circulum anni, quis percipit ec
cleſiaſtica ſacramenta, quod dicit verum, vbi quis libere piſca
tur nullo dato prætio nec parte piſcationis. quia ſi daretur ꝓ-
cium, vel pars, tunc bene videretur, quod de illo prętio vel par
ti dari debeant decimę eccleſię baptiſmali: quia non ex mini-
ſterio hominis, ſed ex aqua, & terra proueniunt, primum au-
tem dictum procedit quando locus eſt publicus, vbi licet cui
que piſcari, tunc enim ſunt perſonales. Et idem dicit Innocē.
eſſe in venatione, & alij huiuſmodi, quod in piſcatione. Et in
eo, quod dicit Inno. de eccleſia baptiſmali, intellige in cuius
parochia eſt locus de quo ſoluitur prætium, vel pars venatio.
nis, vel piſcationis, vt liceat ibi piſcari, vel venari. Secūdo quę-
5 ro, quid ſi antiquitus † fuit libera venatio vel piſcatio: nunc
autem dominus loci facit proclamari ſub certa pœna, ꝙ nul-
lus hoc audeat, dicit Inno. ꝙ dominus ex hoc eſſet puniēdus,
nec oportet cōtrauenientem timere furtum, timeatur ne de
facto cogatur pœnam ſoluere. Si tamen dominus prohibue-
rit de conſenſu quorum intereſt, puniendus erit tranſgreſſor
inſti. de rerum diui. §. 3. & ſeq. & §. ferę. de acquit. rer. do. & ff.
ne quid in loco pub. & de aqua quoti. & ęſti. per totum, de cō
ſti. c. 2. de temp. or. ſi archiepiſcopus, de offi. archipresby. c. fin.
de maio. & obed. c. fi. & quod in ea no. & per Hoſt. in ſumma.
de pœn. §. fin. & ibi idem dicit etiam ſi dominus prohibuerit
ſine conſenſu quorum intereſt, dum tamen habeatius rei pu
6 blicæ in loco. Tertio quæro, ſi quis † capit piſces in mari, &
portat in ſtagnum vbi viuunt aliquibus diebus, dicit Innoc. ꝙ
eccleſia in cuius parochia eſt ſtagnum, habebit decimas. Idē
dicit de venatione ſi beſtię recluduntur in aliquo loco in quo
viuunt, & ſic vtroque caſu debetur decima eccleſiæ in cuius
parochia eſt aqua vel terra cuius beneficio viuunt. ar. J. e. cum
non ſit. Refert tamen Inno. aliis videri, ꝙ decimæ non ſunt
dandę de prædictis eccleſiæ parochiali: ſed vbi debitor perci-
pit eccleſiaſtica ſacramenta, quia hæc proueniunt opera & ar
tificio hominis. Et ad cap. cum non ſit, prælleg. reſpondet, ꝙ
ibi de fructibus qui non proueniunt artificio hominis: ſed ſo
la gratia Dei. Nam ſemē mortificatur, nec eſt in homine ope
rante, ꝙ viuificetur, & ampliorem fructum ferat, ſed piſces,
& animalia recluſa non moriuntur, volunt dicere, ꝙ hoc vlti
mo caſu habet opera, & induſtria. Hoſti. dicit, ꝙ talis decima
nec mere prędialis, nec mere perſonalis, cēſenda eſt, ſed mix-
ta. quod dic, vt no. J. e. ad Apoſtolicæ, & facit, quod no. in regu
la, qui prior. libro 6. mihi placet opi. Inno. Nam præſupponi-
tur in queſtione, ꝙ piſces vel animalia fuerunt capta in loco
libero, & illo reſpectu debetur decima perſonalis tāquam de
lucro: vt ſ. q. 1. Sed poſtquam incluſa fuerunt, cenſentur ac ſi
nata eſſent ibi, ex hoc ex quo includuntur, vt ibi creſcant: ſe-
cus ſi cauſa ſeruandi vſque ad aliquot dies, tunc. n. haberen-
tur pro non incluſis. ſicut etiam, quis non dicitur acquirere
domicilium in loco cum habet animum recedendi, quod di
xi de fo. compe. ex parte, & ſ. in prohemio, facit quod dicitur
7 in ſeq. q. Quarto quęro ſi arborem † de ſylua exciſam valentē
libram, quis portat ad portum vbi valet mille lib. dicit Inno.
ꝙ non debet ſoluere niſi decimam eius, quod valebat in ſyl-
ua, vel melius deductis expenſis ſoluet decimam de toto. Ho
ſtiē. dicit, ꝙ libera dabitur decima prædialis parochiæ, de qua
fuit arbor deciſa. de lucro vero deductis expenſis dabitur per-
ſonalis vbi percipit ſacramenta, quod placet, pro hoc quod di
xi ſ. e. cum ſint, & ſ. proxi. q. & J. c. paſtoralis. Quinto quęro, in
eo, quod hic dicit, dandam decimam de omnibus bonis, ſi dā
tur alicui immobilia: an de illis debetur decima, vel ſi ꝓ mer-
cede militiæ, vel aduocationis datur villa, an de ipſa debetur.
Inn. proſequitur, quod dico infra, paſtoralis.

3 *Decimarum debitor compellitur ad eas ſoluendas.*
4 *Decima an de illicite acquiſitis debeatur.*
5 *Meretrici ſolutum licet repeti non poſſit, tamen ipſa promiſſum pe-
tere non poteſt.*
6 *Acquiri non debet illicite, vt inde fiat eleemoſina.*
7 *Sacerdos an à meretrice decimam accipere debeat.*
8 *Elecmoſina fieri non poteſt de eo quod alteri debetur.*

1 Ex tranſmiſſa. † De fructibus molendini ad vē
tum ſoluendæ ſunt decimæ. Pri
mo ponitur deciſa quærela. Secundo dat iudicem, ibi: quia,
& ibi præmittit generalem rationem, ex qua infert cōcluſio-
2 nem, ibi: mandamus. No. quod fidelis † homo de omnibus,
quę licite poteſt acquirere, debet decimam: & de infideli dic,
vt ſ. e. in terris, de vſuris quanto, ad finem, & intellige de his,
quæ poteſt acquirere cum effectu: ita quod de facto acquirat
3 de cleri. non reſi. relatum. † Secundo not. quod debitor deci
marum compellitur ad eas ſoluendas, & compellitur per cē-
ſuram eccleſiaſticam, ſ. eod. peruenit. vbi de hoc. Quęro, quę
fuit ratio dubitandi. Solu. videbatur decimam non eſſe dan-
dam ex ventis, quaſi venti ex ſe naſcantur ſine Dei virtute. ra-
tio decidendi: quia imo Dei virtute, cui mare, & venti obe-
diunt. Goſ. Matth. 8. qui fecit aquam fecit & aera. Gen. primo.
Et dicunt Tan. & Vincent. quod molendinum fundatum eſt
in terra de qua decima dabatur. Pręterea ſufficit, quod tale lu-
crum eſt honeſtum, qualiter autem ſoluatur decima molen-
dini, dic, vt J. eod. paſtoralis. Secundo quæro in eo, quod dicit
4 decimam deberi de licite acquiſitis, † quid ſi illicite. Glo. 1. ar
guit primo negatiue. Secundo affirmatiue. ibi ar. contra. Ter-
tio ponit vnam opini. ibi, quidem. Quarto aliam quam tenet
ibi: alii, & hęc vltima diſtinguit inter decimas perſonales, &
prędiales, de primis, dicit gloſſ. quod debentur ſi dominium
transfertur in eum qui acquirit, licet illicite, ſecus ſi non trāſ-
fertur, vel ſi transfertur, & competit repetitio de prędialibus.
Dicit glo. quod a quocunque debentur, & no. glo. quia magi
ſtralis, & quotidie allegatur. Et in ea in prin. eadem gloſſ. eſt
14. queſt. quinta, in ſumma. vbi de hoc, ibi etiam nota an de-
moliri debeat eccleſia cōſtructa de pecunia ſimoniaca, & qd
tunc de iure patronatus, & an de fructibus rei emptę de peca
nia ſimoniaca eleemoſina fieri poſſit. Ibi, iuxta illud Deut. 23.
Ibi, Iſaias, non inuenitur, ibi, formaliter. Ibi, honorabis, pro-
uer. 3. Ibi, §. vlt. ſocius etiam omnium bonorum non cogitur
cōferre, quod ex illicitis cauſis acquiſiuit. Ibi, turpiter accipere,
an qui dat peccet. no. 86. diſt. qui venatoribus. Ibi, §. quotiens,
5 vbi not. ꝙ licet ſolutum † meretrici non poſſit repeti: tamen
promiſſum ipſa petere non poteſt, cum turpis fuerit promiſ-
ſionis cauſa. ff. de ver. oblig. generaliter. Ibi, pręterea delictum
vel pœna, vnde prohibitus honoribus tenetur ad munera, &
ad honores, qui mixtam habēt muneris cauſam, & hoc vult.
§. vlt. proſequitur, ibi. Euangelii. Luce. 16. ibi, mammona, dę-
monium eſt, quod pręeſt diuitiis. Ibi, iniquitatis, ſumitur hic
pro ſollicitudine, vt in canone qui ſequitur, & no. 12. q. 1. c. 2.
6 in glo. 2. Ibi, de nullo illicite † acquiſito poteſt fieri eleemoſi
na, hoc ſeruatur ad bonum ſenſum. i. non debet illicite acqui
ri, vt inde fiat eleemoſyna. 1. q. 1. non eſt, quod ibi tenet Hu. &
Arch. de reſta. c. 2. lib. 6. in verbo nolente. Ibi, Alii, lo. J. e. paſto
ralis. Goff. ſ. c. proxi. Inno. & Hoſt. hic, & ibi, eleemoſina, quo-
modo in excommunicato diſtinguitur inter eleemoſynam
eius, & oblationem, no. J. de ſen. excomm. voluntate. Ibi, vſu-
ra. hoc exemplum conuenit illi membro cum transfertur do
minium, ſed competit repetitio. de hoc. 14. q. 4. ſi quis vſurā.
ibi, innatore, idem no. 16. q. 1. decimas. Quarto quęro, in eo, ꝙ
7 glo. dicit, ꝙ ſacerdos † non debet a meretrice decimam reci-
pere. An hoc ſit verum indiſtincte, dicit Inn. ꝙ ab ea poſt pœ
nitentiam poteſt exigi decima, & idem intellige de oblatio-
ne: quia poſt pœnitentiam deſpici non debet in eo, quod ...
50. diſt. ferrum, ante pœnitentiam autem procedit, quod di-
cit glo. Opp. ad hoc, quia ſi ſacerdos non recipit oblationem
vel decimam meretricis ante pœnitētiam, videtur ipſa rema-
nere perplexa: quia tenetur ſoluere, & non poteſt cum ...
ſiacon

Digitized by Google

[illegible]

10 Decimarum quatuor genera an adhuc durent.

11 Decimarum ius dependet ab eccleſia, nec cadit in laycum.

12 Papa eximere poteſt quos vult à ſolutione.

13 Decimam non ſoluens integraliter peccat mortaliter, & nu. 14.

15 Layci non debent clericis retinere decimas ob eorum delicta vel abuſus.

A nobis. Locator, & conductor poſſeſſionum tenẽtur ad decimas, niſi ſe immunes oſtendãt, pars de cohabi. cleri. a nobis. Primo ponitur deciſa queſtio. Secundo ratio generalis, ibi: cum. Tertio, ſolutio, ibi: fraternitati. Quarto, exceptio, ibi: niſi, & J. deciditur, ꝙ dantes poſſeſſiones ſe excuſabant, ꝙ non tenebantur ad decimas, allegantes in hoc conſuetudinem. Exemptus ſ. c. ex parte, 1. de eccle. ędif. c. 2. Ad fictum, quod no. hic Inn. & Hoſt. dixi ſ. c. cum ſint. No.
1 ꝙ † eccleſia fundat intentionem de iure communi ſuper decimis, vnde negans eas deberi, habet hoc oſtendere, centeſima diſt. contra morem, de præſcrip. c. 1. lib. 6. Opp. in eo, quod dicit quemlibet teneri ad decimas. ſ. c. nouum. Gloſſ. 1. ſoluit reſtringendo verbum, quilibet, ad laicos. Ex hoc no. ꝙ genera
2 lis † diſpoſitio reſtringitur ne contineat illicita, de tranſact. c. 1. vbi de hoc. Secundo op. ad hoc, quia etiam clerici tenentur ad decimas, d. c. nouum. Solu. quando teneantur, dic, vt ibi dixi. Tertio op. ꝙ non poſſit quis eximi a decimis: quia debent
3 † de iure diuino, ꝯ c. tua. contra quod non diſpenſat etiam Papa. 25. q. 1. ſunt quidam. Glo. 2. ſoluit, ꝙ Papa non eximit a decimis, quo ad hoc, vt extinguatur ius decimarum, ſed cõcedit adminiſtrationem ipſarum, quam, vt dicit gloſſ. poſſet etiam laico concedere, & idem no. glo. 16. q. 1. §. ſi ergo, de vſuris, ſalubriter, cum ſimilibus, pro hoc, quia poteſt laico concedere ſpiritualia: vt no. glo. de iud. decernimus, & Inno. de ele. quod ſicut. Quo ad decimas tamen dicit Ala. quod Papa nõ poſſet omnibus laicis eas concedere, niſi ad tempus, ex cauſa: vt quãdoq; fecit Gallicis, idem Vin. ſ. c. parochianos, ſed tunc reſtat ſoluere contrariũ, quomodo poſſit Papa concedere decimas ꝯ ius diuinum, ex quo præceptum eſt decimas deberi eccleſijs. Nam ſi Papa concedit adminiſtrationem decimarum laico, per hoc violatur præceptum diuinum, propterea glo. ponit ſecundam lect. ibi, vel dic, dicens, quod Papa diſpẽſare poteſt etiam contra ius naturale, remittẽdo decimam alicui: ſed non poteſt hoc faciendo conſtitutionem generalem de decimis non ſoluendis, quod no. pro hoc, quod proxime dixi ſecundum Ala. Et in hac glo. in fin. hanc glo. poſuit Laur. ſ. eo. peruenit. Ala. ſ. eod. ſane. Quarto oppo. ad hanc vltimam ſolu
4 tionem: quia ſi Papa † non poteſt in totum tollere præceptũ de decimis ſoluendis: ergo nec in partem, quia eadem eſt ratio totius, & partis, de offi. deleg. paſtoralis, §. item, ſolutio. diuerſa ratio eſt hoc caſu inter totum & partem. Nam cum Papa fungatur vice Dei, debet diſtinguere ius diuinum, quod facit aliquando ampliãdo illud ſicut ampliauit prohibitionem graduum conſanguinitatis, de conſan. non debet. Aliquãdo interpretando, vel alio modo, ſecus autem ſi ex toto tolleret: quia per hoc videretur immutare ſtatum eccleſiæ, quod nõ poteſt: ſed debet potius conſeruare 14. q. 1. memor. ſimile, qđ no. glo. ſingularis, 9. q. 3. per principalem. In eo, quod Papa poteſt deponere vnum epiſcopum, ſed non omnes epiſcopos, quod etiam dico de ſen. excommu. perpendimus, contrario, 7. & hæc ſolutio placet. Hoſt. etiam aliter ſoluit, quod ſpeciale eſt in ꝑcepto decimarum vt recipiat diſpenſationem, & interpretationem, quod nõ ſic eſt in alijs pręceptis moralibus: quia in illis verſatur honor Dei irremiſſibilis, vel vtilitas humana publica indiſpenſabilis: vt patet in præceptis decalogi,

pto, ſed in conſilio tantum. In quo videtur dicendum, quod imo nec in conſilio, niſi quatenus etiam tunc tale opus erat pium. Et ſic conſultum in genere, non autem in ſpecie. Secũdum fuit tempus legis Moſaycæ, quo fuerunt in præcepto. Tertium eſt tempus gratiæ, quo libertati ſpiritus videntur relictæ, vnde Hugo de ſancto Victore in libro de ſacramentis, libro 6. parte. 9. c. 4. de decimis loquens, dicit, primum ante legẽ paruulos conſilio erudiuit, poſtea ſub lege exercitatos pręcepto tentauit: nouiſſime ſub gratia perfectos in libertate ſpiritus ambulare permittit. Et ex hoc videtur, quod hodie non
7 ſint in præcepto, in quo dic, vt J. q. 6. & 7. † Quarto quęro, ad quem effectum fuerunt inſtitutæ, dicit Hoſti. quod in remedium culpæ originalis, in ſignũ debitę recognitionis ſeu dominij diuini & vniuerſalis. Item, in figura futuræ redemptionis. Primum de remedio culpæ patet: quia decimæ ſub lege erant de numero ſacramentorum, ſicut oblationes, & ſacrificia, & circuncifio. Eſt autẽ differentia inter ſacramenta veteris legis, & nouę: vt J. q. ſeq. Secundum quod fuerint in ſignũ debitę recognitionis, probatur J. eo. tua. Nam Deus eſt perfectus: & ſic nullo indiget, perfectum enim ſecundum Philoſophum eſt, qđ nullo indiget, & denotatꝰ Dei perfectio in vniuerſalitate dominii, vnde idem Hugo eo. li. parte. 5. cap. 18. & Aug. ſuper Gen. 8. c. Ille inquit noſtra ſeruitute non indiget, nos vero donatione ſua indigemus, vt operetur, & cuſtodiat nos. Nam ſi nobis indigeret, eo ipſo verus non eſſet, cum per nos eius adiuuaretur neceſſitas, ſub qua & ipſe ſeruiret. In ſignum igitur diuinæ perfectionis, & dominii vniuerſalis fuerunt inſtitutæ decimæ. Significatur autem per decimam perfectio diuina: quia denarius numerus perfectus eſt, vnde idẽ Hug. eodem li. c. 8. denarius inquit quoniam perfectus numerus eſt ſignum bonitatis, & virtutis, quę Deo attribuitur, & in homine a Deo eſſe cognoſcitur. Nouenarius autem, quia deficit a perfecto, merito deputatur homini, propterea ergo homo decimam dare Deo & nouem ſibi retinere pręcipitur vt quod bonum eſt a Deo, quod vero malum eſt a ſe habere cõfiteatur, pro hoc 16. q. prima, decimæ. dixi tertio, quod fuerunt inſtitutæ in ſignum futurę redemptionis, ſignificabant enim futurum redemptorem, cuius perfectio noſtrum imperfectum ſiue culpę ſiue pœnę euacuaret, quod intelligitur ex prima donatione decimarum, quando Abraham decimas dedit Melchiſedech ſacerdoti. Genneſi. 14. qui Melchi-
8 ſedech figurabat Chriſtum. Ad Hębreos, 7. † Quinto quęro, in eo, quod dixi in proxim. quęſtio. quod differentia eſt inter ſacramenta legis veteris, & nouę, quæ ſit illa, dicit Hoſtienſ. quod differunt, quo ad obligationem, & ſignificationem, vnde quo ad propoſitum reſpectu decimarum de differentia obligationis, dicit Hugo. lib. pręalleg. de ſacramentis, lib. primo, parte vndecima, capitul. 3. illa ex voto celebrata ſunt: iſta ex pręcepto. Neque enim exiſtimãdum eſt illa prima naturalis legis ſacramẽta, ſiue decimam, ſiue ſacrificia, ſiue oblationes: ita homini ex neceſſitate indicta, vnde qui eam non executus fuiſſet reatum preuaricationis incurreret, meritum ſuę deuotionis inueniret. Nunquam enim legimus, quod ante legem ſcriptam Deus homini dixerit, qui decimas non dederit, qui ſacrificia non obtulerit, ſicut poſtea per legem dixit. Maſculus cuius pręputii caro circunciſa non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo, & ſicut ſub gratia terribiliter intonuit: niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. de differentia ſignificationis dicit idem Hugo in eadem parte cap. 8. Sciendum, quod diuinę diſpenſationis ordo poſcit: vt ſicut ab initio percurrente tempore magis ac magis aduẽtus Saluatoris appropinquabat, ſic ſemp magis creſceret cognitio veritatis. Ex his verbis vult dicere, quod

alia

[illegible] vniuerſalis,non eſt euacuatum,hoc enim inclu-
dit quid morale, quod eſt de rationis dictamine.ſ. recogno-
ſcere vniuerſitatem dominij diuini, quę recognitio conue-
nientiſſime fit per dationem decimæ, conſiderato omni
tempore,ſiue naturę,ſiue legis,ſiue gratiæ,propterea huic tã
quam immobili fundamento innititur autoritas eccleſię in-
fra capitulo tua.ver.nimis,& capit.cum non ſit, decimaſexta,
quæſtione prima.decimæ.Ibi,non igitur dominus Deus præ
mium poſtulat: ſed honorem.Septimo quæro,circa hoc,an
10 omnia quatuor † genera decimarum de quibus ſupra capitu
lo primo,adhuc durent,videtur quod ſic,quia, vt dixi, ſupra
quęſtione proxima,durat vna de rationibus inſtituendi deci-
mas,quę ſufficit,dicit Hoſtien.quod decimæ ſub lege conſi-
derantur quatuor modis.Primo vt fuerunt de numero ſacra-
mentorum.Secundo,vt includebantur in ritu ſacrificiorum,
Numeri,decimoquinto,28.& 29.Tertio,vt pertinebãt ad pro
priam ꝯſolationẽ.Deute.14 decimã partem ſeparabis de cun-
ctis fructibus tuis,qui naſcuntur in terra per ſingulos annos,
& comedes in conſpectu domini. Et hoc erat quartum ge-
nus decimarum:vt patet ſupra capitu.proximo,verb. erant.
Quarto conſiderabantur,vt pertinebant ad debitam ſubuen-
tionem,& ſub hoc modo continebantur alia tria genera de-
cimarum.Primum,quod dabat populus Leuitis. Secundum
quod Leuitæ dabant ſacerdotibus.Aliud quod erogabãt pau
peribus,ſupra eodem capitu.primo,dicit ergo Hoſtien.quod
prout decimæ fuerunt de numero ſacramentorum,ſunt eua-
cuatę,& ſecundum hoc procedit,quod dixi ſupra, quęſtione
ſecunda.Item prout de ritu ſacrificiorum etiam ſunt euacua-
tæ ſicut,& cętera cerimonialia,quę erant vmbrę,& figura fu-
turorum,de purific.poſt partum capitu.vno.Item quo ad ter
tiam conſiderationem,quatenus decimę erant ad con ſolatio
nem,ſunt euacuatę:quia lex conceſſit illi populo rudi & car-
nali,vt comederet in domo domini,vt per temporalem con
ſolationem reuocaretur ab idololatria.Et in hoc,cum debe-
ret hoc fieri in certo loco, ſcilicet in templo, illud tanquam
imperfectum,& cerimoniale per euangelicam perfectionẽ,
& veritatis exhibitionem euacuatum eſt.Secundũ vero quar-
tam conſiderationem decimę non ſunt hodie euacuatę, &
quia,vt ſtatim dixi,ſub hoc genere tria genera continebãtur,
declaremus de ſingulis.in quo dic, quod de primo genere,
quod dabatur Leuitis,habetur numeri 18.filijs Leui dedi om
nes decimas Iſrael.& Malach.3.Inferte omnem decimam,&
in alijs multis autoritatibus, not. ſupra eodem ſuper rubrica.
Adueniente autem tempore gratię cõſiderauit eccleſia,quid
in hac materia eligendum eſſet & ſtatuendum. Et attendens
ſignum vniuerſalis dominij, quod quaſi fundamentum po-
ſuit,& quod in veteri teſtamento Deus primum genus deci-
marum ſibi retinuit,& pręcepit populo,vt decimas daret Le
uitis,& quod ratio naturalis dictabat, vt qui domino pro po-
pulo miniſtrabat,debebat a populo ſuſtentari,& ſic erat debi-
tum quoddam morale: nec pro iſta portione conuenienter
alia poterat aſſignari,præcepit,quod populus decimas redde-
ret eccleſijs & clericis,ſicut patet in hoc titu.& decimaſexta,
quæſtione prima,§.decimas,& capitu. ſequentibus.Sed quia
laici prompti ſunt ad detrahẽdum ſtatutis eccleſiaſticis, ideo
imperatores,quorum legibus aſtringuntur laici.C.de legi.le
ges,hoc approbarunt,vt laici cogerentur ad ſolutionem deci
marum,vt in Lombarda.de deci.l. vltim.per totum,quę ſunt
leges karoli Lotharii,& Ludouici imperatorum,& ſic illud
fuit debitum ſiue pręceptum iudiciale ſecundum ęquitatem.
Quamuis ergo ſit trãslatum ſacerdotium quãtum ad ritum
colendi:tamen,quia in ſacerdotio nouę legis manet onus mi
niſterii,propter quod eſt vere,& proprie communicatio bo-
norum ſpiritualium per excellentiam ſacramentorum, quæ
ſufficiunt,quod figurant,& continent,quod ſignificant:ideo
ſaltem quantum ad ſubſtantiam præcepti remanet illud debi
tum, vt morale vel quaſi, nam in corde cuiuslibet ſcriptum
eſt,vt communicanti,& miniſtranti ſpiritualia miniſtrentur
temporalia.Item iſtud pręceptum firmatur tanquam iudicia
le quantum ad formam,id eſt quantum ad taxationem deci-
11 eſt,quod decimarum ius ab eccleſia dependet: † nec cadit in
in laicum:quia ius ſacerdotum eſt,decimaſexta,quęſtione 7.
decimas,quia etiam eſt ius diuinum,decimaſexta, quęſtione
prima, capitu.fi.& ſanctuarium Dei.ſupra eodem, ad hęc,&
ob hoc non poſſunt a laico poſſideri, de pręſcrip.cauſam. ſu-
pra eodem prohibemus,& capi.quamuis,fructus etiam deci-
marum ſunt clericis exhibendi.infra capitu.tua.& in hoc Pa-
pa eſt moderator,ſicut & in alijs iuribus eccleſiaſticis: vt legi-
tur & no.de translat.capitu.primo,infra. qui filii ſint legi.per
venerabilem,potuit ergo pręcipere,quod decima ſolueretur
ita quod ſolueretur decima pars frugum, ſup. eodem nõ eſt,
& capitu. cum homines, & exprimere de quibus ſit ſoluen-
da,ſupra eodem peruenit,& in quibus,ſupra capi. quoniam.
Et ne inter clericos ſurgerent lites, limitatę ſunt parochię,
quę limitatio attenditur in ſolutione decimarum,de his,quę
fiunt a pręla. paſtoralis,de ſepul.capitu.primo,de paroch.ca-
pitu.penultim.& fin.infra capitu.tua.Et in hac ſolutione etiã
attenditur conſuetudo inter eccleſias approbata ſupra eo-
dem ad Apoſtolicę,& cap.cum ſint,& valet etiam compoſi-
tio ſuper hoc,ſupra eodem ex multiplici,de tranſact.capit.ſe-
cundo,ſupra quęſtione prima. Ex pręd ictis infert Hoſt.quod
12 Papa † poteſt eximere quos vult in totum vel partem ſupra
eodem ex parte,& capi.ſuggeſtum. Et de his aliter diſponere
prout placet,dummodo totum ius non tollat.vt dixi ſupra in
penultim.& vltim.contrario.Et de hoc per Hoſtien. in ſum-
ma de reſcrip.§.& ſuper quibus,ſub §.poteſt autem,quis im-
petrare,& pro hoc, quia talia non ſunt contra fidem, & ideo
indiſtincte parendum eſt ei.de conceſſ. præben.propoſuit.Ex
13 his etiam infertur,quod † non exemptus non ſoluens deci-
mam integraliter,ex quo eſt monitus, peccat mortaliter: quia
contradicit legi diuinæ humanæ,& iudici,vnde etiam poteſt
excommunicari,ſupra eodem, ex parte, ſecundo,in fi.& cap.
peruenit,& pro hoc in Lombarda.de deci.lege fina. vbi pro-
hibetur ne prætextu inceſtus clericorum retineãtur decimę:
ſed inceſtuoſi puniantur ſecundum canones, & quod qui
poſt tertiam monitionem, & prædicationem ſacerdotum
decimam dare neglexerit, excommunicetur, de hoc etiam
in ſequenti quæſtione. De ſecũdo genere decimarum.ſ.quas
dabant Leuitæ ſacerdotibus,dic,vt no. ſupra eodem nouum.
De tertio genere decimarum,ſcilicet, quæ erogabantur pau-
peribus,conſiderauit eccleſia,quod ſi de ipſo expreſſe onera-
ret laicos, immineret eis periculum, qui nec vnum tantum
genus.ſ.primum ſoluere volunt.Item in hoc genere nota-
tur imperfectio,quam euacuauit Chriſtus,& prouidit paupe-
ribus plenius, quando dixit Luce. 6. omni petenti tribue,&
11. quod ſupereſt,date eleemoſinam, & ecce omnia munda
ſunt vobis.In quo oſtendit,quod voluit verum Chriſtianum
eſſe liberaliſſimum ad pauperes,in quibus teſtificatur ſe reci-
pi,& repelli.Matth.25.ideo & Auguſt.dicit,quod ſolutu deci
ma.ſ.primi generis de 9.partibus,quę remanent fiat eleemo-
ſyna,16.quęſtion. prima,decimæ.Item & eiſdem pauperibus
prouidit eccleſia, ſtatuendo, quod non tantum de decimis:
ſed etiam de omnibus redditibus eccleſiaſticis fiant quatuor
partes,quarum vnam pauperibus aſſignauit duodecima quę
ſtione ſecunda,nobis,& cap.qui & humanis,& cap.ſequenti-
bus,& idem dicitur in Lombarda,de deci.l.an decima popu-
li,& quamuis alicubi non ſeruetur præmiſſa diuiſio, tamen
clerici ſunt pauperibus obligati.42.di.§. primo,& per totum
47.diſt.ſicut hi.86.diſt.non ſatis,duodecima, q.2.aurum,& c.
gloria 16.q.1.cap.fin.12.q.2.cap.1.& cap.fin.1.q.2.paſtor.hinc
Augu.ad Bonifa.priuatum quid poſſidemus,quod nobis ſuf-
ficiat.Non illa noſtra ſunt quorum procurationem quodã-
modo gerimus &c.12.q.2.c.fin.vnde & epiſcopus cenſetur p
curator,& non dominus,de dona.c.2.&debet indigentibus
prouidere.93.diſt.diaconi.13.q.1.epiſcopus,& c.præcipimus,
vnde nõ poteſt dici,quod clerici hẽant poſſeſſiones,ſicut ha-
buerunt alię trib.de quo no.ſ.e.in rubrica. Ex his concludit,
ꝙ primum genus decimarum eſt in pręcepto: ſed limitatum
ſecundum etiam eſt in pręcepto: ſed declaratum. Tertium
vero relinquitur liberum: ſed perfectius informatum. E
hoc quo

Digitized by Google

& hoc tenent aliqui dicētes ſecus eſſe poſt prædicationem, quia tunc retinentes peccant mortaliter, arg. de ſupplen. negli. prœla. c. 1. c. penulti. de conſec. eccle. vel alta. aqua. de cle. ex commu. ſi celebrat. Alij dicunt, ꝙ cum ex præcepto teneatur quilibet ad ſolutionem decimarum, non ſoluens peccat mortaliter, ar. ſ. e. ex trāſmiſſa, & c. cum homines. Exodi. 22. decimas, & primitias tuas non tardabis offerre, ad hoc, quod legitur, & no. de treu, & pace. ca. 1. primo reſponſo. Nam ſemper eſt in mora ſicut fur. ff. de condi. furt. l. viri. in fi. dicit Hoſt. ꝙ vltima opi. eſt æquior, & ideo eſſet per conſtitutionem eccleſiæ approbanda. arg. de tranſact. c. fin. de app. oblatæ. ver. penul. dic, ꝙ imo de iure eſt verior, quia non ſoluentes non peccant niſi ex quo ſunt moniti, & non parent, ut dixi. ſ. q. proxima.
15 Nono quæro † ſi clerici delinquant, vel decimis abutuntur, dicit Hoſt. ꝙ de hoc non habent laici diſputare, vel iudicare: nec debent propter hoc decimas retinere, pro hoc, ſup. quæſ. 6, & ad idem, ʒ. c. tua, unde Angu. lib. 8. ſuper Geneſi. cap. 11. dominus inquit cur iuſſerit viderit, faciendum eſt autem a ſeruiente quod iuſſit: nec excuſat conſuetudo laicos: nec præſcriptio aliqua, vt patet in eo, quod no. de conſue. cap. fin. niſi ſit per ſedem Apoſtolicam approbata, & ſic poteſt intelligi. ʒ. eo. in aliquibus.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſunt res ſpirituales.*
2 *Laici de ſpiritualibus non poſſunt diſponere.*
3 *Diſpoſitio generalis non comprehendit ea quæ concedere non poteſt.*
4 *Decimæ quandoque debentur ex conſtitutione humana.*
5 *Feudum decimarum etiam licite, conceſſum layco reſtringi debet vt nō comprehendat noualia.*
6 *Decimæ poſſunt competere laico per priuilegium ab aliquo conceſſum.*
7 *Specialia in multis plus proſunt quam generalia.*
8 *Imperator an remittat iuramentum.*
9 *Priuilegium ſuper decimis an comprahendat noualia.*

TVa. Imperialis conceſſio ſub quacunque forma a ſolutione decimarum eximere nō poteſt. hoc primo. Decimę noualium non pertinent ad laicum qui decimas habet in feudum. habet duo dicta. Secundum ibi. nec. Prima ſubdiuiditur. quia Primo ponitur ratio. Secundo dictum. ibi, imperialis. Tertia limitatio. ibi, quæ diuina. Secunda ſubdiuiditur in dictum & rationem. Secunda ibi, cum in talibus. & erat olim prima pars in tertia compilatione. de iudic. capitulo primo, & tota
1 decre. in quarta. † Nota, quod decimę ſunt res ſpirituales. † Se
2 cundo nota quod de ſpiritualibus a non poſſunt laici diſpo-
a nere. Et idem dicit gloſſ. de temporalibus ſpectantibus ad eccleſias, præter quoſdam caſus in ea exceptos. Eſt & alius caſus infra de elect. vbi. §. præterea. libro, ſexto. Et ad materiam gloſſ. facit quod nota. Specu. de reconuen. §. nunc dicamus. verſ. Item exceptis. & verſicu. ſequen. Tertio nota, quod di-
3 ſpoſitio † generalis non comprehendit ea quæ concedens ſpecifice cōcedere non poteſt. pro hoc, quia nemo dat quod non habet. de do. inter vir. & vxo. nuper. Quarto nota a con-
4 trario, ibi, diuina conſtitutione. quod quādoque decimę † debent ex ꝯſtitutione humana: & tunc ſunt in diſpōne ꝯſtituētis q pōt in traditione rei ſuę modū apponere. de ꝯdi ap. verū.
5 Quinto not. ꝙ feudū † decimarū etiam licite ꝯceſſum laico debet reſtringi vt non cōprǽhēdat noualia. Sexto no. ex hoc ſm Hoſt. ꝙ ſi priuilegiatus, qd non ſoluat decimas de terris patronatus, quæ tranſeunt cum vniuerſitate: in ſpecialiter tranſire non poſſunt. ff. de acqui. re. do. quædam. de iurepa. ex literis. ideo ſm Hoſt. dixit hic, quantumcunque gñaliter. facit ad id quod no. ne cleri. vel mo. ſicut. an notarius conſtitutus a laico ſup eccleſiaſticis poſſit inſtrumenta conficere, vel dic quātūcūq; gñaliter, i. plene vel vniuerſalr. Nam ēt ſi ſpecifice cōcederetur priuilegiū ab imperatore ſup decimis nō ſoluendis, non valeret, p rōnē de qua in textu. Secundo op. ad
8 hoc & ad tex. q͂a imperator † remittit iuramentum, quod ēt obligat de iure diuino. ff. ad municip. l. fi. Soluit Hoſti. ꝙ leges quæ imperatori vel laico dant poteſtatē circa talia, corriguntur etiam de mente iuris ciuilis. In. Aut. ne cleri. apud ꝓprios epiſcopos. §. ſi vero eccleſiaſticum. Ad l. fi. dicit ꝙ imperator non remiſit iuramentum, ſed illi qui iurauerant ꝙ duūuiratum non reciperet, & poſtea recepit, in hoc facit gratiam quod ab illo ordine non remoueretur, vel dic melius, ꝙ ibi, Imperator interpretatur iuramentum vt intelligatur in eo authoritas ſuperioris excepta: ita quod qui iurauit non acceptare publicum, vt erat duūuiratus, ſi eligitur, acceptare poſſit & debeat, cum ad hoc cogi poſſit per ſuperiorem. pro
9 hoc de iureiur. venientes. † Tertio oppo. quod priuilegium ſuper decimis compræhendat noualia infra eodem ex parte, Glo. vlt. remittit ibi. Innon. aut proſequitur, cuius glo pono. infra eodem, cum contingat. vbi de hoc in glo. penul.

ADDITIO.

a De ſpiritualibus. Adde. c. decernimus, & cap. quanto, de iudi.

SVMMARIVM

1 *Colonus fundi partiarij an debeat habere partem arborum vel fructuum ipſarum.*
2 *Colonus qui plantauit arbores in vinea, qui tenebatur dare quartam partem fructuum vineæ, an teneatur dare quartam partem fructuum arborum.*
3 *Decimæ ſunt tributa animarum egentium.*
4 *Decimæ debentur clericis loco Dei.*
5 *Iura ſua non debent auferri cuiquam etiam criminoſo.*
6 *Aequiparatio de tributo ad decimam an valeat.*
7 *Princeps an poſſit contra Domini voluntatem concedere illius ius.*
8 *Decimæ qua actione petuntur.*
9 *Dominus prædij an teneatur ad decimam de portione ſua.*
10 *Decima cui debeatur de parte quam recipit Dominus non ratione fructuum.*
11 *Colonus partiarius quare eſt melioris conditionis quam penſionarius.*
12 *Dominus non tenetur ad decimas pro certa portione quam recipit a colono pro fructibus fundi.*
13 *Decimas perſonales an quis teneatur dare ei quē ſcit eſſe ſymoniacū.*
14 *Decimarum debitores quomodo compellentur ad ſoluendum.*

Tua. Sine deductione ſeminis & ſumptuum debent Dñs & colonus decimam ſoluere. non cui voluerint eccleſiæ, vel pauperib. ſed parochiali cui debetur, nec ab eo excuſatur pp malitiam clericorum. Primo ponit tres machinationes. Secundo ad eas reſpondet. ibi verum. Tertio cōcludit. ibi qm̄ peruerſis. multæ vię. hominibus ad malum. In Aut. de nup. §. mitiores. Hoſti. quidam. prima machinatio. Alij. ſecunda machinatio. capellis ſuis. forte quarum ſunt patroni vel parochiani. cum tamen, non parochiali ſed prædiali debeantur. Alios. forte pios: puta quia faciunt pontes ad

ſimpliciter,& de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicij,de iudi.
clemẽ.diſpendioſam. Et cum de cunctis, rñdet ſcđæ machi-
1 nationi.Fructuum.An † colonus fundi partiarius debeat ha-
bere partem arborum,vel fructuum ipſarum,no.Spe.de loca.
§.1.ad fi.vbi ſecundum quoſdam dicit ꝙ nõ:qa fructus nãles
nõ efficiunt bonę fidei poſſeſſoris,ſed aliud eſt in colono qui
debet habere oẽm ↄmoditatẽ,cum habeat etiã curam agri,
niſi aliud ſit ↄuentũ De iſtis aũt fructibus nãlibus qualr ſint
2 reſtituendi.no.de reſti.ſpo.grauis.Item de colono † q planta
uit arbores in vinea,q tenebatur dare quartam partẽ fructuũ
vineę,an teneaẽ dare quartam partẽ fructuum arborum:not.
de ſeruit.ru.præ.li.certo generi,& glo.ibi non firmet,tñ cõiter
teneẽ,ꝙ ſic:quia idem iuris eſt in acceſſorio,qđ in principali.
facit regula acceſſorium,lib.6.& de hoc per Io. And. in dicto
§.1.in fin.diœceſis ciuitatem includit,ſic.de offic.ordi.cap.1.
† No.ꝙ decimæ ſunt tributa a egentium animarũ. de hoc in
3 gl.prima.Scđo no.ar.a minori ſic.n.arguit tex. in ver.cum.n.
a de hoc de ele.cum in cuntis,& ꝓ hoc, qđ hic dicitur in gl.2.
& in ea ibi,eos.Moderator prouincię mulctat in duabus vn-
cijs tm̃, pro ↄſul in ſex.In fin.ad hoc J.de hæreti ver.gentis.
† Tertio no.ꝙ decimæ debenẽ clericis loco dei,q eas reſerua
4 uit in ſignum vniuerſalis dñij.Et hoc reſpectu dicit Hoſt.ꝙ
cadunt in laicum,cum ſint quid temporale.Sed quatenus de
benẽ clericis ꝓ cultu diuino,dicit Tan.ꝙ non cadunt in lai-
cum,cum hoc ſit mere ſpirituale,de hoc dixi,ſ.eo.a nobis,q.
7.Quarto no.ꝙ laici non ſoluentes decimas poſt monitionẽ
coguntur eccleſiaſtica diſtrictione,& dic,ꝙ in hoc procedit
abſq; iudiciorum ſtrepitu,& figura iudicij.clemen. diſpẽdio
ſam.de iudi.Quinto no.in verſi.prætextu † ꝙ iura ſua non de
5 bent auferri cuiq̃ ẽt criminoſo, quod intellige niſi ſint talia
crimina pp q̃ bona poſſint ↄfiſcari,quod dic vt de conſti.quę
in eccleſiarum,& de hoc ẽt J.ↄtrio.3.Op.ꝙ illi,qui volebant
ſemẽ,& ſumptus detrahere ius habuerunt.ff.de vſufru.earũ
rerum q̃ vſu ↄſu.l.2.vbi pecunia data ad vſumfructum ſalua-
tur dño quo ad ſortem.Ad idẽ,ff.de vſufr. vetus, & l.ſeq. vbi
vſuſfrũctu legato dẽt ↄſeruari numerus gregis reddẽdus vſu-
fructu finito,& ſi aliqđ aĩal moritur ſubmittiẽ aliud.Sol.Ala
nus ſ.eo.nõ eſt,allegat has leges pro ↄcordãtibus ad tex.dicẽs
ꝙ Deus primũ ſemẽ miniſtrauit,& illius quaſi vſumfructũ,
ↄceſſit agricolæ,vñ ſemẽ ſaluũ de vſufructu eſſe dẽt ad inſtar
pecunię,vel gregis,vt nũc dixi,ſed Hoſt.allegat has leges præ
dictas ꝓ ↄtrijs modo prædicto,& melius.Ad idẽ,qa in nego-
ciatione deducit capitale,J.eo.paſtoralis,& rñdet cum Goff.
qa primũ ſemẽ nõ fuit ↄceſſum in vſufructu:ſed gratis datũ.
Itẽ in negociatione principalius operaẽ manus hominis,&
ibi pecunia ſalua manet.ſemẽ vero mortificaẽ,& ibi principa
lius manus Dei hẽ decima p̃dialis eſt tributum,in quo ſoluẽ
do nõ deducunẽ expenſę,vel ſemẽ,vt in tex. Scđo opp. ꝙ nõ
6 ſit bona æquiparatio q̃ hic ſit de tributo ad decimã,† qa in tri
buto nõ admittiẽ appellatio,2.q.6.§.diffinitiua,ſed ĩ decimis
ſic,ſicut,& in alijs cauſis,de appel.vt debitus,Item in tributis
non procedit præſcriptio.16.q.3.§.poreſt,in decima ſic. de p̃-
ſcrip.de quarta.Glo.prima ſtat ↄtrio,dicens,ꝙ decimę impro
prie dicuntur tributa.Dic,ꝙ poſſunt dici tributa,quia ſicut in
tributis nõ admittitur,ſic nec in decimis,16 q.7.omnes deci
mæ qđ intellige,vt no.de re.eccle.nõ alie.vt ſup.,& de re. per
mu.c.vlt.Itẽ ſequuntur poſſeſſorem vt tributa:vt no. J.eod.c.
in gl.hoc intellige.Dic ergo,ꝙ in quibuſdam cõparant, non
in oĩbus.Itẽ in eo,qđ dixi de decimis currere p̃ſcriptionem.
Cy.C.de p̃ſcrip.30.an.ↄperit.tenet ↄtrium,& dic,ꝙ ẽt decimę
nõ præſcribunẽ.ſ.per laicos,vel alios q debent decimas:vt no.
J.eo.in aliqbus,in vlti.gl.ſecus in clericis,vt in eadem glo. &
ſic ẽt loquitur hæc gl.& in hac gl.ibi,bene admittitur,ↄ eſt,
J.eo.c.in fi.Sol.vt J.in vltimo ↄtrio.Tertio opp.in verſ. p̃tex.
7 ꝙ præter dñi volũtatem poſſit princeps † concedere illius ius
C.de quadrien. præſcrip. per totum.Glo.antepenul.ſolum,ꝙ
hic dẽt intelligi de reb.eccleſiaſticis.In contrario,de ſecula.ri
bus.dic melius quod intelligitur gñaliter,ꝙ nõ licet auferre
aliena,ſ.ſine cauſa,ſed cũ cauſa ſic,vt in ↄtrio,& dixi in vltimo
notabili.Et in hac gl.ibi,non eſt nouum,vide de iurepa.cura.

negatoria.de iudi.examinata.Et an competat pro ...
vero ꝓ ſeruitutibus tm̃,dixi de ver.ſig.abbate.Et proprie non
habet locum ↄfeſſoria,vel negatoria: ſed quaſi ↄfeſſoria,vel
quaſi negatoria:vt dicit Inn.in d.c.abbate.ſecundo ſoluit gl.
ꝙ petuntur rei vendicatione,quod placet Damaſo hoc tit.q.
2.per l.3.§.fi.ff.de rei vendic.ubi vendicatur pars rerum com
mixtarum,& confuſarum.Et de hoc in c.moderamine,alle.
in glo.& dic,ꝙ non poſſunt vendicari generaliter,puta peten
do decimas talis prędii,ſed oportet ſpecificari per id quod di
xi ſ.c.parochianos,in ſecundo ↄtrio.Tertio ſoluit gl.ꝙ petun-
tur actione ex canone,& hoc tenent Ioan.Tan.Gof.& Ala.ſ.
c.qm̃,& Vinc.ſ.c.prohibemus. Hoſtien.dicit,hoc potius in
ſubtilitate q̃ in utilitate conſiſtere:quia nõ eſt neceſſe propo
nere actionem: de iudi. dilecti.poteſt tamen dici ſecundum
eum,ꝙ cõfeſſoria competit inter duas eccleſias,quarum vtra
que dicit ſe habere ius:ſed rei vẽdicatio cum colonus negat
ſe teneri,& fructus ſegregati ſunt a fundo:ſed fructibus pen-
dentibus competit ↄdictio ex lege diuina per ius canonicum
declarata.Et hoc ſi agit eccleſia parochialis.Si vero agit extra
nea eccleſia,cõpetit ↄdictio ex lege ↄſuetudinaria per ius ca-
nonicum approbata,facit ad hoc quod dixi,ſ.eo.ex parte,q.
1.Et omnibus attẽtis verior vr̃ opi.quæ dicit,ꝙ petuntur ↄdi-
ctione ex canone.Nam ẽt donec petantur non illicite ↄuer-
tit is qui eas debet in vſus ſuos,ſaltem quo ad hoc,ꝙ nõ pec-
cat niſi poſtq̃ monitus eſt reddere,& non ſoluit,vt hic,ibi,ſi
moniti,& dixi ſ.eo.peruenit,& uidetur potius eſſe debitor ge
neris, q̃ ſpeciei pro hoc,qđ dixi,ſ.c. parochianos.licet ẽt illi
opi.multum applaudat iuri,ꝙ decimæ poſſint vendicari,per
canones quos allegat gl. 16.q.1.moderamine.tutior tñ eſt opi.
prædicta,ꝙ ↄdictione ex canone,& quæcũq; opi.teneatur nõ
eſt magna vis,per id qđ nunc dixi ſm Hoſti.Et in hac gl.ibi
l.3.hanc,& ſeq.vide de pecul.cleri.inquirendum.Ibi l.rna,ui
de de ſepul.cum liberum in gl.2.Secundo quęro,in eo,ꝙ hic
9 dicit,dñm † prædij teneri ad decimas de portione ſua,an hoc
ſit indiſtincte uerum.Glo.hoc intellige.ſoluit uſque ibi,ſed
illud,diſtinguendo,an dñs receperit partem ſuam ante ſolu-
tam decimam de toto:an poſtea.Item,an recipiant certam
quotam de fructibus,an certam menſuram non habita ratio
ne fructuum,qđ dic,ut in gl.& dic melius,ut J. q. 5. Nam in
eo,qđ gl.dicit,ꝙ qñ habet eccleſia menſuram non habito re
ſpectu ad id quod percipit colonus,teneẽ ipſe dñs ad decimas.
dic uerius,ꝙ nõ tenetur,ut in ea.q.5. & hoc quatenus colo-
nus ſoluerit totã decimã:ſecus ſi ſoluit tãto minus:ut qa nõ
ſoluit de menſura q̃ dedit dño:tunc enim dñs tenetur ad deci
mam,& hunc intellectum uidetur habuiſſe gl.p id quod di-
co in ſeq.q.& ſic intelligendo expone glo.cum dicit,ꝙ dñs te
netur ad decimã:licet,a decimato aceruo deſcẽdat,ſcil.n. in-
telligi,ꝙ fuit decimatus nõ in totũ,alias nõ ꝓcederet,qđ di-
cit hæc glo.J.uer.colonus uero,in eo, quod dicit,ꝙ colonus
ſoluit tanto minus,qđ dixi ſ.e.q.& dico in ſeq.q.Non poteſt
autem colonus diminuere portionem domini,quando ↄſti-
tuta eſt non habito reſpectu ad fructus,ut,qa colonus debet
duas corbes domino.ſiue aliquid naſcatur in agro,ſiue nihil
ſiue multum,ſiue parum, ſed hoc caſu tenetur colonus ad
decimam de toto a ceruo,& nihilominus ad integram pen-
ſionem.Ipſe autem dominus de pęnſione ſua non tenetur ad
decimam qđ plenius declaratur in tribus ſequentibus quæ-
ſtionibus.Tertio quæro, eo caſu quo dominus recipit certã
menſuram,puta duas corbes,non habita ratione fructuum,
10 cui debetur decima † de iſta parte.Glo.e.ibi:ſed illud,ſolum,
ꝙ dari dẽt ecclię prædiali:& ꝙ tãto minus ſoluet colonus ꝓ
decimis, qđ dic uerũ in dño p̃dij, cui debenẽ dictę corbes ex
fructu p̃dij ſui.ſecus in dño tributorũ,uel cẽſuũ.ſ.cui debet tri
butũ,uel cẽſus,nõ qa ſit dñs p̃diorũ,ſed qa eſt ſuperior:ut no.
Vin.J.eo.cum non ſit,quo vltimo caſu primo ſoluitur deci-
ma

A D D I T I O.

a **Decimæ.ſunt tributa.Adde Abba.in rub.eo.titu.**

[illegible] in .penſien.eccleſia,1. ſed Inn. dicit, ꝙ iſta merces non ſuccedit loco patris fructuum, nunꝗ enim ꝯſuetudine, vel lege introducta eſt iſta ſucceſſio. Si autem eſſet ītroducta, forte aliud dicendum eſſet, ſecundum eum, & de hoc ēt in ſequēti qōne. Et in hac gl. hoc intellige ibi hactenus, vide de ſi

11 de inſtru. G. perpetuus, in prima glo. Ibi, † Quarto quæro circa hoc, quæ ſit ratio diuerſitatis quare colonus partiarius eſt melioris ꝯditionis quam penſionarius. dicit Inno. ſ. eo. c. cū non ſit, ꝙ bona rō eſt: qa exponit opera ſua fortunæ, & miſericordiæ dei. ſed penſionarius ſemper eſt certus de mercede ſua. pro hoc quod dixi. ſ. eo. cum ſint, q. 1. & 2. Quinto quęro

12 ſi dn̄s † recipit certam pēſionem a colono pro fructibus fundi, dicit Inn. in eo. c. cum non ſit, ꝙ de illa non tenetur ad decimas, qa ītelligitur vēdidiſſe fructus ſalua decima, ſ. c. paſtoralis, vnde fructus decimari debent, & non penſio, niſi conſtituta eſſet in fructibus eiuſdem fundi: quia tunc tranſeunt cū onere ſuo, niſi prius a colono decimētur, d. c. cum non ſit, & de hoc ēt ſ. q. 3. & ex hoc dic, ꝙ ſi penſio debet ei ſiue in fundo aliquid naſcatur, ſiue non, dn̄s nō tenebitur ad decimam, ſed habebit penſionem totam, colonus aūt tenetur ad integrā decimā de oībus fructib. ꝓ hoc qđ dixi in ea. q. 2. Opp. ad hoc, qa nō apparet rō quare dn̄s non teneat̄ decimare ꝓcium fructuum vēditorum, ſicut colonus decimat mercedē operarū. Soluit Inn. ibi, ꝙ hoc eſt, qa merces oparū ꝓcedit ex mēbris hominis, ideo de his dant̄ decimæ in uēditione autē fructuum nec opera nec aliud deducit̄ ante decimā ſ. c. paſtora-

13 lis. Sexto q̄ro, an teneat̄ qs dare † decimas pſonales ei quem ſcit eſſe ſymoniacū. Gl. hic ideo, arguit ꝙ nō. ꝯrium tn̄ tenet, quia etiam ſi nō dēat audire diuina ab iſto, tn̄ tenetur ad decimas, ſicut ēt iudeus ſoluit decimas perſonales, de vſuris, q̄to, qui tn̄ non audit diuina, & cum gl. tenent Goſ. Phil. & Vinc. Sed Hoſti. ꝯ, ne uideatur in ſuo peccato nutriri, arg. 5. q. 5. non oīs, vbi vtilius eſurienti, &c. parochianus tn̄ non debet eas lucrifacere, ſed authoritate diœceſani in vtilitatem eccleſiæ cōuertere, ar. de iudeis, cum ſit, de ſuc. ab inteſt. c. fi. de offi. or. cū vos. Ad illud de iudeo rn̄det Hoſt. ꝙ licet ipſe non audiat officium, tn̄ is cui præſtat decimas celebrat: & ſic ex culpa iudei hoc prouenit. Ex hoc dicit Hoſti. ꝙ id quod dictum eſt, decimas non deberi ſymoniaco, procedit etiam in notorio fornicatore. Dic, ꝙ cum decimæ perſonales debeãtur eccleſiæ, & non prælato, verio eſt opi. gl. Itē licet in pluribus iuribus dicatur, ꝙ ſymoniacus, & fornicarius ſunt euitandi, tamen donec tolerantur dici non poteſt, ꝙ habeantur ac ſi non eſſent ꝓlati, & de fornicario notorio dic, ut dixi de coha. cle. ueſtra. & de utroque no. de præſcri. cū nō liceat in gl. 1. Septimo q̄ro, in eo qđ hic in fi. dicit, debitores decimarum compellen-

14 dos ad ſoluendum † q̄uo compellentur. Gl. ult. dicit, ꝙ excōicabuntur, & bānum Papæ component, & dic bannum. i. pœnā pecuniariā de qua in c. ſtatuimus, alleg. in gl. Et procedet̄ hoc modo, quia iniungetur ſibi pęna pecuniaria, de qua ibi, ꝙ infra certum diem ſoluat. tale enim bānum, uel pęnā exigit eccleſia a rebelli clerico, uel laico. 21. q. 3. ſi qs cuiuſlibet. Nā hoc ſolū bene agitur &c. abſtinēdum eſt tn̄ diebus feriatis ab executione huius banni, ut ibi, & ſic intelligunt Hu. & Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium ſuper decimis laborum eccleſiaſtica peſona conceſſum noualia comprahendit.*

2 *Abbas de iure communi debet habere decimā parochiarum ſuarum.*

3 *Monaſteria quo iure habeant eccleſias.*

4 *Priuilegium ſuper decimis an comprehendat noualia.*

3 ria † de iure communi, nec etiam de conſuetudine communi parochias habent, licet quandoque habeant. Sed plerunque eſt, ꝙ ſi habent eccleſias, habent quo ad ius patronatus tantum, vel quo ad alia de quibus ſup. de præben. de mona-

4 chis. Secundo op. ꝙ † priuilegium ſuper decimis non compræhendat noualia ſupra cap. tua. Solu. vt in glo. 1. & de hoc inf. eod. cum contingat, in glo. pe. & in hac gl. ibi, non debet. ſequitur, cui plus licet, quod minus eſt non licere. Ad idem de reg. iur. cui licet. lib. ſexto. Ibi, qui indignus, hanc & ſequen. vide de tornea. cap. 1. contrario. 2. Tertio oppo. ad idem infra eodem, cum contingat. Glo. vlti. ibi remitur & ſoluit, ibi. glo. penul.

S V M M A R I V M.

1 *Negotiator ſoluit de lucro decimam deductis expenſis.*

2 *Poſſeſſor malę fidei deducit ſumptus neceſſarios.*

3 *Decima cum ſoluuntur de fructibus molendinorum, vel piſcariarū, an deducendæ ſint expenſę facta pro fructibus percipiendis, ſicut deducunt quando ſoluuntur de lucro negotiationis.*

4 *Expenſę quædam fiunt in re, quædam circa, quædam extra.*

5 *Lucrum, fructus, & prouentus an differant.*

6 *Expenſa quæ deducenda ſint de ſolutione decimarum.*

7 *Relatiuum, quis vel qui, ſui natura reſtringit.*

8 *Negotiatio & fructus in quo differant.*

9 *Expenſæ an ſint deducendæ caſu quo de lucro ſoluantur decimæ.*

10 *Emens mercem pro centum, ſi de medietate habuit centum quomodo ſoluet decimam.*

11 *Decima an debeatur de eo quod peruenit ad aliquem titulo gratuito.*

12 *Doctor de collecta an teneatur ſoluere decimas.*

13 *Donans rem quam emit pro 10. quæ valebat 15. an teneatur ad decimam.*

14 *Expenſa quare deducatur de lucro, & non de fructibus.*

15 *Expenſę quæ ſint deducendæ cum ſoluitur decima lucri.*

16 *Decimę quando ſunt ſoluendæ.*

17 *Decima de animalibus quando ſoluenda ſit.*

18 *Expenſę quales non deducantur pro fructibus.*

19 *Reficiens rem emptam poſtea deſtructam non deducit expenſas.*

20 *Alienata an trãſeant cum onere ſoluendi decimas tēporis preteriti.*

Paſtoralis. Difficilem & intricatam habet materiā, vt patet infra quæ. 2. & quatuor ſequentibus, ſed per ea quæ dico in illis quęſtionibus & alijs ſe-

1 quentibus extricatur, & h. d. †. Negociator de lucro decimā ſoluit deductis expenſis quas fecit de pecunia decimata. Expenſæ vero quæ fiunt pro habendis fructibus non deducuntur, & de fructibus ſoluuntur decimæ non deductis expenſis factis pro re reſtauranda. Cōmunis diuiſio. Secūda ibi, ad qđ, vbi Primo tractat de expenſis negociationis. Secundo de expenſis pro habendis fructibus. ibi, expenſas. Tertio de expenſis pro reſtauranda. ibi, nec pro reſtaurando. Caſum ponit glo. 1. quod dic vt infra quæſt. 1. De molendinis & piſcarijs, id eſt, prouentibus molendinorum & piſcariarum. In. neceſſarias, i. pro ſeruitoribus & mercenarijs molendini & piſcariæ vel ipſorum refectione: Inno. de hoc in gloſ. 3. & in ea ibi, impenſæ, hanc & ſeq. vide de eo qui mit. in poſ. c. pen. in gl. fi. & ibi dico. quæſt. 1. Negociatione. rerum mobilium, quaſi dubium ſit, an idem ſit in mercationibus rerū immobilium, quod eſt in mercationibus mobilium. Goſ. quod nō vr̄ ꝓcedere, & facit ſ. q. 9. ad fi. Rn̄demus. Dicit Hoſtien. quod in antiqua erat ſine præiudicio melioris ſententiæ. Reſpondemus, & ſunt ſimilia verba de reſti. ſpo. literas. ver. nos autem. Acquiſitas, cum non variatur forma. factas, cum forma va-

Digitized by Google

ciale,ſoluit,ꝙ ſpeciale eſt in decimis,ſed non reddit ratione
ſpecialitatis,Inn.ſoluit,ꝙ illa l.lucrum appellat fructum.Lu-
crum enim eſt id, quod ſupereſt deductis expenſis. In fructu
autem includuntur expenſæ.ſolutio videtur reſtringere ni-
mis illum §.vbi dicitur,ꝙ fructus intelliguntur deductis ex-
penſis,quæ quærendorum colligendorum cõſeruandorum
que eorum gratia fiunt. Secundo ſoluit Inn. ꝙ expoſitio de
qua ibi eſt ciuilis,non naturalis,quia in veritate fructus,vel re
ditus eſt quicquid prouenit de poſſeſſione, molendino, vel
grege,nullis deductis expenſis,quod non videtur procedere.
Nam ſi id quod eſt expenſum non deduceretur non poteſt
dici,ꝙ omnes fructus veniant ex prædio,vere loquendo.Sed
proueniunt partim ex operis,partim ex alijs expenſis,tanquã
cauſis originalibus:quibus ceſſantibus fructus fuiſſent pau-
ciores,aut nulli.Inn.tamen habuit bonum intellectum,quia
enim infra triduum non exit: quia ſtatim eſt efficaciter obli-
gatus:& ita determinatur infra c.conſtitutionem.lib.6.

A D D I T I O.

a Ad noſtram. Adde de materia iſtius text. vide Archidiaconus in capitulo, prodiuus.20.q.3.

S V M M A R I V M.

1 *Suſcipiens habitum profeſſorum obligatur religioni in genere.*
2 *Nouitius libere ad ſeculum poteſt reuerti.*
3 *Monachus præfici poteſt curę animarum.*
4 *Pubes quando ingreditur religionem an & quando poteſt egredi.*
5 *Probationis veſtis qualis ſit.*
6 *Monachus an per diſpenſationem Epiſcopi poſſit habere parochialem cum beneficio ſimplici.*
7 *Monachus an teneatur ſeruare innouata poſt eius ingreſſum. & numero 8.*

Super eo. Qui recipit habitum profeſſorum , vbi ha-
bitus ſunt diſtincti,ibi , vel alibi religioſus
eſſe compellitur . Sed ſi recipit habitum nouitiorum, redire
poteſt ad ſeculum . Communis diuiſio . Secunda ibi,taliter,
quæ diſtinguit inter profeſſos,& nouitios . ſecunda illius,ibi,
verum habitum.profeſſorum.profeſſionem expreſſam . Re-
uerſi.ſupple an cogendi ſint ad religionem reuerti,vel an poſ
ſint in ſeculo remanere . Nota ibi,mitiorem,quod per ſuſce-
1 ptionem habitus † profeſſorum obligatur ſuſcipiens religio-
ni in genere. Ad idem infra capitulo , conſtitutionem. libro
ſexto. pro hoc quod dicitur hic in gloſſa prima , & in ea in fi-
ne,& infra capitulo,non ſolum . libro ſexto . Secundo nota,
quod quis non debet venire contra votum ſuum . de hoc in
gloſſa ſecunda,& in ea in fine.& infra capitu.conſtitutionem.
2 in fine.libro ſexto. † Tertio nota,quod nouitius libere poteſt
ad ſeculum reuerti.quod dicit Innocent. procedere ſi non ha
buit propoſitum firmum mutandi vitam:ſed tantum proba-
re regulam intendebat . Et hoc eſt in regula Beati Benedicti
ſub rubrica de diſciplina ſuſcipiendorum fratrum , capitulo
58. Oppono in eo , quod iſti prohibentur aſſumi ad eccleſias
3 ſeculares . poteſt enim † monachus præfici curæ animarum,
infra de ſtatu monachorum,quod Dei.16.quęſtio.prima,do-
ctos. Soluit Alan. quod id quod hic dicitur eſt ius,in contra-
rijs diſpenſatio.de capell.monach.c.1.pro hoc quod no.in d.c.
quod Dei.Tan.& Vin.& idem Innoc. vel dic,quod non poſ-
ſunt aſſumi ex primo, & ſimplici ſtatu tanquam clerici ſecu-
lares,ſecundum Goff.& hoc eſt ſolum quod prohibetur hic.
Secundo op.ad idem ſ.de renun.ex tranſmiſſa.Sol.non appar
uit ibi.quod iſte voluerit vitam mutare.Tertio oppo.ad idem
J.eodem,poſtulaſti.Solu.ibi de minore,hic de adulto.Philip.
† Quæro

Digitized by Google

ibi,ſtatuimus hoc videtur contra. Sed dicit Vincent.quod licet non benedicatur habitus ꝓbationis,æque tamen eſt aſper
vt benedictus. ibi,capitula,ſcilicet,illud cap.multos.ibi,nouitiorum. vel,ideſt qualis fuit laicus.id enim probabitur : ideſt
inquiretur. Tertio quæro, in eo quod dixi in primo contra-
6 tio,monachum poſſe † aſſumi ad eccleſiam ſecularem, an ꝑ
diſpenſationem epiſcopi poſſit monachus habere eccleſiam
parochialem cum beneficio ſimplici.dic quod non,quod late proſequere:vt in regula quę a iure.in q.lib.6. & ratio potiſ-
ſima,quia non inuenitur iure permiſſum. quod monachus
7 poſſet habere beneficium ſimplex. Quarto quæro, † aliquis in
trauit monaſterium in quo comedebantur carnes, quod po-
ſtea correctum fuit,nec comedit carnes,an ad hoc obſeruandum teneatur monachus. Dicit Innocent.quod ſi loquimur
de iure poſitiuo,vel de iudicio eccleſiæ,credit quemlibet peritum antequam profiteatur,diligenter attendere, quid pro-
mittat,nec ſe ſine deliberatione, vel etiam ad ignota obligare. Dicit tamen Innocen.quoſdam dicere,quod ſi eſſent mu-
lieres,vel aliæ perſonę quę excuſantur per ignorantiam iuris,
poſſunt tranſire ad aliam religionem, quæ non habet maiorem aſperitatem quam promiſerit, & inuenit. Deinde dicit
melius videri,quod ex quo profeſſionem fecit, & iudicio eccleſiæ,& in iudicio animæ ſemper tenetur illam regulam ob
ſeruare.20.q.3.conſtituit,quod metus cauſa,cum dilecti,quia
aut dicit ſe bona conſcientia intraſſe, & ſpiritu Dei ductum,
quod eſſe debet J.cap.licet.19.q.3.duæ,& tunc vnctio docuit
eum omnia.de ſac.vnc.cap.vnico.ver.de ſecunda. Aut dicit
quod mala intentione nec fuiſſe ſpiritu Dei ductum, & non
eſt audiendus,de dona. inter dilectos. Et pro hoc ſecundum
Innocen.eſt alia ratio,quia præſumitur quando regulam Bea
ti Benedicti,vel aliam elegit,quod plene deliberauit de onere
& vtilitate illius regulæ,& ſi etiam plene non deliberauit,po
ſtea deliberare poterit,octaua, quæſtione ſecunda, dilectiſſimi. Fatetur tamen Innocent. quod ſi eſt impotens ad ordi-
nem tolerandum, poterit ſecum diſpēſari de minori religio-
ne, Infra capitulo,ſignficatum,& hic. Ad idem infra capitu-
lo,conſulti,& quod not.de renuncia.capitulo finali. Pro prę-
dictis,ſcilicet, quod diſpenſatione ceſſante non poſſit recede-
re,inducit Innocent.quia non poteſt dici ſeductus,vt prædixi
per capitulum penultimum, quod me ca. facit quod dico de
8 renun. capitulo finali. Oppono ad hoc, † quia non debet iſte
cogi ad id ad quod ſe non obligauit. de conſtitut. cum om-
nes,& quod ibi nota.in gloſſa prima. Solu.quidam ſtant con-
trario. Innocent. autem facit differentiam inter non profeſ-
ſos,& profeſſos, dicens, quod forte verum eſt in clericis non
profeſſis, quod quis non poteſt grauiori regula grauari ſine
ſua voluntate,ſecus dicit in profeſſis qui renunciauerunt pro
prie voluntati.12.quæſt.prima,nolo, & c.non dicatis.De hoc
enim dicit Innocen.quod licet non poſſint ſine omnium vo
luntate mutare ordinem,quod met. cau. cum dilecti. tamen
conſtitutiones arctiores facere poſſunt,quæ not. ꝓ hoc quod
not.in dicto cap.cum dilecti.& in regu.quod omnes.libro 6.
Item non poteſt quis dicere quod fiat eius conditio deterior,
vel durior,eo quod regula informatur, quia non poteſt dici
nouum id quod ab inſtitutione ſua fuerat impoſitum ipſi re
gulæ.de cenſi.cum venerabilis,& quod ibi not.Et de hoc per
Hoſtien.in ſumma.de voto.§.vtrum,& per quem. verſiculo.
quid ſi aliquis ſecularis, & in Specu. de ſtatu monachorum,
verſicu,62.& quod nota.de teſtam cap.2& ſupra cap. vt cleri.
differt tamen ille caſus ab iſto, vt de ſe patet. Puto quod non

12 *Militia an conueniat religioni.*
13 *Religioni,an conueniant obſequia hoſpitalitatis & infirmorum.*
14 *Solitudo an conueniat religioni.*
15 *Societas an conueniat religioni.*
16 *Paupertas in ſingulari quam profitentur monachi, an conueniat religioni.*
17 *Religioni an magis conueniat habere propria in communi, quam non.*
18 *Religio illa videtur maior quæ habet opera contemplatiua.*
19 *Operum quæ ſunt in religione & concernunt commodum proximorum, maioritas quomodo cognoſcatur.*
20 *Vita ſolitaria debito modo ſumpta præeminet vitæ ſociali.*
21 *Carthuſienſium vita laudatur.*

Sane. Si canonicus regularis fit monachus, aut arctioris
religionis,& manet monachus, aut laxioris, redi-
re compellitur. Primo narrat factum. Secundo, ibi, id tuæ
fraternitati:diſtingendo diffinit,& ſecundum membrum,ibi
alioquin profeſſionem, fuit ergo canonicus regularis. Vincē.
1 Nota, quod † ad iudicandum de monaſterio an ſit ſtrictioris
regulæ,quam aliud,attendimus tempus præſens,ibi,nunc.tamen illud,nunc,refertur ad uerbum permanet. ſed facit hæc
litera ex alio,quia ponderat an locus ad quem tranſiuit,maio
ris religionis exiſtat,ſcilicet,de præſenti.hoc dicit Inno.quod
licet monaſterium vbi facit profeſſionem fuerit inſtitutum
in ſtrictiori regula, & monaſterium ad quod tranſiuit in la-
xiori, tamen hoc non eſt attendendum, ſed quod monaſte-
rium modo ſit arctius, quod nota. diligenter. facit ad ea quæ
dico J.q.2. Secundo not.quod non licet deſcendere ſupra ca.
non eſt. Oppono quod indiſtincte debuerit compelli iſte ad
redeundum.18.q.3.mandamus.de æta.& quali.intelleximus.
Glo.ſolu.quod ibi quando cauſa leuitatis tranſiuit.hic quan-
do cauſa maioris religionis.Idem Innocent.Sed gloſſ.in con-
trario dicit, quod hic fuit diſpenſatio.probat ꝑ hanc literam,
ibi,permittatis, & quia hic receſſerat ſine licentia, vt patet ex
verbo,fugerat.Hoſtien.dicit quod hæc fuit allegatio,& poteſt
exponi, ideſt, fugiſſe dicitur, vel ponitur impropriè,in quo
non expedit inſtare,quia clarum eſt per c.licet J.eodem,quod
2 petita licentia poteſt canonicus regularis † tranſire ad mona-
chos tanquam ad religionem ſtrictiorem J. de ſtatu mona-
chorum,quod Dei. Et hoc ꝓſuppoſito, quod monaſterium
ad quod trāſit,debite ſit obſeruatum,& nullæ conſtitutiones
arctent regulam canonicorum. ſi enim arctaretur a conſtitu-
tionibus,dic vt J.q.2.In hoc autem Thom.ſecunda ſecundę.
* q.vlt.art.8.dicit,* quod vtraq; religio,& canonicorum & mo
nachorum ordinata eſt ad opera vitę cōtemplatiuę:inter quę
præcipua ſunt ea quę in diuinis miſterijs aguntur ad quæ ra-
tione ordinatus eſt ordo canonicorum regularium, in quib.
per ſe competit ꝙ ſint clerici & religioſi. Sed religioni mona
chorum per ſe non competit ꝙ ſint clerici.16.q.1.c.j.& c. ge-
neraliter.in prin. vnde licet ordo monachorum arctioris ob-
ſeruantię,tamē ſi monachi eſſent laici,liceret tranſire de mo
nachis ad canonichos,ſecundum illud Hieronymi. Sic viue
in mona-

ADDITIO.

* Dicit. Adde ad materiam Baptiſ.de Cacial.poſt conſilia Card. conſ.3.nu.18.
vbi diſcurrit ſuper hac doctrina S.Thomæ. B.S.

Digitized by Google

ue.dic quod loquitur in monacho qui ſit clericus quoad hoc
vt præficiatur beneficio ſeculari,quod innuũt verba quæ ſunt
ibi. Quod ſi populus,vel epiſcopus te in clericũ elegerit,age
quæ ſunt clerici. Ad hoc facit quod dicit Thomas vbi ſupra,
vbi dicit, quod tranſire de religione ad religionem niſi ꝓpter
magnam vtilitatem,vel neceſſitatem non eſt laudabile. tum
quia ex hoc plerunque ſcandalizantur illi qui relinquuntur.
tum etiam quia facilius profici' quis in religione in qua con-
ſueuit,quam in alia,cæteris paribus.vnde in collationibus pa-
trum abbas Neſtorius dicit,vnicuique vtile eſt, vt ſecundum
propoſitum,quod elegit ſummo ſtudio ac diligentia ad ope-
ris arrepti perfectionem peruenire feſtinet, & nequaquam
ſua quam ſemel elegit profeſſione diſcedat. Quęro circa hoc,
3 quo † caſu liceat tranſire ad aliam religionem: videtur quod
nullo,per ea quæ proxime dixi. Tamen Thomas vbi ſupra,di
cit quod de religione ad aliam tranſire licet triplici cauſa. Pri
mo,zelo perfectioris religionis,& in hoc dicit,perfectionem
non conſiderari ſecundum ſolam arctitudinem, ſed principa
liter ſecundum id ad quod religio ordinatur. Secundario ve-
ro ſecundum diſtrictiorem obſeruantiam debito fini propor
tionatam,quod dico infra quæſtio.14.& 15. Solu.ſecundum
Thom. vbi ſupra, licet tranſire ad aliam religionem propter
declinationem religionis a debita perfectione, puta, ſi in ali-
qua religione arctiori incipiant religioſi remiſſius viuere,lau
dabiliter tranſit quis ad religionem etiam minorem melius
obſeruatam,ſicut in collationibus patrum, dicit abbas Ioan-
nes de ſeipſo,quod a vita ſolitaria in qua perfectus tranſiuit ad
minorem,ſcilicet eorum qui viuũt in ſocietate,propter hoc,
quod vita heremitica ceperat declinare, & laxius obſeruari,
de hoc dic,vt infra duabus proxim. quæſtionibus. Tertio pro
pter infirmitatem,vel debilitatem ex qua prouenit, quod nõ
poteſt aliquis arctioris religionis ſeruare ſtatuta, qui tamen
poſſet ſeruare ſtatuta laxioris, pro hoc quod dixi ſupra capit.
proximo. Dicit autem Thomas vbi ſupra,quod in primo ca-
ſu debet peti licentia,& hoc ſufficit,etiam ſi non obtineatur,
infra cap.licet. Et hoc ſi conſtet, quod ſecunda ſit arctior. Si
autem de hoc dubitetur,ſuperioris iudicium eſt requirendũ,
dicto c.licet. In ſecundo caſu etiam dicit ſuperioris iudicium
requirendum.in tertio caſu dicit neceſſariam eſſe diſpenſatio
nem:quod vltimum dic,vt dixi ſupra capitulo,nõ eſt. Secun-
4 do quæro † ſi tranſit aliquis de ordine prædicatorum ad ordi-
nem monachorum,an licet. videtur,quod ſic per prædicta,
quia ordo monachorum eſt ſtrictior, cum fratres prædicato-
rum profiteantur regulam Auguſtini, quæ eſt laxior, quam
Benedicti.de ſtatu monachorum,quod Dei.Guil.Na.dicit,cõ
trarium, ſecundum quem hæc decret. eſt contra prædictos,
quos etiam dicit Guil.eſſe Apoſtatas,qui profitẽdo ordinem
ſancti Benedicti,vbi etiam forte non ſeruatur religio, putant
ſeſe euadere apoſtaſiam,& facit hæc decret.in eo, quia debet
conſiderari hodierna obſeruantia, vt dixi in primo no.& facit
hæc litera etiam ex alio,quia probat contingere poſſe, quod
canonici habeant arctiorem vitam quam monachi. Item q̃a
conſtat,quod regula Auguſtini,quam vt prædixi profitentur
prædicatores, eſt quid minimum reſpectu aliarum aſperita-
tum quas inducunt conſtitutiones ordinis,quę intantum ar-
ctant ipſorum vitam quod aſperior eſt quam monachorum.
Et idem in ſimili conſului de fratre ordinis armenorum qui
* tranſiuerant ad monachos. * dixi enim non valere, cum ipſi
armeni profiteantur regulam Auguſtini ſimul cum conſtitu
tionibus prædicatorum,& adhuc habent proprias,quæ arctãt
religionem,& ad prædicta bene facit de appel. ad noſtram,&
quod dico ibi not.3. Oppono ad hoc,quod non debeat conſi-
5 derari arctitudo † inducta per conſtitutiones,quia tales conſti
tutiones poſſunt tolli,infra de regu.iur.cap.primo,ſed regula
non eſt ſic,facit infra cap.ſicut,de iureiu.il primo. Solu. Ioan.
And.quod ſatis eſt,quod poſſunt non tolli.ff.de condi.indeb.
ſufficit.de ſup.negl.præla.cle. quia,de ſtatu monachorum,ne
in agro.§.cęterum,& §.ſeq.pro hoc quod not.de commo.ca.
vno.de depo.c.2. Tertio quęro,in eo quod dixi ſ.q.prima. q
quis põt a religione maiori propter eius declinationem trã
6 ſire ad religionem melius ſeruatam, † an hoc ſit verum. dic,

monachorum,cum ad monach[illegible]
immo diuerſæ ſunt religiones,& vna maior alia. Nam ius ca-
nonicum de religionibus loquens, dicit vnam alia maiorem
vel arctiorem, vel ſtrictioris vitæ,aliam minorem, vel laxio-
rem: vt hic,& infra capitulo,licet,& capitulo,conſulti,vigeſi
ma,quæſtione quarta,virgines.de ſtatu monachorum, quod
Dei, infra capitulo,qui poſt votum.libro ſexto. Et quod plu-
res ſint religiones,probatur de electio.clem. prima. Ad con-
trarium dicit Ioan. And. quod in religionibus non eſt diuerſi
tas in ſpecie:ſicut nec in epiſcopali ordine eſt diuerſitas in ſpe
cie,93.diſt.legimus,tamen fateri oportet, quod eſt diuerſitas
per accidens: quia ſtatus religionis ex illis tribus ſubſtantiali-
bus perfectus eſt.quoddam exercitium, & diſponitur ad cha-
ritatis opera,quę ſunt diuerſa vt in ſeq.q.diuerſificantur ergo
religiones ſecundum diuerſitatem operum ad ea, quæ ordi-
nantur:vt q̃a vna ad peregrinos hoſpitiandos,alia ad captiuos
redimẽdos,vna ad actus contemplationis:alia ad actiuos: alia
ad mixtos. Item diuerſificãtur ſecundum diuerſos actus exer
citiorum:quia in vna caſtigatur corpus per abſtinentiam. In
alia per nuditatem. In alia per operationes manuum. Maior
tamẽ eſt prima diuerſitas,quam ſecũda, cum finis ſit in vno-
quoque quid potiſſimum. Concludit Ioan. Andr.quod licet
religiones non diuerſificantur quo ad eſſentialia: tamen non
per hoc ſequitur quin poſſint eſſe diuerſę propter diuerſos fi-
nes ad illa eſſentialia ordinatos: plus dicit, quod etiam ſi ſint
aliquæ ad eoſdem fines ordinatæ, ſi tamen diuerſę ſunt inſti-
tutiones,diuerſi habitus: diuerſæ denominationes,dicentur
eſſe diuerſę.d.cle.j de elec.de relig.do.c.vno.lib.6. Ex hoc in-
fertur verum eſſe, quod prędixi,quod vna poteſt eſſe maior,
vel æqualis,vel minor reliqua. Ex prędictis infertur, quod cũ
in religionibus vna ſit maior altera,vel ęqualis,vel minor,de
minore ad maiorem licite tranſiri poterit petita licẽtia, licet
non obtenta,licet non niſi magna cauſa hoc faciendum ſit J.
8 eo.licet.in prin.vbi de hoc. † Quarto quęro circa hoc,ad quid
cognoſcit,quod vna religio ſit maior reliqua. Solu.hoc opor
tet conſiderari ex obſeruantia ipſarum,vt hic. Et ad hoc ſciẽ-
dum,conſiderari oportet ad quid religiones ſunt inſtitutę,&
de modo inſtõnis & vitę ipſorum religioſorum. Vbi quo ad
primum.ſ.ad quid ſint inſtitutæ,ſciendum ꝙ religio principa
liter ordinatur ad opera vitę contemplatiuæ,quę in ſtudio,&
oratione cõſiſtunt, ad quę ꝓprie videntur ordinati Ciſterſiẽ.
& Cartuſiẽ.ordines. Secundario vero religio habet annexum
opus manuum,vel hoſpitalitatem. Item multę religiones or
dinatæ ſunt ad opera vitæ actiuę,& aliquę ad mixta: vt ſ.q.j.ꝙ
fieri poteſt: quia religio ad perfectionem charitatis ordinata
eſt:quę charitas eſt Dei dilectio, & ad hoc ꝑtinet contempla-
tiua,& proximi,& ad hoc pertinet actiua deſeruiens neceſſita
tibus proximorum: & ſicut propter Deum ex charitate dili-
gitur proximus,& obſequium factum proximo redundat in
Deum. Math.5.quod vni ex minimis &c.& talia obſequia in
proximos relata ad Deum dicuntur ſacrificia. Et ad Hęb.vlti.
Beneficentię,& communionis nolite obliuiſci,& proprie ad
religionem ſpectat Deo ſacrificium offerre,& ſic decenter q̃-
dam religiones ordinatę ſunt ad opera actiua.harum autem
actionum quędam conſiſtunt in prędicatione,& doctrina,&
animę conſilijs. Exemplum in prædicatoribus: minoribus:
heremiticis: carmelitis:& ſeruis ſanctę Marię,& ſimilib. Quę
dam conſiſtunt in militia,vt hoſpitalarij, Chalatrentes, San-
ctæ Mariæ theutonicorum,& ſimiles. Quædam ad infirmo-
rum,& hoſpitalitis obſequia,vt cruciferorum,& ſancti Anto
nij Vien. Item quo ad id quod dixi ſ.ea.q.conſiderari debere
modum inſtitutionis, & vitę ipſorum religioſorum: ſcien-
dum eſt,ꝙ quędam religiones ordinatę ſunt ad ſolitudinem,
quędam ad ſocietatem: quędam habẽt propria in communi.
quædam

ADDITIO.

* Monachos. Adde conſilium hoc non reperiri inter conſ.ipſius Car.ſed bene
ipſe tractat materiam tranſitus de vna religione in aliam in conſilio 17. &
18.vide.ibi. B.S.

Digitized by Google

remnar. vigeſima ſecunda diſtinctione, de conſtantinopolita-
na. ad hoc, trigeſima octaua diſtinctione, capitulo fina. Secun-
do conuenit ſtudium religioni quoad operationem actiuam
in prædicando docendo, & animabus conſulendo, 36. & 38.
diſtinctione, per totum. Tertio conuenit ad tria religionis
ſubſtantialia. de quibus, ſupra quæſtione tertia, valet enim cō-
tra luxuriam. Inde, ama ſcientiam ſcripturarum, &c. de con-
ſecratione diſtinctione quinta, nunquam. Item ad pauperta-
tem, & contra cupiditatem diuitiarum. Sapien. 7. Diuitias ni
hil eſſe dixi in comparatione illius, duodecima, quæſtione ſe-
cunda, gloria. verſicu. Socrates. alias capitu. Item ad obedien-
tiæ documentum. Auguſtinus de opere monachorum, quæ
eſt iſta peruerſitas lectioni nolle obtemperare dum vult ei va
care. Ad contraria dic, ad illud, literaturam non cognoui &c.
quod intelligitur de literatura veteris legis, de qua primo, ad
Corinthios 3. litera occidit, & eſt literam non cognoſcere,
nō obſeruare circuncisionem, & cæteras legales, vel carnales
obſeruantias. vnde Hieronym. ad Paulinum. Illa diſcamus in
terris quorum ſcientia nobiſcum perſeueret in cœlis. Et ibi,
* quicquid quæſieris tecum ſcire conabor. * Ad illud de Apo-
ſtolis, dicit Hieronymus ad Paulinum, quod quicquid alijs
exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet, il-
11 lis Spiritus Sanctus ſuggerebat. † Septimo quæro de prædi-
catione, doctrina, & animarum conſilijs, an conueniant reli-
gioni. dic quod ſic, per ea, quæ dixi in proxima quæſtione, &
facit infra quæſtione proxima, quod procedit quando mona
chus aſſumitur ad curam. de ſtatu monachorum, quod Dei.
vel quando ad hoc eſt religio inſtituta, vt illæ de quibus ſupra
12 quæſtione tertia. † Octauo quæro de militia: videtur, quod
non conueniat religioni: quia monachi prohibentur certare
verbis. de poſtu. capit. ſecundo, ergo fortius armis: dic contra,
vbi ſciendum, quod duplex eſt militia quo ad hoc, ſcilicet ſpi
ritualis, & corporalis. prima eſt per doctrinam, & prædicatio-
nem, & animarum conſilia, & hæc quomodo & quādo com
petat religioſis, habetur decimaſexta, quæſtione prima, per to
tum. Secunda fit in bello, & hæc fit quandoque ab bonum
publicum, & animarum ſalutem: & in hac, 23, quæſtione pri-
ma, noli. & per totum, & quæſtione tertia, fortitudo, & per to
tum. Et hæc etiam competere poteſt, vt dictis iuribus. Ad cō-
trarium dic, quod ibi prohibetur religioſo aduocationis offi-
cium propter aliquod mundanum commodum. Sed de præ
lati imperio pro monaſterio, & pauperibus, & miſerabilibus
perſonis permittitur: vt ibi not. Militia autem ſpiritualis, &
corporalis, ad quas aliquæ religiones ſunt inſtitutæ, exercen-
tur ab eis, non ad mundanum commodum, ſed ad charitatis
officium, & de licentia prelatorum. Nono quæro de obſe-
13 quijs † hoſpitalitatis, & infirmorū, & videtur quod non con-
ueniant religioni: quia vt dicit Dyoniſius, 6. cap. eccleſiaſticæ
ierarchiæ. Illi dicuntur eſſe in perfecto ſtatu, qui vacant
Dei puro ſeruitio, & famulatu indiuiſibili, & ſingulari vita,
dic contra Iaco. primo. Religio munda, & immaculata apud
Deum, & patrem hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribu
latione eorum. Ad contrarium dic, quod Dei ſeruitium,
& famulatus ſaluatur famulando proximo propter Deum,
in quo ſaluatur etiam ſingularitas vitæ, quantum ad hoc,
quod homo ſingulariter intendit his quæ ad diuinum obſe-
14 quium ſpectant. † Decimo quero de ſolitudine, videtur non
conuenire. Eccleſiaſtes quarto. Væ ſoli &c. de ſtatu monacho
rum. cap. 2. 40. diſtinctione, quælibet. In contrarium, 16. quæ-
ſtione prima, qui vere, dic quod ſolitudo non eſt de eſſentia,
iuuatur homo dupliciter, ſcilicet, quo ad intellectum, vt in-
ſtruatur in his quæ ſunt contemplanda. vnde Hieronym. ad
Ruſticum. Mihi placet, quod habeas ſanctorum contuber-
nium, nec ipſe te doceas, decimaſexta, quæſtione prima, & cle
ricus, in fine, vbi de hoc, & eadem quæſtione, qui vere. Secun-
do iuuatur homo quo ad effectum ſcilicet, vt noxiæ affectio-
nes hominis reprimantur exemplo, & coerctione aliorum.
vnde idem ad eundem. In ſolitudine cito ſurrepit ſuperbia,
dormit quando vult, facit quod vis: comedas quod iuberis:
ſubijciaris cui non vis: ſeruias fratribus: præpoſitum monaſte
rij timeas, vt Deum, diligas, vt parentem: quod plenius vide
in Hieronymo ad Ruſticum ſecunda, capitu. 2. d. per hæc ad
contraria patet ſolutio. Item autoritas Auguſtini contraria
non probat quod non cōueniat ſocietas religioni, ſed ſolum
quod ſolitarij ſanctiores ſunt. & de hoc vltimo, infra quęſtio
ne decimaquinta. Duodecimo quæro, in eo quod dixi ſupra
quæſtione tertia, quod aliquæ religiones habent propria in
16 communi: quædam non, an paupertas † in ſingulari, quam
profitentur monachi, conueniat religioni. Solut. Indubita-
tum eſt quod ſic, quia in diuitijs habetur ſollicitudo: vt in ſe-
quenti quæſtione. Sollicitudo autem circa proprias diuitias
reſpicit amorem priuatum, & hoc eſt contra religionis eſſen
tiam, per quam ſe & ſua contemnit. Sollicitari autem circa
diuitias in communi non eſt contra charitatem, licet poſſit
impediri aliquis altior charitatis actus, vt diuina contempla-
tio, vel proximorum inſtructio: & de his etiam in ſequenti
quæſtione. Decimotertio quæro, de his duobus quę dixi in
proxima quęſtione, ſcilicet, quod aliquę religiones habent
17 propria in communi: quędam non: † vtrum illorum magis
conueniat religioni, videtur quod mendicitas. Matthęi deci-
a monono, ſi vis perfectus eſſe &cęt. a Ad idem Matthęi ſexto.
b Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, & b 10. Nolite poſſidere au-
rum neque argentum. dicit Thomas ſecunda ſecundę, quę-
ſtione penultima, articulo ſeptimo, quod aliquid habere in
communi non minuit perfectionem religionis, duodecima
quęſtione prima, expedit. vnde Hieronym. ſuper Matth. dicit,
quod Petrus, quia nō ſufficit omnia relinquere, addidit quod
perfectum eſt, & ſecuti ſumus te. paupertas ergo inſtrumen-
tum eſt, non perfectio: vt infra quęſtione decimaquinta, valet
autem, quia tollit tria charitatis impedimenta. ſ. ſollicitudi-
nem, quam auferunt ipſe diuitię. amorem ipſarum, & elatio-
nem. primum autem in totum a diuitijs ſeparari non poteſt.
Neceſſe eſt enim hominem circa illas acquirendas, & conſer
uandas aliqualiter ſollicitari. Sed abundantiores diuitiæ
abundantiorem ſolicitudinem exigunt, per quam impeditur
animus

ADDITIONES.

* Domini. Adde quod eſt verſus Pſalm. ſeptuageſim. & ibi Nicolai de Lyra ſic exponit in potentias Domini. id eſt ad cognoſcendum eius virtutes, & magnificentias per ipſius inſpirationem. B.S.

* Conabor. Ad hæc verba, quoniam non cognoui literaturam, vide Nicolaum de Lyra, in dicto Pſalmo ſeptuageſimo, ſuper illorum verbum expoſ. B.S.

a Si vis perfectus. Adde text. in capitulo, debet homo, vigeſimatertia quæſtione octaua.

b Nolite ſolliciti eſſe. Adde textum, in capitulo, habebat. duodecima, quęſtione prima.

Digitized by Google

& ad contemplata alijs tradenda,id eſt prædicationem,& do-
ctrinam, & animarum conſilia, debet habere vitam adhuc
magis ab exterioribus expeditam, quod fit conſeruando mo-
dica vitę neceſſaria cōgruo tempore procurata:exemplo do-
mini. Ioann. duodecimo. 14.quæſtione prima,habebat. Ex
his dic, quod paupertas conuenit religioni, vel non conue-
nit. Item conuenit maius,& minus varijs reſpectibus de qui-
bus nunc dixi. Ex his etiam infertur,quod paupertas non fa-
cit religionem eo, quia pauperior ſimpliciter,perfectio-
rem,poſſet enim religio in alijs duobus ſubſtantialibus exce-
dere,ſcilicet in obedientia,& continentia, quæ ſunt maiora,
& tunc eſſet maior,quia id eſt melius,quod in melioribus ex-
cedit,trigeſimaſeptima diſtinctione,quamuis. His præmiſſis
venio ad quæſtionem,de qua, ſupra quæſtione tertia, quam
expedio in ſequen. quæſtion. Decimoquarto quæro,cum di-
uerſi ſint fines religionum de quibus ſupra pluribus quæſtio.
18 quæ religio † ſit maior.videtur quod illa quæ habet opera cō
templatiua.Luc. decimo.Maria optimam partem elegit &c.
ſcilicet,contemplationem. de renunciatio.ad finem.pro hoc
de pœnitentia diſtinctione vltima,ſi quis.in fine,vbi conſuli-
tur certius tenendum: ſed contemplatiua eſt certior, & ſecu-
rior,dicto capitu.niſi, de pœnitentia diſtinctione quinta,capi
tulo primo.In contrarium, infra capitulo,licet. Ibi,ſicut ma-
ius bonum &c. cum litera,quæ ibi ſequitur. Si ergo in actiua
maius eſt bonum,ergo eſt maior. Item religio ordinatur ad
charitatem:vt ſupra quæſtione quarta, & maiorem charita-
tem quis non habet, quam vt vitam ſuam ponat pro amicis.
Ioan.15.de renun.niſi.verſicu.quippe.Ad hoc autem ſunt or
dinati ordines militares,qui ſunt etiam actiui,tanquam ordi
nati ad effuſionem ſanguinis actiuam,non paſſiuam,licet paſ
ſiua etiam euenire poſſet. facit de homi.is qui.libro ſexto. de
quibus,ſupra quęſtione quarta & octaua,in quibus etiam poſ
ſet contingere martyrium, conſtat autem, quod meritum
martyrum maius eſt merito religionis. Item religio dicitur
perfectior in eo quod arctior,vt hic,& infra capit.licet.poteſt
autem eſſe religio actiua arctioris obſeruātiæ,quam contem-
platiua.Solu. de hac q.duplex datur ſolu.vna ſecundum theo-
logos.altera ſecundum canonicos, quod proſequor in hac q.
& ſequen.dic ergo, quod ex his quæ dicunt Theologi,maxi-
me Thom.2.2.q.penultim.articulo ſexto, maioritatem reli-
gionis principaliter oportet ex fine attendi.ſecundo ex exerci
tio. Nam comparatio ſecundum finem eſt abſoluta: quia fi-
nem quærimus ꝓpter ſe. Secunda vero reſpectiua: quia exer-
citium non propter ſe quæritur,ſed propter finem.Ex hoc ſe
quitur illam religionem maiorem eſſe, quæ ordinata eſt ad
finem abſolute potiorem,vel q̄a illud eſt maius bonum: vel
quia ordinatum ad plura bona:vbi vero vtriuſque religionis
finis ſit idem,attenditur ſecundaria præeminentia,non ſecun
dum quantitatem exercitij,ſed ſecundum ꝓportionem eius
ad finem intentum. vnde in collationibus patrum inducitur
ſentētia beati Antonij,quæ prætulit diſcretionem, per quam
quis omnia moderatur,ieiunijs,vigilijs,& huiuſmodi obſer-
uantijs. Ex hoc infertur, quod cum opus contemplatiuum
ſit duplex. l.oratio & lectio. ſi vna religio ordinata eſt ad pri-
mum tantum,alia ad ſecundum. prima eſt maior quia opus
orationis nobilius. quo ad comparationem autem contem-
platiuæ & actiuę.dic quod opus actiuum etiam eſt duplex pri
mum deriuatum ex contemplationis plenitudine, vt prædi-
catio,& doctrina.vnde Greg.ſuper Ezech.Homilia quinta,di
cit, quod de viris perfectis poſt contemplationem ſuam re-
deuntibus ad opus vitæ actiuæ dicitur,memoriam ſuauitatis
ſuæ eructabunt: & hoc opus merito præfertur ſimplici con-
templationi,& ſic loquitur infra eodem,licet,ſicut enim ma
ius eſt illuminare,quam lucere tantum:ita maius eſt contem
plata alijs tradere,quam ſolum contemplari:& ex tali mixtu-
ra dicitur opus nobilius.facit d.c.licet,in fin. Et hæc perfectio
propinquiſſima eſt perfectioni epiſcoporum. Secundum ve-
ro opus actiuum conſiſtit in exteriori occupatione:ſicut mi-
litare.eleemoſynas dare,hoſpites recipere,& ſimilia quę ſunt
de ſe minora operibus contemplationis, niſi in neceſſitate.
86.diſtinctione.non ſatis,& capitulo, paſce. quia tamen opus
autem operibus actiuis,infra quæſtione ſequen.Decimoquin-
to quæro de alijs operibus actiuis, quæ ſunt in religione, &
concernunt commodum proximorum, quomodo cogno-
19 ſcitur † maioritas inter ipſa. Solut. ſecundum Theologos,
præcipue Thomam qui multa de hac tota materia proſequi-
tur ſecunda ſecundæ quæſtione penultima, & finali. videtur
quod recipere infirmos ſit nobilius, & in primo gradu. In ſe-
cundo captiuos redimere. In tertio hoſpites recipere. In quar
to ad ſuum victum manibus operari. per quod patet, quod
religiones ad hos actus inſtitutæ habent ſecundum qualita-
tem actuum ſuas præeminentias. Et ſi vna ad plura talia ſit in
ſtituta, alia ad pauciora, prima eſt nobilior. Item illa eſt præ-
eminentior, quæ habet conuenientiora ſtatuta ad conſe-
quendum finem propoſitum.vnde conuenientius ordinatur
ad continentiam maceratio carnis per abſtinentiam cibi, &
potus, quę pertinent ad famem, & ſitim, quam per veſtium
ſubtractionem ad frigus, & nuditatem. Illa enim quæ ſine
diſcretione fierent facile haberent annexum deficiendi peri-
culum. vnde dicit Antonius,quod non ſunt religiones potio
res, quia arctiores habeant obſeruantias: ſed eo quod obſer-
uantiæ ſunt maiori diſcretione ordinatæ ad ſuum finem. Et
abbas Moyſes in collationibus patrum. Ieiunia:vigiliæ:medi-
tatio ſcripturarum: nuditas,ac priuatio omnium facultatum
non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt. Iſta autem
inſtrumentalia deſeruiunt tribus eſſentialibus religionis ad
paupertatem: labor manuum, & mendicitas, propter quæ
victum procurant. Ad continentiam maceratio carnis, &
ieiunia: vigiliæ, & huiuſmodi. Ad obedientiam oratio: le-
ctio,viſitatio infirmorum, & ſimilia: per hoc etiam remo-
uentur obſtacula impedientia religionem in ſuo fine, ſcili-
cet,vt totaliter tendatur in Deum, & in charitatis perfectio-
nem. Ex his infert: quod in communi exercitio circa illa tria
ſubſtantialia religiones omnes conueniunt:ſed in obſeruan-
tijs variant: de quibus vna religio quandoque plus habet,
quam alia. Et per hoc patet,quomodo cognoſcatur maiori-
tas religionis ſecundum Theologos,& hæc ſunt pulchra.Ta
men ſecundum canoniſtas breuius expediuntur ambæ præ
miſſę quęſtiones.Nam ſecundum canones ſolum attenditur
arctior modus viuēdi ſ.eodem,licet,ibi,vitam ducere arctio
rem.& ibi etiam præcedit de arctiori,& ſanctiori vita.Ad idē
ſ.eodem,quia in inſulis.ibi,dura eſt &c.vnde dicit Ioan.And.
ꝙ cum omnes religiones ſint ordinatæ ad ſummum finem,
qui eſt charitas,per quam coniuimus Deo:vt in extraua.Io.
22.ad cōditorem.ver.cum enim:& ſic finis omnium religio-
num ſit idem,debemus ponderare diuerſitatem religionum
modo prædicto. vnde ſi in vna religione ſit ſola vna ꝯtempla
tio cum arctiſſimo viuendi modo, poſſibili tamen ſine peri-
culo deficiendi,non admitteretur tranſitus ad religionem in
qua eſſet contemplatio, & actio etiam per prædicationis offi-
cium cum laxo,vel minus arcto modo viuendi: quem tamē
tranſitum admitterent Theologi ſecundum ea quę ſ.dixi in
hac pręce.q.& de hoc per Tho.2.2.q.pen.ār.vlti.Dicit tamen
20 ibi Tho.ꝙ † vita ſolitaria debito modo ſumpta,pręeminet vi
tę ſociali.vnde de ſociali tranſitur ad ſolitariam.de exc.pręla.
c. vno. lib. 6. Sed ſi abſque pręcedenti exercitio vitæ ſocialis,
quis trāſit ad ſolitariam,periculoſiſſima eſt, niſi per diuinam
gratiam ſuppleatur in aliquo id quod in alijs acquiritur per
exercitium vitę ſocialis, ſicut patet de Beatis Antonio & Be-
nedicto.Sunt autem quædam religiones in quibus viget reli-
gio ſocialis,& ſolitaria.de verborum ſig.cap.pe.lib.6.& quod
no. de elect. cum monaſterium. patet in hæremo Camaldu-
lenſi in diœceſi Aretina: vbi ſunt fratres ducentes vitam ſo-
cialem:& ſunt hęremitæ ducentes ſolitariam commorantes
ſingulariter in ſingulis cellis ſeparatis p ſpacium ab inuicem,
& aliquid actionis habent inquantum ortum ſingulariter co
21 lunt. Item & in ordine † Cartuſienſi ſimiliter viget vtraque
vita,ſed diuerſimode:quia profeſſi in ea ducunt communiter
vitam ſolitariam in cellis. Singulis tamen diebus ad miſſam
veſperas,& matutinum conueniunt,certis etiam diebus con
ueniunt in refectorio,& in collocutorio,& de iſtis not. Ioan.
Andr.de decim.cap.2.§.religioſos. libro 6. per hoc ſoluuntur
plurimę

Digitized by Google

nus completus,ſupra eodem,ad noſtram.Nec ſufficit doli ca-
pacitas,licet Hug.tenuerit contrarium:vt not.J.cap.poſtula
ſti,in glo.cuius opi.ſecundum Phi.manifeſte reprobatur hic,
& idem,no.infra capi.proxim. Secundo oppono in fin.in eo,
a quod permittit hunc † poſt profeſſionẽ tranſire ad aliam re-
ligionem,ſupra cap.non eſt.Glo.vltim.ſolu.quod tranſire po
teſt ad aliam eiuſdem religionis vel maioris, vel intellige ſe-
cundum conſtitutionem,in fin.infra eodem,libro ſexto,quã
do.ſ.eſt obligatus religioni in genere.Innocẽ.dicit,quod vbi
minor facit profeſſionem,ex leui diſpenſatione,etiam epiſco
pi poteſt ad mitiorem religionem tranſire,& hoc innuit hęc
litera.ſecundum eum,& idem Abb.dic, vt dixi ſupra ca. non
eſt,& plenius de renun.cap.fin.Mihi placet ſolu.glo.vel ſolu.
ſecunda, hæc autem vltima non procedit,quia ſi minor non
ratificat factus maior,libere recedit:vt hic. Si autem ratifica-
uit,fruſtra cõſideratur,quod tempore profeſſionis fuerit mi
nor.Et ad prædicta facit quod no.Innocen.de temp.ord.dile-
ctus,vbi per hanc decre.dicit epiſcopum poſſe diſpẽſare cum
religioſo,quod tranſeat ad minorem religionem,vide quod
not. de præben.cum ſingula §.penultimo,libro ſexto.Quæro
quomodo fieri debeat ratificatio prædicta. Gloſſ.penultima,
dicit,quod expreſſe,vel tacite,& in ea ibi:per annum,infra eo
dem,capitulo primo.libro ſexto,vbi ſunt quatuor modi qui-
bus ratificatur profeſſio minoris facti maioris.Ibi: obſeruare
in fin.de hoc plene in regula non firmatur,libro ſexto,& de
dicta lege,vide de foro competenti,ex tenore q.2.

A D D I T I O.

* Minor 14.Adde in hoc nunc attendendum decretum concilij Triden ſeſ.25.
c 15.vbi declaratur nulla profeſſio facta ante 16.annum expletum, nullãq;
inducere obligationem,vt ibi.B.S.

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum a contrario ſenſu in iure eſt validum.*
2 *Aetas probatur per numerum annorum.*
3 *Oblatio paterna non facit quem monachum,niſi filius obtemperet.*
4 *Anni diſcretionis qui dicantur.*
5 *Religionem interdicens ante 25. annum,an poſſit petere reſtitutionem contra profeſſionem.*
6 *Moniali volenti exire non obſtat quod receperit benedictionem ante ætatem.*

Cum virum. Si filia minor 12.a parentibus mo-
naſterio tradita, maior facta ſpõte
vellet ad ſeculum redire,non poteſt.Primo ponitur conſulta
tio.Secundo reſponſio.ibi:conſultationi.Tertio ſoluit cõtra-
rium,ibi,obloquitur,parentibus vel tutoribus, de hoc, ſupra
eodem cap.ſecundo.Accepit,facta pubes,copulauit,ſimile J.
qui cle. vel vo.inſinuante. Alligatum,hęc communis litera,
& dic allegatum regulæ monachali,alias allegatum , & tunc
ſupple ſecundum Hoſtien.& probatum,de exceſſ.præla.cum
ſuper,& ſecundum hanc ibi,tenebit,ſupple,introitus.Cõtra-
dixiſſe. Hiero.ad Iuſti,ſecunda C. Inoleſcente paulatim con-
ſuetudine,quod primum cogebatis velle,incipies,& delecta-
bit te labor tuus, diſcretionis,completo.ſ.anno 12.obloqui-
tur,ſic ſupra,de teſta.requiſiſti. Nubili 13.annorum,propoſi-
1 ti,ideſt in eligendo,quod proponit,& optat.Gof.† No.quod
a argumentum a a contrario validum eſt,ibi, per contrarium,
4 de de cle.excommu.latores,quęſtione 3.† Quęro,in eo,quod
b hic dicit de annis diſcretionis,b qui dicantur tales.Glo.ſecun
da,ſolu.quod quo ad matrimonium,& votum ſunt 12.in fœ
mina,14.in maſculo,dic,quod in matrimonio ętas præueni-
tur,in voto non,vt dixi ſupra ca.proxim.& dico infra eodem
cap.in fi.Oppono ad hoc,quod in mrio attendatur ætas 25.an-
norum.ff.de mino.l.prima.Gloſſ.eadem,in fin.ſolut.quod il-
lud quo ad reſtitutionem petẽdam,& ſic videtur velle,quod
hoc caſu non poteſt peti.quod dico in ſequen.quęſti.Oppo-
no,ad idem 20.quæſtio. prima,placuit, & quęſtione ſecunda
puellæ. vbi etiam in voto religionis attenditur ętas 25.anno-
rum.Solu.Hoſtien.quod ibi quo ad velum conſecrationis,&
de multiplici velo dixi,ſupra capit.vidua.hodie tamen etiam
velum conſecrationis datur poſt ętatem puberem,nec atten
ditur ætas illa 25.ann.Secundo quæro,in eo,quod dixi in pro
5 xim.q.de reſtitutione,† an is qui religionem ingreditur ante
25.an.poſſit petere reſtitutionem contra profeſſionem.Gof.
& Hoſtien.quod non:quia ſeruit ei cui ſeruire regnare eſt,&
idem no.27.quæſtione prima,cap.primo,in prin.& 20.quæſt.
prima,illud. Proſper lib. epigrammatum.Libertas nulla me
lior maiorue poteſtas, Quam ſeruire Deo cui bene ſeruit
amor.facit,quod no.de vo.ſcripturæ. Et in Specu. de reſtit.in
integrum,§.qualiter.ver.ſed nunquid minor.& idem Vin.de
in integrum reſtitu.cum ex literis,de hoc etiam ſupra, de re-
6 ſtit. ſpo.ex parte.Tertio quæro,quid ſi † monialis recepit be-
nedictionem ante ętatem.Glo.ſed nunquid,dicit quod non
ob.ſibi volenti exire,pro hoc infra eodem cap.primo,lib.ſex-
to,quod dicit glo.verum:quia non tenet profeſſio nec matri
monium ante ætatem, niſi malicia ſuppleat ętatẽ. Et in hoc
vltimo videtur gl.velle.quod ętas poſſit pręueniri quo ad re-
ligionem,cuius contrarium dixi ſupra capitu.proximo.Ideo
quod dicit gloſſa.decet referri ſolum ad id, quod dixit de
matrimonio , in quo ætas ſuppletur , de deſp.impub. pube-
res , ſecus in religione, in qua hoc non videtur iure cau-
tum,& pro hoc ſupra capitulo ad noſtram, vbi dicitur, quod
debet eſſe annus conſumatus . Item non eſt tanta aſperitas
in matrimonio,quam in religione.Item in matrimonio ob-
ligatur quis homini, quod vinculum diſſoluitur morte , qđ
non eſt in profeſſione,& de hoc J.eo.poſtulaſti,quæ rationes
poſſent impugnari.Nam matrimonium alio reſpectu eſt for
tius vinculum quam religio,quia ſi eſt conſumatum,non po
teſt diſſolui per Papam,tamen religio ſic,vt dico J.de ſta.mo.
cum ad monaſterium. Vera ergo ratio eſt, quia in matrimo-
nio eſt expreſſum, ꝙ ętas poſſit præueniri,in profeſſione nõ,
immo potius contrarium . Item in matrimonio poteſt eſſe,
ꝙ ante pubertatem ſurgit viri potentia infra de eo qui du. in
ma.c.fi. quæ conſideratur in matrimonio,de deſp. impu.pu-
beres,quod ceſſat in profeſſione.Et in hac gl. ibi,reſpondeo,
ſecundum Ala.

A D D I T I O N E S.

a Argumentum.Adde c.ſciendum.8.q. 1.l.1. in §.huius rei.ff.de offic.eius cu
mandata eſt iuriſdi.
b Annis diſcretionis.Adde gl.in ver.canonibus,in c.vbi non eſt,de deſpõ.imp

---

S V M M A R I V M.

1 *Habitus non facit monachum ſed profeſſio.*
2 *Profeſſio valida quæ ſit, ita quod inducatur votum ſolemne ſufficiens ad dirimendum matrimonium.*

Voti ad

Digitized by Google

cogendus ſit religionem ſeruare,& procedebat dubium,quia
non receperat habitum P.& Ab.Conuertendo,ideſt,illo qui
conuertit de ſiderat,promiſit,in ipſa profeſſione quam fecit.
1 Go. Not. id ad quod quotidie allegatur,† habitus a non facit
a monachum,ſed profeſſio.de hac 20. quæſtione prima,capi.3.
& ponitur quandoque pro obedientia ſecundum Hoſtien.de
ſimo.ne Dei.de priui.cum olim,ſecundo.Secundo no.in eo,
quod dicitur hic profeſſionem recipi ab abbate,quod ad obli
gandum quem religioni requiritur, quod profiteatur in ma-
nibus eius,qui poſſit incorporare religioni,quod dico,infra,
quæſtione 3.& 6.Oppono, quod ſola receptio habitus faciat
quem cenſeri monachum ſupra ca.vidua. Glo.prima,ſoluit.
q.d ibi,& in alijs iuribus ad idem alleg.fuit præſumpta profeſ
ſio,q.d dic,vt in ea. Opp.ad hoc.quia requiritur,ꝙ fiat profeſ-
ſio in forma,de qua.20.quæſtione prima,vidua.Solu.gloſſ.ſe
cunda intelligendo literam iſtam duobus modis,vno modo
quod eoipſo,quod ſe reddidit in monachum in manib. abba
tis,licet non expreſſerit formam de qua in contrario, intelli-
gitur profeſſus ſaltem tacite, ſecundum modum legēdi hoc
c.dico in ſequen.contrario. Tertio oppono ad hoc,de litera
ſequenti,quę dicit, quod cogitur fieri monachus, & reddere
domino,quę promiſit,ex quo apparet,quod cogitur profite-
ri,& ſic,quod non ſufficit,quod reddiderit ſe in manibus ab-
batis,quia per hoc cenſetur monachus.Solu.vt in glo.ſecun-
da ibi,ſed tu expone,quę dicit,quod cogitur fieri monachus
ideſt,vt ſtet,& viuat monachus. Et idem Innocenti.qui dicit,
quod cogitur fieri monachus, id eſt, in eo perſeuerare, quod
iam eſt,& hoc procedit,ſecundum primam lectur.de qua in
in proximo contrario. Secundo modo legit gloſſ. quod iſte
reddendo ſe in manibus abbatis,non fecit profeſſionem, ſed
tantum votum,quod fieret monachus,debet ergo ad hoc cō
pelli,dic,quod hoc caſu ſi antequam profiteatur hanc religio
nem,ingreditur aliam,& laxiorem,tenet profeſſio,quia ſecū-
dum votum ſolemne derogat primo ſimplici.infra capit.qui
poſt votum,libro ſexto.Concludit autem gloſſ.tenendo pri-
mam lectu.quæ videtur verior ad tex.qui dicit,quod in mani
bus abbatis reddidit ſe in monachum,quod non poteſt con-
uenienter intelligi,ſecundum modum prædictum,ſecūdum
quem non dicitur ſe reddidiſſe in monachum,ſed de ſe red-
dendo voniſſe:tamen etiam contra primam lectur.facit,quia
non videtur bene contingere, quod quis reddat ſe in mona-
chum adeo,quod fiat monachus ex hac redditione niſi profi
teatur,vnde intellige,vt infra eodem contrario.Hoſtien.dicit
quod poſſet fieri vis in verbis,ſi enim dicit, voueo me perpe-
tuo religioſe victurum,& talem religionem ſeruaturum,tūc
non poteſt reuerti ad ſeculum,infra cap.conſulti capit.ſtatui-
mus,quaſi tacite ſit profeſſus.argumē. 28.diſt.diaconi.niſi ex
cauſa proteſtetur contrarium,quod me.cau.cap.primo.Si ve
ro dicit,voueo me intraturum talem religionem,tenetur in
gredi.poteſt tamen infra annum exire,niſi appareat eum vol
uiſſe mutare vitam,quo ad eccleſiam enim requiruntur iudi
cia.infra cap.non ſolum,libro ſexto.Sed quantum ad animæ
ſalutem videat ipſe quid intendebat,& relinquatur conſcien
tiæ ſuæ,de iureiu.mulieri.& hęc vera ſunt: intelligēdo tamē
quod nunquam votum dicitur ſolemne quo ad dirimēdum
matrimonium niſi altero de duobus modis quos dico in ſe-
quen.quæſtione. Sed quo ad hanc literam videtur eſſe ſenſus
quod forte iſte extra cōſpectum abbatis votum emiſit, quod
fieret monachus,deinde in manibus abbatis profeſſionem fe
cit vocalem. Sed dubitatur,quia non receperat habitum. Ideo
reſpondetur,quod monachum facit profeſſio, non habitus,
ideſt, etiam ſine habitu. Solus autem habitus profeſſionem
non inducit,niſi prout dixi, ſupra eodem, ad noſtram. & de
hoc in ſequen.quæſtione.pro hoc facit,quod nota. Innocen.
hic,dicens,quod reddere ſe religioni,eſt idem,quod profite-
ri,infra eodem,qui clerici vel vo.conſuluit. Et ex hoc videtur
velle,quod iſte reddidit ſe religioni profitendo. Idem tamen
Innocen.in eadem gloſſ.videtur velle,quod hic non interue-
nerit vocalis profeſſio, dicit enim, quod hic eſt vehemens
præſumptio ex hoc,quod iſte ſe reddidit,licet verba profeſſio
nis non expreſſerit,infra,qui cle.vel vo.inſinuante. Primum
de futuro,& in manibus eius,qui poteſtatem habet recipien
di profeſſionem, ſufficeret ad dirimendum matrimonium,
& vt fiat monachus,de renū.ex tranſmiſſa, quis autem poſſit
recipere,dico infra,ſequen.quæſt.Et hęc opi. approbatur inf.
de voto cap.vnico,lib.6.Dicunt tamen iſti, quod quandoque
habitus aſſumptio eſt vehemens præſumptio facti voti,vel p-
feſſionis,puta,ſi in eccleſia ſeruatis alijs ſolemnitatibus mo-
naſterii ſuſcipiat habitum deputatum profeſſis,& hoc finito
tempore probationis, vel ſaltem inchoato. Si autem ante tē-
pus inchoatum ſuſciperet habitum, non reputant eum pro
profeſſo.27.diſt.quod interrogaſti.27.quæſt.prima, vidua.ſu-
pra cap.vidua.& cap.ſuper eo.& huic præſumptioni ſtatur ſe-
cundum eos,niſi contraria voluntas probetur,quod me.cau.
ca.primo,dicunt etiam,quod ceſſat hæc præſumptio ſi ſumit
habitum extra eccleſiam, & ſine alia conſueta ſolennitate,
infra qui cle.vel vo.conſuluit, niſi probetur contra, vt hic,&
infra,qui cle.vel vo.inſinuante,volunt dicere in hoc vltimo,
quod non ſufficit talis ſuſceptio extra eccleſiam niſi probet,
quod expreſſe voluit profiteri,vt in dict.ca.inſinuante,& hic.
Sed vt dixi in præced. contrario, hęc duo cap.melius intelli-
guntur de profeſſione expreſſa.Secunda opi. quam refert In-
nocen.eſt aliorum, qui diſtinguunt triplicem habitum. Pri-
mum profeſſionis,quod votum continētię habet annexum,
27.diſti. vidua. Secundum conuerſionis,quod habet votum
ſimplex annexum,ſupra eodem, ſuper eo. Tertium probatio
nis,quod nullum votum habet annexum,de renunc.ex tran-
ſmiſſa,& de primo,& tertio,infra eodem ſtatuimus,nec ho-
die ſunt niſi duo habitus.ſ.nouitiatus,& profeſſionis,infra ca
priu.primo,lib.6.& cle.eos,eodem titu.Nam ipſi etiam con-
uerſi profitentur,infra,de ſenten.excommuni. non dubium,
licet ſecus in oblatis,infra de priui.tuarum,& quod ibi no.di-
cunt etiam iſti,quod ſolemnizatur votum per ſuſceptionem
ordinis.84.di.cum præterito,quod intellige de ſacro ordine,
vt eſt determinatum in dict.ca.vno,de voto,lib.6.dicūt etiam
iſti,quod intelligitur profiteri vnam de religionibus approba
tis,ſi dicit,profiteor ordinem monachatus,licet non dicat or
dinem ſancti Benedicti.quæ opi.procedit intelligendo,quod
nomine monachorum veniant ſoli monachi de ordine Bea-
ti Benedicti, quod eſt difficile tueri, & hodie tenendum eſt,
quod oportet,quod ſpecificetur religio,per dict. ca.vnicum.
Relatis autem his opi.dicit Innocen. quod etiam alio modo
præter prædictos ſolennizatur votum. Nam ſi qua mulier vir
go, vel vidua velum virginitas vel viduitatis acceperit,& ve-
ſtem religioſam ſumpſerit, & in ſcriptis a ſe vel ab alijs fa-
ctis,& ſuo ſigno ſignatis promiſerit ſe perpetuo continētiam
ſeruaturam,credit Innocen.quod hoc votum ſit ſolemne,&
dirimat matrimonium poſtea contractum. Et idem credit
Innocen.etiam ſi ſine literis in manibus alicuius religioſi vo
tum fecit, & veſtem mutauit, vel alias apparentes ſolennita-
tes adhibuit,infra de conuer.coniu.ex parte,ſecunda,quod di
cit expreſſum,qui cle.vel vo.inſinuante,& de frig. fraternita-
tis,ver.& ſi prædicta,dicit tamen Innocent. quod tales perſo-
næ non ſunt de foro eccleſię,& poſſunt habere proprium,vt
dicit decre.inſinuante, & 27.quęſtione prima,de viduis. Et
ex hoc apparet quod Innocen.dicit aliquod votum ſolenne,
quod tamen non dirimit matrimonium,nec obligat efficaci
ter religioni. Contrarium tamen dicimus hodie, vt infra ea-
dem quęſtio.in fin.quædam alia dicit Innocent.quæ poſſent
omitti,quia deciſa,ſed ne ignorentur refero.Dicit enim non
3 videri,quod ſi votum † fiat publice,& conuocatis teſtibus,ꝙ
ex hoc ſit ſolenne,niſi mutet veſtem, & in manibus religioſi
fecerit votum ſuum:ſed ſi ſigillauit,votum ſolenne erit,licet
in priuato fecerit.ar.27.quæſtione prima,de viduis.20.quæſt.
ſecunda,

A D D I T I O.

a Habitus Adde glo.in ver.apparuerit.in c.ſicut bonum.17.q.1.glo in ver.ne-
habitum.i.c.in c.minimus,qui cle.vel vero gl.in ver.ſignantes.in capitulo na
ſum.de priui.

...que ſolenne
4 non debet dirimi † matrimonium,cum ſolennitates votorũ
ſint inductę ab eccleſia,& matrimonium a Deo, quos Deus
coniunxit,&c.de teſt.licet,ſecundo.Solu.Inno.quod non eſt
mirum ſi eccleſia ſtatuit circa matrimonium,cum etiam vl-
tra conſenſum inuenerit formam neceſſariam.Sunt enim ſe
cundum Innocen. in matrimonio verba neceſſaria,de ſpon.
tuę,in quo vltimo tenui contrarium in dict ca.tuæ. Et quod
eccleſia potuerit inducere formam in matrimonio, inducit
Innocent.quia etiam in baptiſmo inuenta eſt forma noua ex
cauſa,de bap.cap.primo.Item in collatione ordinum inuenit
eccleſia formam, quod certis diebus, & certis orationibus
fiat,de ſa.non ite.cap.primo,& ſecundo,de ſa.vnc.ca. primo.
Sic etiam in ſacramento euchriſtiæ,& in alijs multis,quæ no
ta.dicit tamen,quod omnia,quæ ſunt ſtatuta circa ſacramen-
ta inducunt formam ſubſtantialem,immo,& in quam pluri-
bus tenet quod contra fit,licet non ſeruantes peccent,de ſac.
non ite.ca.primo,ſecundo,& 3.Et quia per hoc non ſoluitur
omnino contrarium,dic melius,quod quam plura de pmiſ-
ſis hodie ſublata ſunt : quia votum ſolenne, quo ad effe-
ctum dirimend. matrimonium poſt ea contractum, fit ſo-
lum duobus modis.ſ.per ſuſceptionem ſacri ordinis,vel pro-
feſſionem expreſſam vel tacitam in aliqua de religionibus p
* batis,infra,de voto cap.vno,libro ſexto . * Secundo quæro,in
eo,quod in proxim.quæſt.dictum eſt de ſolennizatione voti,
quod faciunt mulieres,quid de viris,dicit Innocen.quod viri
ſolenniter vouere poſſunt propter ingreſſum monaſterij,eo-
dem modo ſicut mulieres,niſi quia non ſumunt velum, qđ
viris non competit.33.quæſti 5.hęc imago.Tertio quæro,in
5 eo,quod dixi in ſecundo:no.quod profeſſio † debet recipi ab
abbate,an hoc ſit neceſſarium.Innocen.inducit hunc tex.ibi:
ab abbate,quod ſic.Nam ſecundum eum niſi aliquis eſſet qui
dare poſſet ei regulam, & ipſum corpori ordinis aggregare,
quomodo poſſet profiteri.Et ex hoc vult Innocen.quod non
refert, quis ſit ille, qui recipiat ad profeſſionem, dummodo
poſſit incorporare religioni.Et idem Goffred.qui in ver.ab-
bate,dicit idem de alio ad hoc miſſo,ideſt habẽte poteſtatem.
infra eodem,ad Apoſtolicam,qui cle.vel vo,inſinuãte, quod
dico,in ſequen.quęſtione.Et in hoc refert Innocẽ. quoſdam
dicere,quod cum in profeſſione contineatur obedientia ſupe
riori exhibenda,de ſta.monachorum,cum ad monaſterium,
non ſufficit ita profiteri,intantum, quod etiam pro ſimplici
voto nõ habetur. Sed ſi quis profiteatur in manibus alicuius
monachi vel clerici ſecularis,vel laici alicuius,de mandato ab
batis,ſufficit,infra cap.ad Apoſtolicam,quod etiam dixi,ſupra
eadem quæſtione, ſecundum Goffred.Et de hoc in Specula,
de ſtatu monacho.ver.19.Et pro hoc inducit Hoſtien. de ele.
cum inter canonicos,& quia debet eſſe diſtinctio inter profi-
tentem,& profeſſionem recipientem,de inſti.cap.fin.de iure
licitũ, vt dr̃ in tex. Si aũt mulier ſe obligaſſet religioni, quid iu-
ris, dic, vt in q̃ſtione ſeq. Et ꝑ hoc patet, ꝙ illa ſolutio prima
eſt vera, ꝙ hic nõ dat optio viro; ſed Papa ſe retulit ad caſum
prout erat in facto, & permiſit viro ingredi religionẽ: qa mu-
lier non ꝯ̃dicebat: imino erat parata peragere pęnitẽtia. Quæ-
6 ro, ſi hæc mulier † intraſſet monaſterium de licẽtia viri, dicit
Inn. ꝙ ẽt ſi licẽtia fuerit calũnioſe, & cũ peccato obtenta, tñ
viro adulterãte nõ cogitur exire monaſteriũ cauſa redeundi
ad virũ, cum ꝑ adulteriũ mariti ſolẽnizetur votum vxoris, J.
ti. 1. conſtitutus, & c. veniens. Secundo quæro, in eo qd dicit
ꝙ iuramẽtũ fuit illicitũ. An poſſint aliqui ſe abiurare, & pro-
7 mittere ꝯtinentiã. † Gl. ſecũda arguit, ꝙ ſic, deinde ponit opi.
quorũdã dicentiũ hoc fieri non poſſe, niſi tranſeant ad reli-
gionẽ. Poſtea ponit opi. Io. dicentis, ꝙ pñt ſe abiurare ꝑꝑ ꝯti-
nẽtiã, & ꝙ hic non valuit abiuratio. qa ꝑꝑ ꝯtinentiã ſe abiu-
rarũt: ſed, vt poſſent adulterari, qd tenet gl. & idẽ Vin. & Inn.
& ꝓcedit hoc, ſi hoc faciunt deliberate, & bona inſpiratione,
non ex ira, vel cõmotione, de hoc, J. ti. 1. c. 1. pręcedẽs aũt opi.
ꝓcedit ſm Hoſti. ſi ſuſpecti ſunt, vt qa ſunt iuuenes, vt hic ſe-
cus ſi maturi, J. ti. 1. ex parte, & probat hæc ſolutio, J. c. cum
ſis, & c. vxoratus, in quo dic, ꝙ nõ dr̃ hic, ꝙ eſſent iuuenes, ſed
tamen ſic præſumendum eſt, & patet, ꝙ erant ſuſpecti; quia
vterque fuit adulteratus.

S V M M A R I V M.

1 *Apoſtaſia triplex.*
2 *Religionem intrantis propoſitum conſiderandum eſt,*
3 *Votum ſi quis emiſit per quod renuntiat ſeculo, deinde aſſumit habitũ probationis, an ſolemnizetur uotum.*
4 *Renuncians proprio, recipiendo habitum probationis, an uideatur ſolemnizare uotum quod erat ſimplex, nec dirimebat matrimonium,*
5 *Votum quomodo fiat ſolemne per profeſſionem,*
6 *Obligatus religioni in genere intelligitur eſſe religioſus, adeo quod ſi contrahit matrimonium, non tenet,*
7 *Iudeus ſi emiſit uotum, uel publicauit propoſitum deliberatum de recipiendo baptiſmum, an id debeat adimplere.*
8 *Reuertens ad ſeculum habitu probationis relicto, uiuere debet non ſeculariter.*

qua triplex ...

per literis, de conceſ. pręben. quia diuerſitatem. No. conſide-
2 randum propoſitum ingredientis religionem. An propoſue-
rit uitam mutare. An tñ experiri religionem. & dic, ꝙ non
præſumit uoluiſſe mutare uitam, niſi clara ꝓbatione uel ꝯpe-
tẽtibus indicijs hoc oſtẽdatur, J. c. ſtatuimus, & apertius J. c.
nõ ſolũ, lib. 6. & de hoc, J. q. 1. & per hoc approbatur, qd dicit
gl. ulti. in fi. Quæro quomodo ꝯſtabit de hoc propoſito, ꝙ uo-
luerit uitam mutare. Sol. per proxime dicta, & ꝑ id qd dr̃ in
dicta gl. ulti. Inn. dicit, ꝙ conſtare poteſt per confeſſionẽ ſuã
q̃ modo facit: uel qa qñ intrauit ſic ꝓteſtatus eſt, & dicit Inn.
ꝙ ſi de his ꝯſtiterit, habitus ſolẽniter ſuſceptus dirimit matri-
monium iam ꝯ̃ctũ. hæc. n. proteſtatio, ſiue intentio cũ ſuſce-
ptione habitus probationis habetur ꝓ ꝓfeſſione. Sed idem
Inn. in alia gl. quo ad hoc ultimũ, dicit, ꝙ ſi ꝑ ꝯfeſſionẽ ſuam
ſit pręiudiciũ matrimonio, nõ creditur ei. pro hoc de eo q co-
gno. ꝯſan. ſuper eo. de hoc de rap. c. pen. dic, ꝙ ſi matrimoniũ
eſt iam contractum tempore quo ingredit̃: ſed nondum
conſumatum, ſtandum eſt cõfeſſioni ſuæ: quia potuit libere
ingredi religionẽ. J. titu. 1. uerum, & c. ex publico, ſecus ſi cõ-
ſumatum, ut ibi. Si autem matrimonium fuit ꝯ̃ctum poſt in-
greſſum, & conſumatum, procedit dictum Inn. ꝙ ad uolen-
dum ꝓbare, ꝙ iſte fuerit profeſſus, ita qd matrimoniũ poſtea
ꝯ̃ctum non tenuerit, non creditur profeſſioni ſuæ contra ma-
trimonium. An autem per ſuſceptionem habitus cum pro-
poſito mutãdi ſolẽnizetur uotum, dico, J. q. 4. Et alij modi ꝑ
quos ꝯſtare poteſt, ꝙ quis uoluerit uitam mutare. no. J. c. pe-
nul. Secundo quæro, ſi quis emiſit uotum, per quod renun-
ciat ſeculo, deinde aſſumit habitum probationis, An ſolenni-
3 zetur uotum. † dicit Inn. ꝙ ſic. Nam ſi ſuſceptio habitus ſolẽ-
nizat propoſitum, qd habet de mutando uitam, debet ſolẽni-
zare uotum prędictũ, ar. 27. q. 1. c. 1. Item dicit Inn. de uoto ꝯ-
tinentiæ, qd ſi emiſit mulier, deinde ſolenniter ſuſcepit habi-
tum alicuius religinis, dicitur uotum ſolennizatum J. qui
clerici, uel uo. inſinuante, de hoc, & de ſequenti. q. dic, ut
4 J. q. 4. in fi. Tertio quæro, quid ſi † quis abrenunciat proprijs.
dicit Inn. ꝙ idem forte dicendum. ſ. ꝙ recipiendo habitum
ꝓbationis uidetur ſolennizare uotum qd erat ſimplex, nec di-
rimebat matrimonium, pro hoc, ꝙ ſolennizetur uotum, in-
ducit Inn. qa renunciatio propriorum eſt de ſubſtantia mo-
nachatus, ſicut continentia, de ſta. mo. cum ad monaſterium.
ſecus dicit Inn. ſi quis uouet non comedere carnes, vel ſerua-
re uigilias monachorum. Nam licet poſt tale uotũ accipiat
habitum, non erit ſolennizatum uotum. Rationem diuerſita-
tis nõ aſſignat Inn. ſed patet ex eo, quod ſtatim dixi, ꝙ renun-
ciatio propriorum eſt de ſubſtantia carnium, uel obſeruatio
uigiliarum. Quarto quæro, quare in caſibus de quibus in dua-
bus proximis quæſtionibus uidetur ſolennizari uotum, dicit
Inn. ratio eſt: quia ex quo prædicta nouit, etiam ſi habitum
non accepiſſet, cogendus eſt ea obſeruare. Igitur ſi per ſe ha-
bitum ſuſcepit, non debet permitti deſerere, ex quo cogen-
dus erat accipere. Opp. ad hoc. 17. q. 1. Gonſaldus. ubi qui uo-
uit ſe fieri monachum, non eſt ad hoc cogendus: ergo nec ha-
bitum accipiendo uidetur ſolennizare uotum. Sol. Inn. ꝙ ibi
uotum non emiſit, nec profeſſionem fecit expreſſe: nec etiã
feciſſe pręſumit; quia ibi nullum habitum ſuſcepit. hic autẽ
primo ꝓpoſitum, & poſtea habitum ſuſcepit, & ita ſuſcipiẽ-
do illud propoſitum ſolennizat Gõſaldus, qui promiſit ſe fa-
cturum monachum ſine ſuſceptione habitus, licet peccet ſi
non fiat 17. qu. 1. qui bona. Non tñ uotum fecit, nec profite-
ri intelligit, & ſic nec cogitur fieri monachus, ar. de renun. ex
tranſmiſſa, ff. ſi cer. pet. qui pecuniam. ubi pecuniã mutuam
accepturus ſi ſpopondit creditori futuro, in poteſtate habet
ſe non aſtringendi non accipiendo pecuniam. Refert dein-
de Inn. alios melius dicere, ꝙ cogendus eſt, & qd in c. ex tranſ-
miſſa nullũ uotum uel ꝓpoſitum certum habuit: ſed tñ ha-
bitum ꝓbationis petijt nullo uoto præcedente: ut ibi no. de
hoc qui clerici, uel no. conſuluit. Item ad c. Gonſaldus, dicit
Hoſtien. ꝙ ibi is qui uouit erat mente alienatus, & de hoc
ibi, ſed dato, ꝙ non eſſet alienatus, adhuc procedit ſolutio
præcedens, & de hoc ibi. Et prędicta quę dixi in hac q. & dua-
bus proximis uidentur tolli per ca. unicum de uoto li. 6. quia
uotum

Digitized by Google

— — — — perpue cū apparet, ꝙ fuit ineptus, & nem tacto ɔ-
ſului. Si aūt uellet ad ſeculū reuerti nō ɔ̄hēdo matrimoniū,
nō poterit obſtāte voto ſimplici qđ intelligit̄ emiſiſſe, ꝑ p̄ di
cta, & q̄q̄ nō ſine ꝑiculo aſſerant̄ p̄dicta, tñ ne ēt faciliter frā-
gat matrimoniū, æqua eſſe vr̄, & iure fundata, maxime, qa ſi
voluiſſet ꝓfiteri, nō ſuſcepiſſet habitū nouitij, ſed ꝓfeſſorū, ſu
mēdo aūt habitū nouitiatus vr̄ deliberationē de mutādo vitā
ſuſpēdere in euentū cōpletę ꝓbationis, & hoc quoad obligā
dum ſe religioni, & pro hoc ĵ.q.8.in fi. & ad iſtud c. dic, vt di
xi ad c. nō ſolū, qđ hic ſolū probatur, ꝙ nō ꝑmittitur ad ſecu
lum reuerti, & ꝓ prædictis eſt: qa c. nō ſolū, diuerſitatē ponit
inter ꝓfeſſionē expreſſam, uel tacitā, & appareat, ꝙ uoluerit
vitā mutare. Sed c. vnicū. de voto p̄al. ꝓbat, ꝙ votū nō dirimit
niſi ſolēnizatū ſic p ꝓfeſſionē expſſam, vel tacitā in aliqua de
religionibus approbatis, vel p receptionē ſacri ordinis ergo
ſecus cū apparet, ꝙ uoluit vitā mutare, qa hic ſi voluiſſe hoc
caſu ēt expſſiſſet, de deci. ad audiētiā. Itē ſi dicimus, ꝙ voluiſ-
ſet vitā mutare, in oībus æqpararet ꝓfeſſioni tacitę, ēt quo ad
impediēdū ɔ̄ctū matrimonii, nimis extēderet̄ diſpoſitio, d. c.
vnici, ſtemus ergo ei, qđ dixi, ut iura iuribus ɔcor. de ele. cū
expediat, li. 6. C. de inof. te. ſi qñ. Quinto q̄ro, tn eo, ꝙ hic cog-
7 tur adimplere uotū, qd ſi iudeus † emiſit uotū, uel publicauit
ꝓpoſitū deliberatū de recipiēdo baptiſmū. d̄r, ꝙ dēt cogi adim
plere, fortius q̄ in caſu huius, c. qa votū, de quo hic eſt uolūta
riū, votū aūt baptiſmi neceſſariū, in quo nec Papa diſpēſare
p̄t, de uoto magnę. ver. cū igit̄, de hoc eo. ti. debitū, ꝑ hoc, qa
cogit eccleſia ēt infideles ad id qđ iuſtū eſt, de uoto, qđ ſup,
& dicit Ho. ꝙ cogetur indirectè, ſicut, & alibi de uſur. poſt mi
ſerabilem. & ca. quanto. de rap. in archiepatu. Sexto q̄ro, in eo
8 ꝙ dicit, ꝙ q relicto habitu † ꝓbōnis reuertit̄ ad ſeculū dēt vi-
uere nō ſeculariter: qd importat hęc gl. ī ver. ſeculariter, expo-
nit. i. nō diſſolute, vult dicere ꝙ tenet viuere religioſe, ꝙ lati⁹
ꝓſequit̄ Inn. dicēs, ꝙ nō dēt viuere ſeculariter, portādo arma,
vel viuēdo luxurioſe. ar. 20. q. 3. eos, mr̄imoniū aūt licite ɔ̄her,
& veſtes & tōſurā ſeculares portabit. dicit. n. rſa, ꝙ in veſte cū
qua intrabit. ſ̄. e. ſup eo. ar. de cle. ɔiu. Ioānes, & qa ſub ɔdōne
intrauit. ar. de ſpō. de illis, de hoc ꝙ dicit Inno. de mr̄imonio
dic, vt in ſeq. q. Et quo ad primū dic, ꝙ ſi veſtes in qb. intrauit
erāt nimis laſciuę deponat illas & honeſtiores aſſumat in me
moriā priſtinę religionis. ar. C. de qōni. ſeruos. Septimo q̄ro,
a an poſſit ɔ̄here mr̄imoniū. a Gl. pe. refert quoſdā dicere ꝙ nō,
9 † cuius ɔ̄riū tenet idē Vin. Goſ. Inn. & Ho. & de hoc aliqd di-
xi ſ̄. q. ꝓx. ꝙ ꝓcedit ex eo, qa nō fuit obligat⁹ religioni, ſecus ſi
fuiſſet obligatus, vt qa apparet ꝙ abſolute voluit mutare, vitā,
tūc. n. religioſus eſt, licet nō p̄ciſe illius religionis, & hoc caſu
d̄t Vin. ꝙ ſi īgrediēs hēt ſpōſā nō cognitā, illa ſtatim poterit
cū alio ɔ̄here, ꝙ ſm Io. An. bñ ꝓbat̄. c. ti. bñficiū. li. 6. dic vt di-
10 xi ſ̄. q. 4. Octauo q̄ro, ſi ingrediēs † nō ꝓteſtat̄ de intētione ſua.
Glo. vlt. ar. p̄ſumendū ꝙ voluit mutare abſolute, ꝙ ꝓſequitur
viq; ibi. ſed ɔ̄. vbi arg. in ɔ̄riū, & hoc tenet, ꝙ ēt tenet Inno. di-
cēs ꝙ vr̄ in culpa non ꝓteſtādo. non tñ cogitur ꝓteſtari. qa ſi
cogeret̄, fere oēs ꝓteſtarent ꝓ egreſſu. & ſic multi poſſent ha
bere occaſionem facilius, & ſine rubore exeundi Secundo, qa
cuilibet ɔceſſum eſt de ſua ɔſcientia teſtificari, & ſolus Deus
cognitor eſt ſecretorum, vult dicere, ꝙ ſibi creditur: qa nec
aliter probari pōt. de hom. i. ſignificaſti. 2. & c. petitio. Tertio,
ꝙ licet expreſſerit, non præſumitur ɔ̄ eum: ſed potius, quod
ex rubore omiſerit. Quarto, quia forte timuit ne ſi proteſtare
tur, non darent ſibi habitum probationis. Ex his infertur ꝙ ꝓ
teſtatio non eſt neceſſaria, in quo gloſſ. hæc allega. iura pro &.

ſtulaſti. intra annum. Nam totus 15. illis cedit, qđ dic, vt ĵ. c. 1.
li. 6. profeſſione, tacita vel expræſſa. Op. in eo qđ dicit ep̄is ſciē
tib. promoti fuerunt. vnde a ɔ̄rio vr̄ fieri ignorantib. cum tñ
non appareat in hoc rō diuerſitatis. Sol. litera legit̄ duob. mo
dis: vt in glo. qđ dico. ĵ. q. 1. Secundo oppo. ꝙ nō potuerūt iſti
1 promoueri ad ſacros, cum eſſent minores. † de temp. or. vel
non eſt. de æta. & qual. cle. generalem. So. eſſe minorē pōt in-
telligi dupliciter, vt in ſeq. q. Sed quo ad hoc ɔ̄rium intellige
ꝙ tpe promotionis erant idonei rōne ætatis: quia ēt ſi tēpo-
re quo egreſſi fuerunt, eſſent minores. 14. poterant eſſe facti
maiores & idonei ad ſacros. Quæro quæ fuit rō dubitādi. Gl.
1. r̄ndet ponendo duas lec. Prima ꝙ iſti erant maiores. 14 an-
nis. ſed minores. 25. ita quod poterant obligari. de proba. in p̄-
ſentia. fuit ergo dubium an poſſent egredi. & r̄ndet ꝙ ſic. qa
non apparet ꝙ voluerint mutare vitam. qđ ſi apparet, nō poſ-
ſent egredi. ſ̄. c. proxi. ſecunda lec. ꝙ erant minores. 9. annis. &
ſic ſumimus minorem in iſto tit. & tunc fuit dubitatio. quia
forte erant doli capaces qui poterāt ſe obligare diabolo ſicut
& Deo. Dicit Hoſt. ſ̄. e. ad noſtram. ꝙ hæc ſimilitudo non eſt
bona. quia peccatum deliberatione committitur. nec quærit
diabolus autor peccati deliberationem hominis, ſed caſum.
arg. 16. q. 2. viſis. poſt principium. Deus autem qui nemini in
ſidiatur vult ꝙ ſeruus deliberet anteq̄ votum emittat. 27. q. 1.
nuptiarum. ad hoc de conſe. di. 4. quæris. Quo autem ad hanc
2. lec. glo. refert Hug. hoc tenuiſſe, ꝙ doli capax obligatur mo
nachatui per rationem prædictam: quia poteſt ſe obligare dia
bolo. Dicit Hoſt. ꝙ hæc ratio fallit in caſibus notatis ſup. cap.
licet. in glo. ab hac. quia illi de quib. ibi, poſſunt obligari pec-
cato, & non religioni. Item Papa reſpectu religionis poteſt
licentiam reſtringere vel laxare ſup. quia in inſulis. Et hoc ꝙ
2 requiratur in religione † pubertas, nec ſuppleatur per mali-
tiam, tenui ſup. eod. cum virum. licet glo. ibi in ver. recipiunt,
faueat opi. Hugo. tene ergo primam lec. & de hoc. 20. qu. 1. in
ſumma. & per hoc ſol. contrarium præcedens. ad quod ſpāli-
ter reſpondendo dicit Io. an. ꝙ litera ibi, ſcientib. legitur pri-
mo vt ſuppleatur maxime. ſecundo vt legatur propric. & tūc
dic, quod dicit, ſcientib. vt non appareant decepti. regula ſciē-
ti. lib. 6. vel ſecundum alios vt appareat epiſcopos diſpenſaſſe.
& dicunt hic probari quod diſpenſatur in ætate circa curata,
quod eſt falſum. de ætate & qualitate c. vno. li. 6. vnde præce-
dens expoſitio melior. Et in hac gloſſa ibi, in antiqua. vbi di-
cebatur niſi prudentia ſuppleuerit ætatem, vt tranſire ad reli-
gionem debeant laxiorem, quia cum ſine proteſtatione ha-
bitum religionis aſſumant: vitam præſumuntur propoſuiſſe
mutare: ſed ſublatus fuit hic tex. per quem fauebatur duabus
falſis opi. Hug. prima eſt hic in glo. Alia habet ꝙ ſimpliciter
intrans videtur vitam voluiſſe mutare. Hoſt. & in hoc vltimo
dic contra vt dixi. ſupra cap. prox. no. 1. & in fi. de hoc plen. 20.
q. 1. in ſumma. Tertio quæro de intellectu literæ ibi, propter
hoc non ſunt amouēdi. dic, quod poteſt exponi propter hoc,
ſcilicet, quod intrauerunt & exiuerunt intra certum annum
vel propter hoc, ſcilicet, quod ſint minores, dummodo cum
eis propter vtilitatem vel neceſſitatem fuerit diſpenſatum.
Prima placet Quarto quæro an beneficia ingreſſi ſeruabun-
3 tur † ſibi intra annum probationis. Inno. proſequitur, & eſt
expeditum ꝙ ſic. ĵ. eod. beneficium. lib. 6. & hoc etiam tenet
Inno. vel dic ſecundum eum ꝙ vacant ipſo iure. arg. de renū.
ex tranſmiſſa. Sed hoc non placet Inno. & dicit poſſe dici il-
lud fieri propter expreſſa ſigna renūciationis, quæ ibi fuerūt.
quod no. pro intellectu illius c. de quo ibi dico.

ċti dř eſſe ꝓfeſſus h.d.cum gl.Cõis diuiſio.Ideoq; ꝓfeſſionẽ expreſſam,irregulariter.i.in honeſte,qđ facere nõ debẽt ẽt ſi ante annũ exiuiſſent,ſ.e.c.2. obſeruãtias,q̃ obedientiã reſpiciunt,& hæc tria ſubſtãtialia ſunt ꝓfeſſionis,de ſtatu mona.
1 cũ ad monaſteriũ,ad fi.† No.illud habitus nõ facit monachũ ſed ꝓfeſſio,ſ.e.porrectio. Secundo no,qđ ꝑ delationẽ habitus irregularis ꝑ annũ intelligitur qs ꝓfeſſus,quod ꝓcedit ẽt ſi deferat habitũ nouitiorũ,niſi in colore,ſciſſura, vel forma ſit patẽter diſtinctus ab habitu ꝓfeſſorũ,e.ti.cle.eos.Et intelligit Inn.hic,ꝙ ſuſcepit habitũ cũ ſolẽnitate ſolita;aľs dř ſecus remittit.ſ.c.vidua.dic,vt ibi dico ꝯrio.3.& 5.Tertio no. vt gl. 3.Et in ca.ibi,qđ dř 3.reg.17.Ibi ſeruire de facili.vel loqtur de
2 ꝯriis ſm Hoſt.† Op.in eo,qđ dicit,ꝙ monachi erãt ſubiecti a
a ẽpo quo ad l.diœceſi.Nã monaſteria ſunt exẽpta a lege diœce. 16.q.1.cũ ꝓ vtilitate.Gl.ſoluit exponẽdo diœceſis.i.iuriſdictionis,qđ no.q:a aliqñ iſti termini accipiunť ꝓmiſcue,vt hic,qđ dixi de offi.ord dilectus,& de hoc,10.q.1.in ſumma.Secũdo
3 oppo.ꝙ ꝑ morã anni in monaſterio nõ inducať ꝓfeſſio † de elec.cum cãm in fi.Sol.ibi loquitur qñ morã fecerãt in habitu ſeculari.Et dic vt in gl.fi.q̃.diſtinguit an loquať hic de delatione habitus ꝓfeſſorũ,an vero de alio habitu,primo caſu dẽt ſuppleri,maxime in eo,qđ dicit de anno,ſecũdo caſu dř gl.ꝙ attendit annus qñ habitus nouitiorũ nõ eſt diſtinctus ab habitu ꝓfeſſorũ,qđ dic vt J.c.1.lib.6.Et ide Inn.q dicit,ꝙ qñ ſunt habitus diſtincti,q̃tũcũq; portet habitũ ꝓbationis, nõ cogiť illã regulã ꝓfiteri,& dicit Abb.ſ.c.ꝯſulti.ſe vidiſſe literã abſolutoriã datam ſuꝑ hoc cuidã monacho q ꝑ 20.annos ſteterat in habitu ꝓbationis,qđ dic, vt in cle. eos præal. vbi de hoc in gl 2.Refert Inn.aliã opi.ꝙ ẽt vbi ſunt habitus diſtincti,ſi ſtetit ꝑ annũ eſſe in ordine, licet nõ in illo,qđ ſibi nõ placet. Et intellige dictũ Inn.de illo q detulit habitũ ꝓbationis,ſecus ſi aſſumpſiſſet habitũ ꝓfeſſorũ: qa tũc intelligiť ꝓfeſſus ſi triduo ꝑ ſeuereet,J.c.ꝯſtitutionẽ li.6.qđ dixi ſ.c.vidua.Quæro,an
4 q detulit habitũ indiſtinctũ ꝑ annũ † poſt annũ dẽat admitti ad ꝓbãdũ,ꝙ nõ habuit animũ ſe obligãdi.Gl.vl.ꝙ nõ:qa hęc eſt ꝓſumptio iuris,& de iure,niſi ante annũ fuerit ꝓteſtatus, & no.gl.& q̃ ſit ꝓſumptio iuris,& de iure dic,vt in ca. is q.de ſpon:& quo ad ꝓteſtationẽ,dicit Vin.ꝙ ſi qs J. annũ ꝓbationis ꝓteſtetur,ꝙ nõ vult remanere,licet aliquo tpe remaneat, ẽt poſt annũ põt exire,de offi.ordin.paſtoralis,& ſi voluerit remanere habebit adhuc annũ,niſi cedat ĩ hoc iuri ſuo,de hoc in Specu.de ſta.mon.in vltima q.& dixi,ſ.e.c.2.& per Archi, 27.diſt.qđ interrogaſti.& in d.cle.eos,in vl.gl.q̃ dicit ꝓteſtationem iuuare,ꝑcipue ſi fuit ꝯuẽtionalis,& dic,ꝙ ſi illa gl.in-
5 telligit præcipue,pro maxime,ꝯ eſt,qa † ꝓteſtatio extraiudicialis nõ iuuat niſi ſit veſtita ꝯſenſu aduerſarij.de elect.Cumana,ad quod dic,ꝙ hic ſufficit ẽt nõ ꝯuẽtionalis:qa,qđ ꝓfeſſio tacita inducat ꝑ lapſum anni ex delatione habitus eſt ex eo: qa ꝓſumiť talis fuiſſe animus deferentis habitũ, Ad hãc igiť ꝓſumptionẽ tollendã ſufficit qũocũq; ꝯſtet de animo. Itẽ, in
6 obligatione quæ ꝯhiť re,ſufficit † ꝓteſtatio ſine ꝯſenſu aduerſarij,dũmodo nõ ꝯdicat,ff.de ſolu.l.1.& qđ ibi no. gl. vbi qñ debitor ex pluribus cauſis ſoluit vnũ debitũ,põt eligere in qđ debitũ velit applicare,& ſi eligiť tacẽte creditore valet elect. ſecus aũt in ꝓfeſſione expreſſa:qa tũc nõ ſufficeret ꝓteſtatio ſine ꝯſenſu abbatis,d.c.Cumana,& ꝓ hoc qđ dixi de ꝯdi.app. c.fi.& qđ no,de ſpon.tua.in gl.1.& ibi ẽt dixi,tñ ẽt in ꝓfeſſione expreſſa eo ipſo,ꝙ ſit ꝓfeſſio cũ ꝓteſtatione,abbas recipiẽdo ꝓfeſſionẽ,vř ẽt proteſtationi ꝯſentire:qa non põt ꝓ parte approbare,& ꝓ parte reprobare.Secundo q̃ro,in eo,ꝙ mãdat in li.hũc cõpelli.qũo cõpelleť,dic,ꝙ ꝑ cẽſurã eccleſiaſticã,vt in lr̃a.Et ſi nõ ſufficeret:qa nec cõpeſcuntť,dicit Pe.ꝙ hẽt locũ c.relatũ.J.ne cle.vel mo,Illud tñ c.loquiť qñ tota ꝯgregatio reſiſtit vñ dic,ꝙ ꝓcedit ꝯ iſtos q tanq̃ ſinguli reſiſtũt ꝑut ꝓcedit ꝯ cõtumaces.de quo de iudi.cum non ab homine

ADDITIO.

a Monachi erant ſubiecti.Adde c.abbates,& c.mona ſteria.17.q.2.

SVMMARIVM,

1 *Nouitius dicitur qui eſt in anno probationis.*
2 *Habitum religionis ſuſcipiens an illum dimittere poſſit,& exire,*

nouitios,quod exitetis [illegible]
& dic nouitios,ideſt de nouo receptos,& veſtimentis probationis indutos,dicit Hoſtien.ꝙ habitus nouitiorum,& habitus probationis idem ſignificant. Secundo no. ꝙ talis nouitius libere reuertitur ad priorem ſtatum, & hoc ante ſuſceptum habitum q dari proficientibus conſueuit,ut in litera:ex qua infertur,ꝙ poſt ſuſceptum hunc habitum ẽt J. annum exire nõ poterit.Item ẽt intellige,quod dixi de nouitio,q reuertitur ad priorem ſtatum ante profeſſionẽ emiſſam,vt in litera:ergo poſtea nõ poterit,& ſic infertur,ꝙ ſi ante egreditur
a beneficia,& bona recuperat a C.de ſen.paſ.l.1.& fi.& ꝓbatur, J.c.beneficium,lib.6.ꝑ qđ c.dic verius,ꝙ nõ dř perdidiſſe,ſed interim tenuiſſe,vnde recuperat ſolum de facto de hoc J.q.
b 2.Et de nouitio b an poſſit eligi in ẽpm,& de tacite profeſſo an poſſit eligi in abbatem,& an receptio habitus habeat profeſſionem tacitam,no.hic Hoſt.ſed ſunt expedita de ele. nullus lib.6.J.e.ꝯſtitutionem e.li.Tertio,no.circa hoc de verbo
c libere c Ex quo infertur,ꝙ nõ cogitur ad aliam religionem trãſire,de hoc ſ.eod. conſulti.Quarto no.regulam,ꝙ qui ſu-
2 ſcipit habitum religionis † illum dimittere, & exire põt,& pone.4.caſus exceptos:primus ſi recepit habitum ꝓfeſſorũ. Secũdus ſi fecit ꝓfeſſionẽ exꝑſſam: Tertius ſi detulit habitũ vltra annũ,qđ intellige vt ſ. ca.ꝓxi.quartus ſi apparet,ꝙ oĩno voluit vitã mutare,& de hoc ſ.eo.c.2.& c.ſuꝑ eo.& c.ꝯſulti. & dic de hoc vltimo,ut dixi in d.c.ꝯſulti.q.4.& dicit Hoſt.ꝙ votũ ꝯtinẽtiæ,a ꝯiugatis emiſſum ſemꝑ eſt ſolẽne,de hac dic ut no.J.ti.1.dudũ.Opp.ꝙ recipiens habitum nõ poſſit eũ dimittere.J.qui cleri,vel uo.c.fi.Soluit Inn. ꝙ hic fuit receptio nullo uoto emiſſo: ſed in ꝯrio ſecus,qa ibi uotum emiſit. In
3 hoc tñ quomodo ſolẽnizetur uotũ,dixi ſ.porrectum.† Quar
d to quotuplex eſt habitus d religioſorum.Gl.prima dicit,ꝙ duplex,qdã ꝓfeſſionis,qdam ꝓbationis,& de utroq; hic, ꝙ dic,
4 ut in gl.itiq; ibi,ſed pone. † Scđo q̃ro an bñficium eius q eſt in anno probationis,ꝯferri poſſit.Gl.c.diſputat,& ꝯcludit æquius,ꝙ nõ ꝯferatur,dic,ꝙ immo uerius,& ſic determinatũ eſt,J.eo.beneficium,li.6.& hoc ẽt tenuit Vin.in d.c.ꝯſulti.Et in hac gl.ibi,nulla,qđ c.nõ habet locum hoc caſu,qa bñficiũ nõ uacat,ibi,Io.27.q.2.deſponſatam.Et idem no.ipſe Io.Phi. & Goſ.ſ.eo.ꝯſulti,& ibi ẽt ꝑ Hoſt.& de hoc ꝑ Inn.ſ.e.poſtulaſti.& ꝑ Hoſt.in ſumma de ꝯuer.cõiug.in fi.ibi §. ſi qs, uide de re iud.qđ ad cõſultationẽ,uer.ſed nec.ꝯrio primo,ibi,ſunt ꝑſonę.uide de iudi.dilecti,ꝯtrario primo.Tertio q̃ro qũo pa-
5 tet,ꝙ uoluerit vitã † mutare.Gl.2.ponit aliquos modos, uel ſm In.apparet,qa nũc cõfitetur,ꝙ qñ intrauit habuit talem aliũ fugiẽdi ſeculũ,vel qa qñ ſumpſit habitum hoc ẽpſſit,vel ſm Hoſt.ut qa ſe,& ſua monaſterio obtulit,vel qa proprijs oĩno renunciauit,uel caſtitatẽ,& obediẽtiam ſolẽniter ꝓmiſit, hæc.n.& ſimilia ſunt ſigna euidentia dimiſſionis ſeculi,& de hoc ſ.eo.cõſulti.qđ c.vř probare.ꝙ is qui dicit, ꝙ nõ habuit animũ mutãdi vitam debet hoc ꝓbare,qa dicit ibi in fi.ꝙ dẽt de animo proteſtari.Sed ad illud c.reſpõde ut in hac glo.in fi: & dicit Inn ꝙ hæc decre.illam interpretatur,qa nec dicitur ibi quis probare debet de aĩo,& hic determinatur,ꝙ niſi appareat de aĩo non redeundi ad ſeculũ,libere redire põt, & de hoc dixi in d.c.conſulti.in primo nota,& q.4.Quarto quæro
6 an ſicut iſte rediens † ad ſeculum recuperat beneficium, ita & alia bona dic,ꝙ ſic ut dixi in ſcđo notabili. In hoc tamen dicit Hoſti.ꝙ ſi tempore ingreſſus bona legauit, uel dimiſit alicui

ADDITIONES.

a Et beneficia recuperat. Adde Card.l capitulo ex tranſmiſſa.in ſecundo notabili. de renun.
b Et de nouitio. Adde Hoſtienſi. & Doct. in capitulo per tuas, de voto.
c De verbo libere. Adde de præbend.capitulo licet epiſcopus libro ſexto, gloſſ. in verbo libere.in c.e.dudum de ſepul. glo.in cle. hi quę de ætat. & quali.
d Quotuplex,eſt habitus. Adde Abbas in capitulo ex parte.ſuper glo.fi.ſupra eo.de.

Digitized by Google

... Hoſt.ꝙ hæc conditio facit
2 ꝙ ille habitus ſit cēſendus ꝓfeſſorū,& tūc dic,ꝙ ſcięter illū recipiēdo ſit ꝓfeſſus,& ſaluo qđ habes ℑ.c.ↄſtitutionē li.6.& dicit Hoſt.idē ſi diſcernat ꝓfeſſus ꝑ alia ſigna,vt,qa nullus nouitius ſtat ſ.chorū:nec hēt vocē in capitulo:qa tūc ſi vtit̄ nouitius iſtis ſignis,Abbate,& fratribus ipſū certioratibus,& cōſentiētib.ꝓfeſſus intelligit̄,ℑ.c.t.li.6.qđ dic.vt dixi ſ. c. vidua.

SVMMARIVM.

1 Religioſi fugitiui annuatim ſunt requirendi, vt ad monaſterium reuertantur.
2 Religioſus fugitiuus quis dicatur.
3 Monaſteria coguntur recipere monachos fugitiuos ſalua ordinis diſciplina.
4 Monachus non debet deduci ad monaſterium quando graue ſcandalum imminet.
5 Monachus fugitiuus cui acquirat dum eſt in fuga.
6 Fugitiuus ſi promouetur aliquam eccleſiam, cui acquirat.
7 Monachus intrans ſecundum monaſterium, cui acquirat.
8 Monachus licentiatus per Abbatem ad arctiorem religionem, ſi ali qua interim acquirit, cui acquirat.
9 Iudex qui non habet certum territorium limitatum, etiam iuriſdictionem contentioſam inter eos qui ſunt de iuriſdictione ſua vbique poteſt exercere.
10 Diſcipilina Monachi delinquentis ſecundum regulam Beati Benedicti conſiſtit in ſex gradibus.
11 Monacho poſito in alio monaſterio cuius expenſis miniſtrabuntur neceſſaria.
12 Profitens in duabus religionibus cui earum obligetur.

1 Ne religioſi. †Religioſi fugitiui annuatim ſunt requirēdi,& cogendi,vt ad monaſteriū reuertant̄:primo ponit̄ ↄſtitūtionis cā,ſecundo ↄſtitutio,ibi, ſtatuimus,ubi primo ꝓuidet circa fugitiuos,& eiectos obedire paratos.ſcđo circa obediētes,ibi,ſi vero.Itē primo ꝓuideti cū receptionē ipſorū regula patit̄,ſcđo qn̄ nō patit̄,ibi,alioqn & dicit Io.An.ꝙ nouiſſime ꝑ ↄſtitutionē Bn̄dicti:ꝓuiſum eſt plenius.ſ.ↄ fugitiuos,q̄ incipit,paſtor bonus,ſeu patres.i.ſiue iſti præſidētes vocētur Abbates ſiue priores,fugitiuos,q ꝑ ſe exiuerūt,vt differat a ſequēti.ꝓuideāt,ipſi præſidētes,vel maiores Abbates,vel priores. Alioquin.i.ſi hoc fieri non poteſt ſine graui ſcādalo eiuſdē ordinis,humiliter,qa parati ſunt ſubire incluſionē,& pęnitētiā agere,& eis in oībus obedire:nec aliter eſſent abſoluēdi. de maio. & obe. cū in eccleſijs. Nota monachis ſubtrahendam materiam vagationis.Secūdo no. de fugitiuis monachis reuocandis ad clauſtrum.Et dicitur fu
2 gitiuus † qui manſit extra monaſteriū,vt ſe celet abbati, etiā ſi poſtea pęnitentia ductus redit ad monaſterium,ff.de ędili. edic.quid ſit fugitiuus,& pro iſta requiſitione facienda facit C.de agri.& cenſi.oēs,lib.11.& quod dicat,dico,ℑ.de immu,
3 eccl.indicatū.Tertio no. ꝙ coguntur † monaſteria ſuſcipere monachos,ſalua ordinis diſciplina.i.niſi regula repugnet.Eſt autem in regula Beati Benedicti.49. capitulo, ꝙ qui ter exiuit,amplius non admittatur,obſeruetur tñ,quod hic dicitur: vt in locis competentibus apud monaſteria miniſtrent̄ eis vitæ neceſſaria,nec ꝑmittant̄ vagari,qđ dic, ut ℑ. q.7. Quarto
4 no.ꝙ quando graue † ſcandalum imminet,ſi monachus deductus fuerit ad ſuum monaſterium,nō debet ad aliud deduci.& dicit Hoſt.ꝙ graue ſcandalum eſt,ut qa tot,& tanta ↄmiſit,ꝙ fratres dicūt,ꝙ ſi reduces ipſi exibunt,vt dicit ſe de facto vidiſſe.Quinto no.ꝙ p̄ſidētes poſſunt excommunicare,ibi,ex ... naſterio.in dubio diſtingui ... propinquis, an ab extraneis vt in c.requiſiſti.de teſta. dic melius,ꝙ indiſtincte acquirit eccleſiæ.26.q.1.ne pro cuiuslibet.pro hoc quod no.de cele.mi.
7 clemen.2.in glo.fi.dixi de teſta.c.1. Tertio quæro , † quid ſi intrat ſecundum monaſterium.dicit Hoſti. ꝙ ſi illicentiatus receſſit & intrauit laxius monaſterium,acquirit primo, ſ.ca. Ioannes.Si licentiatus vel petita licentia intrauerit monaſterium arctius, acquirit ſecundo : quia nihil habet commune cum primo,ſ.c.licet.ar.de renuncia.ex tranſmiſſa. de parochi. fi.21.q.2.ſi quis iā.18.q.1.c.vno.& ſic intellige in Aut.de ſan. epiſ.§.monachus.col.9. & de monach.§.ſi vero relinquens. Nam & ſeruus pro derelicto habitus priori Domino acquirit.C.de lati.li.tol.l.vnica.§.ſed ſcimus.immo acquirit ipſum appræhendenti.ff. de ſtipu. ſeruo. quod ſeruus. & de hoc de
8 priuile.cum olim.2.Quarto quæro, quid ſi monachus † licē-
b tiatus [b] per abbatem ad arctiorem religionē interim aliqua acquirit. Bartho. brixi.in Dominicali. 7. dicit ꝙ competunt primo monaſterio cuius eſt monachus donec ingreditur ſecundum,cum nondum plene ſit tranſlatus, dicto.c.ſi quis iā, 21.q.2.ff.de mili.teſta.ex eo.pro hoc.ſ.q.1. & de hoc in Spec. de ſta.mona.ver.41.& in ver.ibi ſequenti tractatur de ęgroto. & de hoc ℑ.de infan.&. lanc.vno.de eiecto dico.ℑ. de priuile. cum olim.2.& nota.18.q.2.Abbates. Quinto quæro, ibi,requirant.vbi poterunt requirere.Io.cal.dicit,ꝙ vbicūque ſint, quod innuunt verba,fugitiuos & eiectos, & pro hoc dicit , ꝙ poteſt eſſe iudex ſine territorio certo. & hoc patet in Domino quo ad vaſallos. de iudi.cęterum. de foro compe. verum. 10.col.de proh.feu.alie.imperialem.§.præterea.& ibi no.Idē in ordinarijs non habentibus adminiſtrationem.de reſtitu.in inreg.c.penul.talis ergo iudex in quocunque loco, dummodo honeſto,iuriſditionem poteſt exercere, quod hic probatur in fi. quia alias hæc requiſitio eos qui requiruntur extra monaſterium exiſtentes non conſtitueret contumaces , ſed iſti prælati non poſſunt hoc niſi monaſterio.de conſtit.c.2.li. 6.de re iudi.clemen.paſtoralis.bene facit de ſenten.exco.cum illorum in caſu quo duo prælati conueniunt: ergo ſaltem alter eſt extra proprium monaſterium. ſed contra hoc facit de æta.& quali.cum contigat.ibi,in proprio monaſterio ſolummodo,per quam decre.Hoſt. de offi. ordi.quanto. dicit ꝙ abbas non poteſt ſedere pro tribunali extramonaſterium , vt cognoſcat de cauſa ſubditi etiam religioſi .Idem not. de priuil.cum & plantare.§.in eccleſijs.per.l.fi.ff.de iur.om. iudi.Et ſecundum hanc opi.poteſt diſtingui inter contentioſam iuriſdictionem, quam ſolum in monaſterio poſſunt tales prælati exercere:& voluntariam quam poſſunt exercere vbique. facit quod not.de offi.lega.nouit.plus tamen placet Io.calde.
9 ꝙ iudex † qui non habet certū territoriū limitatū, ēt iuriſdictionē cōtētioſam,inter eos q ſunt de iuriſdictione ,ſua vbiq; pōt exercere,vt prius dictum eſt. Et ad præalleg.c.cum contingat.de æta.& quali. dicit Io.cal.in ꝓprio monaſterio non poteſt reſpicere perſonas.& ſic ponitur ibi continēs ꝓ contēto.de vita & hon.clerico.monaſteria,cum ſimilibus, vel ſīm eum,ſi ille competens abbatibus ex ſpeciali priuilegio etiam corpore

ADDITIONES.

a Cui acquirit monachus fugitiuus.Adde Arch in c.longinquitate 12 q.2 Ab. in c.quod ad te.in pe. col.de cle. coniu.Bal.in l.1.C.vbi cau.ſta.agi debeat Oldra.conſ.65.

b Monachus licentiatus.Adde gl.ſummæ.18 q.1.c.ne pro cuiuslibet & ibi do. 16.quæſt.1.

Digitized by Google

comp.Romana,§.ꝓhentes,dico de for.comp.c.fi.q. 1.& 2. Si autem hæc requiſitio fieret non iudicialiter,poſſet vbiq;fieri, ſecundum prædicta. Sexto quæro de intellectu literæ ibi,q ſi.Glo.1.exponit qui.i:præſidentes,vel patres. Io.‍And. ſubaudi,vel priores,qđ procedit intelligendo, vt dixi ſuper tex. ꝙ idem importet verbum Abbates,& verbum priores,& fit differentia ſolum in vocabulo.Sed gl.forte intellexit,ꝙ hic verbum priores intelligatur non de prioribus generalibus ordinis,ſed particularibus ipſorum locorum,& ſecundum hoc ꝓcedit ſua expoſitio, vt hic, n e repetatur verbum,priores Nã in præcedenti caſu,vbi ponitur illud,agitur de reuocãdo monachos electos,& hoc facere debēt etiam particulares priores quo ad ſuos monachos,hic autem agitur de compellendis prioribus,vnde ipſi non poſſent ſeipſos compellere,de in ſtitu. cap. fina. & quæcunque expoſitio teneatur non refert. Septimo,quæro,quid important illa verba in tex.ſalua ordinis diciplina.Glo.4 ſoluit,ꝙ imponetur pœnitentia prout exigit regula illius ordinis,dicit Ia.ꝙ forte facient carinam, de ſpon.du.cap.2.dicit Hoſt.ꝙ ſecundum regulã Beati Benedi-

10 ctit diſciplina monachi delinquentis conſiſtit in ſex gradibus,Primus eſt ſecreta monitio,ſecundus publica correctio, tertius ſimplex, vel minor excõmunicatio, Quartus ieiunij afflictio Quintus flagellorum vapulatio,Sextus ad Deum oratio.Septimus de monaſterio expulſio,quod colligit ex c.regulæ.23.de excõmunicatione culparum, & 28.de his qui ſępius correpti emendari noluerint, & ſi ſic expulſus pœnitens redire voluerit,recipiet vſq; ad tertiã vicē,& nõ vltra,& hoc ēt ſ.notabili tertio,& die melius,vt ibi. Octauo q̃ro,in ver.ꝙ ſi in eo.qđ dicit,ꝙ in locis competentibus miniſtret illis quę erunt illa loca competentia,dicit Inn.ꝙ erunt ibi non cum alijs monachis,vel alio modo. Hoſtien.dicit,ꝙ erunt in ergaſtulis,vel cameris fortibus ne inde valeant exire.Ĵ.de pę. tuæ. qđ placet per id qđ ſequitur,ad agendum pœnitentiam. Nono quæro in ver.alioquin eo caſu quo monachi reducuntur ad alia monaſteria,ſi illi qui ſunt in moneſtrio nolunt tales recipere,dicit Hoſt. ꝙ præſidentes prædicti poterunt in eos animaduertere,per literam,quæ præcedit,ibi,compellant,& literam quæ ſequitur, alias hæc poteſtas eſſet eluſoria ſine coerctione,de offi.dele.præterea,& ca.ex literis.Decimo quæ

11 ro,hoc caſu cum monachus † ponit in alio monaſterio, cuius expenſis mutriabitur ſibi neceſſaria.Glo.1. dicit,ꝙ expēſis primi monaſterij,& idem Ian.licet referat alios dicere,ꝙ expenſis monaſterij in quo morat.Hoſtiē.diſtinguit,an inclu ſus ab initio habuit bona,an nõ:ſi ſic,de illis alitur,vt dicit gl. Si non habuit,vel habita non ſufficiunt,& vtrunq; monaſterium ſufficit ad adminiſtranda neceſſaria, puidcat primum, qa ſuus monachus eſt,vel fuit.Secũdum.n.ſatis de ſola incluſione grauatur,primum autem prouidet in memoriam priſtinę fraternitatis,ar.C.de cõnibus,ſeruos,ff.de pact.do ta. inter ſocerum,§.ꝓuenit.Si vero alterũ ſolum monaſterium nõ ſufficit nõ apparet quid velit.Hoſt.& hic corrupta eſt eius le ctu. & recitat etiam per aliquos corrupte, ſed vult dicere,ꝙ vtrūque ſimul concurrat ad prouidendum. Et ſi adhuc vtrūque nõ ſufficit,cõtribuet capitulũ gñale,de ſta.mo.in ſingulis,& c.fi.§ hæc eadē,& in ſubſidiũ recurretur ad epm 90.diſ. §.1.& c.1.12.q.1.ꝓcipimus,& c.eccleſiarum,& hæc oia poterũt ſm Hoſt.pręſidētes exequi autoritate Papæ cõm iſſa, hoc ſaluo,ꝙ epm nequeũt coercere de ſta.mo.in ſingulis,& ca.fi. §.ꝙ ſi Abbas.de ma.& obe.cum inferior.facit de hæreticis in quiſitores,lib.6. Vndecimo quæro,in eo,quod dicit.ꝙ excõmunicatos faciant a prælatis nunciari:quid ſi prælati hoc nõ faciant,dicit Hoſtien.ꝙ aut ſunt minores epiſcopis, & poterunt eos coercere.de ſta.mona.in ſingulis,pro hoc,quod dixi in proxima quæſtione,in fin.& de offi.delega.ſane.aut epiſcopi,vel maiores,& debet nunciari Papæ.de ſta.mona.in ſingu

12 lis,& c.fi.Duodecimo quæro de quæſtione facti. † quædam fecit profeſſionem intra annum in ordine ſanctę clare ſibi e cto fratribus minoribus,& poſt annũ ſtetit annis pluribus, ſe immiſcēs actibus,pfeſſarum,deinde trãſiuit ad monaſteriũ ordinis ſancti Benedicti,& expſſe in eo pfeſſa eſt, quid iuris non pręcedēte ulla obligatione per quam ... ti ſola ingeſtio ſufficit,ſi etiam notitia, & non pœnituit intra triduũ.Ad c.fi.de coniu.ſeruo.dic ꝙ loquitur de errante in facto.i.de eo qui cõtrahit cum ancilla ignoranter. Sed hic errauit in iure,ꝙ nõ excuſat.Item quo ad bona non procedit, qđ dicit Lappus.Nam ꝓſuppoſito,ꝙ non tenuerit prima profeſſio,ſaltem tñ fuit obligata in genere, & ſic bonorum nõ erat capax, vnde ſi non debentur primo monaſterio,dicere oportet,ꝙ vel tranſiuerunt ad ſuccedentes ab inteſtato,vel remanſerunt in diſpoſitione epi.vel aliter tranſiuerunt, ſm ea quæ no.de proba.in ꝓſentia,niſi dicamus,ꝙ remanſerũt apud ipſum primum monaſterium,qđ poſſedit eum titulo apparenti donec de inefficacia profeſſionis cõ nſtet,in quo non ex pedit inſtare:qa ut prædixi in caſu iſto profeſſio nõ fuit confirmata quo ad primum monaſterium,ei ergo remanent bona,quãdoq; tamen tranſeunt ad ſecundum ſi tenet profeſſio in ſecundo,quod plene dixi de cleri.coniu. quod a te.

A D D I T I O.

* Lappus.Vidde ipſum Lap. alleg.4 & alle.61.B.S.

De conuerſione coniugatorum. Rub.

Viſo in genere de trãſeuntibus ad religionem, videamus in ſpecie de ꝯiugatis trãſeuntibus,Gof.de materia,33.q.5.& 27. q.2.ſunt qui.cum nouē capitulis ſequentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Vir profeſſus de licentia vxoris quo caſu ei reſtituetur.*
2 *Vir & uxor quando teneantur continentiam ſeruare.*
3 *Vir quando authoritate propria de monaſterio exire poſſit.*
4 *Vir profeſſus quando non poſſit compelli redire ad uxorem.*

1 PRæterea † Si uir de vxoris licentia profitetur, & uxor ipſa ſuſpecta,nec continentiam vouet,nec religionem ingreditur,epiſcopus virum vxori reſtituet.Cõis diuiſio.ſecunda ibi,dicimus, vxoris iuuenis,& ſuſpectæ hoc Ĵ. contrario proximo,& ſequenti.Oppono,ꝙ etiam ſi vxor voueat non ſufficiat ex quo eſt ſuſpecta,Ĵ.eo.cum ſis.Sol.ſta contrario,& de hoc ibi,& dic,ꝙ id quod dicit hic de voto ſine ingreſſu,dicitur cauſã maioris exaggerationis.Secundo oppo.per contrarium,ꝙ etiam ſi vxor non voueat ſufficiat eius licentia,33.q. 5.qui vxorē.27.q.2.Agathoſa. Glo. vlti. ſoluit, ꝙ aut uxor eſt ſuſpecta de incontinentia,& non ſufficit eius licentia, niſi,& ipſa conuertatur,ut hic. Aut non ſuſpecta, & ſufficit eius licentia,etiam ipſa remanente in ſeculo,dummodo voueat caſtitatem,deinde refert aliam opi.ibi.Alij,ꝙ indiſtinctē ſufficit licentia uxoris,& quod hic fuit extorta. Gloſſ. tamen tenet primum,idem Vinc.& de hoc, inf. eo vxoratus,& capi. ſeq.& Ĵ.qu.vltima.vbi dico, ꝙ non ſufficit licentia uxoris quin reuocari poſſit ex officio epiſcopi,& de hoc etiam not. in dicto capitulo uxoratus,in glo.prima,& cap.ex parte, infr. in gloſſ.ſecunda,quæ dicunt,ꝙ epiſcopus poteſt ex officio ipſum de monaſterio reuocare.Ipſe autem non poteſt egredi, nec etiã uxor quæ licentiam dedit eum poteſt reuocare,& in eo,quod gloſſ. videtur velle,ꝙ oportet quando eſt ſuſpecta ad hoc,ut teneat licentia,quod,& ipſa ingrediatur monaſterium,dicit Inno.ꝙ ſi eſt iuuenis,& ſuſpecta non ſufficit ſi ſolummodo uouit, ſed etiam cogetur monaſterium intrare, non tamen cogitur fieri monacha, nec uiuere monachaliter:ſed ob hoc ingredtur, ut compeſcatur a uagatione,& cuſtodiatur:ne poſſit luxuriari.& de hoc infra eo. ſignificauit, & infr.quæſtio.5. Et in hac gloſſ. ibi.Alij. Ala.ibi ignara.uel dixit,

Digitized by Google

... Quarto quę

3 in eo, ꝙ iste reuocat ab ep̄o de monaſterio, † an authoritate propria poterat exire, dicit Abb. magiſtrum ſuum dixiſſe, ꝙ ſic, ex quo uxor non uouerat: q̃a cum poſſit reuocari: ergo poteſt præuenire, & egredi faciendo de neceſſitate virtutem. Io. Cal. inducit in ɔ̃trium, q̃d no. ſ. c. uxoratus, q̃d uidetur verius, ſeu ſaltem tutius: vt ſ. c. q. Inno. ſ. c. quidam dicit, ꝙ etiā is qui eſt ingreſſus, poteſt repetere remanentem in ſeculo, ad quod inducit duas rationes de quibus ibi dico. q. 5. Item, & alibi dicit tutius, ꝙ hæc reuerſio fiat autoritate iudicis, & non ad petitionem ſuam, per hoc c. & hoc magis conſonat huic c. & de hoc in dicto c. cum quidam, & pro hoc quod no. ſ. c. ueniens, & c. ex parte. ubi etiam no. ꝙ ſi reuocatus fuit, mortua uxore debet redire ad monſterium. Quinto q̃ro, in eo, q̃d dixi ſ. q. 2. de ep̄o. de q̄one facti †

4 quidā obtenta licentia ab uxore emiſit uotum caſtitatis, ipſa etiā vouēte perpetuā ɔtinētiā deinde uir fecit profeſſionem in ordine prædicatorum muliere remanente in ſeculo, nunquid tenet profeſſio. Fede. in conſilijs, conſi. 37. dicit, ꝙ ſic, & ꝙ non poteſt ad ſeculum redire: nec p̄ot nec debet compelli redire ad vxorem: nec ad petitionem uxoris: nec per officium iudicis: ſiue uxor ſit iuuenis, ſiue non: ſiue ſuſpecta de incontinentia, ſiue non, in quo dicit, quod aliqua ſunt de ſolennitate quando vir uult profiteri, ſed non de neceſſitate. primo, quod authoritas dioceſani, uel eius uicarij interueniat: quia talium authoritas interuenire d̄et in ſeparatiōe matrimonij, ſiue quo ad uinculū ſiue quo ad mutuam ſeruitutem 27. q. 2. ſi uir. ſ. c. ſignificauit. Secundo, quod uxor d̄et licētiā uiro, q̃d uouere poſſit. Tertio, q̃d ingrediat religionē ſi eſt ſuſpecta de incōtinētia. Si autem non eſt ſuſpecta p̄ot remanere in domo, ſ. c. cū ſis, & c. uxoratus, & c. ad Apoſtolicā, cum ɔcor. q̃q̃ aūt hæc debeāt interuenire: tamē ſi omnia nō interueniant non uitiatur profeſſio. Nam, q̃d interueniat authoritas ep̄i, uel uicarij, uidetur eſſe de honeſtate: ut no. Arch. 27. q. 7. ſi uir, dixi, ſ. q. 2. Item, quod mulier ſuſpecta intret religionē, nō eſt de ſubſtātia profeſſionis uiri, ex quo dedit licētiā, & uouit. Sed, ſi incōtinenter uiuit, cōpelli p̄ot, ut ingrediatur monaſteriū ſ. c. ſignificauit, & quod ibi no. q̃d ēt dixi ſ. cōtrario 2. immo uidetur ſufficere ſola licētia uxoris, etiam ſi non uoueat, ad hoc, ut maritus poſſit profiteri, ſ. c. ueniens, & c. accedens, & no. ſ. c uxoratus, & c. ex parte, & c. conſuluit, quæ no. & pro hoc quod dico in d. c. ex parte, quo ad hoc ultimum dic, quod nō ſufficit licentia uxoris p̄ hoc c. q̃a hic reuocat̄ a monaſterio, q̄ tn̄ reuocatio fit ex officio ep̄i: ut ſ. in 2. contrario, & quarta q̄one.

S V M M A R I V M.

1 *Coniugum alter ante copulam innito altero religionē ingredi poteſt, & remanens in ſeculo poteſt ad ſecunda vota tranſire.*

2 *Conſenſus ſolus ad matrimonium ſufficit nec copula aliquid addit.*

3 *Matrimonium nondum conſummatum an ſoluatur per ingreſſum religionis.*

4 *Sponſa cognita per vim à ſponſo an poterit eo inuito profiteri.*

4 *Vis abſoluta non videtur probari poſſe quo ad copulam.*

1 Verum. † Ante copulam alter coniugum reliquo inuito religionē ingredi p̄ot, & remanēs in ſeculo p̄ot ad ſcd̄a uota trāſire. h. d. cū gl. Primo ponit̄ d. Secd̄o rō, ibi, q̃a cū ɔſenſu. fortius ergo hoc ſ ſi tm̄ ɔ̃cta ſunt ſpōſalia de futuro. legitimū: q̃a ſi eēt illīm⁹ nō eēt dubiū: dr̄ aūt lēī mus, ut q̃a p̄ionę aptæ ad ɔ̃hēdū m̄rimoniū, non ſuberat impedimētū. No. ut gl. 2. ibi. Alexius, & Io. Euāgeliſta, & multi alij ...

per ingreſſum religionis ſoluitur matrimonium, etiam ſi remanens in ſeculo non contrahit, quia contractus eius qui eſt in ſeculo, nihil facit ad hoc. conſtat enim ꝙ ceſſante ingreſſu matrimonium ſecundum eſſet nullū, de ſpon. du. c. 1. nec. c. quanto. ponit caſum ſimilem, quia loquitur de matrimonio inter infideles, ꝙ non eſt ratum: vt ibi. Item loquitur de redeunte ad fidem: licet habeat licentiam contrahendi cū alia certo caſu: ſtn̄ quouſque contrahit, nō eſt ſolutum matrimonium, hic autem loquitur de profeſſione quæ facit profitētē cenſeri mortuum. 16. q. 1. placuit. ideo ſoluitur matrimoniū.

4 Secundo quæro, ſi ſponſus † cognouit ſponſam ſed inuitam: an ipſa poterit eo inuito profiteri. a r. quod non. 55. diſt. ſi euāgelica, vbi de hoc in glo. 1. Io. de Deo dicit hoc verum in ſpōſa de pręſenti. ſecus de futuro. Sed cōtra eum eſt infra, de ſpō. is q. q̃a ſponſalia tranſeunt in matrimonium ſecuta copula, vt ibi. ad quod tamen dic, quod illud procedit, quando copula interuenit cum volente: quia tunc ſurgit tacitus cōſenſus: ſecus ſi cum coacta, de quo dico in d. c. q. vlt. Bart. brix. in qu. dominicali. quidam, dicit ꝙ ingredi poteſt, ne delinquens ſit melioris conditionis & c. de præben. cum qui lib. 6 Formauit tn̄ quæſtionem in eu qui oppreſſit, ne religionē ingredi poſſet. Hoſt. contra in ſumma. e. §. ſi. quid ſi virgo. frater Iacobus cōcordauit diſputando cum Ho. Guido, epiſcopus Antinen. etiam diſputando concordauit cū brix. de hoc in regula quæ cōtra ius, li. 6. vbi Ioan. An. tenet cum brix. per illam regulā, preſupponendo ꝙ coactio fuerit abſoluta, alias enim non p̄cedit quæſtio: quando autem eſt abſoluta, habetur contumacia ac ſi non eſſet facta. ff. qui ſatiſd. cog. quotiens, vbi cum vitioſe cautum eſt vel ſatiſdatum, non videtur cautum. Itē beneficium iuris non eſt auferendum mulieri quæ diſſentit regula indultum, li. 6. & quia in matrimonio requiritur cōſenſus. ad hoc ergo vt copula perficiat matrimonium, requiritur ꝙ interueniat conſenſus mulieris, ſaltem incluſus in coactione conditionali. 15. q. 1. meritò. Patiens autem non dicitur conſentire: ſed tantum pati: ꝙ not. cau. ſacris, & hoc placet, quia non eſt facta commixtio corporum, ex quo mulier ſuum non cōicauit, nec ſunt facti vna caro, quod requiritur, vt hic. & facit de biga. debitū. Item quia metus annullat matrimonium. de ſpon. veniens. ergo fortius vis abſoluta annullat eius conſummationem, vt ſit eadem ratio in acceſſorio, & in principali, regula acceſſorium. li. 6. ſed per hanc rationem videretur inferendum, ꝙ ſi conſenſiſſet copulæ per metum, non eſſet inducta conſummatio quæ impediat ingreſſū religionis, cuius contrarium dicit Io. An. vt proximè dixi. & illud verius. Nam aliud in cōſummatione, in qua ſufficit cōſenſus etiam q̄uocunque interueniat. Aliud in matrimonio, in quo requiritur conſenſus ſpontaneus. de ſpō. cū locū. Ad contrariū. c. ſi euangelica. dicit, ꝙ loquitur de irregularitate ſurgente ex defectu, in qua attenditur factum & non voluntas. de cor. viti. c. pe. & per totum. Op. ad hoc †

5 quia non videtur poſſe probari vis abſoluta quo ad copulam. ſtat enim ꝙ ab initio fuerit renitens: & tamen cōſenſit poſtea in copulā,

quod

A D D I T I O.

2 An per ingreſſum religionis, adde tex. in c. fraternitatis. de frigi. Archi & Domi. in c. ſi. euangelica. 55. di. Ioan. An. in regula quæ contra. de reg. iur. lib 6. in mercur. Barth. brix. in queſtionibus dominicalibus q. inci. quædam per verba de præſenti. & in q. inci. quidam ſponſus de præſenti.

4 [illegible]
5 *Vouens, ſi ceſſante impedimento, non implet, peccat.*
6 *Vxoratus uouẽs quando mortua vxore contrahere poſſit.*
7 *Votum ſimplex impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam contractum.*
8 *Mulier quo caſu poſſit ingredi monaſterium uiro inuito.*
9 *Votum uiri profitentis an mortua vxore ratificetur.*
10 *Votum coniugum quomodo ſolemnizetur per profeſſionem.*
11 *Coniugum alter ſine altro uouere non poteſt, ſi uouit, non poteſt ſoluere promiſſionem.*
12 *Vir quod non ſit monachus etiam ſi uolente uxore ingreditur religionem.*

1 Quidam. † Qui inuita vxore, profeſſionem fecit, & ei poſtea fuit reſtitutus, mortua vxore ma-
trimonium contrahere non debet. Ad monaſterium tamẽ
redire non cogitur Communis diuiſio. ſecũda, ibi qõni. Apo
2 ſtolus, primę ad corin. 7. No. † ꝙ vxor põt repetere virũ qui ſi
ne ſuo conſenſu profitetur, ſecus ſi de conſenſu, ſ͂ eo. c. 1. &
3 de hoc ibi, & ℑ. q. 3. & 5. †. Secundo no. ꝙ vir non habet pote-
a ſtatem a ſui corporis, ſed mulier: & econuerſo. & facit ad no. 29. q. vlt. c. pen. in prima glo. de viro qui ſe paſſus eſt vendi in ſeruum. Hieronimus ad celẽriam in ſi. de hac materia loquẽs ſic dicit, periculoſe promittitur quod eſt in alterius poteſtate: & neſcio q̃ grata ſit donatio ſi vnus offert rem duorum.
4 Tertio no. † ꝙ aliquid tenet vno reſpectu, & alio non tenet ſicut hic tenet votum continentiæ quo ad virum, & nõ quo ad vxorem. de hoc ℑ. ca. placet in 4. q. & ſimile, qđ no. de teſti. ſignificauit. ſ. ꝙ ſi patronus renũciauit iuri patronatus, tenet, renũciatio in ſuũ præiudicium, non autem eccleſiæ, quod tñ dic, vt ibi dico. Oppo. quia videt̃ litera ſibiipſi contradicere, primo. n. dicit, ꝙ votum non tenuit. ſecundo dicit, ꝙ obligat̃ rõne voti ad exigendum debitum. Glo. prima ſoluit, ꝙ non tenuit votum plene. tenuit tamen quo ad quid. vel dic, ꝙ votum ſimpliciter non tenuit, quatenus conſideramus votum ratione pfeſſionis, vnde compellitur redire ad monaſterium, ſed tenuit uotum quo ad promiſſionem incluſam: quia videtur quantum in ſe eſt, promittere de non exigẽdo: & hoc dẽt ſeruare: & ita ſentit Inn. qui dicit, ꝙ non tenuit ingreſſus: qa pſona non erat idonea ad ingreſſum, ſed tenet quo ad hoc, vt non exigat debitum: qa ad hoc erat idonea, & dic rationẽ: qa per primum lęderet̃ ius alterius, per ſecundum autem lędit̃ tantum ius ipſius ingredientis, cui iuri renunciare potuit ſ͂. ti. t. ſtatuimus. Secundo opp. ad hoc, & ad tex. ꝙ imo compellatur redire ad monaſterium ℑ. c. ex parte, & c. conſuluit. Glo. 1. ibi remittit. Inno. dicit, ꝙ in illis, c. & ℑ. c. dudum, vel uxor habuit ratum factum mariti poſt ingreſſum marito hoc petente, in quo caſu ratificatur ingreſſus, & ipſa etiam intrare cogitur: vt no. ſ͂. c. proxi. & pro hoc caſu ad uelle. iubemus, vel poſt mortem vxoris tacite, vel expreſſe ipſe vir habuit ratum ſuum ingreſſum qui non tenebat. ar. quod me. cauſa c. 1. & de hoc ℑ. c. ex parte. Tertio opp. ad idem 33. q. 5. c. 1. Soluit Inn. ꝙ ibi ambo coniuges pariter, & ſolemniter vouerunt. Quar
5 to opp. ad idem, † quia peccat iſte ſi non adimplet, quod vouit, ceſſante impedimento, ar. 17. q. 2. Nos, ergo mortua vxore debet compelli, vt redeat ad monaſterium. Glo. 2. fatetur, ꝙ peccat, dic tamen, ꝙ ab eccleſia non debet compelli, vt redeat ad monaſterium. Vin. dicit, ꝙ licet ceperit velle: tamen contraxit ſine peccato: quia fuit ſoluta obligatio qua tenebatur monaſterio: ſed perdidit ius exigendi debitum cui tacite renunciauit intrando. de cenſi. cum olim. Archi. 37. q. 2. Agathoſa, dicit. ꝙ ad petitionem monachorum non debet compelli, vt redeat: ſed ex officio epiſcopi compelli poteſt, primum placet: quia, vt dixi, ſoluta fuit obligatio qua tenebatur monaſterio: pro hoc, quod dico ℑ. tribus ſequẽtibus quæſtionibus. In ea tamen, quod dicit Vin. ꝙ iſte licite contrahit matrimonium, contra facit hæc litera: de quo dic, vt in ſequenti contrario, & inf. in prima quæſtione. Quinto oppono, ꝙ dato, ꝙ iſte non debeat exigere debitum: tamen poſſit matrimonium contrahere: ſicut contraxit beata Virgo, quæ tamen propoſuerat continere, 27. quæſtione 2. beata. Gloſſ. vlti ſoluit, ꝙ illud fuit ex reuelatione diuina. dic, cui contradici non poteſt, de diuor. gaudemus, de hoc etiam dico de ſpõ ſa, cum fuerit inuita vxore, nec religionem ...
7 † votum eſt ſimplex: vñ impedit contrahendum, ſed non dirimit iam contractum: vt hic, & ℑ. c. placet, qui cle. vel vo. conſuluit, & c. rurſus, votum. n. ſimplex ꝯtinentiæ nõ dirimit matrimonium, d. c. rurſus, & c. ti. veniens, & ꝙ ingreſſus monaſterij ſine voto vxoris non dirimat contractum, inducit Inn. ar. ℑ. c. placet, deinde Inn. multis intermixtis dicit, ꝙ ingreſſus monaſterij ſine profeſſione, vel voto ꝯtinentiæ non poteſt ſolennizare votum, etiam ſi alter coniugum conſentiat, niſi ẽt alter intret monaſteriũ, vel ꝯtinentiam voueat. Et iõ ſi poſt mortem vxoris contrahit cum alia, valet, nec præciſe cogitur intrare monaſterium: & ſic dicit loqui hic, & ℑ. co. placet, & hoc niſi poſtea ratum habuiſſet ingreſſum primũ, id eſt poſt mortem vxoris, quia tunc ratificatur, ℑ. c. ex parte, & c. conſuluit, de tranſact. c. 2. quod me. cau. c. 1. Si vero ille qui ingredit̃ monaſtrium, non tm̃ ingreditur, ſed ẽt votum ꝯtinẽtiæ emittit, tunc dicit Inn. ꝙ licet ab vxore poſſit non profitente nec volente reuocari, tñ poſt mortem eius non poteſt contrahere, & ſi contrahit, non tenet matrimoniũ. Nam licet ingreſſus qui nõ potuit ſolẽnizare votum ſine conſenſu vxoris: ad hoc non ſufficiat, ſufficit tñ uotum ꝯtinentiæ cum prædicta ſolẽnitate ſm Inn. qui remittit ad no. ℑ. c. pe. dic melius, ꝙ uotum ꝯtinentiæ nõ põt dici ſolẽne ex quo profeſſio nõ tenuit ℑ. de uoto c. vno, lib. 6. & ideo ẽt hoc caſu matrimonium tenet, per d. c. unicum, & hoc ẽt tenet Inn. in verbo, non põt, dicit ẽt, ꝙ ſi acceperit uxorẽ, tenet matrimonium, cum ſit uotum ſimplex, & ſic indiſtincte vera eſt opi. gl. præmiſſa. Secũ
1 nior. † No. quod votum ab initio eſt voluntarium, ex poſt facto neceſſarium. ſimile in contractu. C. de ac. & ob. ſicut. Secūdo no. ex hoc, quod in voto nulla ſubeſt obligatio, niſi ex conſenſu vouentis, ſecus in his, quæ debentur ex pręcepto: vt in decimis, ſupra de deci. cap. ſecundo, & capi. tua. In neceſſitatibus enim non eſt liberalitas. ff. de adimen. leg. rem. legatam, ſed in indifferentibus, cum quibus, & ſine quibus poteſt eſſe ſalus, poteſt homo vti libero arbitrio, vt nubere, ordinari, profiteri: vt not. 28. diſtinct. de his. 23. quęſtione quarta, §. primo, hæc enim ſuademus: ſed imperare non poſſumus 32. quęſtio

tur pendere in arbitrio inſtituti. ff. de hęre. inſti. ius quoque, in prin. & §. puto, & exemplificat ibi glo. in conditione, ſi dederis Titio vnum minimum, caſualis eſt, quæ pendet ex inſidijs fortunæ. vt ſi nauis ex Aſia venerit. Mixta eſt quæ pendet ex inſidijs fortunę, & ex facto ſeu poteſtate alterius: vt ſi te trans mare exiſtentem inſtituo ſub conditione, ſi ad patriam redieris, quæ eſt citra mare. C. de inſti. & ſubſti. ſi pater, & d. §.
5 puto. Quinto no. de maledictione paterna † quæ eſt cauenda. & dicit Innocenti. quod hęc pœna maledictionis non excludit aliam. ſ. priuationem ſucceſſionis paternę: vt, hic ſequitur dic, quod ipſa maledictio non eſt proprie pœna, ſed pręſumptio culpę, & per contrarium, ſicut paterna maledictio cauenda eſt, ita & benedictio paterna optanda eſt, vnde etiam in doctoratu promotor benedictionem paternam tribuit ei, qui ꝓmouetur. Sexto no. quod qui vult ꝑficere votum, debet poſtponere cęteras ſollicitudines, poſtponenda enim ſunt temporalia pro ſalute animę, nil prodeſt &c. de ſimo. Matthæi. Septimo no. quod tempus anni, quod datur heredi ad exequendū voluntatem defuncti, de quo ſupra de teſta. nos quidem, & c. ſi hęredes, quandoque reſtringitur, ſicut fit hic, ibi, vſque ad feſtum exaltationis, non tamen probatur aperte hic, poterat enim alius terminus pręceſſiſſe. Octauo no. quod quādoque datur terminus ad iter arripiendum, ſimi. de appell. perſonas, de elect. cupientes, lib. 6. de offi. ord. quamuis, eo. li. Nono no.
6 quod nominę † occaſionis intelligitur de cauſa non idonea. de hoc in gloſſ. ſupple. & pro hoc de maio. & obed. ſolitę, in prin. Et in hac glo. ibi, ſubintelligitur, de verb. ſignificatione, abbate. ubi de hoc in gloſſ. penultim. ibi: quamquam, vide in d. gloſſ. penultim. Decimo no. quod quandoque imponitur
7 multiplex † pœna, ſicut hic priuatur hæreditate, & excommunicatur. Item perdit ius primogenituræ, quod fit, quia in pluribus offendit, de re iudi. cum ęterni. lib. 6. ad fin. vnde dicit Hoſtien. quod priuatur hęreditate: quia ius offendit: excommunicatur, quia Papę mandatum contemnit, & de ma. & obe. cap. ſecundo, priuatur iure primogenituræ, quia offendit defunctum, fidem ſuam uiolat, & ſubtrahit terræ ſanctę ſubſidium, quod promiſit. Et dicit Hoſtien. quod hoc ultimum ſufficeret: quia non merentur regere irretiti periurio. de iureiur. quęrelam, nec punitur adhuc quantum debet ſecūdum eum, quod dicit de periurio procedit comparando uiolationem promiſſionis uiolationi iuramenti, hic enim tantum promiſit, non autem iurauit, quę comparatio non indiſtincte procedit: ut no. Archi. 22. q. 5. iuramenti, & dixi de fideiuſſ. in 10. nota. Vndecimo not. quod qui recuſas onus, perdere debet emolumentum, facit reg. qui ſentit. li. 6. Duodeci
8 mo no. de dictione, † ex tunc, b & expone. i. a feſto exaltatio-
b nis ſanctę crucis in antea. Decimotertio no. ex hoc non eſſe neceſſarium in prolatione ſententię vti hoc uerbo, exnunc

prout

ADDITIONES.

a **Per alium impleri.** Adde hoc an quis poſſit vouere pro alio. vide Ioannem Calderinum, in repetione capituli noſtro poſtulaſti in nona colla. de pœniten. & remiſ.

b **De dictione, ex tunc.** Adde capitu ſi ſoli. de conceſ. præben. libro ſexto. gloſ. in capitulo, quod ſicut, de electio. Specu. titu. de dila. in §. primo, verſic. quod ſi iudex.

Digitized by Google

infra eodem,ex multa,de offi.delega.capi.fina. Gloſſ.ar.ſolu.
quod immo poteſt,ad contrarium autem dic diſtinguendo;
vt in dict.cap.ex multa,& dicit Innocen. quod licitum eſt &
debitum per alium exequi,vbi per ſe nullo modo poteſt, ſed
ſi per ſe poteſt, licet inutiliter : vt quia claudus vel mutilatus
ſi vouit,nõ ad ſubſidium: ſed ob deuotionem.ſ.vt videret ter-
ram ſanctam,debet perſonaliter ire. Idem etiam ſi vouit ſub-
ſidium,ſi eſt talis,quod defectum ſuum poteſt per alium ſup
plere,quem ſecum ducere poteſt,dicit tamen Innocẽ. quod
vtroque caſu admittitur compenſatio.infra cap.magnæ,& c.
ſequen.quod dico infra quæſtione prima. Et in hac gloſ.ibi,
animę,vbi de hoc,& 82.diſtinct.presbyter.de pœn.diſtinctio,
12 1. §. quanto. Secundo oppono, † quod non debuerit filius
non implens voluntatem defuncti priuari tota hæreditate,
ſed debuerit reſeruari ſibi legitima.C.de fideicom.auth. hoc
amplius.Gloſſ vltim.ſol.tripliciter,primo quod ſtandum eſt
contrario,& quod in hoc lex prędiudicat canoni,quod non ꝓ
cedit,quia canõ fuit poſterior,& ſic potius derogat legi. ff.de
legi.Sed & poſteriores,de conſti.cap.primo,lib.6.hæc tamen
ſolu.ſaluari poteſt,quod dico,infra eodem contrario.Secun-
do ſoluit glo.quod hic augetur pœna legis fauore terræ ſan-
ctę,quod non probatur hic. Tertio ſoluit,quod contrarium
procedit in hęreditatibus,quę poſſunt diuidi, ſecus in digni-
tatibus,quæ non diuiduntur:vt in regno,quod dẽt eſſe vnius,
& in hoc glo.eſt ſing.Ex qua habes caſum,in quo filius caret
legitima,& hanc ſolu.tenet Innocen.& pro ea eſt 10.colla.dę
prohi.feu.alie.c.imperialem §.præterea. Ad idem 7.quæſtio,
prima,in apibus,& de hoc infra quęſtio.2. Hoſti.dicit, quod
huic non competebat legitima in regno:quia ſolus frater pri
mogenitus regnũ habet, dicit ergo quod in tex.loquitur dę
ducatu,quem habebat ex paterna ſucceſſione,contra hoc eſt
tex. ibi: in regno Vngariæ, in quo tamen dic,quod legitima
deducenda fuit de alijs bonis hęreditarijs,de quibus loquitur
ibi, & hæreditatis emolumento, regnum enim non compe-
tijt ei,ſed primogenito, licet certo caſu potuiſſet ad eum de-
uolui ordine geniture: vt in tex.quo iure priuatur, vel aliter
ſolu.Hoſtien.quod licet legitima reſeruetur filio: tamen pro
pter nimiam contumaciam aufertur hæredi,de teſta.ſi hære-
des,dic melius,vt dixi in d. cap. quod immo non aufertur,&
ad literam iſtam dic,quod non probat,quod auferatur, in eo
enim, quod iſte priuatur hęreditate,debet intelligi reſeruata
legitima,& ſic poteſt ſaluari, prima ſolu. gloſſ. debent enim
iura iuribus concordari,de elect.cum expediat,lib. ſexto.No.
tamen ſolu.3.gloſſ.quam declara, vt ſupra eodem contrario,
& infra,quæſtione ſecunda. Et in hac gloſſ.fina.ibi: Silueſter,
vbi de hoc,& de teſt.ſi hęredes. Quæro,in eo,quod dixi in pri
13 mo contrario,quæ differentia ſit inter eos,qui vouent † acce
dere ad terram ſanctam pro ſubſidio. & eos, qui vouent pro
deuotione.dicit Innocen.quod eſt in hoc, quia primi mortę
vel alio impedimento detenti coguntur alijs committere,ꝗ
eorum votum compleant.ar.hic,immo plus dicit Innocen.
videri, quod etiam ſi alijs non committant, tamen hæredes
compelli poſſunt,vt ipſi impleant,vel expenſas vel ſubſidiũ,
quod defunctus facturus erat ipſi faciant.Nam vouiſſe intelli
gitur ſubſidium terrę ſanctæ,ſiue per ſe ſiue per alium facien
dum. Ad illud ergo compelli poſſunt hęredes, pro hoc. C.vt
act.ab.hęre.& contra hære.l.vna. Nam etiam ex nudo voto na
ſcitur obligatio.ff.de polli.l.ſecunda.in prin.& nuda promiſ-
ſio facta ciuitati obligat ff.de polli.pactum; multofortius fa-
cta Deo vel ſubſidio terrę ſanctæ,pro hoc infra eodem,quod
ſuper,& capi.ſequen.Hoſtien.facit ad hoc,quia inter ſimpli-
14 cem loquelam & iuramentum Deus † non facit differentiã
92. qõ.5. iuramentum, vnde & ex pacto nudo datur actio.de
pact.cap.2.de quo dic melius,vt dixi in dict. cap.primo, quæ-
ſtio.ſecunda. Secundi autem qui vouent pro deuotione vidẽ
di terram ſanctam, ſi ſunt iuſto impedimento detenti, ita ꝗ
non poſſunt perſonaliter ire,non credit Inno. quod tenean-
tur mittere procuratorem,propter generalem conditionem
quę ſubintelligitur.ſ.ſi potero,quod dixi ſupra cap.ſcripturę,
quęſtione 3.hoc dicit Hoſti.verum,quod non tenentur mit-

ſtien.procedere de generali conſuetudine,quę fulcitur etiam
lege, ſecundum quam ducatus,comitatus, & marchionatus
non diuiduntur,de prohi.feu.alie.imperialem §.preterea,ꝗ
dixi,ſupra,in vltim.contrario,& fit hoc ſecundum Hoſtienſ.
fauore imperij,vt principatus,qui ſub ipſo ſunt integri perſe-
uerent.arg. ff.de exerci.ne in plures,de præben.maioribus,de
pig.ex literis,dicit tamen Hoſtien.quod quamuis hoc ſit im-
perio honorabile & vtile,tamen de facto non bene ſeruatur,
cum etiam filiæ partem ſuam extorquere nitantur, pro qua,
ſi ſaltem fidelitatem primogenito facerent,tolerari poſſet,&
de hoc per Ioan.And.in Specu.de feu,ſuper rubri.vbi dicit,ꝙ
quandoque de conſuetudine dignitates patiuntur ſectionem,
debet autem ſecundum Hoſtien. aſſignari cuique filiorum,
vnde, conſiderata nobilitate, & facultatibus principatus, ho-
neſtam ſuſtentationem poſſint habere.ar.C.de li.præte.mari
mum,de teſt.Raynaldus,ver.dilectus,in eo,quod dicit,quod
filius debet habere legitimam, ſed primogenito remanere
debet vnde honorem principatus tenere poſſit,& de primo-
b genitis tractatur. Geneſ.21.& 27.ad.Hebre.12. & per autori
tatem Gen.27. patent primogenita, id eſt iura primogenitu-
rę,ibi;det tibi Deus de rore celi,& pingnedine terræ abundã-
tiam frumẽti vini& olei.ecce dominium hæreditatis,& tem
poralium.Seruiant tibi populi,ideſt ruſtici & plebei. & ado-
rent te tribus,ideſt nobiles. Eſto dominus fratrum tuorum,
& incuruentur ante te,faciendo fidelitatem,& obedientiam
exhibendo & reuerentiam,& pro primogenito facit, hoc n.
ius l.canonica roboratur:vt hic,facit etiam prioratus tempo-
ris,de ma,& obe.c.1.ſecundum Hoſt.ad hoc vltimum eſt te.
qui prior.li.6.& de his iuribus primogenituræ.no.Bald.C.de
iu.delib.cum antiquioribus. Tertio in hoc, an ius primoge-
16 nituræ † poſſit auferri primogenito,dicit Hoſtiẽ. quod non,
cum ſit firmatum lege diuina & canonica,vt in proxim.q. ꝑ
hoc.ff.de leg.1.nemo,de teſta.requiſiſti,de fo.comp.ſi dilige-
ti.Nã legitima primogeniti eſt tota hæreditas,ideſt ipſe prin-
cipatus in caſu noſtro, quo ſine cauſa primogenitus priuari
non poteſt,de teſta. Raynutius, vbi de hoc, alias competeret
ei quęrela, vel ad ſupplementum ſi aliter eſſet ordinatum,
fallit hoc ſi eſſet contentus minori parte, vel ſi venderet ius
ſuum,vt Eſau.ar.de teſta.offici.Iſaac enim prępoſuit Iacob.ꝗ
Eſau renunciauit,& fuit hoc inſtinctu ſpiritus ſancti.23.qõ.
2.quæritur,& §. item opponitur. Sic etiam Iacob præpoſuit
Effraim,Gene. 48.dę his autem non redditur ratio naturalis,
niſi tantum,quia ſic placuit Deo, facit de reſcrip. ſi quando,
dixit enim Deus Iacob dilexi &c.Malachię 1.ſecundum Ho
ſtien. Quarto quęro,pręſuppoſito quod dixi,ſupra in vlt.con
trario,& q.2.quod dignitates nõ diuidantur,ſi habens regnũ
c in feudũ deceſſit relicto nepote c ex primogenito defuncto,
17 & filio ſecundo:an nepos † primogenituræ excludat patruũ,
de hoc fuit magna altercatio.& de hoc late per Io.An.in Spe
cu.ſuper rub.de feu.& per Bal.C.de iure deli.cum antiquiori-
bus,& vterque concludit pro nepote,niſi aliter ſe habeat na-
tura feudi,& pro hoc facit hęc litera ibi,ſi dictus rex ſine pro
le decederet.ex qua colligitur, quod proles primogeniti ex-
cludit fratrem,hic tamen eſt alius caſus:quia hic ipſe primo-
genitus ſucceſſit in regno.

ADDITIONES.

a Exnunc proui ex tunc.Adde tex.& gloſſ.in ver. extunc,in de.1 de conceſ.
præben.Bal.& Io de Imo.in l.huiuſmodi.ff.de ver.ob.Bal.in c.1.de mil.va
ſal.qui contu.eſt,in vſibus feudorum.

b Tractatur.Adde glo.in cap quam periculoſum 7.q.1 glo.in §.his itaque.18.
q prima.

c Relicto nepote.Adde Cy.Bal.& Saly.in l.ſi viua C.de bo.ma.Bal.in l.liber-
ti.in 6.col.C.de ope.liber.Pau.de Caſt.in l.is poteſt.ff.de acqui... [illegible]
ſi.94.inci.eleganter circa negocium,Pe.de Anc.conſi 78.inci.d... [illegible]
ratio.Pau.de Ca conſi.158.inci.in dominici cauſa, Abb.conſi.3... [illegible]
ſenti quæſtione,in 1.vo.Franci.de Are.conſi.163.incip.dil. [illegible]
diſcuſſię.

pro voto. Secundo contra. ibi: verum grauaretur, forte capie-
bantur clerici, & fiebăt exactiones ab eccleſijs, & ipſarum ho
minibus, & tunc prælatus debet ſe ponere murum &c. de re-
nun. niſi, ſicut fecit Beatus Thomas, infra de homi. ſicut, alias
videtur cuſtos cartarum potius, quam rerum, decimaſexta,
quæſtione prima, in canonibus. Hoſtien. Comitem, huius ba
liuus committebat hos exceſſus, & epiſcopus diſcretus ad tē-
pus ſuum gladium ſuſpendebat, ſecundum Hoſtien. qui re
mittit ad no. de ſentent. excommunica. capitulo primo, libro
ſexto, de facili. quaſi dicitur ſine prolatione ſententiarum, in
quibus, & animarum periculum magnam imminebat. Ho-
ſtien. ſignum, ſecundario auditum, in itinere ſtatum miſera-
bilem, & oppreſſum & magis ex abſentia epiſcopi deſplatū.
Et infra in antiqua ſequitur, deliberare diſpoſuimus an Tre-
cenſi eccleſiæ miſericordiam faceremus, te ad agēdam ipſius
ſollicitudinem remittentes. an ſicut tenebaris ex toto, & iter
arreptum perficere patere mur. Hoſtien. Euangelio. Lucæ no
no, de electio. quorundam, libro ſexto, clericorum, quaſi di-
cat, quod clerici vnum Deum prædicant, & alium colunt. Le
uitic. quarto. In contrarium ſcilicet. quod diſpenſandum ſit
votum, allegantur hic tria. & quartum adde ex fine capituli
ſuſpiria. ad ſimilitudinem mulieris cuius vir recedit, quod ab
ſque, alias quo, alias qua ſcilicet peregrinatione, & hæc com-
munior, lege veteri. Exodi 13. & 14. Numer. 18. ex hoc proxi
me dicto, non curantes, hoc dicit, propter id, quod dictum eſt
in ver. pręterea. audiuiſſet. Matth. 25. verbo. ſcilicet nō omne
quod in os intrat. pro te. videtur ex hoc & ſequentibus, quod
obligatus erat. & tamen ſine licentia Papę vouerat, & de hoc
contrario quarto, & facit litera infra, ibi: indulgentiam, per
quam ſecundum patet, quod erat obligatus ne fruſtratoria ſit
hęc indulgentia. Ex hoc not. etiam Hoſtien. quod ſpecialiter
notanda, niſi notantur, videntur neglecta. ff. de iniuri. Item
apud §. ait, de hære. aduerſus, dicit, quod etiam magis conſide
randa ſunt ſpecialia, quam generalia, de offic. lega. quod tran-
ſlationem. No. de cruce quæ aſſumitur in ſignum peregrina-
tionis: quandoque eſt ſignum ordinis, de reſtitutione ſpolia-
torum, olim, primo, quandoque dignitatis, de priui. antiqua.
Goff. Secundo no. de verbo fruſtratam, & ſonat idem, quod
vacuatam, vel ſine effectu: vt no. de accu. capitulo primo, lib.
ſexto, quod dico de vſur. quia fruſtra. Tertio nota, Papam con
ſulendum ſuper omiſſione voti, de hoc in gloſſ. prima. Et in
ea in fine. Nam in incertis tantum locum eſt coniecturis, de
2 regu. iur. capitulo ſecundo. Quarto nota, quod nomine vrbis a
a intelligitur Roma: ibi: vrbem. ſcilicet Romanam, de pœn. &
rem. capitulo tertio, inſti. de iure naturali §. ſed ius. Quinto no
ta in ver. & quidem, de tribus conſiderandis, de hoc in glo. ſe
cunda, & exponit Innocē. tex. ibi, quid liceat, ſecundum ęqui
tatem. i. quid de ęquitate & iuſtitia faciendum ſit, & quid
3 ſit ęquitas, dixi de tranſact. capitulo fina. † Sexto not. differen-
tiam inter licitum & decens, aliqua enim licent, quæ non de-
cent, vt filiam ſine conſenſu patris contrahere, de deſp. im-
pu. capitulo ſecundo, ſed non expedit; quia mulier plerunque
laborat contra propria commoda. C. de ſpon. ſi pater. Septi-
mo no. differentiam inter decens, licitum, & expediens, vnde
non omnia, quę licēt, expediunt, decimaſexta, quęſtione pri-
ma, aliud, ad hoc de electio. cum non deceat, & capitulo cum
expediat, lib. 6. & dicit Hoſtien. quod hæc tria præcipue atten

Il non debet ſine conſenſu eccleſiæ ſuæ, & in hoc dicit Inno-
cē. quod cum peregrinatio epiſcopi ſit magnum negocium,
non poteſt fieri ſine conſenſu capituli, de his, quę fi. a prælat,
quanto. & no. de cle. pere. capitu. 1. quod intellige de peregri-
natione longa. pro hoc litera in ver. tandiu. & quod dico in ſe
quen. not. & infra in 17. nota. Decimoquinto nota, de verbo
c forſitan c, quod, vt dicit glo. maxime non eſt hic dubitatiuſi,
de hoc de teſta. capitulo ſecundo. Et in hac glo. ibi: obſeruan-
dum, regens prouinciam, fines eius exire non debet, niſi ꝓ-
pter votum ſupplendum, & tunc non debet pernoctare. De-
cimoſexto no. quod plus obligatur epiſcopus ſedi Apoſtoli-
cę, quā clericus ſuo epiſcopo, vnde clericus ſine licentia epi
ſcopi tranſit ad monachatum, decimanona, quęſtione ſecun
da, duæ. Epiſcopus non, ſine licentia Papę, de renun. niſi, de re
gulari. licet. Decimoſeptimo nota, quod licet longam pere-
8 ginationem non poſſit facere epiſcopus † ſine licentia Papę,
tamen ſecundum Innocen. modicam facere poteſt, pro hoc
litera ibi, tandiu. & de hoc infra, contrario ſecundo, & ſequē.
Decimooctauo not. in verſicu. cum igitur, quod pręceptum
in lege veteri non minus obligat, quam votum in noua. &
de præceptis legis veteris in quo differant a prohibitionibus
eius legis, no. de pœ. quod quidam, & quod dicit non minus,
poteſt intelligi dupliciter, vno modo, vt ſaltem ęqualiter obli
get pręceptum legis veteris ſicut votum. Secundo modo, ꝙ
votum ſuccedat loco præcepti. & adhuc ſurgit idem effectus,
& tunc quod res ſurrogata loco alterius ſortitur naturam il-
lius. ff. ſi quis cau. ſi eum §. qui iniuriarum, vt ſi. pen. eccleſia,
infra de cenſi. ſignificauit, vbi de hoc, de bap. maiores, ver. cū
9 ergo. Decimonono no. † quod in lege veteri de his, quę man
dabantur offerri: quędam reddebantur: quędam redimeban-
tur, q̄dā commutabant̄. Primis ęquiparamus votum neceſſa-
rium, de quibus ſupra eodem capitulo primo. Secundis vo-
tum voluntarium, vt in caſu iſto, & infra capitulo proximo.
Tertijs ęquiparari poteſt votum peregrinationis, quod com
mutatur, ſupra eodem capitulo primo, & in eo, quod dicit, ꝙ
primogenitum aſini pro oue commutabatur, id eſt, votum
continentiæ poteſt commutari in coniugium, ſupra eodem
capitulo primo, & infra, de ſtatu monachorum, cum ad mo-
naſterium, quod dictum eſt uerum, ſed tamen ſimilitudo de
aſino ad ouem eſt extrinſeca, multum tamen eam proſequē-
do exponit Hoſtien. ibi: aſini, id eſt monachi, vnde quidam
ſanctus pater quærenti qualiter poſſet eſſe bonus monachus
dixit, ſi ſcires eſſe bonnus aſinus, ſcires eſſe bonus religioſus,
& ibi: oue id eſt in ſtatu coniugij, in quo habetur lac, lana, &
caro, id eſt temporales diuitię, & aliquę delicię, ſecundum
carnem. Et commutatio iſta fit ex vi obedientiæ, vt extractus
de mona-

ADDITIONES.

a Nomine vrbis. Adde gloſſa in ver. parte ablata, in capitulo forus, de verborū
ſignificatione
b Manum Adde capitu. pennata de pœn. diſtin. ſecunda, & ſunt verba origina
lia. Lucæ. 9. in fi.
c Forſitan. Adde glo. in capitul. niſi cum pridem. de renun. glo. in capitu. tua
de procura.

Digitized by Google

ta propter maledicos non recedendum a tramite.vndecima, quæſtione tertia,ſenti.& dic,vt ibi,& capitulo non ſunt. Ouidius de faſtis,li. quarto. Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.quomodo autem magni peccatores quandoque loquũtur talia.vide in Hiero.ad Euſto.de Virginitate. † Vigeſimo-
10 tertio no.ibi:& famulis, quod familia epiſcopi gaudet ipſius priuilegio.de offi.archid.capitulo fina.de priuile.capitulo penultim.diſtinct.ſexta. Vigeſimoquarto no.tria tempora conſideranda,de hoc in glo.hæc tria,& in ea ibi,qui crimen,accuſans,qui non proſequitur extra ordinem punitur,& ſumptus quos fecit aduerſarius circa iter reſtituere cogitur. Et in fine de reiicri.ſtatutum,de electio.cum non deceat.libro ſexto. Vigeſimoquinto no.vt glo.vltim.& in ea ibi,§.vltim.vide in dicto capitu.abbate,ver.his igitur,no.quinto. Ibi lege vltim.vide de reſti.cum eſſet.Oppono in ver.verum,in in eo,quod Papa allegat in excuſationem epiſcopi labores ætatis,non enim per hoc debet excuſari.ſupra de dolo,cum dilecti,verſicu. expectantibus. Solut. Hoſtien.quod ibi poterat procuratorem mittere. Ideo non excuſatur niſi veniat vel mittat.hic ſecus, quia deſiderabatur perſona ad exequendum votum perſonaliter obligata.de offi.delega.capitulo fina.cum ergo non poſſit alium mittere, nec ipſe commode venire excuſatur: quia nec ad impoſſibile obligatur,ſupra capitulo veniens. Secũdo oppono in eo,quod in ver.verum,dicitur,quod epiſcopus eſt intantum aſtrictus Papæ,quod peregrinari non poſſit ſine licentia eius,quamquam enim epiſcopus non poſſit cedere ſine licentia Papę, de transla.inter, tamen ad tempus videtur poſſe peregrinari cum licentia Metropolitani tanquam ſuiſuperioris,de offi.ord.paſtoralis. Solu. Hoſtien.& intelligit hic de exemptis,de alijs autem dicit, quod in materia epiſcoporum Metropolitanis intelligitur prohibitum quicquid non eſt expreſſe conceſſum,de transla.capitulo ſecundo, verſi.ſed neque,quod non eſt vſquequaque verum,per dict. cap.paſtoralis,ſed procedit in caſu peregrinationis,quæ habet in aliquo inſtar ceſſionis. Tertio oppono ad hoc in Auth.de ſan. epi.§. interdicimus,vbi dicitur, quod epiſcopus eccleſiam non debet vltra annum dimittere ſine licentia patriarchæ, metropolitani,vel imperatoris.Solu.Hoſtien. quod id non tenet quo ad imperatorem.de deci.tua.primo,nec quo ad patriarcham vel metropolitanum per hanc literam, & dicit alibi non ſic expreſſum, quod epiſcopus non debeat etiam ad tempus ſe abſentare ſine licentia Papæ,quod procedit ſecundum eum, niſi neceſſitas immineat; illa enim legẽ non habet,de obſer.ieiu.conſilium. Item ſecundum eum ſi iura eccleſię proſequitur,cenſetur reſidens,de cle.non reſi.ex parte,etiam ſi iurauerit,vt ibi.In eo autem,quod illa aut.taxat tempus,intelligendo de anno.dicit Hoſtien.et ſtãdum,quod nota. Ex hoc enim infertur,quod intra annum põt ſe epiſcopus abſentare. Quar-
11 to oppono ad hoc, quod immo † epiſcopus poſſit etiam vltra annum peregrinari ob votum vltramarinum: ſicut etiam ſponſus carnalis hoc poteſt ſine licentia coniugis,inf.ex multa,& cap.fina, Solu. Hoſtien. quod de facto obſeruatur,quod dicitur in contrarijs;quia epiſcopi ſine licentia Papæ crucem aſſumunt,& hoc votum emittunt,dicit tamen Hoſtiẽ. quod aliqui ſtant huic rex.qui tamen etiam facit contra;quia hic diſpenſatur,& ſic votum tenebat. Sed tenendo primum, ad illa iura dico, quod tenet votum in præiudicium vouentis, non autem Papę.ſimi.de renun.quod in dubijs,de arbi.cum tempore,& ſi ſit contrarium,fit de facto,& non quid fiat,ſed quid fieri debeat &c. de elec.cum cauſam,& multa per patientiam tolerantur,de præben.cum iandudum,nec cadit in his cõſuetudo,de conſue.cum venerabilis,tamen ſecundum Hoſti.qñ fit generale paſſagium ad prædicationem demandatam per Papam;tunc intelligitur epiſcopis omnibus data licentia: & tantum valet genus licentię,quo ad omnes,quantum ſpecies quo ad quædam,de præben.accedens. ff pro ſo. actione §. renunciante. Hoſtien.pro hoc litera ibi,abſque generali vel ſpeciali licentia. Quæro in verſicu. & quidem,quid liceat Papæ
12 † dicit Hoſt.potius quærendum,quid non liceat, nam ſi omnia licent,dummodo non faciat contra fidem.40.diſ.ſi Papa, nec alias peccet mortaliter. Nam a peccato nulla dignitas excuſat.ff.ad l. Iul. de vi priua.l.pe.ante fi.Ibi non puto verecun-
13 do quæro, an ſicut licent † omnia a [illegible] Hoſ.quod ſi ſubeſt iuſta cauſa deuiandi a iure,quod ſibi licet, decet,& econuerſo.de accuſa.cum dilecti.& ſumitur cauſa ex vna de quatuor circunſtantijs.ſ.ex qualitate negocij:perſonę loci.aut temporis,de tranſac.c.fi. Si vero non ſubeſt cauſa:vel ſubeſt non ſufficiens,non decet Papam a iure deuiare.C.de legi.digna.11.q.1.peruenit,de ſta.mo.in ſingulis. tamen quando ſubeſt cauſa aliqua,licet non ſufficiens,minus eſt indecẽs, quam quando nulla.arg.quod me.cau. ſacris,debet ergo ſibi cauere in faciendis diſpenſationibus, pro hoc, quod nota de elect.dudum,ſupra ver.inſuper.de ele.nihil,de præben.graue. & generaliter in omnibus gratijs faciendis,pure & gratis facere debet,de ſimo.intantum,& quod no.ne præla.vi.c.1.ſecundum Hoſt.quod ſępe male fit,vnde multum ſubuertitur deuotio catholicorum,& eccleſię ſtatus infirmatur. Tertio quę-
14 ro,† an quæ licent & decent moda præmiſſo in duabus proximis q.etiam expediant,dicit Hoſti.quod ſi agitur ordine iudiciario ſemper expedit iuſtitiam facere, & nunquam illam peruertere.de re iud.in cauſis,& quod ibi no.licet quandoq; propter ſcandalum differatur,de renun.niſi §. pro graui.de iudi.nouit. In hoc tamen præferri debet vtilitas publica priuatę. Item ſaluis ſubſtantialibus dialectica argumenta ſunt amputanda,& lites breuiandæ,maxime in electionibus,de ap.oblatæ,quod licet procedat in omni iudice,tamen fortius in Papa,qui ſuper omnes eſt,de accu.ad petitionem,& in hoc tradit Hoſti. regulam, quod cum quæritur an expediat aliquid, ſemper,ſalua peruerſione iudicij,dummodo id liceat,minori vtilitati præferend eſt maior,quod eſt de propria ſignificatione huius verbi expedit.

SVMMARIVM.

1 *Mendicatio venit reprobanda.*
2 *Impedimentum refert an ſit temporale,an perpetuum.*
3 *Impedimentum temporale in vouente expectatur vt ceſſet.*
4 *Diſpenſati ſuper voto vltramarino ad quid teneantur.*
5 *Chriſtianis licitum eſt defendere rem ſanctam.*
6 *Papa an liceat fidelibus dare indulgentias,vt terram ſanctam,& fideles habitantes in ea defendant. 22.*
7 *Papa an poſſit recuperare terram ſanctam.*
8 *Papa poteſt punire negligentiam imperatoris.*
9 *Chriſtianis an liceat inuadere terram non ſanctam quam infideles poſſident,& ſua eſt, & nu.12.*
10 *Homines omnes natura erant liberi.*
11 *Paterf.iure naturæ habebat omnimodam iuriſdictionem ſuper familiã ſuam.*
13 *Præſcribi poteſt contra imperium,& contra Papam.*
14 *Papa an aliquo caſu poſſit punire infideles cum delinquunt.*
15 *Gentilis an & quomodo poſſit puniri à Papa.*
16 *Papa poteſt punire infideles colentes idola.*
17 *Papa quo caſu poſſit iudicare iudæos.*
18 *Papa quando poſſit iuriſdictionem exercere in infideles.*
19 *Papa an poſſit mandare infidelibus quod admittant prædicatores in terris ſuis.*
20 *Papa non valenti de facto punire infideles,quid agendum.*
21 *Papa an poſſit dimittere iuriſdictionem domino infideli ſuper fideles.*
22 *Eccleſia Romana & alij fideles an licite teneant loca in occidente.*
23 *Bona hæreticorum an liceat occupare.*
24 *Dominia & iuriſdictiones an ſint apud infideles.*
25 *Infideles qui dominium eccleſiæ recognoſcunt,tollerandi.*
26 *Infidelibus poſſunt competere dominia,& iuriſdictiones per præſcriptiones.*
27 *Confeſſores reprehenduntur qui abſoluunt violenter occupantes.*
28 *Pœnitentiam iniungens ad terram ſanctam an poſſit eam commutare.*

QVod ſuper. Impedito ad tempus eo qui votum vltramarinum, conceditur dilatio. perpetuo vero impedito indicitur redemptio in id, quod magis expedit terræ ſanctę,pars de fi.inſt.quod ſuper. Communis diuiſio. Secunda:nos

vero reſpōſione Papæ colligitur contrarium,ad hoc ff.de te-
ſti. quæſitum,in quo dicit Hoſtien.ꝙ lex,& mandatum ſem
per intelliguntur indiſtincte,vt in primis iuribus,niſi ex cau
ſa diſtinguatur,vt in ſecundis, dicto cap.ex parte.de reſcrip.ſi
1 quando,de accu.cum dilecti.† Tertio nota,ꝙ mendicatio re
ꝓbatur, & quod nullus huic neceſſitati ſe ſubijcere tenetur.
dicit tamen Hoſtienſi. ꝙ quantum ad hunc caſum procedit
hoc in his tantum qui ex toto ſunt inutiles terræ ſanctæ. in
Authē. de quæ.collat.6. C. de mendi.vali.l.vna lib. 11. Secus
dicit in prædicatoribus: quia ipſi tenentur ire,etiam ſi opor
teat eos mendicare,arg. hic & inf.cap.proxi.§.de clericis. Idē
dicit de ribaldis, robuſtis & fortibus qui neceſſarij ſunt ad
onera portanda,ad foſſata implenda,& ſimilia.Idem de me-
chanicis,& cultoribus,per id quod ſequitur,pro Hoſtien. fa-
cit,quia uidentur ad hoc ſe obligaſſe: Item ex quo habent ar
tem,non oportebit eos mendicare,quia de ſuo artificio ſibi
requirent neceſſaria:vt ſequitur in tex.Et tales inopes,qui la-
borate poſſunt,ſi ſe immiſceut eleemoſynis imperatoris in
ſeruitutem rediguntur C.de mendi.vali.l.vna. lib. 11.not.82.
diſtinctio.in prin.Quarto nota diſtinctionem de impedimē
2 to †an ſit temporale,an perpetuum,ſimile inducit glo.tertia.
Sunt,& alia ſimilia ſecundum Gof.quia ſi propter tempora
le impedimentum ceſſit dignitati, poteſt reſurgere: ſecus ſi
propter perpetuum,de renun.poſt tranſlationem.Sic,& qui
percuſſit clericum,ſi habet perpetuum impedimentum,ab-
ſoluitur,nec iurat de eundo ad curiam,ſecus ſi temporale.de
ſenten.exc.quamuis.Aliud ſimile ſecundum Io.Cal.quia tē-
poraliter impeditus in graui cauſa non cogitur conſtituere ꝓ
curatorem:ſecus ſi perpetuo: vt no.de dolo. cum dilecti. In
hoc tamen videtur,ꝙ etiam ſi non ſit impedimentum omni
no perpetuum:tamen,ſi eſt longum,comparatur perpetuo.
ff.de iudi.ſi longius. vbi longa protratio habetur pro impedi-
mento ſufficienti, vt propter incidentem infirmitatem, uel
neceſſariam perfectionem,vel ſuæ rei familiaris periculum,
quod procedere poteſt quo ad caſum illius l.vt delegatus im
peditus mutetur,& in ſimilibus.Sed in caſu iſtius cap.ſtandū
eſt literę,quia ſatisfaciendum eſt uoto ſi fieri poteſt ſup.cap.
proxi.& facit ad prædicta,quod no.de offi.dele.coram,in glo.
3 pe.& ibi dico.q.3. Quinto no. ꝙ ſi uouens † eſt impeditus
temporaliter,expectatur quouſque ceſſet impedimentum.
de hoc in gl.4.& in ea ibi,§.ſacramenta. ſi ſtipulor ex fundo,
100.amphoras vini, expecto donec naſcat,& ſi natū ſine cul
pa promiſſoris perijt,iterum expectabo donec naſcatur,& da
ri poſſit.Ibi:incendium,ex ære alieno non eximit debitorem
& ſic loquitur de obligato in genere:vt ibi nota.Sexto nota,
4 † ꝙ hi cum quibus diſpenſatur ſuper voto ultramarino,tenē
tur illuc mittere id quod erāt expenſuri compenſato labo-
re &c.de hoc in glo.Ieiunijs,& dicit Hoſtien.ꝙ etiam ſi plus
mittere poſſit,non tamen tenetur,immo nec tantum ſi hoc
non poſſunt,quia non tenentur ſe exhaurire, ad hoc de elec.
vt præteritæ,de procu.cum pro cauſa. Et in hac glo.ibi:ęſtima
ri:ſecundum Io.cum fiat pro anima. Vin.ſed poterit fieri hæc
compenſatio non cum magna diſtrictione.Io.And.& ſecun-
dum hoc pōt etiam hæc ſecunda expoſitio ſuſtineri, licet gl.
approbet primam. Septimo no.quod quis exequitur votum
per alium.a de hoc ſ.cap.licet.† Octauo not.quod licitum eſt
is dictis, ſaltem ipſe imperator hoc poteſt: vel rex Hieruſa-
lem, ad quem regnum illud de iure pertinet, ſicut credere
debemus, ex quo contrarium nobis non conſtat. quod no.
Item ad cap.Conſtantinus.dic,quod loquitur quo ad proprie
tatem, ſecus quo ad tuitionem, quia vnus gladius alteri aſſi-
8 ſtere debet, ſpiritualis tamen præcellit. † vnde poteſt Papa
punire negligentiam, & delictum imperatoris. 96.diſtinct.
quis dubitet,& cap.duo.& cap.ſi imperator.poteſt etiam Pa-
pa aſſiſtere regi Hieruſalem, ad quem hoc ſpectat, vt nunc
dixi.de hoc etiam infra, quæſtio.nona. Secundo quæro, an
9 ſit licitum † Chriſtianis inuadere terram non ſanctam quam
infideles poſſident, vel quæ ſua eſt. videtur quod ſic,per ra-
tionem de qua in proxima.qu.Innoc.tamen tenet contrariū
vt inf.ea.q.Sed idem Inno. pro intellectu ſolutionis pręmit-
tit aliqua quæ proſequor, quibuſdam allegationibus inſer-
tis.dicit ergo Inno.quod in veritate domini eſt terra & pleni-
tudo eius,orbis terrarum & qui habitant in ea.ad hoc de de-
ci.tua nobis. Ipſe enim Deus creator eſt omnium, hæc autē
ſubiecit creaturæ rationabili.Geneſ.c.1.Et ipſa terra a princi-
pio fuit communis,quouſque vſibus primorum parentum
inductum eſt,quod aliqui aliqua,alij alia ſibi appropriarent:
nec fuit hoc malum, immo bonum, quia naturale eſt res
communes negligi.C.quando & qui. quarta pars, l.2.lib.10.
& communio diſcordiam parit.ff. de le.2.cū pater.§.dulciſſi-
mis.& fuerunt bona a principio cuiuslibet occupantis, lice-
bat enim occupare, cum in illis bonis eſſent niſi Dei.ꝓ hoc
Deut.11. Locus quem calcauerit veſter pes,veſter erit. Sed
occupata ab alijs occupare non licebat,quia fiebat contra le-
gem naturæ:quia cuilibet dictum eſt, vt alij non faciat quod
ſibi non vult fieri.in prin. decretorum. habuerunt etiam pri-
mi parentes ſpolia: dominia per diuiſiones, ſicut apparet in
Abraham & Loth, quorum alter acceperat vnam partem:
alter alteram.Gen.13.Dicit tamen Inno.ꝙ ſuper homines tā
quam ſuper ſeruos nullus habuit dominium ante ius gen-
10 tium.Natura enim † omnes homines erant liberi inſt.de li-
berti.§.1.Iuriſdictionem iuſtam & ſanctam dicit Inno.ſe le-
gere vbi dicitur ꝙ datur ad vindictam. de ma.& obe.ſolitæ.
Sed quō cępit iuriſdictio.dicit Inn.ſe neſcire,niſi forte:Deus
dedit aliquem vel aliquos qui facerent iuſtitiam ſuper delin-
quentes.& in hoc videtur Inn.contradicere ei quod ipſe no.
de ſo.comp.licet.1.vbi dicit,ꝙ iuriſdictio cępit in Noe. Sed
poſſet illud intelligi de iuriſdictione vniuerſali.hoc qđ nunc
dixi de particulari.vel melius dic, quod Innocen. hic loqui-
tur ſub ambiguo, dicens quod forte Deus dedit aliquem
vel aliquos: quia illud de Noe non poteſt omnino ratio-
nibus conuinci. proſequendo autem præmiſſa dicit In-
11 nocentius,quod iure naturæ paterfamilias † ſuper familiam
ſuam iuriſdictionem habebat communem a principio ideſt
omnimodam, facit, vigeſima tertia, quæſtione quarta, duo
iſta.

ADDITIONES.

a Exequetur votum per alium. Adde gl.in c.ſciendum.17.q.1.& Archi.in ca.
præſbyter.82.diſt.
b Fidelib. Adde Pe.de an cha.in rep.reg.ſine poſſeſſionē.de re.iur.l.6.
c Iuſto bello. Adde Old.conſi.72.

memoriter notanda, quo ad præmiſſam quæſtionem, dicit
Innocent. quod dominia, poſſeſſiones, & iuriſdictiones licite
ſine peccato poſſunt eſſe apud infideles, hæc enim non tan-
tum pro infidelibus, ſed pro qualibet rationabili creatura fa-
cta ſunt. Deus enim ſolem oriri facit ſuper bonos, & malos,
qui etiam omnia volatilia paſcit. Matthei. quinto, & ſexto. Ex
hoc dicit Innocentius, id quod dixi ſupra ead. quæſtione, in
12 prin. ſcilicet, quod non licet fidelibus † auferre dominia ſua
vel iuriſdictiones infidelibus, quia ſine peccato ea poſſident,
pro hoc, quia dicitur Exodi. vigeſimo. Non furtum facies, in
quo omnis violentia prohibetur, decimaquarta, quæſtione
quinta, capitulo primo, & ſequentibus vſque ad §. contra. in
Exo. ſed [illegible] ſoluere contrariam rationem poſitam, ſupra
quæſtione proxima, quia videtur licere Papæ ratione impe-
rii Romani auferre infidelibus iuriſdictiones ſuas, quibus ip-
ſi infideles ſpoliarunt imperium, ad quod dico, quod etiam
13 imperium † præſcribi poteſt, ſicut etiam contra Papam, vt
dixi de poſtula. bonæ ſecundo, & quãquã contra ipſum ius
imperii non poſſit præſcribi quo ad hoc, vt aliqui fiant ace-
phali. de præſcrip. cum non liceat: tamen de facto multi etiã
Chriſtiani præſcripſerunt, qui de facto non cognoſcunt im-
peratorem, vt dicitur de rege Franciæ, qui filii ſint legi. per ve
nerabilem. Item Romani habuerunt aliquos confœderatos
quibus non præfuerunt, & quicquid ſit de iure antiquo, ta-
men totiens verſata ſunt imperia variis modis, quod non po
teſt bene ſuſtineri illa ratio, quod ex quo ſemel aliquæ pro-
uinciæ fuerũt ſub imperio Romano, liceat hodie bellum in
dicere ad eas recuperandas, vnde alia ratio melior eſt, quæ
habet, quod Chriſtianis, vel ſaltem regi Hieruſalem liceat ter
ram ſanctam recuperare, per ea quæ dixi ſupra, quæſtio. proxi
ma. quo ad alias autem terras, ſecus, niſi ſubſit aliqua ſpecia-
lis cauſa propter quam licitum ſit eis indicere bellum, &
quæ poſſit eſſe cauſa rationabilis, patet ex eo, quod dico infra
quæſtio. ſexta. Oppono, ad eandem rationem, quia ſi licitum
eſſet Chriſtianis recuperare terram quam tenent ſaraceni, ex
eo, quod Chriſtiani alias tenuerunt, per conſequens deberet
infidelibus repetere Italiam, & alias prouincias in quibus fue
runt dominati, quæ nunc ſunt Chriſtianorum. Solu. non ex-
pedit ſoluere contrarium, quia vt proxime dixi, ratio illa non
eſt efficax, vel aliter ſolue ſecundum Innocen. quod nõ ſunt
audiendi, quia domini harum terrarum cum populis con-
uerſi ſunt ad fidem, & de materia huius quæſtionis, infra
quæſtione vndecima. Nam Hoſtienſi. aliter ſentit quam In-
nocent. ſed quia tangit quædam alia; ideo reſeruo poſt gloſſ.
14 Innocentii. † Tertio quæro, an aliquo caſu poſſit Papa pu
nire infideles cum delinquunt. Innocent. quod ſic, & hoc eo
caſu, de quo infra, eadem quæſtio. Et pro intellectu huius ſo-
lutionis dicit Innocent. quod Papa qui eſt vicarius Chriſti,
poteſtatem habet non tantum ſuper Chriſtianos, ſed etiam
a ſuper omnes infideles: a quia Chriſtus habuit poteſta-
tem ſuper omnes, pro hoc pſal. Deus iudicium tuum regi
da. & Matthei. vltimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in cæ-
lo, & in terra. At non videretur diligens paterfamilias ipſe
redemptor niſi vicario ſuo quem in terra dimittebat, ple-
nam poteſtatem ſuper omnes dimiſiſſet, pro hoc quod no-
tatur de homi. pro humani. libro ſexto, & quod nota. Inno-
cent. de iudi. ad Apoſtolicæ. in fine. eodem lib. Item Petro,
& ſucceſſoribus dedit claues regni celorum, & ei dicit quod
cunque ligaueris, & cætera. Item alibi. Paſce oues meas. de
electio. ſignificaſti, omnes tamen tam fideles quam infide-
les oues ſunt Chriſti per creationem, licet nõ ſint de ouili ec
cleſiæ. Et per hoc ſecundum Innocentium, apparet, quod
Papa ſuper omnes habet iuriſdictionem, & poteſtatem de
iure: licet non de facto. de electio. ſignificaſti. de maiori. &
obedien. ſolitæ. de iudi. nouit. facit, quod nota. Idem Inno-
centius de foro competenti, licet, primo, ubi dico quæſtio-
ne quinta. Ex hoc infert Innocentius deciſionem aliquo-
15 rum, quæ colligo per quinque concluſiones. Prima, † eſt,
quod ſi gentilis qui non habet legem, niſi naturæ, contra le-

[illegible] moſexto, capitulo [illegible]
de Chriſtianis non eſt dubium, quod Papa poteſt eos iudica-
re ſi contra legem euãgelii faciãt. Idem dic ſi alias grauiter
peccent. de iudiciis, nouit. Quinta, & vltima concluſio, quod
licet in prędictis de quibus in prędictis concluſionibus, Pa-
pa quandoque dimittat pœnitentias iuſtas, & debitas om-
nibus prędictis inferendas: vel quia facultatem non habet
actualem, vel propter pericula, vel ſcandala quę inde veni-
re timentur, de tempo. ordina. capitulo ſecundo, de cleri. ex
communica. latores, poteſtas tamen hęc faciendi eſt apud
Deum, & ſic apud ipſum eius vicarium, & has concluſio-
nes nota, quia per eas deciduntur aliqua ſingularia dubia, quę
in talibus formari poſſunt. Quarto quęro, de infidelibus,
qui non tenẽt terram in qua Chriſtiani principes habue-
18 runt iuriſdictionem, an aliquo caſu poſſit in eis Papa † iuriſ
dictionem exercere. dic, quod ſic. vnde dicit Innocentius,
quod Papa poteſt iuſte facere pręceptum, & conſtitutionem
quod iniuſte nõ moleſtent Chriſtianos qui ſubſunt eorum
iuriſdictioni: immo, quod plus eſt, poteſt eos in totum exi-
mere a iuriſdictione, & dominio ipſorum, argumen. de iu-
dęis capitulo primo, & capitulo, cum ſit. & capit. ex ſpecia-
li, & capitu. finali. quinquageſimaquarta diſtinctione, mãci
pia, & cap. ſequenti. immo etiam ſecundum Innocen. ſi ma-
le tractent Chriſtianos, poteſt eos Papa per ſententiam pri-
uare dominio, & iuriſdictione quam ſuper Chriſtianos ha-
bent, & hoc dictum ſatis coincidit cum pręcedenti, in eo,
quod dixi de exemptione. tamen differt in hoc, quod exem
ptio videtur fieri ex priuilegio. priuatio vero de iure. dicit
tamen Innocent. quod magna cauſa debet eſſe, ꝓpter quã Pa
pa ad hoc veniat, debet enim Papa ſuſtinere infideles quan-
tum poteſt, dummodo non ſit periculum Chriſtianis: nec
19 graue ſcandalum generetur, quod nota. † Quinto quęro, an
poteſt mandare infidelibus, quod admittant pręd icatores
euangelii in terris ſuis, Innocent. quod ſic, licet ſecundum
eum non debeant infideles cogi ad fidem, quia in hoc om-
nes libero arbitrio relinquendi ſunt, & ſola Dei gratia in hac
reuocatione valet, quadrageſimaquinta diſtinctio. de iudęis,
vigeſimatertia, quęſtione quinta, ad fidem. Pro primo, quod
poſſint cogi admittere pręd icatores, inducit Innocen. quia
omnis creatura rationabilis facta eſt ad Deum laudandum,
vt in ſecundo libro ſententiarum, diſtin. prima. Si ergo pro-
hibent pręd icatores hoc pręd icare peccant, & ideo puniendi
20 ſunt. Sexto quęro, ſi Papa † non poteſt de facto eos punire,
dicit Innocen. quod in omnibus pręd ictis in quibus Papa li-
cite aliquid mandat, ſi non obediant, ſunt compellendi bra-
chio ſeculari, & indicendum eſt bellum per Papam, & non
per alios, niſi ubi quis de iure ſuo contendit. Oppono ad hoc,
quia nihil ad nos de his qui foris ſunt, ſecunda, quęſtione pri
ma, multi. Solu. Inno. ꝙ illud intelligitur quo ad hoc. ſcilicet
ꝙ nõ debemus eos iudicare excommunicãdo, vel compellẽ
do ad fidem, ad quam ſola Dei gratia vocantur. 45. diſtin. de
iudęis, & ſic ſecus, cũ Chriſtianos turbant, vel alias delinquũt
ut ſuperioribus quęſtionibus, pro hoc quod nota. de diuor.
gaudemus. Septimo quæro in eo, quod dixi, ſupra quæſtio.
21 ſecunda in fi. ꝙ non † audiuntur infideles repetentes terras
Chriſtianorum quæ fuerunt ſuæ: quia domini cum populis
conuerſi ſunt, quid ſi populi conuerſi ſunt, & domini
remanent infideles: an Papa poteſt domino infideli domi
nium, & iuriſdictionem dimittere ſuper fideles. Innocen. ꝙ
ſic, pro hoc primæ, ad Thimotheum, ſexto. dummodo Chri
ſtianos non grauet iniuſte, dicit tamen Innocen. quod prop-
ter peri-

ADDITIO.

a Sed etiam ſuper omnes infideles. Adde Archidia. in cap. ſi. 3. quæſt. 7. & in ca.
cui eſt 11. q. 3.

Digitized by Google

neceſſitatem habentibus ſuperueniant, vndecima, quæſtione prima, videntes, quod eſt ſingulare pro hoc decimaſexta, quæſtione prima, quoniam quicquid, unde etiam clerici tenent bona tanquam communia, non tanquam propria. de
23 præbend. ratio. † Decimo quæro de bonis ſciſmaticorum, & hæreticorum, an liceat ea occupare, uideretur, quod non, ſicut non licet occupare bona infidelium: ut ſupra quæſtione ſecunda. Innocen. dicit, quod immo licet, propter conſtitutiones principũ hoc concedentium, octaua, diſtinctione, quo iure. vigeſimatertia, quæſtione ſeptima, per totum, qđ dic, ut de hæreti. cum ſecundum, libro ſexto, Vndecimo quæro, in eo, quod dixi ſupra quæſtione ſecunda, quod apud infideles ſunt dominia, & iuriſdictiones, an hoc ſit uerum indi-
24 ſtincte. † dicit Inno. ꝙ non. Nam ſecundum eum in aduentu Chriſti omnis homo, & omnis principatus, & omne dominium, & iuriſdictio de iure, & ex cauſa iuſta: & per illum qui ſupremam manum habet, nec errare poteſt omni infideli ſubtracta fuit: & ad fideles tranſlata, &; ꝙ cauſa fuit iuſta probatur Eccleſiaſtici, decimo. Regnum a gente in gentem trãſferetur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos. pro hoc de conſti. tranſlato, & fuit facta tranſlatio in perſonam Chriſti filij Dei uiui, qui non ſolum ſacerdos fuit, ſed etiam rex. Luce. 1. Ecce concipies, & paries &c. uſque, & regni eius non erit finis, unde Matth. uigeſimoprimo Auferetur a uobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. huius autem regni, & ſacerdotij principatum ꝑpetuũ cõmiſit filius Dei Petro, & ſucceſſoribus, vt not. qui fi. ſint legi. per uenerabilem, verſic. rationibus, & de homi. pro humani. libro ſexto. Ex hoc infert Hoſt. id quod dixi ſupra queſtione octaua, quod infideles debent ſubijci fidelibus, non econuerſo. pro hoc de iudeis capitulo primo, & capitulum multorũ, & cap. & ſi iudeos, verſi. inhibemus, dicit tamen Hoſtien. ꝙ
25 infideles † qui dominiũ eccleſię recognoſcunt ſunt ab eccleſia tollerandi: quia nec ad fidem pręciſę cogendi, ſunt, ut ſupra queſtione quinta, & tales ſecundum Hoſtiē. poſſunt habere poſſeſſiones, & colonos Chriſtianos: & etiam iuriſdictionem ex tolerantia eccleſię, &; ſi his contenti non ſunt, uel abutuntur, ſibi imputent, quia priuilegium merentur amittere &c. de priuileg. ut priuilegia. pro hoc quod nota. de iudeis multorum, & in talibus ab eccleſia toleratis, dicit Hoſtien. ꝙ habet locum illud 1. Petri. capitulo ſecũdo. Serui obedire in omni timore dominis, nõ tm̃ bonis, & modeſtis, ſed etiã dyſcolis, & .Ad Thim. 6. Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, & ſimiles autoritates, de alijs autem infidelibus qui nec poteſtatem eccleſiæ Romanæ nec dominium recognoſcunt nec obediũt, dicit Hoſt. quod indigni ſunt regno iuriſdictione & dominio. dicit etiam, ꝙ hi qui terram ſanctam occupant, vel alias partes quas acquiſiuerunt chriſtiani, tenent̃ occupata dimittere, & fortius hęretici & ſciſmatici, q̃ pagani, de quo ꝑ Hoſtien. de hæreti. §. qualiter, & inf. de hæreti. excommunicamus. Alios autem infideles in pace degẽtes, etiam illos, quos

[illegible]
& de prædictis etiam remittit Hoſt. ad no. de pato. ſuper eo. & in ſum. eod. tit. §. fi. Duodecimo quæro de intellectu literæ, in eo quod dicit, conſiderandam intentionem pœnitentis, dicit Hoſt. quod debet exponi pœnitentis, id eſt, pęnitentiam imponentis. Non enim debet pœnitens, i. qui pœnitentiam agit interpretari pœnitentiam ſibi iunctam: ſed is qui iniunxit, cuius dicto tenetur pœnitens ſe ſubmittere pro recuperanda ſalute animæ, ſicut faceret medico corporis vita. de pęni. diſ. 5. conſideret. Ego puto quod intentio literæ ſit pro pęnitente intelligere ipſum qui pœnitentiam agit, cuius dicto ſtatur in foro pœnitentiali. de ſpon. tua. 2. In foro autem iudiciali procedit dictum Hoſt. Decimotertio quæro, iuxta id quod dixi in proxi. quæſtione an is † qui pœnitentiam iniunxit de acceſſu ad terram ſanctam poſſit eam immutare. glo. vnde videtur ſentire ꝙ ſic. & deinde ab hoc recedit. Ioan. An. diſtinguit, an confeſſor impoſuerit pœnitentiã propter ſubſidium terræ ſanctæ, an propter laborem itineris. primo caſu commutet ſolus Papa, ſ. c. proxi. ſecundo caſu, aut pœnitens votum emiſit, vel ſignum crucis accepit, aut non. ſi ſic, idem quod in caſu proximo. per dictum, c. inf. proxi. ſi non, tũc pęnitentiarius commutare poteſt, quod placet: quia ceſſat diſpoſitio. c. ſeq. quæ procedit in vouente, non in pęnitente, vt ibi dicitur in h. pro hoc quod ibi dico. Et in hac glo. ibi iniunxit. hoc tenet Lau.

SVMMARIVM.

1 *Vxor poteſt ſequi virum peregrinantem vltra mare Sed non tenetur.*
2 *Mulieres vouentes ire ad terram ſanctam, coguntur quando ſunt diuites.*

1 **De mulieribus.** † Nota quod vxor poteſt ſequi virum peregrinantẽ vltra ma-
a re: ſed non tenetur. a facit quod not. de ſepul. de vxore, qui
2 mat. accu. poſ. c. 1. Secundo no. ꝙ coguntur mulieres † vouẽtes ire ad terrã ſanctam qñ ſunt diuites: ita ꝙ poſſunt ducere bellatores, non intelligas de bellatoribus qui ſequuntur eas amore corrupto, quo nil vehementius, in aut. qui. mo. natu. effi. legi. illud. col. 6. ſed quando ſequuntur eas tamquam dominas, vel a quibus habent ſtipendium.

ADDITIO.

a Sed non tenetur. Adde Card. Alex. 1. cap. in pœnitentia. de ſponſa. Io. de zochis in c. dominus. de ſecun. nup.

SVMMARIVM.

1 *Dubitare de ſingulis non eſt inutile.*
2 *Controuerſia vnius exitus ſæpe viam facit ad alias.*
3 *Idiota dicitur qui ius ignorat.*

ma dicit, votum vltramarinum certis caſibus redimi,& cō-
mutari poteſt,non tamen per alium quam per Papam ſine
ſpeciali ipſius mandato. Et infra dicit Hoſtien.quod in hac
decita comendatur archiepiſcopus qui ex præcedenti conſul
tatione formauerat dubitabiles,& vtiles quæſtiones,pro hoc
1 quia ſecundum Ariſtotelem dubitare † de ſingulis non eſt
inutile.nota.C.de ſumma trini.l.nemo.in gloſ.quod ſemper,
& hoc probabiliter: alias vituperatur,ff. de teſta. Domitius.
de tempo.ordi.vel non eſt,de offi.deleg.cum in iure,quæſtio
2 nes.ſæpe exitus vnius † controuerſiæ viam facit ad alias,ff.de
de acquirenda poſſeſſio. exitus. de rei vend. is qui deſtina-
uit, & dum aniam ſoluimus, de verborum ſignificatione,
cum olim.Goffre.Neutros,epiſcopos, vel religioſos. Nota,
quod vt quis poſſit a voto vltramarino abſoluere,requiritur,
quod habeat a Papa mandatum ſpeciale. Sc̄do nota ex hoc,
quod nec legatus de latere, nec pœnitentiarius hoc poſſunt,
ad hoc de officio. delega. quod tranſlationem, † Tertio
nota, quod ignorans ius dicitur idiota, ibi, idiotæ, &
iuris ignari, exponendo ſecundum Hoſtien. & pro ideſt, ad
hoc de æta.& qualitate.capitulo penultimo,de offi.ordi.inter
4 cætera, ad finem.† Quarto not.ex hoc ſecundum Hoſtien.ꝙ
iura ligant religioſos,ad idem inducit,infra titulo primo,cap.
fi.ibi Apoſtolica inſtituta.quæ hoc probant,ex eo q̄ tenētur
religioſi ſeruare ius in ſuis actibus quos in ſe exercent, dicto
capitulo fin.vel in alios non religioſos, vt hic. Quinto nota,
5 quod religioſi dicuntur etiam alij quam regulares.de hoc in
gloſſ.tertia.& in eo in fine de conſtitutio eccleſia,& de hoc
6 in rubrica de regula.†Sexto nota,quod epiſcopus debet alios
excellere religione,vt hic etiam ſcientia,præcipue iuris,dicto
capitulo penultimo,de ętate,& qualitate.de renuncia.niſi,§.
7 pro defectu. Septimo nota,quod † generaliter dictum nulli
eſt dictum,pro hoc de dolo,capitulo ſecundo,de hoc in gloſſ.
argumen.& in ea in fi.de hoc infra in ſecundo contrario. Op
po.quia ſi non poteſt aliquis diſpenſare in voto vltramarino,
hæc inſtructio quæ ponitur in hoc cap. remanebit inutilis.
Solu. vtilis eſt ad inſtruendum eum cui Papa commiſerit.
Item ipſum vouentem, quo petat diſpenſationem,& ſecun-
dum Ioan.Andrea.non fuit etiam peccatum inſtruere ſuc-
ceſſorem. Secundo oppo.in eo,quod dixi in vltimo notabili
de leg.ſecunda,C.pig.ad idem de reſcrip.eam te.Solu. illam
l.ſecundā gloſſ.argumentum allegat pro Ioā.Vincen. & Phi.
allegant in contrarium, & poteſt ad vtrunque induci. Nam
ibi dicitur,quod ſi creditor primus habens ſpecialiter quæ-
dam,& generaliter vniuerſa obligata, ex nominatim obliga
tis debitum conſequi poteſt, & hoc certum eſt, ad petitio-
nem cuius non auferentur ea quæ ex generaliter obligatis
pignorauit debitor ſecundo, vnde facit contra ex hoc, quod
generalis obligatio haberet ibi efficaciam ſi non poſſet pri-
mus creditor conſequi ſuum debitum ex rebus nominatim
obligatis,facit autem in eo,quod plus attenditur ſpecialis ob
ligatio quam generalis, tamen vere loquendo non facit pro
nec contra,eſt enim alius caſus,vt patet ex prædictis. Ad cap.
eam te.dic,quod ibi attenditur generalis obligatio: quia illa
afficiebat ſingulos.Item ibi eſt alia ratio quare factus epiſco-
pus tenetur exequi id quod fuit mandatum capitulo, quod
dic vt ibi dixi, Item regulariter idem operatur generalis di-
8 ſpoſitio † & ſpecialis, fallit in caſibus in quibus eſt expreſ-
ſum, quod requiratur ſpecialis. de procura. qui ad agen-
dum, libro ſexto, & clementina, non poteſt, eodem
titulo.

S V M M A R I V M,

1 *Votum ultramarinum qui non redimant,*
2 *Legis tenor totus conſiderari debet.*
3 *Conſilij maturitas ſuccedit loco uirium,*

1 Secundo, † Habiles ad eundum, ſed inhabiles ad
pugnandum, ſi ſunt conſilio ſtrenui, vel
tanto virtus,ſeu par[illegible]
te ſapit. Goffred.& Ouidius Parua necat morſu ſpacioſum
vipera taurum. A cane non magno ſæpe tenetur aper. ibi,
§.quem ita, præſes dimittet illum, quem vexari uidet ſe-
nio, vel corporis debilitate,& alium conſtituet qui munus
iniunctum adimpleat. Ibi,§.ſequenti.incipit corporis debili
tas,vide de teſti.ſi qui,q.3.

S V M M A R I V M,

1 *Vxor virum peregrinantem ſequi non tenetur.*

Quod autem. Vxores poſſunt non ſequi virum
peregrinantem vltramarinū niſi
1 & ipſæ uouerint. † Nota,quod vxor no tenetur ſequi vir um
peregrinantem, de hoc de ſpon.in præſentia,qui matri. accu
ſa.poſſunt,capit.1.

S V M M A R I V M.

1 *Viri ſine uxorum conſenſu uotum ultramarinum emittere poſſunt,&*
nu.2.& quid in uxore.nu.3.
4 *Vir & uxor in multis ad imparia iudicantur.*

1 IN tanta. † Viri ſine vxorum conſenſu poſ-
ſunt emittere votum vltramari-
num.Nota, quod quandoque deſideratur aſſen-
ſus eius,cuius tamen contradictio nihil obeſt, ſi-
cut hic monētur vxores, vt aſſentiant, & tamen earum con-
tradictio uotum non impedit. faciant ergo de neceſſitate
uirtutem, & ſint de nihilo curiales. ſimile de electione.
cum terra. de arbitris, enim nobis. Oppono ad hoc,& ad
2 textū,† quod non poſſit ſine conſenſu vxoris uouere. trigeſi
ma tertia,quæſtio.quinta,quod Deo.Gloſſ. ſoluit, quod, hic
eſt caſus ſpecialiſſimus in hoc voto vltra marino. Ex hoc ar
guit Petrus ſecus eſſe in alio voto, pro hoc litera ibi huiuſ-
modi, a contrario, & de hoc ſupra capitu. ſcripturæ. Et in
hac gloſſ.in fine.& capitulum manifeſtum,ubi de hoc,& in
ſumma Hoſtienſi.hoc titulo, §.ſi quis vouere, verſicu. vxor.
2 Quæro an ſicut uir votum a vltramarinum emittit ſine licen
3 tia vxoris, ita econuerſo poſſit † vxor ſine conſenſu viri.Ho-
ſtienſi.quod ſic,quia non iudicantur ad imparia,trigeſimaſe-
cunda,quæſtione ſecunda,ſi quis vxorem,& quæſtione quin
ta,præcipit,& capitulo,chriſtiana.de diuor.capitulo ſecundo,
dicit tamen, quod licet vxor poſſit, non tamen exequetur
votum ſine viri licentia,ſed redimet, & hoc ſi ſuſpecta ſit,&
iuuenis. Idem ſi uetus, & bonæ famæ, non tamen volens
ducere ſecum bellatores. Si enim hoc poſſet, & eſſet bonæ
famæ,tunc ipſam oportet exequi perſonaliter. Ad hanc di-
ſtinctionem facit de conuerſi.coniugato.cum ſis, & capitu.
vxoratus,ſupra capitulo proximo.in fin.de ſtatu regula.capitu
lo vno,libro ſexto, & de hoc in ſumma. Hoſtienſi. eodem ti
tulo,§. ſi quis vouere.verſicu.nunquid ergo vxor.& ſequen.
mihi videtur, quod vxor non habeat aliquam poteſtatem
emittendi votum vltramarinum ſine licentia viri, ſicut nec
aliud votum. Nam hic ſpecialiter permittitur viris,& ſic
tacite prohibetur mulieribus, argumen. de præſumptio.
nonne. nec obſtat. illud quod non ſint iudicandi ad im-
4 paria. † quia multa ſunt in quibus ad imparia iudicantur.
Nam maritus poteſt caſtigare vxorem, ut nota. de iureiu-
rando, quem admodum, in gloſſa finali, non ſic
econuerſo.

A D D I T I O

a Sicut vir uotum. Adde ſanctum Thomā. in quarto ſententia. diſtinctio
32.q.1.ar.g.3.

SVM-

Digitized by Google

tione non redimunt uotum vltramarinum: ſed coguntur exequi.ex hoc arguit Hoſt.ꝙ religioſi etiam ſimplices clauſtrales poſſunt hoc uotum emittere, etiam ſine licentia, ſi ſint prædicatores boni,de hoc infra cap. fin. Oppono,in eo, quod dixi in primo notabili, ꝙ clerici ſunt inhabiles ad pugnam, de hoſpitalarijs, & fratribus alemanis qui pugnant. Sol.illi hoc faciunt ex permiſſione eccleſiæ, pro hoc, quod nota. duodecima, quæſtione prima, duo ſunt in fin. primæ gloſſ. Secundo oppo.ad idem de ſententia excommun. ex dilecto. Solu.ex officio clericatus non licet, ſed ratione temporalis iuriſdictionis licere poteſt,vt ibi,vel in propria perſona non licet,ſed per ſubditos licet,vigeſimatertia, quæſtione vltima §.his ita,& ea.q.ut pridem,& hoc in dicto c.dilecto, & de reſtituti.ſpolia.olim.primo.

A D D I T I O

a Pugnandum. Adde tex.in c.clericum 50.di.gl.1.in c.ſuſcepimus, de homi.glo. in c.ego.N.de iureiu.intellige ſecundum Feli.in c petitio. de homi. & idem [illegible] hiji.ſi moneta.in d.c.ego.N.

S V M M A R I V M.

1 *Votum vltramarinum pro pœnitentia iniunctum an redimi poſſit.*

Hoc autem. Dic limitat omnes caſus præcedentes. Oppono, quia innuit, quod
1 quando pro † pœnitentia in iunctum eſt iter vltra mare, non poſſit redimi. & ſic oblig.82.diſtinctioni. præſbyteri, ſi fornicationem. Gloſſ. vltima non ſoluit. dic vt ibi, & dicit Hoſtien.ſpeciale in hoc voto,vel quando in canone hoc prohibetur. de miledi. ſtatuimus, in fin. dic, quod non poteſt fieri commutatio ex illa cauſa: quia ſit inhabilis ad pugnandum,nihilominus eſt habilis ad eundum ſatisfaciendo pœnitentiæ. non per hoc tollitur quin ex alia cauſa licita poſſit commutatio fieri, vt in contrario, quæ etiam facilius fit hoc caſu in uouente, poteſt enim per alium quam per Papam, vt dixi, ſupra capitulo proximo in princip. quæſtione duodecima.

S V M M A R I V M.

1 *Monachus poteſt eligi ad eccleſiam ſecularem.*
2 *Compromitti poteſt in ſacerdotem.*
3 *Votum religionis quando dicatur ſolemne.*
4 *Votum quando dicatur ſolemne quo ad rumpendum matrimonium poſtea contractum.*
5 *Vinculum primum rumpitur ſuperueniente maiori.*
6 *Religionem uouens,licet monaſterium non adiuerit tenetur ingredi.*
7 *Electus in epiſcopum poſt conſenſum an poſſit renunciare.*

ſum infra,tit.1.monachi.§.priores.de hoc in glo.ii. Communiter tamen loquendo capitulum dicitur clericorum ſecularium, conuentus regularium. de elect.ne pro defectu.vbi de hoc. Quinto no.quod monachus eligitur. Innoce.dicit præmiſſa poſtulatione facta a ſuo priore,vel quod eligitur in,poſtulandum, vel ſecundum alios vt refert Innoc.ſimpliciter poteſt eligi:& hoc eſt approbatum.de elect.nullus,& c.quorundam.lib.6.Sexto no.ibi, recipere poteris.ꝙ religioſus poteſt aſſentire electioni de ſe factæ.quod intellige habita licentia ab abbate:alias non licet.de elect.ſi religioſus.lib.6.Oppo.
3 in eo ꝙ ille dicitur ſolenniter vouiſſe. Nam † votum religionis non dicitur ſolemne, niſi fiat profeſſio in aliqua de religionibus approbatis ỹ. de voto.c. vnico. lib.6.Solu.ſta contrario.& quod dicitur quod ſolẽniter vouit,intellige eo modo quo potuit,& exponit Inno.ſolemniter,i.in præſentia abbatis & multorum.ſed ſecundum eum,quia non.fuit de præſenti,ſed de futuro,non fuit ſolemne.vnde ſi contraxiſſet matrimonium,non ſepararẽtur. qui cleri. vel vo.rurſus.Gof.idẽ tenet dicens, ꝙ interuenit ſolemnitas profeſſionis vel habitus,quia nõ ſtatim intrauit, ſed ſe intratuturum promiſit intra duos menſes poſtquam de curia rediret,vt in litera. Secundo op.ad hoc, quia ſi eſt votum ſolemne, ſi quis dicit voueo ꝙ ibo vltra mare:quod tamen eſt de futuro: ita & in caſu præmiſſo,ſi dixit,voueo ꝙ intrabo monaſterium, debet dici ſolemne.Soluit Inno ꝙ vtrunque poteſt dici ſolenne, ſecundũ quod dicitur ſolẽne propter ſolemnitates vulgi. ſed votum continentiæ vel religionis non dicitur proprie ſolemne, niſi ſit de præſenti. vel alicui religioni deuoueat. & de hoc de regula.ad apoſtolicam.& c.porrectum.votum autem peregrinationis a iure non dicitur ſolẽne: & tamen vouens peregrinationem cogitur eam perficere.ſ.c.quod ſuper. Sic etiã vouens religionem ingredi cogitur ad hoc, etiam ſi voueat per
4 verba de futuro,vt hic ſm Inno.dic,ꝙ † votum dicitur ſolẽne quo ad rumpendum matrimonium poſtea contractum, ſolum altero de duobus modis,ſ.per receptionem ſacri ordinis,vel profeſſionem in aliqua de religionibus approbatis.d. c.vnico.Sed quo ad hoc vt vouens cogatur implere, dicitur ſolemne eo ipſo ꝙ emiſſum eſt ab eo qui poterat ſe obligare. ſ.eo.c.1.& quod ibi no. Tertio op.ꝙ conſilium Papæ non ſit ſufficiens ad ſaluandam conſcientiam iſtius: quia potuit intra certum tempus ingredi,quod nõ fecit. vnde etiam ſi nũc ingrediatur, non deſinit eſſe tranſgreſſor. Sol. licet ingreſſus fuerit de termino, tamẽ vtile conſilium eſt quod adimpleat votum inquãtum poteſt. vnde dicit Gof.quod iſte promiſit duo

A D D I T I O.

a Capitulum. Adde quod proprie dicitur eccleſia ſecularis,vt in c. ſignificaſti. de præb quandoque ponitur pro collegio. ſecundum Pau de clea. in cle.1. de re.ec.non alie.aliquãdo pro conuentu.ſecun.[illegible] Io. An.1.in c.quia ſæpe. de elec.li. 6.in nouel.

Digitized by Google

ſotum in maius, & melius commutaſſe: & ſic non debet
dici violator, ſupra capitu. ſcripturæ. Communis enim vtili-
tas, & maius bonum præferri debet. de regula. licet, ſupra
eodem, capitulo primo, de tranſlatio. capitulo primo. Solu.
forte faciens hanc conſultationem habebat conſcientiam
erroneam, quam aliter deponere non poterat, vnde neceſſe
habuit illam ſequi. de reſtitutio. ſpoliato. literas, vel illud
conſilium fuit neceſſarium, vt ſeruaretur vtrunque, cum pri
mum tollat ſecundum. de ſponſa. commiſſum, ſecundum
Goffre. vel ſecundum Hoſtien. quia in mortali fuerat ele-
ctus, quia fuerat voti transgreſſor, non tenuit electio. de ele
ctio. cum in cunctis, hoc non procedit, quia non quodli-
bet crimen reddit electionem nullam, quod dic, vt di-
xi dicto capitulo cum in cunctis, eodem titulo, per inquiſi-
tionem, vt nota. in regula odia. in quæſtione libro ſexto, vn
de placet ſecunda ſolutio. Quinto oppo. quia ſi iſte erat cano
nicus, poſſet eligi, vel poſtulari: ergo fortius antequam eſſet
canonicus. Soluit Innocen. quod hoc fit, vt impleat vtrun-
que: quia ex quo eſt epiſcopus, non poteſt fieri monachus,
vel canonicus regularis niſi reſignet; & hoc modo votum
implebit & epiſcopatum habebit, facit de ſponſa. prælləga.
capitu. & dic, quod religio addit perfectionem epiſcopo, li-
cerit enim aliqua ſeculari, quæ non licent religioſo. de vita,
& honeſta. cleri. clerici, de regula. conſulti. dic etiam hic,
quod implet votum, vt ſatisfiat iuri. ſimile quod dico de
electio. publicato, contrario quinto, ſic etiam pronunciatur
ſuper poſſeſſorio, vt ſatisfiat iuri, licet petitorium trahat poſ-
ſeſſorium. de cauſa poſſ. eccleſia. Quæro, ſi ille non appo-
6 ſuiſſet voto, † tempus, vt quia vouit ingredi religionem non
adiecto infra quod tempus, Gloſſ. prima dicit, quod nihilo-
minus tenetur ingredi. pro hoc de frigi. fraternitatis, & ff. de
verborum obliga. cum qui Kalendis, §. quotiens, in obliga-
tione, quando dies non ponitur, præſenti die pecunia debe-
tur, niſi locus adiectus ſpacium temporis inducat, ff. regulis.
iur. omnibus, Secundo quæro, ſi prælatus, vel fratres nolint
hunc recipere. Gloſſ. eadem ſoluit, quod non dicitur voti
tranſgreſſor, & quod compelli debeant, vt eum recipiant,
quod dic, vt in ea. Tertio quæro, in eo, quod in tex. dixi, ꝙ
vario modo ponitur decisa ſub illo, & infra, qui ſint illi mo-
di. Solu. vno modo intelligitur, quod iſte electioni de ſe fa-
ctæ conſenſit, & petijt an licite poſſet confirmationem pete-
re, vel potius deberet reſignare, & hæc lectura facit ad nota.
7 de tranſla. capitulo ſecundo. † An electus in epiſcopum poſt
conſenſum poſſit renunciare. Solu. legitur, quod ille ante
conſenſum conſuluit Papam. & tunc quod dicit, regimen re
ſignes, expone. ideſt electioni non conſentias per quam ad
regimen peruenitur. Tertio legitur, quod electus fuit, &
confirmatus, & conſecratus. & poſt longa tempora prouide
re volens conſcientiæ conſuluit Papam. Et hęc lectu. facit ad
nota. de renun. poſt tranſlationem: an epiſcopus qui renun-
ciauit ſit eligendus, vel poſtulandus, & de prædictis modis
quilibet poteſt ſaluari. Quarto quæro, ſi nouitius qui om-
nino ſeculo renunciauit, ſcienter in epiſcopum eligitur, hęc
quæſtio videtur expedita. de electio. nullus libro ſexto, ubi
8 dicitur, quod † nouitius poteſt in epiſcopum eligi. Sed, ut
habeat dubium, intelligamus de illo qui vouerat religio-
nem ingredi, & quod talis non ſit confirmandus: quia licet
reddere ceperit, adhuc tamen ad plenum non reddidit vo-
tum ſuum Deo: nec videtur aliquid actum & cætera, C. ad
ſil. cum ſillanianum, in fin. ad hoc de electio. quod ſicut, §.
prætererea, & capi. eccleſia, prima de conſecra. eccleſię diſtin-
ctione ſecunda, comperimus. In contrarium, quia ſi profeſ-
ſus eſſet: poſſet propter maius bonum a religione auocari, ēt
ad ſimplicem curam propter prædicationis officium in hoc
priuilegium, infra titulo primo, quod Dei. videtur ergo, ꝙ
ſtatim poſſit fieri prælatus, ſicut, & poſt profeſſionem: immo
videtur hoc expedientius, & compendioſius, vt omnis cir-
cuitus euitetur. ar. ff. de condi. indebi. dominus teſtamento.
de reſcrip. clemen. auditor. dicit Hoſtien. ꝙ putat eligi poſſe,

quia non inquinatum ...
& cap. innotuit, maxime, quia ingreſſus monaſterium de fa-
cili non fuit occultus, de tranſla. quanto. In quo dicit Hoſtiē.
quod quamquam verum credat: tamen tutius & honeſtius
eſt quod de voluntate eligentium procedat. ad hoc de elect.
bonæ nos, & ſic dicit fuiſſe ſeruatum in promotione domini
Petri de cellemedio ad Rothomagenſem eccleſiam, qui po-
ſtea fuit cardinalis albanenſis, ſed non videntur hæc proce-
dere: quia profitens renunciat electioni de eo factæ in epiſco
pum, de regula. beneficium, & quod ibi nota. libro ſexto, &
renunciare poteſt, ex quo non eſt confirmatus, de tranſla. cap.
ſecundo. non poteſt ergo confirmari per illam electionem,
ſed nec canonici tenentur iterum eligere, & quod dicitur, ꝙ
videntur ad hoc ſe obligare eligendo eum ſcienter, vel ſi eli-
gant ignoranter, quod eſt ei imputandum, non procedit: im
mo potius debet eis licere ab hac electione recedere, ex quo
electus mutat ſtatum: & ſufficit, quod hoc non inuenitur in
re expreſſum, & hoc reſpectu eligentium: quantum autem
ad electum placet, quod dicit Hoſtien. quia iſte ſalua conſciē
tia non poteſt acceptare electionem, arg. hic. Nam per hoc,
ꝙ factus ſit nouitius, non dicitur ſatisfeciſſe voto. Quinto
9 quæro, an ſicut votum † profeſſionis impedit eligendum,
ut hic. ita etiam impediat ipſa profeſſio iam facta, & dereli-
cta, vt, quia eligendus eſt apoſtata. Vincen. Iacob. Petrus. Ab
ba. quod ſic, & fortius ad hoc de apoſta. quidam, quod eſt ho
die indubitatum, cum talis ſit excommunicatus, ne cleri. vel
mo. cap. ſecundo, lib. ſexto. Et per conſequens intelligibilis
de conſue. cum dilectus, & de electio. cum inter R. & de cle-
ri. excommun. cap. fin.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ propter ſuccurſum terræ ſanctę enormiter grauari non debent.*

2 *Inhabiles ad pugnandum poſſunt eſſe utiles ad ſuccurſum terræ ſanctæ.*

3 *Prælatus abſentans ſe ab eccleſia debet dimittere procuratorem.*

4 *Prouentuum uiceſima cedit in uſum prælati euntis ad terram ſanctam ex uoto.*

5 *Regulares qui non ſunt prælati an poſſint emittere uotum terræ ſanctę ſine ſcientia abbatis.*

Poſtulaſtis. Prælatus etiam profeſſus poteſt votum
vltramarinum emittere, & in vſus ſuos
viceſimam prouentuum eccleſiæ ſuæ conuertere. Commu-
nis diuiſio. ſecunda ibi, ſuper quo tenemini. patet hic, ꝙ admi
niſtrator eccleſiæ quamuis religioſus, emittere poteſt votum
vltramarinum. No. de viceſima prouentuum eccleſiaſticorū
tribuēda in ſubſidium terræ ſanctæ. de hoc in gl. 2. & in ea ibi
compilatione, ſed potui, J. de iudeis, ad deliberādā. Secundo
no. ꝙ religioſus poteſt habere eccleſiam, ibi, eccleſiarū, & in
hoc ponderat Inn. literā quæ non dicit, præbēdarū, cū regula
ribus non liceat habere præbendas, quod no. Sic etiam dic, ꝙ
eis non licet habere portiones diſtinctas, vt dixi de præben.
1 dilectus, t. de vita, & hone. cleri. Deus qui. † Tertio nota, ꝙ
propter ſuccurſum terrę ſanctę non debent enormiter gra-
uari eccleſiæ. de hoc in glo. 2. & in ea ibi, nam hoc. vide de pri
2 uile. paten tibus, notabili. 3. Quarto no. ꝙ etiam † in habiles
ad pugnandum poſſunt eſſe utiles ad ſuccurſum terræ ſanctę,
vt quia verbo proſunt. de hoc in glo. 3. poſſunt etiam alios
ad pugnam hortari. 23. q. vlti. omni. & c. hortatu. & cap. ut pri
dem. Iaco. Quinto no. ꝙ ad ſuccurſum terræ ſanctæ quando-
que eſt aliquis vtilis exemplo. de hoc in gl. 4. Et in fi. & uti-
lior eſt prædicatio exempli ꝙ̄ verbi. 40. diſt. multi. & c. magnę.
ver. ꝑterea. Sexto no. caſum in quo qs relinquitur conſcientię
ſuæ. de hoc in gl. 5. Et in ea ibi, in ulteri. de reſcrip. ſtatutum, §.
aſſeſſorem, lib. 6. clemen. quamuis. Septimo no. ꝙ quando
3 prælatus † ſe abſentat ab eccleſia ſua debet dimittere procura
torem de hoc in glo. penul. pro hoc de procura. petitio, ff. de
iudi.

Digitized by Google

cis ſecularibus. Ratio decidendi, quia eadem ratio eſt de ſecularibus prælatis. Nam, & alias tales æquiparantur. de teſta.
5 requiſiſti. in fin. Secundo quæro, quid de regularibus † qui non ſunt prælati. videtur, quod non poſſint hoc votum emittere, niſi de conſcientia abbatis, arg. duodecima, quæſtio. prima, nolo. & cap. non dicatis, dicit Hoſtien. quod inuenit eos in hoc voto prilegiatos, niſi forſan ratione officij prædicationis, ad hoc ſup. eod. ex multa, §. fin. vbi Hoſtien. ſentit, quod propter officium præiudicationis teneat votum, & hoc poſſumus ſequi. Nam etiam in epiſcopo obſeruatur, quod votũ tenet, vt dixi, ſup. cap. magnę, in vlti. contrario, qui tamen nõ minus obligatur Papæ, quam monachus abbati, de regula, licet, ver. illa, & dicto ca. magnæ ver. ipſum etiam, ad hoc quod no. ſup. eo. ſcripturę, & per Hoſtien. in ſumma eo. §. quis vouere. ver. monachus. Tertio quæro, in eo, quod dicit de viceſima de prouentibus eccleſię ſoluenda, quomodo deducetur dicit Hoſt. ꝙ integraliter de omnibus prouentibus, ſicut decima, de deci, tum homines, & c. tua, & quod no. de iudeis, ad deliberandam, & hoc dicit Hoſt. procedere quando prælatus habet adminiſtrationem omnium: vt quia omnia veniunt in communi. Aliud dicit, ſi bona eſſent diuiſa per præbendas vel ſi pro prælatura haberet redditus ſeparatos. Nam tunc ſoluetur de his tñ quæ veniũt ad manus p̃lati, de reſcri. edoceri.

De ſtatu monachorum. *Rub.*

Dicto de conuerſione ad religionem: quia qui conuertuntur, vt plurimum fiunt monachi, vel regulares canonici: ideo &c. ad materiam facit 58. diſtinctione per totum, & quod dixi de regularibus ſuper rubrica repetitur in ſexto, & in clemen.

SVMMARIVM.

1 *Archipreſbiteri rurales ſubſunt tantum archiepiſcopo.*
2 *Dioceſanus an habeat plenam poteſtatem in monaſteria.*
3 *Epiſcopus an poſſit viſitare monaſteria.*
4 *Lex dioceſana, & iuriſdictionis, quæ ſit.*
5 *Monachi exempti habentes populum an ſubſint dioceſano. & numero 6.*
7 *Epiſcopus quam canonicam habeat de his quæ dantur monaſterio.*
8 *Quarta decimarum an ſit de lege iurſd. uel dioces.*
9 *Oblata monaſterijs an ſubſint legi dioceſanę.*
10 *Monaſteria an conferre teneantur Epiſcopo cum uadit ad Papam, uel ad ſynodum.*
11 *Monachi morantes in aliqua eccleſia, non tamen tanquam congregatio, an teneantur legi dioceſanę.*

THeodoſius. Monaſteria ſunt exempta a lege dioceſana, non a lege iuriſdictionis hoc dicit ſecundum Abbatem. vel melius. Dioceſanus non debet moleſtare monaſteria præterquam pro cauſa correctionis: nec eis oblata ſibi vendicare. Primo ponitur vna prohibi-

pedit. 18. quæſt. 2. non ſemel. Inno. ſtat contrario, & ſupplet ad literam ibi, diſciplinæ. & præter viſitationem. Goff. dicit quod diſciplina conſiſtit in viſitando & corrigendo, ſi negligit abbas ad quem ſpectat prima correctio. de offi. ordi. quanto. vbi de hoc. quod placet. Quarto oppo. quod epiſcopus poſſit vendicare de his quæ veniunt monaſterio. Nam debetur ei quarta. de teſta. requiſiſti. Glo. vlti. ſoluit, quod hic loquitur de his quæ obueniunt inter viuos. contrarium quãdo in morte. & de hoc infra. quęſt. 4. vel ſecundum Goff. hic in relictis priuilegiatis. de quibus de teſta. c. ſi. ſed hæc eſt magna reſtrictio. vel tertio ſecundum Hoſt. hic prohibet totũ vendicari, ſed non partem, ideſt, canonicam, vt in contrario. prima placet: licet etiam tertia poſſit teneri. & in hac glo. in fine. de præſcrip. de quarta. Quæro, in eo quod dixi in primo ſummario, de lege dioceſana. & l. iuriſdictionis. de quo etiã
4 in glo. 1. quid eſt † vtraque l. Solu. vt not. de offi. ordina. dilectus. & ibi expeditur vna magna pars glo. Inno. qui hic de hoc proſequitur. & in hoc dicit Inno. quod hæc verba fuerunt magiſtralia. quod etiam dixi in dicto c. dilectus. Eapropter dicit, quod aliqua dicuntur eſſe de lege iuriſdictionis quæ alio reſpectu dici poſſunt de lege dioceſana: nec in hoc poſſet tradi certa doctrina. Iſtis autem vocabulis vtor infra pluribus quæſtionibus, quia eis etiam vtitur Inno. quomodo tamen cognoſci poſſint quę ſint de l. dioceſana, & de lege iuriſdictionis. dic vt dixi in dicto. c. dilectus. Secundo quæro expediendo reſiduum glo. Inno. in eo quod dixi in primo contrario, de monaſterijs habentibus populum, quid ſi
5 monachi † ſunt exempti, & populum habent, an ſubſint dioceſano. Inno. refert quoſdam dicere, quod non ſubſunt quo ad illa quæ populum non reſpiciunt, ſicut in his quæ donantur eis intuitu pietatis vel religionis, in quibus nullam partem per l. dioce. habebit epiſcopus. 16. quæſtio. 1. cum pro vtilitate. Item non poſſet epiſcopus mittere monachum pro alijs negotijs quam ſui monaſterij: quia non debet vagari. 16. quæſtione. 1. qui vere. & capit. in parochia Soluit Inno. quod illud eſt quando de abbatis licentia egrediuntur: non autem epiſcopi, qui nihil niſi ratione populi præcipere poteſt. 18. quæſtione ſecũda. luminoſo. & de materia huius q̃ſtionis in tribus ſequẽtibus. Tertio q̃ro, ex quo
6 † monaſteria habentia populum non ſubſunt dioceſano in his de quibus in præcedenti queſtione: in quibus ergo ſubſunt. Inn. refert eoſdẽ, de quibus in præcedenti quęſtione dicitur, quod non tenentur niſi in his ad quæ tenentur aliæ
7 eccleſiæ exemptæ ratione populi. Quarto quæro, † in eo quod dixi ſupra in 4. contrario, quod epiſcopus habet cano-
a nicam a de his quæ dantur monaſterio in morte, non de his quę dãtur in vita, an hoc ſit verum, & videtur quod nõ, ſed eodem modo debeat habere de datis in vita, cum ſm Innoc. verum ſit debitũ l. dioce. 10. q. 1. decretum. Sol. Inno. quod lex dioce.

ADDITIO.

a Epiſcopus habet canonicam. Adde Pet. de Vbal. in repe. capi. Raynaldus. de teſta.

Digitized by Google

lege iuriſdictionis,16.q.1.interdicimus.Ipſa ergo mortuaria
tanquam acceſſoria ad ſacramenta eiuſdem naturę eſſe debēt
ſup.ti.1.magnæ,ver.cum igitur.Et ex hoc videtur Inn. velle,
ꝙ quarta funeralium ſit de l.iuriſdictionis,& de hoc etiā in
ſequēti quæſtione,dic,ꝙ eſſe de l.iuriſdictionis,vel dioce. nō
arguit aliquid deberi epiſcopo a monaſterio,vel non deberi,
ſed quando debeatur,& quid,ſtamus diſpoſitioni iuris: cum
itaque clare diſponat ius de quarta funeralium debita epiſco
po etiam a monaſterijs,fruſtra quærimus an ſit de l. iuriſdi-
ctionis,an dioce.& pro hoc eſt quod dico in ſequēti quæſtio
a ne.Quinto q̄ro,an quarta decimarum a ſit de lege iuriſdictio
8 nis,an dioce.† dic vt in præce.q.ꝙ hoc fruſtra quæritur, vtile
tamen eſt videre an monaſteria teneantur ad hāc,& hoc de-
claratur ex ſequentibus.Et proſequendo glo.Inno.dicit ipſe
idem poſſe dici,ꝙ de quarta mortuariorum dictum eſt in q̄-
ſtione præcedenti .i.ꝙ ſit de l.iuriſdictionis:quia datur pro ſa
cramētis,ſicut illa,ad hoc de dec.cū ſint homines,& c.ad apo
ſtolicæ.In hoc tamen non perſiſtit Inn.quia decimæ non ſol
uuntur monaſterio,ſed monaſterium ſoluit alteri.16.quæ.1.
alia.de deci.nuper,vnde cum quarta decimarum deducatur
de decimis,ex quo monaſterium non percipit decimas,non
tenetur ad quartam decimarum.Et in hoc dicit Inno.ꝙ etiā
ex donatione alterius non poteſt monaſterium habere deci-
mas.Nam ſi qua poſſeſſio donetē monaſterio,donata intelli
gitur tantum quo ad ius donantis,de dona.paſtoralis,& c. in
ter dilectos,& in monaſterio tranſit cū onere decimarum ſol
uendarum,16,quæſtione prima,ſi quis laicus. Oppo.ad hoc,
in eo,ꝙ quartam decimarum dixi eſſe de lege iuriſdictionis,
ꝙ immo ſit de l.dioce.quia etiam omnes decimæ ſunt de ea
dem l.dioce.Sol.Inno.ꝙ etiam ſi hoc non dicatur,adhuc nō
eſſet exempta monaſterio: quia non ſunt exempta quo ad
poſſeſſiones,niſi per priuilegium probentur exempta, vt no,
de deci.ſuggeſtum,& hoc reſpectu decimarum realium. Ad
perſonales autem nec monachi nec clerici tenentur, vt not.
de dec.nonum. Ideo perfectio talium perſonalium non eſt
de l.dioc.vel iuriſdictionis,cum non debeantur ſecundum In
no.qui tamen aliquibus intermiſſis refert quoſdam dicere,
& multum probabiliter, ꝙ monaſteria non ſunt exempta a
quarta decimarum,vel mortuariorum,vel oblationum,quæ
in morte ſiue in vita donantur monaſterio.de offic.ordi.con
quærente,de oblationibus eſt expreſſum 16.q.prima,ad hoc,
vbi de eccleſia Cathañ. quæ regularis eſt.Oppo.ad hæc 16.q.
prima,decimas,& cap.quæſti.Sol.Inn. ꝙ illud eſt ex priuile-
gio,per quod monachi habent decimas de proprijs labori-
bus,ſ.de deci,nuper,ex parte,ſuggeſtum,alias tenentur ad de
cimas,16.q.1.alia,ſecundum Inno.quod tamen cap.nihil fa-
9 cit,quod dixi.ſ.ea.q.Op.ad idem,quia pro his q̄ † offeruntur
monaſterijs,ipſa nō ſubſunt legi dioce.16 q. prima,cum pro
vtilitate.decima,quæſt.prima,quam ſit.Soluit Inno.ꝙ ſecun
dum prædictos monaſteria non tenentur in omnibus dioce.
Nam de lege dioce,eſt,ꝙ ſingulę eccleſiæ debeant conferre
cum epiſcopo quando vadit ad Papam,vel ad regem, vel ad
ſinodum:vel quando facit expenſas pro aliquibus negotijs
communibus totius diocęſis,decima,q.tertia vnio.12.qu. 2.
nobis,& ab his collationibus ſunt exempta monaſteria,& ſic
videntur ſonare prædicta iura:& maxime cap.17. quæſt. pri-
ma,quam ſit.in fi.vel dic,ſecundum Inn.ꝙ hæc non ſunt de
lege dioce.ſed iuriſdictionis,quia de lege iuriſdictionis dici-
tur eſſe omne id ad qđ monaſteria tenentur.Nunquā enim
in caſibus antiquis aliqua mentio ſit de lege iuriſdictionis,
ſed in decretalibus nouis tantū,& magiſtralia fuerūt hæc ver
ba,quod dic,vt ſup.q.prima.Et hoc cum quæritur ad quid te
nentur monaſteria,& ad quid non.dic,ꝙ tenentur ad omnia,
ad quæ tenentur alię eccleſiæ,niſi quatenus reperiuntur pri-
uilegiata,vel in iure vel per priuilegia conceſſa.Et ex his i eo,
quod dixi,ꝙ præmiſſa ſunt de lege iuriſdictionis, infertur, ꝙ
10 monaſteria † conferre tenentur epiſcopo cum vadit ad pa
pam,vel ad ſinodum,& facit,ꝙ ſic,cum monaſteria teneantur
ad ea quæ ſunt de lege iuriſdictionis. In contrarium eſt,
quod no.de offic.ordi.dilectus,vbi dicitur, quod patere ſubſi

a An quarta decimarum Adde Pet.de vbal.in tract.de canoni.epiſco.

S V M M A R I V M.

1 *Peculium aliquando ponitur pro pecunia.*
2 *Monachi an poſſint præfici eccleſiis parochialibus.*
3 *Monachus an poſſit in eccleſia collegiata eligi de iure communi.*

Monachi. Monachi non debent poni ſinguli p paro
chias,ponit,& alia duo dicta quæ ponunt
J.§.1.& 2.recipi.hoc proſequitur J. §.ſi quis peculium, hoc
proſequitur.J.§.qui vero,te dicis habere mercedis, ſi in me-
dia vrbe conſiſtens monachorum vita victites:& ſunt verba
quæ dicis,ſed non tam facile explentur opere ſicut dicto, &
uide,quod ibi ſequitur,dicēte Eccleſiaſtes,4.& de quo libro
1 no.. 2.q.2.de eccleſiaſtico.† No.ꝙ peculium quandoque po
nitur pro pecunia ſeu patrimonio,vt hic,& ff.ad trebellia.co
gi.in prin.vel pro omni proprio,J.e.cum ad monaſterii,q̄n
doque aliter,quod dixi in rubrica de peculio.Secundo nota,
ꝙ monachi debent ſtare plures ſimul,ſaltem duo,& ſi prio-
ratus nō ſufficiunt duobus,fiet quod dicitur de capellis mon.
c.fi.& eo.tit.cle.ne in agro,§.ad hæc.Tertio no.illud, ve ſoli.
& c.vnde Chriſoſtomus:vbi non timetur repræhenſor ſecu-
rus accedit tētator,& ad literam facit ad propoſitum,vel.i.de
ſolitario ſine ſocietate charitatis,tali,ve erit.i.ſola damnatio,
ſecundum Hugo. Seneca epiſtola 6. Nullius boni ſine ſocio
iocunda eſt poſſeſſio,vide Hierony.ad metria.de hoc in glo.
quarta. Et in ea in fin.vbi de hoc pro,& contra in vltima glo.
2 Oppo.ꝙ † monachi præfici poſſint eccleſiis parochialibus,
16.q.prima,in parochia.Glo.tertia ſoluit,ꝙ ibi ex diſpenſatio
ne epiſcopi.idem Inno.qui dicit ꝙ hoc debet fieri de conſen
ſu Abbatis.Goffre.dicit hæc vera in eccleſijs pauperibus.Sed
ſi eſt talis quę poſſit libere habere plures,dicunt aliqui ꝙ de
iure communi poteſt monachus ei pręfici.infra c.quod Dei.
& hic,quod placet Goffre.dicit Hoſtien.ꝙ contra hanc di-
ſtinctionem eſt verbum,quaſcūque parochias &c. & de hoc
per eum in ſumma eo.ti.§.vtrum populum. Vinc.dicit mo-
nachum de iure communi non poſſe aſſumi ad parochia-
lem eccleſiam gubernandam: ſed quod hoc factum fuit
olim propter neceſſitatem , quæ neceſſitas hodie non ſub-
eſt: quia ſunt multi clerici qui poſſunt eligi. regulariter autē
monachus requirit clauſtrum,decimaſexta, quæſtione pri-
ma, ſi cupis, nec ſufficit cauſa vtilitatis,ſecundum Vinc.quā
quam Hugo.dixerit contrarium,pro quo facit,decimaſexta,
quęſtione prima cum pro vtilitate. dic , ut dico.
2 J.eo.quod Dei. † Quęro an monachus poſſit in eccleſia col-
legiata eligi de iure communi.Gloſſa tertia arguit,quod ſic,
& de hoc in pręcedenti quęſtione,& dic, ut in dicto capitu.
quod Dei.

S V M M A R I V M.

1 *Irregularis quo ad ordines quis efficitur pro ſymonia commiſſa etiam in ſimplici beneficio.*
2 *Symoniæ in eodem genere plus punitur dans quam accipiens.*

Si quis. Si pro monachatu detur aliquid, receptus a ſa-
cris ordinibus prohibetur, & recipiens ab offi-
cio ſuſpenditur. Nota ſecundum Petrum, & Abba. quod
pro ſymonia commiſſa etiam in ſimplici beneficio quis
1 efficitur irregularis † quo ad ordines: & non dicunt hic
qualiter probetur : ſed probatur argumento a fortiori:
quia pro ſymonia commiſſa pro monachatu prohibe-
tur aſſenſus ad ſacros, ut hic, & tamen monachatus eſt
minus quam beneficium ſimplex, quia non eſt benefi-
cium , ſed carcer , infra de ſententia excommunica. ut fa-
mę, Oppon. ad hoc, ꝙ immo pro ſymonia debeat expel-
li de mo-

ſti.pœnituerit. reſtituendo ſtatim admonitus. Hoſtien.obla-
tio.i.non celebretur pro eo miſſa in qua domino offertur ſa-
crificium pro animarum ſalute. Alię namque oblationes ꝓ
monachis fieri non conſueuerunt.Pet.& Ab.Religioſis.ſatis
enim eſt quod ſunt profeſſi,cum eadem ſit ratio. de poſtu.c.
1 2.† Nota ꝙ monachus poteſt habere peculium ex permiſſu
abbatis pro iniuncta adminiſtratione:vt in tex. & expone,vt
quia abbas commiſit ſibi adminiſtrationem , ex qua regenda
peculium habere liceat:alias enim non poſſet abbas diſpenſa
re, ꝙ monachus poſſet habere proprium etiam ſine ſcitu ab
batis. & poteſt poni exemplum de adminiſtratione . vt quia
eleemoſynarius, veſtiarius, vel cellerarius,vel in alio officio,
ex quo habet recipere, & in uſus monaſterii expendere:ſiue
ſit pecunia,ſiue ſit aliud,ne cle.vel mo. c.1.& tunc potius ip-
ſa adminiſtratio proprium habet quam ipſe monachus.arg.
de præben.c.3.vel non habet peculium, ſed adminiſtrationē
peculii:ſecus ſi eſſet adminiſtratio cuius ratione haberet tan-
tum circa ſpiritualia intēdere,ut prior clauſtralis , vel quiuis
alius audiens confeſſiones:uel tantum uacans obſeruantię re
gulę: quia tunc non licet ex hac cauſa habere peculium. Se-
2 cundo † no.ꝙ monacho habenti proprium denegatur ſepul
a tura a:immo in ſterquilino cum ſuo proprio ſubiertatur inf.
eodem.cum ad monaſterinm.uer ſicu.quod ſi.& ſi ſepultus ē
in cymiterio,ſi fieri poteſt ſine ſcandalo , exhumabitur.inf.c.
ſuper quodam. Oppo.ad hoc 27.q. 1.de uiduis.glo.alias non
ſoluit.& facit etiam in contrarium.19.qō.3.ſi qua.dicit Hoſt.
ꝙ ca.de viduis,non loquitur de profeſſis: ſed de beguinis,uel
aliis,de quibus 12: q.vlti.c.ſi.de ele.indemnitatibus. niſi in fi
ne.vel dic,vt no.J.eo.cum ad monaſterium.ver.quod ſi.Quę
ro,ſi monachus cum recipitur proteſtetur quod intendit re
3 nere proprium.dicit glo.aliàs,quod frangitur conditio †, &
remaner monachus. in hoc tamen non perſiſtit:immo ad fi.
dicit,quod non eſt monachus &c.vt in ea.dic,vt dico de con
di.ap.capitu.ſi.q. 5. & de hoc etiam no.qui cle.uel uo.inſinuā
te.& dico etiam de conſti.cum M.Et in hac gloſ.ibi l.1.§.1.ſi
legatur vſusfructus rei intelligitur legatus aditus ad eam, in
tantum ꝙ ſi teſtator addat ꝙ hæres non teneatur præſentare,
inutilis eſt adiectio.Ibi,ſed neq;.ſi legatus eſt uſus ędium mu
lieri ea conditione ne a uiro diuertat,remittiť conditio.Ibi,re
præhēdēda. vide de verb.ſig. forus, notabili.9.Ibi,argu.cōtra.
iſtud capitu.dudum.quod ſequitur in gloſſ. Ala.gloſſ.allegat
pro infra de condi.ap.capitu:ſi. & quomodo diuerſimode fa
cit dixi in dicto c.dudum.q.8. Secundo quæro, in eo quod fit
4 quotidie:quia abbas † concedit aliqua monacho ad vſum,an
liceat.credo quod ſic.dicit tamen quod parum differt a ſymo
nia. Vincen.dicit hoc non poſſe fieri ex pacto: ſine pacto.ut
12.q.1.illi.dic ꝙ etiam ex pacto fieri poteſt : nec eſt ſymonia,
dummodo habeat animum dimittendi illud ad iuſſum abba
tis:tunc enim non dicitur habere proprium,in quo maxime
conſideratur affectus habentis.pro hoc quod dico inf.e.cum
ad monaſterium.

A D D I T I O.

a Denegatur ſepultura.Adde glo.in uerbo, peculiare.in c.Ioannes .de regu.&
hoc expreſſe habetur in regula Benedicti.

trarium,& ſoluit ꝙ non licet concedere adminiſtrationem
pro pecunia , vt ibi procurator uel cuſtos conſtituatur. quaſi
dicat,ꝙ ad firmam concedi poteſt modo prædicto. Et idem
Ala.& Phi.qui allegat de loca.veſtia.& dicit Innocen.hanc li
teram intelligi , quando prioratus habet ius ſpirituale anne-
xum,uel bona diſtincta bonis monaſterij. Sed ſi ſunt de mē-
ſa abbatis,poteſt monaſterium ſtatuere quod monachus cui
cōmittitur talis prioratus, tantum ſoluat de redditibus prio-
ratus , ſed non aliunde. & hi potius dicuntur miniſtri quam
priores,quod ſonat in dignitatem. Innocen.pro hoc vltimo
facit de præben.niſi.de priui. c. 1.in ſi.lib. 6. Ideo autem dicit
Innocen.ꝙ ſoluet de redditibus prioratus, & non aliunde:qa
monachus caret proprio.vnde aliunde ſoluere licite non po
teſt.& ſic quando non contingit ſterilitas,fiet remiſſio ſolu-
tionis.;de loca. propter. nec eſt aliunde facienda ſolutio.facit
quod no.de ſymo.non ſatis.Ioan.And.

S V M M A R I V M.

1 *Regularis ex quibus remouetur ab adminiſtratione , & quid in ſeculari .*
2 *Prælatus regularis inuitus an transferatur ad maiorem prælaturam .*
3 *Priores conuentuales an remoueri poſsint ad voluntatem abbatis.*
4 *Priores an poſsint remoueri pro qualibet dilapidatione , & incontinentia .*

Priores . In prioratibus conuentualibus per electio-
nem inſtituti, non ſunt remouēdi,niſi cau
ſa rationabilis ſubſit. & cauſæ rationabilis tria ponit exem-
pla , per electionem capitulorum ſuorum..hoc non erat in
antiqua & quale fuerit additū,dico J.q.2.dilapidatores. pro-
pter hoc etiam remouetur prælatus ſecularis.de offi.dele.ve
nerabili.de accu.c.ſi.& vtrobique de hoc . No.quod regula-
1 ris† incontinentet viuens remouetur ab adminiſtratione ēt
perpetua:ſed etiam ſecularis poſt tertiam admonitionem te
2 nens focariam priuatur beneficio.de coha.cleri.ſi autē. † Se-
cūdo no.quod prælatus regularis transfertur inuitus ad ma-
iorem prælaturam.& dicit Hoſt.quod in hoc propter maio
rem vtilitatem facilius diſpenſatur.de tranſla.c.ſi.Tertio no.
quod in tali tranſlatione requiritur quod fiat de conſilio
fratrum.& no.quod non dicit, conſenſu.prælatus tamen ſo-
lus irrequiſito conuentu dat licentiam monacho electo cō-
ſentiendi electioni & tranſeundi.de elec.ſi religioſus.2.re-
3 pon.lib.6.Oppo.quod priores † conuentuales remoueri poſ-
ſunt ad voluntatem abbatum.J.co.cum ad monaſterium.§.
tales.Sol.vt in glo.pe.& de hoc de præben.cum ſingula.lib.
6.Quero ſi epiſcopus habet inſtituere archidiaconum ſine
aſſenſu canonicorum,quod eſſe poteſt.60.diſ. epiſcoporum ,
an tunc poteſt inſtitutum quandocunque vult amouere.
dicit Goſ.quod non:quia aliud in ſecularibus,de quibus ibi,
quam in regularibus de quibus hic.Secundo quæro , quare
in tex. fuerūt addita illa verba, per electionem capitulorum.
dicit Hoſti.quod propter tria.primo vt ſciatur quod in eccle
ſia conuentuali debet prælatus creari per electionem con-
uentus.16.q.vl.c.ſi.de elec.c.1.Secundo , vt ſciatur ſic electos
eſſe

Digitized by Google

re cauta cognita: licet regulares facilius ꝗ ſeculares poſſint a
ſuis admin.ſtrationibus remoueri. de accu.qualiter.2.in fi,

S V M M A R I V M.

1 *Ciſtercienſes non poſſunt habere eccleſias etiam curatas,*
2 *Homagium quid ſit.*
3 *Ciſtercienſes non debent habere iuſticiarias, nec etiam tributarias, nume.4.*
5 *Terminis ſuis quis debet eſſe contentus.*
6 *Inſtitutionem ſuam ſpiritualem non obſeruans priuatur priuilegio ſpecialiter illi inſtitutioni conceſſo,*

Recolentes. Monet Ciſtercienſes vt ſeruent re-
gulam ſuam ſecundum primęuam
inſtitutionem. Primo ibi,decita.ordo Ciſtercienſium multi-
pliciter cōmendatur. Secundo.ibi,dolentes,conſideratis mo
dernis temporibus repræhenditur. Tertio ibi:ideoque.mone
tur Ciſtercienſes vt ſuis terminis ſint contenti. Et infra,con-
tinebatur,vt dixi plurima Ciſtercien. ordinis commendatio
iuxta antiqua tempora.Goff. dolentes.ſic inf.de cele.mil.do-
lentes. Et ſi.pro quamuis,ab omnibus: quia aliquibus retinēt
primam inſtitutionem.ſimile.ff.de offi. procon.l.vna.ante ſi,
ꝙ non debemus paſſim ab omnibus neque omnia nobis ob
lata.ſem p ergo aliquib.& aliquo tepe licent.paſſim.n. recipe
re,vile:& nunquā recipere in humanū.Hoſt.declinatū.quaſi
retrocesſſum,cum potius aſcendere debuiſſent. Nā ſecundū
Bernar.in via Dei ſtare eſt retrocedere & nemo mittens ma-
num &c.ſup.titu.1.magnę.facit de tranſla. c.t. 93.diſtin.legi-
mus. ff. de mu. & hono. vt gradatim Eccleſias parochiales.
1 Goffre.Not.ꝙ Ciſtercienſes †non poſſunt habere eccleſias.i-
tellige etiam curatas: quia generaliter loquitur. pro hoc qđ
dixi in verſicu.eccleſias has.tamen habere poſſunt monachi
nigri,ut dicit glo.2.pro hoc 16.q.2.viſis.& c.ſanè J.eod.quod
2 Dei.Secundo no.† ꝙ non debent etiam habere homagia: &
2 quid ſit homagium 4: & quis dicatur homoligius. dicit hic
Hoſtien. ſecundum quem homagium dicitur quando quis
flexis genibus,uel in pedibus ſtans, propter dignitatem per-
ſonę iurat,ſeu fit hō alterius, includēdo manus ſuas intra ma
nus recipientis,& promittendo quod homoligius ſuus erit,
& ei fidelitatem ſeruabit,& ipſum contra omnes adiuuabit,ꝗ
profesſionem facit iurando,& oſculando. & hoc poteſt face-
re ſecundo,ſalua fidelitate primi & ſecundi. Primum eſt lici-
tum, iuramentum etiam ſecundum eſt ſeruandum. de iure-
iu.ueniens.& c.eam te.in fin. hoc autem pro ſpiritualibus fie
b ri nō debet b.de reg,iur. c.fi. & dic vt ibi. de hoc etiam not.gl.
de re iud cle:paſtoralis.§.rurſus. de hoc etiam de ſymo.ex dili
genti.de reg.iur.c.fi.Ex hoc homagium præſtat uaſallus: vt di
3 cit glo.4 pro hoc.22.q.5.de forma. Tertio no.† ꝙ non debēt
etiam habere iuſtitiarias. & hoc expone vt in gloſſ.5. Et in ea
ibi in fine.Tan.vel i.pecunias ex iuſtitiis prouenientes.de off,
ordi.dilectus.Hoſtien. Quarto nota. quod etiam non debent
4 habere tributarias † quod expone ut in glo. 6. vel ſecundum
Hoſtien intendit damnare violentam exactionem tributorū
quæ fit in quibuſdam locis: tamē ſecūdū eum,quicquid hic
dicatur,in quibuſdam locis Ciſtercien.talia exercent & perci
piunt.Quinto no.de uerbo exhortamur. de hoc de teſtam.c.
1. & quia Papa multum humiliter loquitur, dicunt aliqui,ꝙ
hoc eſt conſilium. Hoſtien. dicit huic parendum.de ętate.&
quali.ad aures,aliàs ſequeretur abſurdum.quod ſequitur in li
tera. Sexto nota quod qs debet eſſe contentus ſuis terminis
5 † de hoc in gloſſ.quia quilibet.& quo ad hoc c.intellige ſuis
terminis,tenendo paupertatem quam elegerunt. Et no.ꝙ re
ligioſus.dicitur tranſgredi terminos cum a ſua prima inſtitu-
ne declinat. Alij modi no.in dictis iuribus alle.in dicta gloſſ.
6 quia quilibet. Septimo nota,quod qui non obſeruat † inſtitu
tionem ſuam ſpiritualem priuatur priuilegio ſpecialiter illi
inſtitutioni conceſſo.iuxta illud. Si te priueris nec nomē ha-
bere meteris,& econuerſo. Nomine priuatus ſit officio ſpo-
liatus.16.q.1.generaliter.concor.C.loca.milites. Octauo not.
tex.ibi,dignum eſt &c. Oppo.quia videtur ſuperfluitas,ibi,ec

1 *Domus religioſa aggregata ciſtercienſibus eorum mores ſeruare tenetur.*
2 *Paupertas uoluntaria felix eſt.*
3 *Dominium rei aliquis per ſe percipere & transferre poteſt, quam per ſe non retinere poteſt.*

1 §.Cæterum. †Domus religioſa aggregata ciſterciē
ſibus eorū mores ſeruare tenet. Inſti-
tutionibus. laxioris regulę. ſatagant.quaſi ſatis agant. i. inita
poſſe bono modo conentur. poſſeſſionib. quibus iuriſdictio
eſt annexa: vel quid aliud de prædictis,recipit i.recipere nō pa
titur.coaptēt.i. ſimul aptent.vel coarctent.i.reſtringāt.prima
communiot.conformetis.hic fuit deciſa decre.ſanè. de priui
le.No.id quod no.glo.fin.ꝙ qui aggregatur alteri,eius naturā
imitari debet.& dicit Vincen.ꝙ nouiter ingrediens monaſte
rium,habet participationem bonorum ſicut qui per centum
annos ibi ſtetit.& ſi diſſoluitur monaſterium ita accipiet par
tem ſuam ſicut alij.18.q.2. in nullo. ſecus ſi ad alium locum
tranſiret:quia tunc tātum ſua ibi datentur.de cleri.coniu.;qđ
a te.dic quod etiam eo caſu quo monaſterium diſſoluitur gli
bet accipit id quod dedit.Si qua uero ſunt communia quę a-
liunde obuenerunt illa diuiduntur communiter,& in hoc p
cedit dictum Vincē.ſic notaui de exce.pręla.dilecta.Et in hac
glo.fi.in fi.eo quod inſtitutio ciſtercienſium villas & caſtra ñ
recipit, ſed agros.Goffr. Secundo nota ibi,paupertate lętent,
2 ꝙ felix eſt voluntaria paupertas † de pœni.diſtin.2.quærendū.
tamen etiam diuites cum bonis operibus nōn obiicimus.25.
diſtin.hæc ſcripſimus. 12.q.1.exemplum. Gof.ſed vix poſſunt
diuitię,& virtutes poſſideri.12.q. 2.gloria. Phi.& de reprobis
diuitibus qui libentius vident aurum quam ſolem. 57.diſtin.
ſicut, loquitur euangelium Matth. 19. Facilius eſt camelum
introire per foramen acus &c. Goffr & Hoſtien. Quæro de li-
terę intellectu,ibi,communitatis.Gloſſ.penul.exponit,ꝙ da-
bunt villas pro agris,cum villas habere non debeāt.pro hoc,
quia inſtitutio ciſtercienſium caſtra & villas nō recipit, vt la-
tis innuit litera.Secundo quæro,ſi non poſſunt commutare,
quia non inueniunt cum quo, Dic ꝙ vendent.pro hoc litera
ibi,relictis. Tertio quęro, ſi etiam non inueniūt emptorem,
dicit Vincē. ꝙ facient inde eleemoſynam, vel abijcient ea,ex
quo ſecundum ordinem retinere non poſſunt. pro hoc lite-
ra in dicto uer.relictis.Ex hoc no.ꝙ aliquis recipere poteſt &
3 transferre dominium † rei quam per ſe non retinere poteſt,
ad inſtar creditoris.ff.de pigno.act.ſi conuenerit.ſimile in fra
tribus mendicantibus.no.de reli.domi.c.vnico.libro ſexto.in
gloſſ.veterum.

S V M M A R I V M.

1 *Regularis qui proprium non reſignauit, in cymiterio ſepultus debet exhumari,ſi ſine ſcandalo fieri poteſt.*
2 *Monachum habere proprium eſt contra regulam.*

1 Super quodam. † Regularis qui proprium
nō reſignauit,in cymiterio ſe
pultus debet exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt. Primo
ponitur quæſtio. Secundo ſolutio,ibi:inquiſitioni. Tertio
prorogatio.ibi.hoc autem latenter..maxime.Tan.quia idem
ſi palam,dum tamen non habeat de permiſſione abbatis, cū
qua licite habere poteſt ſupra capitulo monachi.§.qui vero
voluit.fuit ergo contumax:quia monitus & impęnitens.hoc
autem quod dictum eſt de exhumando & proiiciendo.Not.
2 quod contra regulam eſt,ſi monachus habet † proprium.ibi,
contra regulam.eſt enim hoc vnum de ſubſtācialibus.de hoc
J.c.cum ad monaſterium.in fi.Secundo no. de ſcandalo cu-
tando.de hoc in glo.3.& no. Innocent.ꝙ propter ſcandalum
non exhumatur qui exumandus eſſet. Tertio nota argumen.
a ſimili.de hoc in glo.fin.& ſupra.de conſti. trāſlato. & de trā
ſla.capitulo ſecundo.

SVM.

Digitized by Google

[illegible] de regu.in.c.5.opera.io.10.Si mihi non creditis,operi-
bus credite. habitum.forte loquitur de habitu profeſſorum.
aſſumens.tunc Lau.præfuiſſe eiſdem.& ſupple ſecundum ali
quos, & cum iam intraſſes dictum monaſterium Sancti Vi-
ctoris & profeſſionem feciſſes tacitam vel expreſſam,iterum
te in plebanum poſtularunt.Ibidem,ſcilicet in ipſa plebe.an-
nuiſſe.vel admiſiſſe, quaſi confirmando,ſic de ele.cũ mona-
ſterium.de loca.c.1.prioris.quæ eſt neceſſaria. Innocẽ. de ele.
ſi religioſus.lib.6.illud.alias iſtud, ſpecialiter.i.expreſſe & no-
minatim.Nam in c.2.ſup.eo.de omnibus cauetur in uerſicu.
quod etiam.niſi dicatur ꝙ ille uerſicu. reſpicit proximum di
ctum tantum.etſi,pro,quamuis.de poſtula.c.ſi.antiquos.qua
ſi non per modernos.Pe.& Abb.vel melius dic,per antiquos
canones permiſſum fuit , etiam monachi.quaſi dicat nondũ
canonici. Not.ibi colligitur,quod præſumitur pro aliquo ex
fructu bonorum operum,& per exteriora de interioribus iu
dicatur.de præſup.ex ſtudijs. C.de admini. tu.l.lex quæ.§. 2.&
uulgo dicitur : opus laudat artificem. & expone,colligitur. i.
præſumitur.Petr.& Ab.Seneca epiſtola. 24.Non eſt eius ani-
1 mus in recto,cuius acta diſcordant.Secundo nota.† ꝙ qui ad
religionem tranſit, dicitur tranſire ad frugem melioris vitę.
ſic de conuerſi.coniug.gaudemus. de renũ.niſi. In quo tamẽ
uita contemplatiua melior ſit actiua,& in quo econuerſo,di
2 cit in dicto cap.niſi.† Tertio not.quod qui tranſit ad religio-
nem, dimittere debet beneficium ſeculare. ibi , reſignans.&
per hoc ſecundum Hoſtien.præſumitur uoluiſſe uitam mu-
tare,de regula.ſtatuimus.quod dic,ut dixi de regula.conſul-
a ti.& dic non eſſe neceſſe a ꝙ beneficium dimittat, niſi profi-
teatur, de regula. beneficium. libro ſexto. Quarto nota.ibi,
coram fratribus.& ibi,promiſſione de tua conuerſione.ꝙ li-
cet quis non exprimat cui regulę ſe deuouet,intelligitur illã
uouiſſe in cuius fratrum manibus profeſſionem facit,ſecun-
dum Innocen.quod no.ſingulariter.vult dicere quod iſte in-
telligitur vouiſſe regulam, quam obſeruabant fratres Sancti
3 Victoris. Quinto no.ꝙ parochiani † poſſunt petere ſacerdo-
tem ſibi præfici.Ex hoc arguitur ꝙ poſſunt etiam petere de-
ſtitui.& hoc ſecundum Goff. quia ſub malo ſacerdote patiũ-
tur famẽ & ſitim verbi Dei.8.qu.1.audacter.& ſic intereſt.de
elec.querelam. 16 q. 1.ſtatutum.vbi de hoc. & ſecundũ Hoſ.
hoc eſt quod deplorat Hieremias trenorum.4.Paruuli petie-
runt panem.i.uerbum Dei. & non erat qui frangeret:ſcilicet
prædicando,dicit etiam ꝙ dictum Goffre. procederet,quan-
do ad populum ſpectat ius præſentandi. alias ſe nõ intromit-
tit.de ele.oſins.quiſquis.maſſana,nec de aliquibus ſpirituali-
bus: vt no. de arbi.contingit. de hoc quomodo parochianus
audiatur contra ſacerdotem.dic vt dixi de teſti.ex parte. Ad
mittuntur autem laici ad accu. prælati vel clerici tantum in
excep.de accuſatio.cum P.de ſymo.tanta.Sexto nota pro alle
b gatione generali b ibi , Lateranenſi concilio . de hoc ſupra,
de coha cle. veſtra. & dici poteſt quod non eſt hic generalis ,
ideſt incerta:quia quod allegatur,conſtare de facili poteſt.lo-
4 quitur enim de capitu.2.ſupra eodem. † Septimo nota,quod
c monachi c& canonici regulares ęquiparantur , ſed non per
omnia:quia canonici ſeruiunt regulę laxiori.ſunt etiam diſſi
miles in habitu , Item aliqui canonici carnes edunt in refe-
ctorio,monachi nullo modo J.c. proxi. ver.in refectorio.Itẽ
diuerſi ſunt authores eorum, quia monachorũ Benedictus,

8 non erat profeſſus,ſed ſolum promiſit † de ſua conuerſione,
vt in tex. quod non ſufficit ad obligandum religioni niſi in-
terueniat profeſſio. de regula.porrectum. Glo.prima ſoluit,
ꝙ per hanc promiſſionem,licet profeſſionem non fecerit: ta
men fuit obligatus ad obſeruantiam regularem, & potuit ad
hoc compelli,ſup.tit.1.per tuas.Idem tenet glo.vl. Idem Tã-
cre.dicens,quod licet per promiſſionem non ſit factus cano-
nicus,Papa tamen de eo conſtituit , & reſpondit ac ſi eſſet re-
gulam profeſſus. Innocen.dicit , quod per promiſſionem de
futuro non erat canonicus . potuit tamen compelli vt obſer-
uaret regulam, per dictum ca. per tuas.Lau.dicit , ꝙ hic plus
proceſſit emittẽdo profeſſionem ſolennem , quod eſt diui-
nare. pro hoc tamẽ facit quod dixi in litera in verbo,profuiſ-
ſe.& hoc tenet Ioan.calde.dicens,ꝙ hoc probat litera,quæ de
iſto iudicat vt de profeſſo.& idem teneo.inf.eo. contrario.vel
dic,ꝙ promiſſionem de mutando vitam videtur quaſi profi-
teri,talis enim,de quo conſtat quod voluit mutare vitam,cõ-
paratur profeſſo.de regula.non ſolum.lib.6. tamen non com
paratur per omnia.& dic,vt dixi de regulari.conſulti.& quic-
quid teneatur,ſiue ꝙ profeſſionem fecerit, ſiue non,nulla eſt
vis:quia etiam ſi profeſſionem non fecerit, ſufficit ꝙ promi-
ſerat de profitendo : pro hoc enim videbatur ꝙ in monaſte-
rio deberet remanere. ad quod reſpondetur in litera in qua
proceditur ac ſi eſſet profeſſus. & propterea magis mihi pla-
cet ꝙ intelligamus eum fuiſſe profeſſum, quod etiam dixi in
tex. ſuper verbo profuiſſe , & inf.contrario.v.& de hoc etiam
dicam in tribus ſequentibus contrarijs. Tertio opp.ad hoc,
quia ſi erat profeſſus,non potuit reſumi ad plebem ſine licen
9 tia bonienſis epiſcopi, cum non debeat clericus † exire dio-
ceſim ſine licentia dioceſani. de renunci.admonet.Solu.In-
noc ſupplendo ad verbum florentino , conſentiente etiã Bo-
noniẽſes,vel ad minus priore & cõuentu ſancti Victoris,quã
uis diſpenſatio ſpectet ſolum ad florentinum.pro hoc etiam
quod dicit Inno.in verbo.miniſtrares.ſupplet enim,ſi in hoc
credimus epiſcopum diſpenſare poſſe , & per hoc declaratur
glo.2.Et in hoc quod dicit Inn.de diſpenſatione,videtur vel-
le quod de iure communi non poſſit aſſumi.& de hoc infra.
quæſtio.quinta . In eo vero quod dicit de conſenſu dioceſa-
ni vel prioris & conuentus , innuit conſenſum alterius non
ſufficere . In quo dic, quod licet ſufficiat licentia prioris , vt
conſentire

ADDITIONES.

a Non eſt neceſſe. Adde Hoſ.in ſum.ti.de coniu.in.§.vtrum poſsit. Cardi.in c.
ex tranſmiſſa in 2.nota de renum.

b Pro allegatione generali. Adde Car.in cle.1.in.2.not.de fo.compe.Do.in.
c.ſuper eo,in primo not de hę. Anto.de bu.in.c 3.de pręb. Abb.in.c.pro-
poſuit.& in.c.ſuggeſtum.de appel.

c Monachi . Adde glo.in cle.in pleriſque.de ele.gl.in.c.conſuluit.de conuer.
coniu.Ioan.de ſan.in c.monachi.16.q.1.

d Quemlibet rectorem . Adde gl.in verbo officia.in cle.1.de reg.gl.in verbo
prædicare.in cle.1.de reli. do. Abb.in cap.inter cętera.in primo nota.de
offic.ordi.

e Debet habere ſocium Adde gl.& doc in cle.1.in.§ ad hoc.de ſtat.mo.glo.
ſumme.16.q.1.

Digitized by Google

7 *Epiſcopus an ad denunciatioem viſitatorum ſtatim amouebit rectorem.*

Ordinentur. Monialium. Nam & ipſæ egent vi-
ſitatione.de vita & honeſtate clerico
rum monaſteria. præfixam.ideſt ordinatam in capitulo,indi-
gere,circa ſpiritualia,& temporalia, hoc ſaluo , quod mona-
chos non corrigent ipſi : ſed corrigi facient. Rectorem,ab-
batem,priorem,vel alium cuiuſcunque nominis,prima,quę
ſtione tertia,ſaluator. fecerit , ſcilicet, diœceſanus: quia non
remouit denunciatum a viſitatoribus. Nouitate, reſpicit,
quod dixi ſupra aduocent. emerſerit , ſcilicet in ipſo prouin-
ciali capitulo: vt, quia quatuor præſidentes diſcordent :
1 † Nota quod viſitatores non poſſunt amouere rectores: ſed
denunciant diœceſano, quod eſt, ne præiudicetur iuriſdi-
ctioni epiſcoporum, quæ extenditur etiam ad leuia. de offi-
cio archidiaconi, capitulo finali . Et ex hoc arguit Hoſtienſis
contra patres abbates qui in alienis diœceſibus volunt viſita-
re: pro tribunali ſedere: perſonas corrigere: & remouere.
Dicit enim ſe non videre quo iure hoc faciant . immo con-
tradicunt,nona.quæſtione ſecunda.per totum.ſexta,quæſtio-
ne ſecunda,capitulo primo,de electio.venerabilem.de ſepul.
capitulo primo,de exceſſibus prælatorum,accedentibus. pro
hoc facit iſta litera, quæ remittit quædam leuia, ergo in alijs
eſt hoc prohibitum viſitatoribus. Item alijs quam viſitatori-
bus indiſtincte prohibetur,citra epiſcopum, & poſſet epiſco-
pus tales prohibere. argument.inſtituta. de rerum diuiſio. §.
feræ , & §.plane. & quod nota.de vſupalij,capitulo antepenul
timo,de cleric.peregrin. capitulo finali. plenius de officio or-
dina. quanto. Quidam tamen abbates ex priuilegio vel præ-
ſcriptione habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem. de qui-
bus de rebus eccleſiæ non alienandis,clem.prima,de tranſact.
2 cap.2. Oppono quod immo viſitatores † poſſint deponere,de
reſcriptis dilectus, primo. Solu.hoc ibi operatur forma man-
dati. ad hoc de re iudica. cum I. & A. & facit de electio. per
inquiſitionem:vel dic cum Innocē.quod viſitatores non de-
ponunt,

Digitized by Google

dicat alieno iure.ff.de iuriſdictione omnium iudicum,& quia
de reſcriptis. cum aliquibus. libro ſexto. quod dixi de officio
delega.quoniam abbas. ſecus dixi de præſidentibus,ſupra ver-
ſicu.huiuſmodi. in illis enim non ponitur vice noſtra.Secun
4 do quæro,† nunquid per officium iſtorum præiudicatur epi-
ſcopo,glo.eadem,ibi,nunquid.arguit,quod non,dicens quod
tunc demum corrigent,cum epiſcopus erit negligens: dic,quod
immo etiam ſi non erit negligens:quia per hoc non præiudi-
catur epiſcopo,ſicut & alias viſitat epiſcopus,& cum hoc Ar
chidiaco.de officio archidiaconi,mandamus.& pro hoc infra
verſiculo porro.& hoc etiam tenet hæc gloſſa,in fine.ibi,im-
5 mo non obſtante. Tertio † quæro,ſi epiſcopus eſt negligens,
quomodo procedent.gloſſa eadem. ibi,videtur.dicit quod vi
ſitabunt ſaluo iure epiſcopi.Ex hoc videretur,quod ſi concur
rant cum epiſcopo,debeat epiſcopus præferri: quod dic, vt in
6 ſequenti quæſtione. Quarto † quæro, ſi epiſcopus qui fuerat
negligens videns iſtos velle viſitare,concurrit cum eis.Gloſſ.
eadem.ibi,tamen ſi epiſcopus: diſtinguit, an monaſteria ſint
non exempta,an exempta.Primo caſu præferentur:quia vide
tur epiſcopus malitioſe facere cauſa impediendi.quod proce-
dit ſecundum Ioannem, niſi epiſcopus, antequam iſti veni-
rent,denunciaſſet,quod vellet viſitare. Hoſtien.dicit indiſtin
cte quod honeſte facit epiſcopus ſi eis cedit: quia cum veniãt
a remotis,plus grauarentur ſi reuerti cogerentur, quam epi-
ſcopus qui poteſt facile ad locum ſuum declinare. Secundo,
quando monaſteria ſunt exempta, ipſi viſitabunt ſine aliqua
7 diſtinctione,vt in gloſſa. Quinto quæro, † an epiſcopus ad
denunciationem viſitatorum ſtatim amouebit rectorem: dic
quod non,niſi manifeſta ſit cauſa. C.de accuſa. ea quidem.de
hoc infra capitulo proximo, verſic.quod ſi abbas. Sexto quæ-
ro, de intellectu literæ, ſi vero quicquam difficultatis emer-
ſerit.dic quod concernit diuerſitates,ſiquæ occurrerint in ca-
pitulo inter præſidentes, vel poſt capitulum inter viſitatores.
Et quo ad præſidentes putat Abbas, quod, vno contradicen-
te,nihil poſſint,per literam iſtam, ibi, concordi. Hoſtien.di-
cit concordes cenſeri, ſi ex quatuor tres concordant.ff.ad mu
nicip. quod maior. Si autem pari numero diſcordent, re-
curretur ad Papam. dicit quo ad præſidentes verius eſſe di-
ctum Hoſtienſis, quo ad viſitatores dictum Abbatis, vide-
tur verius: quia cum ſint delegati, vt ſupra quæſtione prima,
non poſſunt niſi ſimul omnes procedere. de officio delega-
ti,cauſam.illud tamen capitu.ſolum probat, quod ex duobus
delegatis vnus non poteſt procedere ſine alio. ſed ſi ſunt plu-
res,& omnes præſentes,tenet ſententia maioris partis. ſexage
ſimaquinta diſtinctione,capitulo primo & ſecundo, ff.de re
iudicata,duo ex tribus,nota. in capitulo finali. de re iudica. in
gloſſa, & ſic adhuc verius eſt dictum Hoſtienſis: tunc ergo
tantum recurretur ad Papam in caſu iſto,quando pari nume-
ro diſcordant. pro hoc quod dixi ſupra verſiculo,huiuſmodi.
in prima quæſtione.

Porro. Correctione:& ſi quid tale inuenerit circa leuia
circa quæ iuriſdictionem habent, corrigere,gra
uia reſeruabunt, ſupra Hoſtienſ. Nota, quod iſti non debent
indebite onerare monaſteria.de officio ordinarij,conqueren
te. Secundo nota, literam ibi, quia ſic, &cæt.& ex hoc nota,
quod valet fouert non debet in alterius præiudicium.de foro

quod forte ſunt nomina ſinonima.de iurepatronatus, præte-
rea.de pœnis,in quibuſdam: quod dic,vt dico in dicto capitu-
lo.præterea,quæſtione prima,& ſecunda. Tertio nota, quod
2 † offenſa fit etiam in rebus,ſic.ff.de iniur.iniuriarum.§.ſiquis
me. de actionibus empti. qui pendentem. Quarto nota ex
3 eodem verbo rebus, ſecundum Hoſtienſem, quod † nego-
cium dicitur eccleſiaſticum non ſolum ratione perſonarum:
ſed etiam rerum.de teſtibus cogendis.peruenit.de verborum
ſignificatione,ſuper quibuſdam.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatores debent inquirere etiam ſuper temporalibus.*
2 *Conſuetudo praua pro lege an ſit obſeruanda.*
3 *Viſitatores non poſſunt punire monachos delinquentes.*
4 *Pœna maior quandoque imponitur pro minori culpa, quam pro maiori.*
5 *Dignitati defertur in pœnis.*
6 *Correctio an debeat omitti propter potentiam amicorum.*

Ea quæ. Diuiditur in partes quinque,quas ſingulatim
proſequor, & in hac prima de monachorum
correctione tractatur. Et infra, ſunt. ſtatuta multum fauo-
ris habent.ſumma enim eſt ratio &cæt. de reli. & ſumpti.fu-
nerum,ſunt perſonæ.de dolo.capitulo ſecundo. monaſterio-
rum: alias monachorum,& vtrunque verum eſt,vt ſequitur,
obſeruantijs.ſupra eodem. cum ad monaſterium. regulam,
de qua dixi de regula. capitulo finali. inoleuit. ſup. ſi obedire
voluerint. alias ipſi viſitatores, &cæt. & ſic continua ſecun-
dum Hoſtienſem. Culpæ.Deuteronomij, vigeſimoquinto.
pro menſura peccati erit plagarum modus.de hoc de accuſa-
tio.cum dilecti.vice noſtra,ſic ſupra capitulo proximo, verſi-
culo,ordinentur.ouem,ad Galathas quinta,morbidam,ſic de
exceſſibus prælatorum,grauem.ff.de ædili.edicto.plerunque.
1 Nota, quod viſitatores † debent inquirere etiam ſuper tem-
poralibus.nam & de iſtis cura habenda eſt,prima, quæſtione
ſexta,ſi quis obiecerit.duodecima, quæſtione prima, viden-
tes,ne cleric.vel monach: capitulo primo. Secundo nota ibi,
Apoſtolica inſtituta.quod monachi non ſolum aſtringuntur
per literam,ſed etiam per iura,ad hoc, ſupra titulo primo, ex
2 multa.ibi,iuris ignari.† Tertio nota,quod prauam conſuetu-
dinem quidam obſeruant pro lege,quod fieri non debet. in
Authen.vt nulli iudicum.§.nulli.colla.nona.de conſuetu.ca-
pitulo finali.Quarto nota vt gloſſa,quia reſecandæ.ibi,carnes.
Hieronymus. ad Amandum.putridæ carnes indigent & cau-
terio,& dicitur cauterium quaſi caute vrens, vt vis morbi ar-
dore ſiccetur. Et in fine.ibi, quæ eſt iſta bonitas vni parcere,
& omnes in diſcrimine adducere,polluitur enim &cæt. Op-
pono in eo quod dicit viſitatores eſſe ordinatos a generali ca-
pitulo: potius enim debet dicere prouinciali, ſupra capitu-
lo proximo. Soluit prouinciale capitulum de quo in præ-
dicto capitulo proximo, vocat hic generale: quia genera-
liter omnes de prouincia etiam exempti conueniunt: dicto
capitulo proximo. Secundo oppono, videtur enim litera
ſibi contradicere. nam primo dicit,quod monachos delin-
quentes non viſitatores; ſed abbas corriget. deinde ibi, ipſi

dum culpæ. nam quandoque pro minori culpa imponitur
4 maior † pœna quam pro maiori. plus enim punitur vxorici-
da,quam matricida. 32.quæſtione ſecunda.admonete,& capi
tulo,latorem. Solu. regulariter ſtatur primo dicto. de hoc in
gloſſa ſecunda,ad contrarium dic vt not.in dicto capitulo,ad-
monere,& prima,quæſtione prima,cito turpem . dicit enim
gloſſ in capitulo,cito turpem,quod illud ſit ad reformandam
maritorum pronam ſæuitiam in vxores . Alij fatentur, quod
vxoricidium eſt maius crimen quam matricidium per capit,
admonere.& quod ibi nota.& vtraque opinio poteſt probabi
liter defendi. Et in hac gloſſa prima,ſancimus.vide in dicto ca
pitul.quæſiuit.contrario quarto. Quarto oppono in eo,quod
dicit,monachos rebelles cohercendos abſque pœnarum de-
letu.plus enim puniri debet vnus quam alter,attenta varieta
te perſonarum,vigeſimaquarta,quæſtione prima.qui contra.
Gloſſa tertia ſoluit, quod in monachis non habet locum di-
ſtinctio perſonarum:quia omnes ſunt æquales. Et in hac glo.
ibi,cos.in fine. propter paupertatem minus quis condemna-
tur. ibi, æquales ſecundum Ioannem,idem Vincen. & Goffr.
ibi,delinquit.ad hoc de conin.ſer.capitulo.primo. Quinto op
pono ad hoc, quia etiam in monachis fit diſtinctio perſona-
rum,ſupra eodem,cum ad monaſterium . Gloſſ.eadem,non
ſoluit,dic quod ibi quoad aliud,ſcilicet ratione debilitatis,vel
infirmitatis,hic in pœnis. Sexto oppono ad idem,quia defer-
5 tur in pœnis † dignitati,l.capitalium.,§.non omnes.ff.de pœ.
Solu.in monachis hoc non procedit,quia ſunt æquales,vt di-
xi ſupra in quarto contrario.in quo.dicit Hoſtien quod nobi
litas,& potentia deponi per profeſſionem religionis,pro hoc
quod nota.de purga.canonica,capitulo primo, in gloſſa vlti-
ma,infirmitas,vel complexionis nobilitas,not.pro hoc quod
dixi in proximo contrario.dicit tamē, quod cum generaliter
quęritur de pœnis imponendis, ſi agitur de pœna ſpirituali,
vel pecuniaria,maior debet infligi nobili,quam ignobili,diui
ti,quam pauperi,in dignitate conſtituto,quam priuato , & ſi
contrarium inuenitur eſt ſpeciale. Ad capitu.ſane.dicit quod
conſtituto in dignitate defertur ab initio,vt ibi. Sed ſi in mali
tia perſeuerat,plus eſt puniendus quam alius.vndecima,quæ-
ſtione tertia,præcipue. Si vero agitur de pœna corporali, ma-
ior imponitur ignobili,pauperi,vel inferiori,quam nobili,di
uiti,vel ſuperiori : & ſi contrarium inuenitur,eſt ſpeciale, vt
hic in religioſis:de hoc de iureiuran.cum quidam . Septimo
oppono ad prædicta,& ad text.in hoc quod dicit,propter po-
6 tentiam amicorum non omittendam correctionem † quod
immo debeat omitti,50.diſtinct.vt conſtitueretur. Solu vt di
xi in proximo contrario : quia hic de religioſis, in contrario
de alijs.quandoque enim in correctionibus parcitur dignita-
ti & potentiæ,vt ibi,& no.de tempo.ordinan.capitulo ſecun-
do, ſed in religioſis ſeruanda eſt regula, ſupra eodem, cum
ad monaſterium. Quæro in eo quod dicit de praua conſuetu-
dine, qualis erat,dicit Innocent. forte habebat, quod impo-
neretur pœnitentia nimis dura : vt quia capiebantur mo-
nachi tanquam latrones, ex quo accidit, quod fiunt fugiti-
ui, & multa mala inde ſequuntur. primum placet, licet in
hoc non ſit vis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vnius eſt metus multorum.*
2 *Diœceſanus corrigit abbatem non exemptum.*
3 *Prælatus ad hoc vt amoueatur debet,eſſe magna negligentia.*
4 *Viſitatores poſſunt procedere contra abbates exemptos , præterquam ſuper diſpoſitione,& num.6.*
5 *Prælatorum exemptorum ſpecialia.*
7 *Epiſcopus an teneatur oſtendere abbati inquiſitionem viſitatorum.*
8 *Viſitatores quare habent maiorem poteſtatem ſuper exemptos quam non exemptos.*
9 *Abbate exempto ab adminiſtratione ſuſpenſo quis deputabit adminiſtratorem monaſterio.*

Si vero. Pars ſecūda,in qua tractatur de correctione ab-
batum. Alias,puta propter incontinentiam.ſ.c.

2 Tertio no[illegible]
Ex quo infertur ſecus eſſe de exemptis,quod dicit Hoſtie. ve-
rum in his quæ in religione ſua committunt. ſecus ſi alibi in
diœceſi delinquant:quod dic,vt de priuileg.c.primo. libro 6.
3 † Quarto nota,ꝙ ad hoc,vt prelatus amoueatur propter negli
gētiam,debet eſſe magna negligentia, ibi,nimis negligens ſ.
eodem,cum ad monaſterium.§.penult. Quinto no. caſum in
quo datur coadiutor ad tempus,ibi,vſq; ad capitulum:de hoc
de cle.ægro.c.penultim.& fi. Sexto no.ibi,abſque iudiciorum
ſtrepitu.quod in inquiſitionibus abbatum nō ſeruatur ſolici-
tus curſus iudiciorum.de accu.qualiter,2.in fi.de ſimo.p̄ tuas.
Inno.quod dicit Hoſtien.verum in abbatibus religioſis:& ſic
etiam intelligit Inno.& ſic etiam loquitur litera. ſunt autem
abbates etiam ſeculares.de renunti.ex tranſmiſſa. & quod di-
citur.ſtrepitu. ideſt,non attenta pernicioſa iuris ſubtilitate,&
ſine clamoſa aduocatorum garrulitate, & ſophiſtica cauilla-
tione,ſed de plano,veritate facti pura,& ſimplici conſiderata.
de ſyndico.c.vno.de iudi.dilecti. Hoſt.dic vt io cle.ſæpe.de ver
borum ſig. Septimo no.in ver.hæc eadem.quod habent viſi-
4 tatores † poteſtatem procedendi contra abbates exemptos,p̄-
terquam ſuper depoſitione:& vt patet ex tex.correctio mona
chorum exemptorum:proclamatio abbatis: coadiutoris pro
uiſio,depoſitione excepta,per viſitatores,vel præſidentes poſ-
ſunt expediri. Octauo nota ex eo,quod dixi in proximo nota-
5 bili,& ex tex. quod depoſitio † abbatum exemptorum reſer-
uatur Papæ. Ex hoc habes vnum ſpeciale circa prælatos exem
ptos. Aliud de conſuetudine,cum venerabilis. aliud de elect.
ſi abbatem.libro 6.aliud de priuileg.c.1.eo.lib. aliud.eo.ti.c.1.
lib.6. Item non renunciauit priuilegio libertatis.de arbi.cum
tempore. Item non tenentur ad ſtatuta epiſcopi.quod dixi de
loca.c.2. Nono no.ibi,contributione.vt glo,ſimile & in eadē,
l.1.lege rhodia cauetur,vt ſi alleuiandæ nauis gratia iactus mer
cium factus eſt,omnium contributione ſarciatur, quod pro
omnibus datum eſt:ad idem aliæ leges hic alleg. Oppono in
eo quod dicit in ver.quod ſi forſan epiſcopus : quod negligē-
tiam epiſcopi intimare non differant viſitatores ſedi apoſtoli
cę.debent enim deferri archiepiſcopo.de ſup.neg.præl.c.pen.
& fi.& per totum. Solu. Pe.ꝙ hic ſit ad negligentiam epiſcopi
puniendam. Sed ad negligentiam epiſcopi ſupplendam,de[illegible]
nunciabitur archiepiſcopo: vel dic ꝙ hoc eſt in religionis fa-
uorem:vt dixi ſ.c.prox.ver.ordinentur.in 3.contrario. Quæro
in eo quod dicit ꝙ abbates negligētes ꝓclamentur,quid vult
dicere. Gof.exponit,i.diuulgentur,& publicentur. Hoſt.dicit,
ꝙ monachi dicūt proclamationem,quod nos accuſationem
vel reprehenſionem , quod videtur magis conſonum literæ.
Sic etiam, quod vocamus depoſitionem , ipſi vacant abſolu-
tionem:& ſic curialiter verbis vtuntur. Secundo quæro de in
6 tellectu literæ ibi,& ita puniantur. Inno.intelligit †.ꝙ punien
tur abbates per viſitatores pœna ſuſpenſionis , vel interdicti,
deponere autem aut remouere non poſſunt ſ. cap. proximo.
ver.ordinentur:vel dic melius ſecundum eum,ꝙ non ſuſpen
dentur,vel interdicentur niſi per epiſcopum,ſed diſciplinam
publice recipient in capitulo. & hoc videtur ſonare litera ſm
eum,dic melius,ꝙ ſenſus literæ eſt, ꝙ puniētur in capitulo.i.
a data congregatione:quam autem pœnam poſſit imponere
congregatio,nō exprimitur hic & io hoc maxime ſtatur ſuis
conſtitutionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis. Tertio
quæro,ad quem effectum expectatur vſque ad capitulum ge
nerale,poſtquam abbati datus eſt coadiutor.dicit Hoſti.quod
ſpectatur : quia tunc,ſi videtur capitulo, remouebitur abbas
omnino per diœceſanum ad denunciationem ipſorum de ca
pitulo,vel viſitatorum,ſ.c.proxi.vel alia pœnitentia impone-
tur prout ordinauerint illi de capitulo, hoc vltimum facit
pro eo

ADDITIO.

a Pœna vnius. Adde glo.fi.in c.ad liberandam.de iudæis glo.in ver.pertimeſcat.in c.cum quidam de iureiur.

Digitized by Google

quirunt,& epiſcopus iudicat. Nam de qua re & c.ff.de iudi.de
qua re. de cauſa poſſeſſ. cum eccleſia. Gloſſa, quia de plano.
ibi. Item habes. dicit quod hoc fit ne præiudicetur diœceſano
& ex hoc habes vnum ſpeciale: quia alius cognoſcit: alius iu-
dicat, ſimile. ff. de cuſt. reo. l. de militibus. & l. non dubium. de
re milit. l. 3. in Auth. vt nulli iudic. §. & quoniam. & §. ſi vero
quis. col. 9. de man. prin. §. oportet. col. 3. dicit etiam Goff. hic
eſſe ſpeciale, quod per denunciationem ſequitur remotio,
cum alias ſequi debeat pœnitentiæ impoſitio. de ſimo. licet.
& hoc fit, quia regulares facilius amouentur ab adminiſtra-
tione: vt etiam dicit gloſſ. in prin. vel ſecundum Goffre. quod
hic dicit, poſtquam a viſitatoribus denunciatum fuerit, debet
exponi. id eſt manifeſtum: hic enim loquitur de denunciatio
ne euangelica. & hoc placet. Sexto quæro in eo quod dicit, quod
poſtquam denunciatum fuerit epiſcopo, prouideatur mona-
ſterio de adminiſtratore, per quem hoc fiet, dicit Hoſtienſis,
quod per diœceſanum, ſupra eodem, verſiculo. ibi. & per il-
lum detur fidelis coadiutor. ad idem de officio ordinarij, cum
vos. de ſucceſſione ab inteſtato, capitulo finali. & dic vt dico
dicto capitulo, cum vos, quæſtio. octaua. Oppono ad hoc, de
eo quod nota. vt eccleſi. beneficia capitulo vno. vbi dicitur
quod collegium eccleſiæ vacantis adminiſtrat: quod dixi in
dicto capitulo, verſiculo, omnibus. in prima quæſtione. So-
lu. ibi de eccleſia cathedrali, hic de alia: vel hoc cum abbas
propter culpam deponitur, vel ſuſpenditur, quo caſu præſu-
mitur contra collegium: quia, cum caput languet &c. de ac-
cuſa. cum dilecti. vbi de hoc. ſecus quando eccleſia vacat alio
modo ſecundum Ioannem Andream. pro hoc quod dico in-
fra quæſtione octaua Septimo quæro, quare maiorem pote-
8 ſtatem habent † viſitatores ſuper exemptos quam non exem
ptos. Nam quo ad non exemptos habent ſolam poteſtatem
denunciandi abbatem negligentem epiſcopo, & epiſcopus
dat coadiutorem, quo ad exemptos omnia expediunt viſita-
tores, excepta depoſitione. dicit Innocent. quod conceditur
viſitatoribus, vt poſſint amouere abbatem exemptum ab
adminiſtratione proter periculum moræ, & longam abſen-
tiam Papę. pro hoc. de electione, nihil. ad finem, de officio de-
legati, ſuper quæſtionum. §. quem vero. Hoſtien. dicit, quod
ratio eſt: quia in exemptis Papa non præiudicat niſi ſibi, in
non exemptis præiudicaret diœceſanis, quibus præiudicare
non vult. ſupra capitulo proximo. in principio. dic, quod vtra
que ratio bona: & coniungendæ ſunt. Octauo quæro, in eo,
quod dicit, quod abbate exempto ab adminiſtratione ſu-
9 ſpenſo deputatur adminiſtrator monaſterio, † quis deputa-
bit. Innocent. quod diœceſanus, vel Papa. hoc de diœceſa-
no non procedit ſecundum Ioannem Andream, cum hic lo-
quatur de exemptis, quod placet. non procedit etiam illud de
Papa propter periculum moræ: pro hoc quod dixi in proxi-
ma q. fiet ergo hoc per præſidentes, vel viſitatores, vel admini
ſtrabit collegium: in quo dicit Ioan. Andr. hoc de mente, ſci-
licet, quod per viſitatores, vel præſidentes: quod conſonat tex
tui, cum dicit, quod abbate per deputatores, vel præſidentes
ſuſpenſo, deputetur monaſterio adminiſtrator: debent enim
intelligi repetita illa verba, per viſitatores, vel præſidẽtes. ff. de
lega. 3. in repetendis. pro hoc quod dixi ſupra quæſt. proxima.

probatur hic. recepti, non tanquam monachi. vitia beneficia
1 ſibi collata. talium, ſecularium clericorum. † Nota, quod non
poteſt ſecularis clericus habere vocem in capitulo mona-
chorum, ſicut etiam non poteſt cum eis eligere abbatem ex
pacto poſt fundationem appoſito: ſed ratione conſuetudinis,
vel priuilegij, vel pacti in fundatione appoſiti hoc poteſt:
& ſic poteſt intelligi de in integrum reſtitutione, capitulo
ſecundo, de iurepatronatus, nobis. ſimile nota. de electione,
conſtitutis: & eodem modo non poteſt ſecularis habere vo-
cem cum canonicis regularibus, cum ſit in eis idem ius. de
puſtula. capitulo ſecundo, ſupra capitulo proximo. Secun-
2 do nota, † quod beneficiati ab exemptis exempti ſunt. pa-
tet, quia non puniuntur per diœceſanum, quod procedit quo
ad beneficia quæ tenent ab exemptis: alias ſecus. de priuile-
gi. cum capella. Et idem dicunt Petrus & Abbas de his qui
ſeruiunt exemptis. Tertio nota caſum, in quo per modum
inquiſitionis priuatur quis beneficio. Et facit hæc litera in
eo, quod viſitatores, & præſidentes poſſunt priuare benefi-
3 cio. † Oppono quod poſſit clericus ſecularis præbendari in
monaſterio. decimaſexta, quæſtione prima, iuxta. Solutio,
prohibetur hic ſolum ne præbendentur, ita quod ſint tan-
quam monachi: talis enim commixtio reprobatur: vt in iu-
ribus allegatis in gloſſa vltima: ſicut enim laicus prohibetur
fieri canonicus, de inſtitut. capitulo ſecundo, poteſt tamen
fieri præbendarius, vt ibi: & ſic videtur, quod etiam in mo-
naſterio poſſit eſſe ſecularis præbendarius: puta, quia ſeruit
monaſterio. debet ergo ſibi prouideri. de præbendis, cum ſe-
cundum. de iurepatrona. poſtulaſti. eo autem caſu quo ſecu-
laris eſt præbendarius in monaſterio, dicit Hoſtienſis, quod
ſi cauſa iuſta poſtulauerit, ammouebitur, non per monachos,
ſed per diœceſanum: vt hic in verſiculo, ſi qui vero, de capel-
lis monachorum, capitulo primo. libro ſexto. quod procedit
ſi titulus eſt perpetuus, dicto capitulo, vno. Sicut autem
non poteſt ſecularis habere præbendam in monaſterio tan-
quam monachus: ita & monachus non poteſt habere præ-
bendam in eccleſia ſeculari. de hoc, ſupra eodem, quod Dei,
infra titulo primo, inter quatuor. Quæro in eo, quod dicit,
4 quod beneficiati † a monachis tenentur ad opportuna ſer-
uitia ſeu obſequia, quæ ſint illa: dic quod forte ſcribunt, vel
aduocant, vel monaſterij negocia gerunt. de ſyndic. capitulo,
vno. pro nihilo enim non eſſet onerandum monaſterium,
nec deberet ille percipere beneficium ſine officio, vel obſe-
quio. de clericis coniugatis, diuerſis. de præbendis, cum ſe-
cundum, niſi concederetur alicui egenti intuitu pietatis. de-
cimaſexta, quæſtione prima, poſſeſſiones, & capitulo finali. de
clericis coniugatis. Ioannes. vbi de hoc. de peculio cle. capitu-
lo finali. Hoſtienſ. Secundo quæro, in eo quod dixi ſupra, in
ſecundo notabili. quod beneficiati ab exemptis ſunt exem-
5 pti, an pariter † familia ſcholaris poſſit ſe tueri priuilegio
ſcholarium. videtur quod ſic per id quod no. de foro compe.
cap. 2. in glo. 2. pro hoc. eſt contra de priuileg. licet. §. 1. & 2. lib.
6. dic inſpiciendum tenorem priuilegij. de priuil. recepimus,
& ſi ex illo non poteſt quæſtio decidi, conſiderabitur an priui
legium reddatur inutile ſi non gauderet familia: & tunc gau-
debit: alias ſecus. pro hac diſtinctione facit, dicto cap. licet. ver.
cum vero. & verſicu. non ſic.

videndum. Goſ. de materia.10.q.1.per totum.17.q.7.omnes ba
ſilicæ,cum c.ſequentibus.18.q.2.quidam.& c.ſequentib. Re-
petitur in ſexto & clementinis.

SVMMARIVM.

1 *Chriſmatio ſit ſub annua deuotione.*
2 *Poſſeſſor tuendus eſt in poſſeſſione, & valet quod facit, etiam ſi appa-
reat ad alium pertinere.*
3 *Diœceſis, & territorium ſeu diſtrictus differunt.*
4 *Epiſcopus quod ſit in poſſeſſione eccleſiæ quo ad omnia ſacramenta ibi
miniſtranda, qualiter probetur.*

NVnc autem. In ſupſcriptione. Gregorius, ſupple, ſeptimus, vel citerior: quia octauus ſecutus fuit Vrbanum tertium,cuius eſt capitu. infra eodem,ad hæc. In ſumma hoc dicit. Si dubitatur in cuius diœceſi ſit baſilica conſecranda, ille epiſcopus conſecrabit, qui prius in illo loco epiſcopalia exercebat. Continet vnum ſtructum, in quo approbat vnum modum cognoſcendi ad quem epiſcopum ſpectet conſecratio eccleſiæ:& alium modum improbat, ibi. Nõ enim diſquiri:ideſt inquiri. Incolas.loci,in quo eſt baſilica conſecranda. conſignationem:ideſt confirmationem Chriſmatis, quæ fit in fronte per epiſcopum, non per minorem. de conſuetud. quanto.de ſacra vnctio.capitu.vno.verſicu.per frontem. Nota non licere niſi epiſcopo conſignare infantes Innocen.ideſt
1 chriſmate.vt prædixi.†Secundo nota,quod chriſmatio ſit ſub
annua deuotione;vt in text.& eſt ſenſus; quia quolibet anno
viſitare debet epiſcopus.decima,q.prima,epiſcopum, & c.ſe.
& tunc chriſmat pueros & alios occurrentes. Tertio nota,ex
2 text. iuncta glo.vltima,quod poſſeſſor †tuendus eſt poſſeſſio-
ne, & valet quod facit,etiam ſi poſtea appareret locus de alte-
rius dominio. Vincen. Oppono,quod non ſit locus dubitatio
ni de qua hic,cum ſint diſtinctę diœceſes. de his quæ fiunt a
prælat.paſtoralis. Solu.diuiſiones mutantur propter acciden-
tia temporum: & fiunt limites incerti, quo caſu locus eſt
huic cap.vt dicit gloſſ.ſecunda. & in ea in fine, præſcriptio ta-
men non procedit in limitibus,vel adhærentibus. de præſcri.
quia iudicante.Secundo oppono ad hoc:quia tex.contradicit
huic ſolutioni,in eo quod dicit,per terminos aut loca nõ de-
bere diffiniri. gloſſa tertia ſoluit, quod litera loquitur de ter-
minis diſtinguentibus,territoria inter ciuitates, quaſi dicat,
quod ex diſtinctione territorij non arguitur diſtinctio diœce
3 ſis. Aliud enim diœceſis:†aliud territorium,ſeu diſtrictus,de
elect.clem.ſecunda.§ ſane.vbi de hoc in gloſſa. Secundo ſol-
uit glo.quod non conſiderantur termini noui,ſed antiqui.ſic
prima ſolu.placet.ſed ſecunda etiam poteſt tolerari. Et in hac
glo.ibi,ſuper eo. pro hoc quod ibi dixi.quod facit ad propoſi-
tum,& de voto quod ſuper. Et in fine.de proba.ex literis,& ca
pitulo,cum cauſam.de offi.arch.ad hoc.Quæro de intellectu
verbi dedicandi:gloſſa prima exponit: ideſt conſecranda, po-
teſt etiam poni pro ædificatione, in qua etiam habet locum
iſta litera, cum quæritur quis epiſcopus debet primum lapi-
dem imponere. Et in hac gloſſ.in fine,& archiepiſcopus in re
ceptione pallij.de vſu pallij niſi. Secundo quæro de intellectu
literæ ibi,aut locus. Solu.vt gloſſa penultima,quam nota. ibi,
eius ergo,vſque ad finem. Ex hac nota caſum ſingularem hic
4 de modo probandi quod epiſcopus † eſt in poſſeſſione eccle-
ſiæ quo ad omnia ſacramenta ibi miniſtranda: patet enim
hic,quod probando tantum de duobus ſacramentis, ſcilicet
de baptiſmo,& chriſmate: plus dicit Innocentius,quod ſuffi-
cit probare quaſi poſſeſſionem alterius, de prædictis iuri-
bus;cum enim baptizare:conſecrare: & chriſmare ſint eiuſ-
dem iuris; qui eſt in poſſeſſione vnius,præſumitur eſſe,& al-
terius,niſi contra probetur.argumen.duodecima, quæſtione
ſecunda,cognouimus.de decim.cum in tua.niſi alius proba-
ta,quæſtione ſecunda, ...
curretur ad Papam.

SVMMARIVM.

1 *Loci deſolatio eſt cauſa ſufficiens vt vniatur alteri.*
2 *Locus vnitus alteri efficitur de iure illius quo ad bona ſua, & quo ad
actiones.*
3 *Papa non intendit alteri derogare per ſuum priuilegium.*
4 *Epiſcopus de iure communi habet iuriſdictionem in monaſterijs ſuæ
diœceſis.*
5 *Locus vnius diœceſis vnitus loco alterius diœceſis, an ex toto mutet
naturam.*
6 *Patronus loci vniti remanet patronus.*
7 *Capellæ loci vniti an tranſeant in loco cui fit vnio.*
8 *Abbas inſtitutus in monaſterio unito a quo confirmabitur.*

Quia monaſterium. Nihil iuris deperit epiſcopo,in cuius diœceſi ſita eſt eccleſia,quam Papa vnit eccleſiæ alterius diœceſis. Primo ponit vnionem,& eius cauſam. Secundo ibi,epiſcopum, vnam determinationem, cuius ſubdit generalem rationem. ibi,nam deſolatum,ideſt,derelictum a monachis:non tamen penitus deſtitutum. Tancred Goffred. & Vicent. vel ideſt depauperatum. cuius eſt monaſterium vnitum. diſponimus: alias diſpoſuimus.prima communior. Nota quod deſolatio
1 † loci eſt cauſa ſufficiens,vt vniatur alteri.de hoc in gloſſa pri
ma,& in ea in fine.decima ſexta,quæſtione prima, & tempo-
2 ris. Secundo nota, quod locus,†qui vnitur alteri,efficitur de
iure illius quo ad bona ſua,& quo ad actiones: & in eo,quod
litera dicit de actionibus,intellige actiue,& paſſiue. ff.de cap.
dimin.l.prima, & ſecunda, & l.tutelas. tranſit enim res cum
ſuo onere.ff.de officio delegati.§.quia vero.de decim.paſtora
lis. Eſt autem conſilium, quod locus cui fit vnio, faciat in-
uentarium de rebus loci vniti. C. de iure deliberan. ſcimus,
de ſolu.capitulo primo,vbi de hoc in gloſſa ſecunda. Ex his
nota, quod ille qui præeſt loco cui fit vnio, mouebit actio-
nes actiue,& paſſiue pro loco vnico: ſic & alias ſuperior agit,
& defendit pro eccleſijs ſuæ eccleſiæ ſuppoſitis. de ſucceſſio-
3 ne ab inteſtato,capitulo finali. † Tertio nota,quod Papa non
intendit alteri derogare per ſuum priuilegium.de hoc in glo.
ſecunda. Et in ea ibi ſi quis a principe. vide,vt lite penden. ca-
4 pitulo primo, contrario ſexto. † Quarto nota, quod epiſco-
pus de iure communi iuriſdictionem habet in monaſterijs
ſuæ diœce.ſecundum Petrum,vnde dicit Hoſtien.quod in ca
ſu huius capitu. pro vno monaſterio reſpondebitur vni epi-
ſcopo. & pro altero alteri. pro hoc de priuileg. cum capella.
Quinto nota,quod iura ſua debent ſingulis inuiolata ſeruari.
5 ut hic in fine.& in hoc ſigna literam. Sexto nota,† quod licet
locus vniatur loco alterius diœce. non per hoc locus vnitus
ex toto mutat naturam:remanet enim ſub iuriſdictione epi-
ſcopi prout erat ante vnionem:vt hic. Secus dicit Innocen.ſi
locus mutaret naturam, tunc enim acciperet iura ſua annexa
a iure, vel conſuetudine naturæ mutatæ: ſicut cum monaſte-
rium fit a capella, aſſumit iura competentia capellæ,ēt cum
ſuo ꝑiudicio.de cape.mo.dilectus.de ma.& ob.cum inferior.
de ſta.mo.recolẽtes,vult dicere,ꝙ licet monaſteriũ vniatur al
teri monaſterio nõ ꝑ hoc tribuit noua nã monaſterio vnito.
Ideo diœceſanus vniti nihil perdit de iure præſti. ſecus ſi tri-
buerẽ noua natura,ꝑ iura præall. maxime per dictum capitu
lum,cum inferior:& quod ibi not.quod ſigna. De hoc remit
tit Hoſtien. ne ſede vacan.capitulo primo. Ex his dic,quod pa
6 tronus † vniti remanet patronus: vt dicit Vincent. & not. in
Specula.de iurepatron.in fine. Quid autem ſi eccleſia ędifica-
retur ab aliquo,an erit patronus. Aliqui olim hic notabant,di
co de iurepatron.c.3.q.3.vbi etiam quæſtione quarta, dico de
7 quæſt.præcedenti. Quæro,ſi monaſterium †vnitum habebat
capellas: an tranſeant in poteſtatem monaſterij cui fit vnio.
dicit Innocent. quod ſic, ſicut arrogato patrefamilias arro-
gati ſunt

Digitized by Google

6 *Hoſpitale an mulieri committi poſſit.*
7 *Hoſpitale vnum an duobus committi poſſit.*
8 *Hoſpitalia plura an poſſint committi vni.*
9 *Hoſpitale an quis poſſit erigere pro libito voluntatis.*
10 *Rector hoſpitalis inſtituti authoritate epiſcopi an gaudeat immunitate eccleſiaſtica.*

De xenodochiis. Breue, vel per alia verba. Epi
ſcopo ſubſunt pia loca. No-
ta quod epiſcopalia dicuntur xenodochia, & de varijs nomi-
nibus talium, 24. q. vltima. ſancimus, prima, quæſtione ſepti-
ma, ſi quis omnem, ad fin. Auth. de alie. & emphy. contrac. in
1 ptin. col. 9. de eccle. tit. §. fin. † Secundo nota, quod epiſcopus
fundat intentionem de iure communi in locis pijs ſuæ diœ-
ceſis. de hoc in glo. 2. Tertio no. ex hoc, ꝙ ad epiſcopum ſpe-
ctat ſollicitudo, vt redditus hoſpitalium ſuæ diœce. expendan
tur ad vſus inſtitutos: vnde non poſſet ad ſuum vſum diſpo-
nere. Non enim ſubſunt talia epiſcopo quo ad temporalia, vt
ea poſſit ſibi applicare. de excep. venerabilis. 10. qõ. 3. quia. de
hoc de offi. ordi. cum vos. officium ergo epiſcopi erit tantum
in compellendo hoſpitalarios ad pauperes recipiendos, & ad
alia de quibus in iure reperitur, & dicit Innocent. quod ſecun
dum hoc, quod dicitur in verbo ſollicitudinem: poſſunt intel
gi capitula. decima, quæſtio prima, cap. primo, & ſeq. 16. q. 7.
omnes, videlicet quod in hoc ſit tantum diſpoſitio epiſcopo-
rum, ad quæ ordinata eſt eccleſia, & quæ inueniuntur in iure
2 de quibus de offi. or. conquærente. † Quarto nota, ꝙ res debēt
conſeruari ad vſus ad quos ſunt inſtitutæ. pro hoc quantum
ad iſtum tex. eſt, quia ſecundum Goſ. hoſpitalia debent eſſe id
quod verbum ſonat. 43. diſt. oratorium, & ca. ſeq. Ex hoc dicit
Vincen. colligi ſolutionem illius regulæ. potior eſt conditio
prohibentis. ff. communi diui. Sabinus. regula in re commu-
ni. libro ſexto. quia intelligitur cum quis vult vti re ad aliud,
quam ſit inſtituta, & quo ad hoſpitalia hodie, quomodo
debeant regi, dicitur eodem titulo, clem. quia contingit, vbi
inter cætera diſponitur, quod non debent concedi clericis in
beneficium. pro hoc de præben. cle. per literas. ſed committi
viris prouidis, qui iurare debent, & inuentaria facere, & ſingu
lis annis ordinarijs rationem reddere: quod dic, vt ibi in ſecũ-
do reſpon. Et de his hoſpitalibus per Hoſtien. in ſumma. de
regula. §. fi. ver. quid de ruſticis. Oppono quod ad epiſcopum
tantum non ſpectet ſollicitudo locorum piorum, quandoq;
enim ſunt exempta. 18. q. 2. abbatibus. Glo. vlt. dicit literam ꝓ
cedere niſi oſtendatur exemptio. quo caſu dicit, quod ſi oſten
ditur in certis capitulis, non iuuat in alijs, J. eodem, cum ve-
nerabilis, de iure ergo ſpectant epiſcopo: ſed quandoq; ex ſta-
tuto in fundatione laicorum facto, vel ex pręſcriptione legiti
ma, vel priuilegio Papæ ad alios quam epiſcopos ſpectant. d.
3 clem. quia contingit. primo reſpon. † Quæro quis fuit primus
hoſpitalarius, dic quod Zoticus. C. de epiſco. & cle. omia priui
legia. in textu, & glo. Secundo quæro, an poſſet vna religio in
ſtitui ad hoſpitalitatem. dic quod ſic, quod dixi de regula. ſa-
4 ne. † Tertio quæro, an religioſi poſſint præfici hoſpitalibus.
glo. eodem titulo, clem. quia contingit. in verbo ſecularibus.
dicit quod non: quia non reperitur permiſſum monachis ac-
cipere beneficia niſi curata. de regula. ſuper eo. Si ergo hoſpi-
tale eſt non curatum, non poteſt religioſus præfici: quod te-
net Federicus in conſilijs, conſilio 29. & Paulus in dicta cle-
mentina. dicit tamen Paulus, hoc verum, niſi ſit hoſpitale ali-
poſſit committi mulieri: quia regimē ex natura eſt officium
virile: mulierem autem decet ſubeſſe, & non præeſſe. tertia,
quæſtione ſeptima. §. tria. de arbitr. dilecti, & quod ibi not &
de appellation. ex parte. niſi eſſet hoſpitale mulierum, vel ex
cauſa ſpeciali hoc permittatur. Sexto quæro, an vnum hoſpi-
7 tale † poſſit committi duobus, videtur quod non: ſicut
nec eccleſia. de præbend. cum non ignores. In contrarium,
quia hoſpitalarij comparantur tutoribus. dicta clementina,
quia contingit: & plures poſſunt eſſe tutores vnius. ff. de tute
lis & rationibus diſtrahendis, l. prima, §. ſi pupillus, & §. nunc
tractemus, & hoc verius, niſi ſint hoſpitalia quæ conferuntur
in titulum. tunc enim: quia non poteſt diuidi in plures. de p̃b.
maioribus: ita etiam vnus non poteſt habere plura talia, cum
exigant reſidentiam. pro hoc quod no. Innocen. de cleri. non
reſiden. cap. fina. & gloſſ. de reſcript. clem. gratię. hoc tamen
vltimum dic melius, vt infra quæſtione octaua. Septimo quę
ro, præſuppoſito: vt in proxima quæſtione, quod vnum hoſpi
tale poſſit committi duobus: an poteſt committi maſculo, &
fœminæ. dicit Lappus, quod ſic, præſuppoſito, quod mulier
præfici poſſit. de quo ſupra, quæſtio. quinta, debet tamen quo
ad manſiones fieri diſtinctio virorum a mulieribus: vnde in
8 effectu erunt duo hoſpitalia. Octauo quæro, an † vni poſſint
plura committi. videtur quod non: quia vtrumque exigit reſi-
dentiam: vt ſupra quæſtione ſexta. In contrarium: quia hoſpi-
talia non exigunt perſonalem reſidētiam: vnde ſicut quis po-
teſt habere duo domicilia, ſi ſe collocet in vtroq;. de fo. com-
peten. ex parte. B. de ſepultu. cum quis. libro ſexto, ſic videtur,
quod duo hoſpitalia, & hoc videtur verius. quod tenet Laud.
de præben. clem. per literas: vbi dixi in quinto notabili, & hoc
etiam, præſuppoſito, quod conferantur in titulum; ſufficit
enim, quod non eſt iure prohibitum. vnde etiam ſi non poſ-
ſit bene deſeruire vtrique, non proptęrea per adeptionem ſe-
cundi vacat primum: licet poſſet cogi ad dimittendum alte-
rum. de præben. referente. Per hoc infertur, quod quis poteſt
habere beneficium ſimplex, immo & curatum cum hoſpita-
li, ſaltem quo ad hoc quod ꝑ adeptionem ſecundi non vacet
9 primum. Nono quæro, † an quis pro libito voluntatis poſſit
erigere hoſpitale. dic quod ſic, ſed non erit locus religioſus,
nec gaudebit immunitate eccleſiaſtica: nec inter loca eccle-
ſiaſtica computabitur, niſi authoritate epiſcopi ſtatuatur, J.
cap proximo, quod no. Innocen. de dona. inter dilectos. & Ho
ſtien. in ſumma de regularib. §. primo. ver. quid de ruſticis: &
10 Specu. de ſta. regula. verſicu. 36. Decimo quæro, † ſi hoſpitale
inſtituitur authoritate epiſcopi, an rector gaudeat immunita
te eccleſiaſtica, dic quod ſic, vt not. Specu. de ſtatu mo. ver. 36.
Ex hoc infertur, quod poteſt petere reſtitui, ſicut prælatus ꝓ
eccleſia. quod not. Ioan. And. de in integrum reſtitu. c. 2. lib. 6.
plures alias quęſtiones ꝓſequitur Lappus, quas omitto: quia
tanguntur in clem. quia contingit. Nec eſt difficile de ipſis re-
ſpondere, intellecta natura hoſpitalium. Et aliqua vtilia de
hac materia etiam dico infra capitulo proximo.

SVMMARIVM.

1 *Locus factus religioſus ad mundanos vſus redire non debet.*
2 *Hoſpitale a layco conſtructum, quomodo efficiatur regioſum.*
3 *Diuinis deputatum an poſſit ad humanos vſus transferri.*
4 *Hoſpitale quare non cenſeatur religioſum, niſi authoritate epiſcopi conſtructum ſit.*
5 *Laico an liceat inſtituere oratorium.*

nos vſus ſeruire non debet. Primo ponitur deciſa conſultatio.
Secundo reſponſio, ibi, fraternitati. quam probat per ſimile:
ibi, ſicut pontificus, proprij, illis loci, non ædificantis tantum,
ſ. capitulo proximo, infra titulo primo, nobis, mundanis: alias
humanis, prima communior. ſanctiones, quas allegat gloſſa
2 ſecunda, in principio. Nota quod licet † quis poſſit hoſpitale
conſtruere: non tamen cenſetur locus religioſus, niſi ſit inſti-
tutus authoritate epiſcopi: quo tamen caſu regi poteſt per lai
cum. 18. quæſtio. ſecunda. quidam, & eodem titulo, clem. quia
contingit. de hoc ĩ. q. prima. Oppono ad id, quod id quod eſt
3 deputatum diuinis † poſſit ad vſus humanos transferri. 54. di-
ſtinctio. ex antiquis, & c. frequens. Gloſſ. 2. ſoluit, & de hoc in
præcedenti cap. frequens, & 14. quæſtio. 6. comperimus. Et in
hac gloſſ. ibi, ſi quis ſe. §. primo. Senatus prohibet ſepulchum
permutari, ideſt alterius conuerſationis vſum accipere. Quæ-
4 ro, in eo quod dixi notando, quod hoſpitale † non cenſetur lo
cus religioſus niſi authoritate epiſcopi conſtructum ſit, & q̃
eſt ratio. glo. prima dicit, quod eſt, quia priuatus non facit lo-
cum ſacrum. dic tamen, quod facit religioſum: vt ſi quis ſepe
liat defunctum etiam in alieno ſepulchro, dummodo id fa-
ciat de voluntate domini. C. de reli. & ſump. fune. l. 2. inſtit. de
rerum diui. §. religioſum, & ſic per æſtimationem definit eſſe
locus religioſus. ff. de relig. cum in diuerſis. Sed per hoc non
apparet vera ratio huius literæ, gl. habuit ſanum intellectum:
vult enim dicere: quod ſi locus conſtruitur ſine authoritate
epiſcopi non cenſetur eccleſiaſticus: quod dic vt in quæſtio-
5 ne ſequenti. † Secundo quæro, an liceat laico inſtituere orato-
a rium, a & hoſpitale ſine epiſcopo: videtur quod ſic, ꝑ id quod
dixi in proxima quæſtione. dicunt Vincent. & Tancred. quod
ſi quis conſtituit hoſpitale cum oratorio, neceſſarius eſt con-
ſenſus epiſcopi: ſi ſine oratorio, non; & erat expreſſum in ſe-
cunda compilatione. de eccl. edifi. ſi hoſpitale. Innocen. refert
aliquos tenere, quod cuicunque laico licitum eſt habere ora-
torium & hoſpitale in domo, dummodo nõ habeat formam
eccleſię, etiam ſine authoritate epiſcopi: de conſecra. diſtinct.
prima. vnicuique, & cap. clericos, ſed ibi celebrari non poterit
abſque authoritate epiſcopi, dictis iuribus. dicit autem Inno.
hoc certum, quod quiſque poteſt domum deputare ad paupe
res recipiendos: quæ not. ad quæſtiones ſequentes, & alias plu
res ſæpe occurrentes. Tertio quæro de quæſtione facti: quæ-
6 dam ſocietas † inſtituta ad pauperes, & infirmos recipiendos
conſtruxit oratorium cum authoritate epiſcopi, cum prote-
ſtatione, quod tam ſocietas, quam oratorium nullo modo cẽ
ſerentur eccleſiaſtica. vnde volebat licentiam ab epiſcopo, vt
poſſet ibi celebrari etiam alta voce: & apertis ianuis, & pulſa-
ta campanella in eleuatione euchariſtiæ: quærebatur an poſ-
ſet fieri, adeo, quod per hoc non cenſeretur locus eccleſiaſti-
* cus: ſuper quo conſultus * allegaui multa pro & contra: & re
ſpondi, vt ſequitur. Inter cætera autem allegata ad partem af-
firmatiuam, quod cenſeri debeat locus eccleſiaſticus, induxi:
quia quilibet locus cõſecratus diuino obſequio eſt ſanctum
ſanctorum domino, duodecima, quæſtione ſecunda, nulla. de
rerum permutatione, mancipia, & hic, talia autem ſunt eccle
ſiaſtica, & ſub iuriſdictione epiſcopi. decimaſexta, quæſtione
quinta, ſi quis epiſcoporum. & quæſtio. ſeptima. omnes baſi-
licæ. decimaoctaua, quæſtione ſecunda, monaſteria, ſupra ca-
pitulo, de Xenodochijs. Secundo, quia non poteſt oratorium
celebrationi diuinorum deputari ſine authoritate diœceſa-
ni: vt ſupra quæſtione proxima, & pro hoc. de conſecratione
diſtinctione prima. nemo. Authen. vt nullus fabricet oratorij
domum. in rubro & nigro, & in principio, de priuileg. cum
olim. verſiculo, inſuper. etiam ſi locus in quo conſtruitur, ſit
exemptus, de priuilegi. authoritate. in principio. libro ſexto,
quod procedit in oratoris publicis, vt dicit ibi gloſſa ſecun-
da, quale erat iſtud: pro hoc: quia actus celebrationis diuino-
rum tanquam ſpiritualis regulãdus eſt ab epiſcopo ad quem
pertinet facere dirui oratorium ſi non teneatur honeſte, nec
celebretur, vt fieri debet. de conſe. diſt. 1. omnes. no. Innoc. de
cenſi. c. ſi. vbi dicit, quod ſi deputatur aliquis ad celebrandum

quia conſtabat ex proteſtatione, quæ proteſtatio [illegible]
vt ſtatim dicam. Tertio attento, quod locus iſte non fuerat
conſtructus tanquam eccleſiaſticus: quia nec epiſcopus nec
alius pro eo poſuit primum lapidem, quod debet in loco ec-
cleſiaſtico. de conſecratione diſtinctione prima, nemo eccle-
ſiam: nec poteſt dici deputatus ſimpliciter celebrationi au-
thoritate epiſcopi, etiam ſi epiſcopus conceſſerit, quod poſſet
ibi celebrari, cum proteſtatione præmiſſa: vbi conſideran-
7 dum, quod oratoria † ſunt duplicis generis, quædam publica:
quædam priuata. publica ſunt quæ non ſunt conſtruenda ſine
autoritate diœceſani, dicto capitulo, autoritate: & in hoc dif-
ferunt ab eccleſia: quia oratoria non dotantur, eccleſia ſic.
Item in oratorijs non debet miſſa celebrari in magnis ſolen-
nitatibus. de conſecratione diſtinctione prima, ſi quis etiam
extra. in eccleſijs ſic, quod nota. Innocent. de cenſi. capitulo fi-
nali. Oratoria vero priuata fiunt etiam ſine autoritate diœce-
ſani: vt ſupra eadem quæſtione, & quæſtione proxima, & ſic
fuit hic. licet enim proponatur in caſu, quo interuenit autho-
ritas epiſcopi, hoc fuit ad abundantem cautelam: quod patet
ex proteſtatione, & intentione fundantium, vt locus remane-
ret prophanus. Et quod oratoria priuata poſſit quiſque face-
re ſine autoritate diœceſani: patet de conſe. diſt. prima. vnicui
que. prææalleg. vbi dicitur quod vnicuique licet habere orato-
rium in domo. & glo. ſupplet. illud intelligit de oratorio non
8 ſacro. i. priuato. † Sacrum enim oratorium non fit ſine autori
tate diœceſani. de conſe. diſt. prima, nemo. 18. q. 2. quidam. dif-
ferunt etiam publicum oratorium & priuatum: quia publi-
cum eſt ſacrum, & non poteſt prophanari. de conſe. diſt. pri-
ma, ligna, & c. veſtimenta. ff. de reli. ſi quis ſepulchrum. §. pri-
mo, 19. q. 3. quæ ſemel. regula ſemel Deo. lib. 6. priuatum ſic.
de dona. inter dilectos. vbi hoc no. Inno. ex cuius glo. habetur
quod talia oratoria, niſi ſint autoritate epiſcopi deputata reli-
gioni, poſſunt alienari per eos quorum ſunt, in quoſcunque.
per hoc cap. & in hoc dico tunc tantum dici deputata religio
ni, quando ſimpliciter ad hoc ſunt deputata eodem modo de
quo ſtatim ĩ. dico: & tunc deſinunt eſſe priuata. Ex his cõclu-
ſi, ꝙ ſocietas illa potuerat habere oratorium prędictum pro-
phanum, in quo de autoritate epiſcopi celebrari poſſum cum
altari portatili, ꝙ ep̃s in ſua diœceſi poteſt indulgere. de priui.
in his, & no. Spe. eo. ti. §. nunc de epiſcoporum. hæc procedũt
niſi locus dotetur, & rector in eo ſtatuatur ad celebrandum:
quia talis viſitandus eſſet ab epiſcopo, ſecundum ea, quæ dixi
ſ. e. q. per no. de cenſi. c. fi. oportet etiam, vt prædicta procedãt,
quod oratorium non habeat faciem & ſimilitudinem eccle-
ſię, puta cum campanili & campanis. Nam ſi haberet formã
talem, in futurum præſumeretur locus eccleſiaſticus. de ꝯſe.
di. j. nemo. vbi dicit Arch. ꝙ ſi dubium eſt, an in ꝯſtõne eccle-
ſię interuenerit autoritas ep̃i, ꝯſiderabitur an habeat ſigna lo-
ci eccleſiaſtici: & tunc pręſumetur ꝙ ſic: ꝙ etiam tenet Fede.
in conſilijs, conſil. 106. pro hoc. de priui. patentib. & quod ibi
no. ſoluendo contrarium illius c. ad c. nimis iniqua. de exceſ.
præla. campanellam autem ſecretam habere poſſunt d. c. patẽ
tibus. ibi, publiceque pulſare, a contrario. ad rationes ꝯ̃rias pa-
tet ſolutio ex pręmiſſis, & hęc no. quia communiter ignoran
tur. Quarto quæro circa id, quod dixi in proxima quæſtio. de
alia quæſtione facti: Papa facit gratiam cuidam oratorio ſub
hac forma. Bonifacius epiſcopus &c. dilecto, &c. Nuper peti-
tio per te propoſita continebat ꝙ in diœce. caſtellana, quod-
dam oratorium ſub vocabulo ſancti Iob conſtructum eſt &c.
Nos

ADDITIONES.

a Inſtituere oratorium. Adde Inno. in c. inter dilectos. de dona.
* Adde Pe. de Anch. conſ. 219. incip. ſuper primo. col. 2. ver. ſed iſtic. & ad ma[illegible]
riam vi. Roc. Curt. in Rub. de iure patrona. ſuper ver. conſtruxit. nu. 18. B. S.
* Conſultus. Adde quod ſunt duo eius conſil. in hac materia, ſ. 11. quod inci-
pit, Quædam ſocietas laicorum. & 13. quod incip. in ciuitate Vrbinat[illegible] &
ante eam in conſ. 8. incip. quidam ſindicus. B. S.

Digitized by Google

iudicium parochialis eccleſię,decimaſexta,quæſtione prima
9 eccleſiæ,& c. quicunque.Nam quia hæc † indulgentia exor-
bitat a iure,quatenus alteri pręiudicat,ſtrictiſſime debet inter
pretari,de priuileg.ſane.& cap.paſtoralis,regula,quę a iure.li-
bro 6.deinde,quia aliqui non leuis authoritatis aliter ſcripſe-
runt,dicentes, quod poterat etiam in ſolennitatibus magnis
celebrari,per illa verba libere & licite.Ego etiam ſcripſi con-
firmando pręmiſſa.Nam verbum libere,quod plus importat
quam verbum,licite,non ſignificat niſi, quod libere celebre-
tur:id eſt quod ſine contradictione rectoris parochialis vel
epiſcopi vel alterius:ſic exponit Archi. de offi.ord.ordinarij,
li.6.& ſic exponitur vbique habita relatione ad caſum vbi ap-
ponitur,de præben.de multa,ver.is quoque,& cap. ſi tibi ab-
ſenti.lib.6.de teſta.cap.fin.eodem,lib.de cenſi.capit.primo,§.
notoria,eodem,lib.de priuileg.cle.archiepiſcopo, de collu.c.
primo . Item verba indulgentiæ, per quæ permittitur miſſas
celebrari,debent intelligi de miſſis non ſpecialiter ſignatis,id
10 eſt diebus non prohibitis , generalis enim diſpoſitio † non
concernit ea,quæ ſpecialiter diſpoſita ſunt. ff. de pœnis , ſan-
ctio.de dona.cum dilectus,ſecundum vnum modum intelli
gendi,pro hoc quod no.Ioann.mo.in regula in generali.lib.
ſexto,de reſtrictionibus generalis diſpoſitionis,ſpecialiter au-
tem hæc indulgentia cum exorbitet a iure,debet intelligi ſtri
cte,dum tamen aliquid concedat:adeo quod quęcunque ſpe-
cies habet aliquam qualitatem ſpecificam non continetur
ſub genere,de priuileg.quoniam,vbi optime probatur,de trã
ſla.cap.fin.cum ibi notatis per Innocen. ſed dies illi reſpectu
poteſtatis celebrandi habent ſpecialem qualitatem , vt in eis
celebrari non poſſit in oratorio.dicto capit.ſi quis extra.ergo
11 &c.preterea,quando ſubeſt duplex impedimentum,† vnum
generale:aliud ſpecificum,priuilegium conceſſum in genere
tollit ſolum primum,de vſu pallij,ex tuarum,vbi ſecundum
ſanum intellectum probatur,quod ſi conceditur archiepiſco
po vti pallio extra prouinciam,aufertur impedimentum iu-
riſdictionis,quod eſt generale : non autem impedimentum
ſpeciale:immo requiritur,quod epiſcopus ĩ cuius dioceſi vti-
tur,aſſentiat etiam ſi in priuilegio ponatur verbum libere, vt
patet in eodem cap.ibi,liberam facultatem,ad idem de priui-
leg.paſtoralis.Item in dicto cap.ſi quis extra.ponitur pœna ce
lebrantibus illis diebus in talibus oratorijs ſine ſpeciali licen-
tia,quam pęnam non aufert conceſſio pręmiſſa, quæ hoc nõ
exprimit.Præterea contrarius intellectus exorbitat a iure , &
plurimum detraheret honori eccleſiæ parochialis ſi nulla
dies ſibi reſeruaretur , quod tamen Papa noluit . Sed contra-
rium,reſeruando ius eccleſię parochialis:& quia gloſſ.in cap.
ſi quis extra,dicit illud loqui de priuatis oratorijs : & ſecus in
his,quæ populus facit,per dictum cap.ad audientiam,dico ad
mentem illius glo.omne oratorium dici priuatum,quod nõ
tranſit in nomen eccleſiæ , licet in hoc poſſit inſtari per id, ꝙ
dixi ſupra quęſtione proxima:quia etiam inter oratorium pu
blicum,& eccleſiam eſt differentia:vt ibi dixi,ſed illud proce
dit generaliter loquendo:quod vero nunc dixi,procedit,vt di
xi quo ad mentem glo.in dicto capit.ſi quis extra. Quod au-
tem Papa concedendo celebrationem,non intelligatur con-
12 ceſſiſſe de oblationibus:patet,quia oblationes † ſunt de iure
parochiali:vt ſupra eadem quæſtione,& probatur,decima,q.
prima,quia ſacerdotes,& cap.ſanctorum,& cap.hanc conſue

fieri monaſterium,infra de eccle.ædifican. ad audientiam,ſe-
cundo,ergo & econuerſo,glo.ſoluit,quod illud operatur fa-
uor religionis,pro hoc,de dona. Apoſtolicæ. Et ex hoc dicit
Hoſtienſi.eſſe efficax argumentum,quod religioſus non po-
teſt fieri ſecularis canonicus, de hoc ſupra titul. primo, quod
Dei.de vita & honeſtate clericorum,Deus qui,ſed econuerſo
bene poteſt canonicus fieri monachus,de renun.ex tranſmiſ
ſa,de regula.beneficium.libro ſexto.Et in hac gloſſ.ibi, cano-
nicos,immo nec pręb endarios,de hoc,ſupra titu.primo cap.
vltim. §.penultimo . Quęro de quibus monaſterijs habet lo-
cum hęc litera, dic,quod de omnibus,ſiue monachorum ſi-
ue canonicorum regularium , quia eadem eſt ratio, ne in via
Dei in qua de virtute in virtutem debet aſcendi, fiat deſcen-
ſus:ſed potius aſcenſus.ff.de mu.& ho.vt gradatim.93. diſtin-
ctione,legimus,de regu.licet,& quia ſumma ratio fauet reli-
gioni. de dolo capitu. ſecundo. Hoſtienſi. cui non placet in
hoc ratio quorundam dicentium hoc eſſe : quia ſemel Deo
dedicatum &c.ſupra capitu.proximo . Nam clerici ſeculares
non ſunt mundani,ſed ſacri, & Dei milites,de ſeruis non or-
3 di.eo libentius. Secundo quęro,ſi epiſcopus † poteſt habere
religioſos alterius religionis , non eiuſdem,an poterit refor-
mare monaſterium de ſecularibus,gl.dicit,quod non, ſecun-
dum quam tunc licet ponere ſeculares,quando nec de illa re
ligione:nec de alia ponere poteſt. Ex quo apparet gloſſ.velle,
quod deficientibus religioſis ponentur ſeculares per epiſco-
pum, pro hoc ne cle. vel mo. relatum, ibi tamen non dicitur
de ſecularibus,ſed de alijs religioſis.Gloſſ.decimanona,quæ-
ſtione quarta , §. quæritur, dicit authoritatem Papæ requiri,
ſed duodecima,quæſtione ſecunda,ſi epiſcopus,videtur gloſ.
velle quod ſi aliter reformari non poſſit,hoc liceat epiſcopo,
quod tenet Ioann.And.ſeruatis his gradibus.Primo namque
locus ordinabitur de religioſis illius monaſteri ſi fieri poteſt.
Secundo de aliis eiuſdem ordinis. Tertio de alijs alterius or-
dinis. Quarto de ſecularibus clericis, & pro hoc concordant
alleg.in glo.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quo ad iura epiſcopalia fundat intentionem ſuam de iure cõ muni in eccleſijs ſua dioceſis.*
2 *Pecunia cum debetur,debet intelligi de vſuali.*
3 *Eccleſia inferior præſcribit contra epiſcopum ſuper iuribus epiſcopalibus.*
4 *Symonia committitur cum datur ius ſpirituale pro temporali.*
5 *Argui poteſt ab exemplo Papæ.*
6 *Papam decet ſeruare mundas manus quamuis ſit ſupra legem.*
7 *Eccleſia vna non præſcribit contra aliam ſuper cenſu ſpatio 40. annorum.*
8 *Eccleſia vel iura epiſcopalia non dantur in emphyteoſim ſed bona tantum.*
9 *Symonia committitur ſi admiſcentur ſpiritualia cum temporalibus.*
10 *Actus legitimi qui non recipiant conditionem.*
11 *Epiſcopus non poteſt eximere eccleſias, & nu. 12.*
13 *Delegari non poſſunt ea quæ per decretum expediuntur.*
14 *Epiſcopus poteſt conferre priuilegia.*

Reus non

rem,

Conſtitutus. Eccleſia ſita in dioce.epiſcopi tene-
tur ſibi in epiſcopalibus reſpondere,
niſi appareant remiſſa,& poteſt epiſcopus remittendo ſpiri-
tualia cenſum ſibi retinere. Primo ponitur factum. Secundo
diſſinitio ibi,cum autem. Prima ſubdiuiditur:quia Primo po
nitur actoris petitio. Secundo ibi,verum, reorum defenſio.
Tertio ibi,cęterum,actoris replicatio. Pars de pœnis conſtitu
tus,monaſterio,alias monaſterium:& tũc ſupple, habere,ſed
prima communior,petebat penſionem,8.denariorum ſibi p
40.annos iniuſte ſubtractam. Alij dicunt per generalem com
præhendi prædictam ſpecialem,de hoc infra contrario 8.qõ,
17.Et ideo,quia ſita erat in dioce.ſupra capit.primo,ſecundo,
& 3.Et ſi,pro quamuis,in aliquo reſpondere, & ſic ſecũdum
Hoſtienſẽ,fuit lis conteſtata per confeſſionem primi.ſ.de ſitu
loci,& negationem ſecundi, de lit.conteſta.ca.vno, & ſtatim
ſufficientem rationem ſubmittit.expone verbum reſponde-
re:vt dixi de deci.dudum,in quinto contrario,pertinentes,lã-
te ponitur,vt comprehẽdat etiam illas in quibus habebat pa-
tronatum. Innocen.quod tenet Archid.de præben.ſi Apoſto
lica.libro ſexto,de hoc in glo.5.& ibi latiſſimam,vide de fide
inſtrumentorum,inter.in prin.quæſtione prima,quocunq;,
habente tamen gratiam Apoſtolicæ ſedis,de offi.ordin.quod
ſedem,de pręſcrip.veniens,ſubiecta.ſimile de tranſact.præte-
rea,ſecundo,ſimoniacam,de pact.cum pridem,libertatem,vt
etiam p ęconomum monaſterij fuerat ſupra allegatum,quan
titatem,ſupple,quod non faceremus ſi eſſet ſimoniaca, & de
hoc, infra in ſexto notabili. Ratum , concordat de teſtamen.
Raynaldus,in fin. Impotentes,ſequebatur in antiqua ca.con-
ſtitutus,infra de pœnis. No.quod epiſcopus † quoad iura epi
1 ſcopalia fundat intentionem de iure communi in eccleſijs
ſuę dioce.de hoc in glo.tertia,pro hoc,ſupra cap.primo,& ſe-
cundo. Secundo nota,quod cum debetur † pecunia debet in
2 telligi de vſuali,ibi vſualium,quod procedit etiam ſi hoc nõ
adijciatur,& dicitur pecunia vſualis ea, quę currit in loco. ff.
de legatis primo,ſi ſeruus plurium §.vltim. Goffred.melius,
ff.de contrahen.emp.imperatores,de deci,clem.ſecunda,& ſi
mutetur pecunia,dic,vt dixi de iureiuran.quanto,& in prædi
cta clemen.ſecunda,& de cenſi.cum olim.& capi.cum cano-
nicis. † Tertio no.quod eccleſia inferior præſcribit cõtra epi-
3 ſcopum ſuper iuribus epiſcopalibus,vel ſuper ſurrogatis ipſo
rum loco , ſicut hic allegabatur præſcriptio ſuper penſione
ſurrogata loco iurium epiſcopalium,pro hoc de pręſcript.de
quarta. † Quarto nota,quod ſi datur ius ſpirituale pro tempo
4 rali, committitur ſimonia , ſupra de tranſact.ſuper eo, &
capit.pręterea.primo,& ſecundo. Quinto nota,attendendum
id,quod fieri ſolet,ibi,nec inſolitum,de conſti.ex literis. Sex-
to nota,quod ab exemplo Papę † poteſt argui,vt id,quod ip-
5 ſe facit,licite alij faciant,de re iudi.in cauſis,& hoc quoad in-
ferendum , quod non ſit de ſe actus illicitus , ſic enim arguit
Papa,quod reſeruatio cenſus,quam fecit epiſcopus remitten
do epiſcopalia non contineat ſimoniam,quia etiam Papa cõ
ſueuit hoc facere,quaſi dicat,quod non faceret ſi eſſet ſimo-
niacum:vt dixi in tex.in ver.quãtitatem. Septimo no.ex hoc,
† quod Papam decet ſeruare mundas manus,quamuis ſit ſu-
6 pra legem,9.quæſtione 3.aliorum. Hoſtien. pro hoc: quia cũ
cęteri debeant ab ipſo ſumere ſanctitatis exempla.ar.de re iu-
di.in cauſis,de voto,magnæ,minoratur in eis deuotio,& peri
culum eſt ne extinguatur,dum vident tantam indignitatem
in ſummo pontifice,vt pro pecunia tribuat quę pro virtutib.
compenſanda ſunt,& niſi cauſa vrgentiſſima ſubſit per quam
moueatur cum multa deliberatione pro ſubſidio eccleſiæ ad
talia faciẽda,male pręſumi poteſt de ipſo,ſicut enim dicimus
in diuinis,ꝙ quodlibet indecens eſt Deo impoſſibile , ita de-
bet dici in Papa Dei vicario.de tranſlact.capitulo primo,ſecũ
do,& tertio,quia debet ſe conformare ei cuius eſt vicarius,vt
eccle.benefi.vt noſtrum. Et quod dixi de vrgentiſſima cauſa,
&c.intellige ſane,quia cauſa poſſet prophanare iſta,quæ ſunt
ſpiritualia de iure poſitiuo:vt ſacramenta. Octauo no.vt glo.

glo.quarta,quod forte diuerſis temporibus fuerat epiſcopus,
primo Albanenſis,ſecundo Lauicanus,vel quod ſimul,ſed p
diſpenſationem Papæ. Ex hac gloſſ. videtur quod cardinalis,
poſſit transferri ad epiſcopatum inferiorem,de quo de poſt.
bonę,primo,de electio.eccleſia,ſecundo. Sed ſecundum Ho-
ſtien.curia non de facili hoc facit:vnde intelligit,quod lauica
nus ſit nomen proprium,vel cognomen,ſed litera repugnat,
ibi,lauicanus epiſcopus,vnde ſta prædictis. Secundo oppono
ad idem,quod non licuit retinere penſionem pro tali remiſ-
9 ſione quam fecit epiſcopus, committitur enim ſimonia † ſi
admiſcentur ſpiritualia cum temporalibus, de pact.cum pri-
dem,de tranſact.ſtatuimus,& cap.decętero. Solu.Innocen.&
Goffre.quod fuit diſtinctus contractus emphiteoſis qui fuit
de temporalibus tantum,vt ſequitur,quod licet, de rerum p
mutatione,ad quęſtiones,vel ſecundum Innoc.appellat em-
phiteoſim cenſuum penſionem,quam in ſignum deuotio-
nis,& beneficiorum memoriam licet imponere,18.quęſtio-
ne ſecunda,Eleutherius,vel tertio ſecundum Innocen.dic,ꝙ
licitum fuit epiſcopo ſine pacto conſtituere certam penſio-
nem,argum.vt eccle.benefi.cap.vno,in fin. vel quarto ſecun-
dum eum dic,quod vt infra in tex.innuitur,epiſcopus libera-
liter donauit,& monaſterium liberaliter penſionem conſti-
tuit,& hæc ſolutio coincidit cum pręcedenti,& dicit Goffre.
quod hic innuit litera inferior. Hoſt.dicit,quod potius innui-
tur penultimus intellectus,dic, vt infra eodem contrario, &
circa hoc dicit Goffred.quod illa dictio.ita.ſ.non notat con-
ditionem,ſed modum,qui non cenſetur in his vitioſus,licet
interdum æquipolleat conditioni,dict.ca.vn.vt eccle. benefi.
vbi de hoc,facit quod dico in ſequenti contrario. Et ſolutio-
nes præmiſſæ poſſunt omnes tolerari,tamen ſecunda videtur
conſonare textui.& de hoc,infra in 9.& decima,contrarijs,&
de ſimonia.quærelam.contrario primo. Tertio opponitur ad
idem, quod non licuerit epiſcopo epiſcopalia remittere ſub
conditione de qua hic,ibi,ita.ſ.quia in actibus legitimis non
admittitur conditio.de electio.capitulo ſecundo,libro ſexto,
regula actus,eodem lib. Solu.illa verba non faciunt conditio-
nem:vt in proximo contrario:ſed veniũt ad latiorem expreſ-
ſionem conceſſionis factæ ab epiſcopo. Item quoad regu-
lam dic,quod debet intelligi ſecũdum legem,actus legitimi.
10 ff.de regulis iuris, vt dicatur, † quod actus legitimi quidam
non recipiunt conditionem,& qui ſint illi:dicitur in dicta le
ge, regulariter autem extra ibi numeratos omnes recipiunt
conditionem,& quoad caſum noſtrum potuiſſet apponi cõ
ditio , dummodo alias licita:quia in traditione ſuę rei poteſt
quiſque modum & conditionem apponere,de condi. appel.
uerum. Quarto oppo.quod non tenuerit conceſſio epiſcopi
in eo,quod permiſit abbati recipere ſacramenta,a quocũque
11 epiſcopo vellet:quia hoc eſt eximere eccleſias,† quod epiſco
pus non poteſt,de deci.cum venerabilis,glo.hic videtur,ſol-
uit,vſque ibi,tamen,ſtando contrario, remittit ad no.in dict.
cap.cum venerabilis,& per ibi notata dic,quod conceſſio epi
ſcopi tenuit propter confirmationem,quod ſentit glo.in ver
bo,confirmauit,& dico,infra eodem contrario, & idem Ho-
ſtien.dicens,quod alias non valebat niſi ſecuta fuiſſet confir-
matio Papæ ex certa ſcientia,quod latius exemplificat Inno-
cen.dicens,quod epiſcopus non poteſt totum ius epiſcopale
remittere,& eccleſiam a ſua iuriſdictione dimittere:quia ſic
eſſet acephala,contra id.93.diſtin.nulla,quæ ratio non placet
Hoſtiẽ.alias omnes exempti eſſent acephali,in quo dic,quod
non eſt bona illatio de exemptis,ſubſunt enim Papæ vel ſuis
pręlatis.puta abbatibus: ſed cum epiſcopus eximit, dici non
poteſt,quod eccleſia ſubſit Papæ,ex quo Papa eam non reci-
pit,nec pro exempta eam recognoſcit. pro Hoſtien.tamẽ eſt,
quia etiam ſi Papa non recipiat: tamen Papæ ſubeſt , ſicut &
omnes aliæ eccleſię,de foro competenti capit.fina.& ſic non
eſt proprie acephala,ſed ſaluando dictum Innocen.dic,quod
eſſet acephala, cum Papa poſſit hoc ignorare , & ſic de facto
non habebit curam ſpecialem de ipſa quam debet habere de
exemptis,quamquam autem , vt prędixi, non poſſit epiſco-
pus

Digitized by Google

mo,& cap.ad hæc,decima,quæſtione prima,epiſcopus,& ca.
placuit.24.diſt.quando,vnde ſecundum Innocenti.epiſcopus
committit etiam multa alia quæ ſummariam cognitionem
& decretum requirunt,quę nota. Nam per hoc colligitur,qđ
examinatio ordinãdorum,& viſitatio clericorum ſunt de his
quæ expediuntur per decretum. In eo autem quod dicit Inn.
illam regulam non procedere in ſpiritualibus: dic, vt dixi de
offi.ord.quod ſedem. Et ex omnibus præmiſſis conclude,qđ
quatenus epiſcopus in totum exemerit,non valuit conceſſio
epiſcopi,niſi ſecuta confirmatione Papę,pro hoc de præſcri.
veniens,& glo.hic in verbo confirmauit,quę ſupplet, ex cer-
ta ſcientia: vt dicit Innocen.quod talis confirmatio ſufficit ẽt
ſi conceſſio non teneat,de tranſact.ca.primo.de confirm.vtil.
cap.penultim.quatenus autem intelligas,quod ad tempus cõ
ceſſit,non in totum : valuit conceſſio. & Abbas intelligitur
conſtitutus vicarius epiſcopi: quæ not. Quinto opponitur ad
14 hoc.nam epiſcopus poteſt conferre priuilegia.de re iud.cum
inter.de his,quæ fiunt a prælat.quanto.Gloſſ.ead.hic videtur,
ibi,tamen epiſcopi, ſoluit, quod licet poſſit conferre priui-
legia: non tamen poteſt in alterius pręiudicium, quod dic, vt
gloſ. vſque ibi. Nam epiſcopus,& in ea ibi,bene a zenone, vbi
dicitur quod omnia principis eſſe intelliguntur. Sexto oppo
no ad idem,quod immo etiam in præiudicium alterius poſ-
ſit epiſcopus dare priuilegium , decimaſexta , quæſtione pri-
ma,ſtatuimus,vbi dicitur,quod nullus pręter ſcientiam epi-
ſcopi debet dare decimas extra baptiſmalem eccleſiam, ergo
a contrario de ſcientia epiſcopi hoc fieri poteſt. Gloſ. eadem,
ibi,nam epiſcopus,ſoluit ſtando primo dicto,quod non poſ-
ſit epiſcopus rem vnius eccleſiæ dare alij, refert tamen opin.
Io.dicentis,quod immo poteſt per dictum cap.ſtatuimus, &
hanc tenet Goffrd. Vincen.& Hoſtien qui dicit hoc verum,
quando epiſcopus hoc facit ex cauſa rationabili,& de cõſen-
ſu capituli, quibus duobus deficientibus vel altero ipſorum,
vera eſt,ſecundum eum opi Hug..quę ſequitur.deinde glo.re
citat opi. Hugo. qui tenet primum,quod epiſcopus hoc non
poſſit: & hoc tenet gl.niſi cauſa rationabilis oſtendatur: & ſic
ſentit,quod ex cauſa hoc poteſt epiſcopus: quod dic, vt in pro
xima ſolutione,& ad capi.ſtatuimus,dic,quod debet intelligi
ſecundum prędicta. ſ. quod ex cauſa hoc faciat epiſcopus, &
cum capitulo,pro hoc de rebus eccle.non alienan. cle.ſi vna,
nec procedit,quod dicit glo.ſecundum Hug.quod in cap.ſta-
tuimus,loquitur de decimis ad epiſcopum pertinentib. hoc
enim eſt diuinare. Item repugnat illi textui: quia a contrario
permittit decimas ſpectantes eccleſię baptiſmali poſſe alteri
ſolui de ſcientia epiſcopi,quod eſt verum concurrentibus his
de quibus in pręcedenti ſolutione, poteſt enim ex cauſa ius
vnius eccleſię dare alteri,etiam in totum,dicta clemẽ. ſi vna.
ergo fortius in parte,infra de eccle.ędific. ad audientiam ,pri-
mo,de hoc.decimaſexta,quæſtione prima,eccleſię 15. quæſt.
ſecunda,in ſumma.de rebus eccle.non alienan.capitulo pri-
mo,libro ſexto. Et in hac gl. ibi,licet princeps hoc poſſit etiã
ſine cauſa,tamen non debet: vt no.glo.22.diſtin. capitulo pri-
mo . Septimo oppono , quod non debuerit audiri allegatio
monaſterij ſuper præſcriptione , videbantur enim monachi

tuit,quod ſic interpretatur,quia in dubio debet accipi , quod
caret vitio: pro hoc,quia in dubio,non pręſumitur crimen.de
pręſump.cap. fina.regula ſemel malus, libro ſexto. Secundo
ſoluit glo.quod hic & in ſimilibus exceptionibus non com-
mittitur ſimonia: quia plus commodi temporalis percipie
bat epiſcopus antequam eximeret,quam ſint iſti denarij retẽ
ti,quos etiam non retinet in compẽſationem,ſed in ſignum
ſubiectionis,pro hac ſolutione maxime facit ſecundum Gof
fred.quia ex quo tam modicum recipiebat epiſcopus reſpe-
ctu eius , quod dabat , non eſt veriſimile , quod propter hoc
fuerit motus ad concedendum, de ſimon.& ſi quęſtiones,de
hoc etiam, ſupra in ſecundo contrario,pro hoc infra, verſic.
cum autem, vbi permittitur quod epiſcopi concedentes ec-
cleſias pijs locis aliquid ſibi reſeruent nomine penſionis. Nã
ex quo totum dant,ęquum eſt, vt aliquid retinere poſſint,de
iurepatro.præterea.vnde dicit Abb.quod ſi dans eccleſiam re
net pro cenſu pluſquam perciperet in temporalibus,eſt ſimo
nia,ſed bene poteſt partem dare,partem retinere,de re iud.cũ
Bertoldus,vbi dicitur,quod pro quodam iure quos cõlueuit
&c.& ſecundum Hoſtien. cum Papa figat pedem huic ratio-
ni.ſ.quia licuit epiſcopo partem ręetinere,alijs omiſſis,ei adhę
rendum eſt.ar.de re iud, in cauſis,nec mirum ſi reſeruare po-
teſt. Nam & ſi is,qui eximitur,offerat cẽſum,& eximens rece
pit,& conſtituit in futurum debere ſolui illo conſentiente di
citur licitus,& gratuitus fuiſſe ab initio , & tranſit in neceſſa-
16 rium & debitum: † quia ab initio eſt voluntatis, ex poſtfacto
neceſſitatis.ar.C.de act.& ob.ſicut.de voto magnę : ſic poteſt
loqui de priuileg.recepimus,ſimile in commodato,quod ab
initio liberum eſt,& gratuitum: tamen intempeſtiue non re
uocatur,de commo.cap.vno,ſic etiam in fundatione domus
eccleſiæ vel hoſpitalis,de dona.paſtoralis, decimaſexta, quæ-
ſtione ſecunda,viſis,de cenſi.quanto,& capitu.cum venerabi
lis,dic in eo,quod dixi quod cenſus debet eſſet minor quam
commodum,quod prius percipiebat epiſcopus,quod in hoc
quantus ſit cenſus,non conſideratur,niſi ad pręſumendum,
liberaliter & ſine peccato facta fuerit remiſſio. Si enim pẽſio
eſt modica,præſumitur, vt dixi,ſupra eodem contrario,quod
liberaliter fuit facta remiſſio,& in ſignum ſubiectionis retẽ-
ta penſio . Si autem eſſet magna,ceſſaret hęc pręſumptio,&
poſſet potius pręſumi,quod ex peccato: tamen ſi conſtaret ꝙ
liberaliter fuiſſet facta remiſſio, teneret. Penſionis autem im
poſitio non teneret, cum per eam grauetur eccleſia , infra de
cenſi. præterea.& ca.ſignificauit. Et in hac gloſſ.ibi,accipien-
dum eſt in ambigua voce legis. Vndecimo oppono,quod cõ
firmatio Apoſtolica fuerit ſurreptitia,cum in ea pẽſione nõ
fuerit facta mentio.argumen.de reſcriptis,ſuper literis. Solu.
cum poterit retineri penſio licite : vt in proximo contrario ,
non fuit opus de hoc facere mentionem, quia,etiam ſi Papa
ſciuiſſet,nihilominus confirmaſſet.contra tamen facit de trã
ſact.capitu.penultim. Solu.ibi Hoſtien. Duodecimo oppono
in eo, quod Papa arguit licere epiſcopo retinere penſionem
in eccleſia,cum etiam Papa ab eccleſia quam eximit,accipiat
cenſum,non enim videtur bona argumentatio, de penſione
ad cenſum,cum ſint diſtincta: vt infra cõtrario decimoquin-
to. Solu. pro penſione hic intelligit cenſum . Et hoc volunt
duę glo.

Digitized by Google

nocen. dicens, quod ſingulæ eccleſię ęqualiter ſoluent, & ſic,
ſi 8. eſſent eccleſiæ pro quibus petebantur. iſti 8. denarij, tenebat
hæc ad 50. denarios, pro 40. annis, vel dic, quod ſoluebat
ratam ſibi impoſitam, veriſimile eſt enim, quod fuit impoſita
major & minor iuxta facultarates eccleſiæ, quod videtur
ſentire litera ibi, iuxta ratam, quæ contingit prædictam eccleſiam:
ſiue tamen intelligas hoc modo, vel pręcedenti, non eſt
vis. Et in eo, quod penſio diuiditur in ſingulas eccleſias iuxta
ratam, dicit Innocenti. quod hæc obtinent in iudicijs, ſtipulationibus,
& contractibus: vt ſi plures ſunt, qui agunt vel contrahunt,
ſinguli pro ęqualibus partib. intelligantur agere vel
contrahere: & eodem modo ſi contra plures agitur, vel cum
pluribus contrahitur, contra ſingulos pro ſua parte intelligitur
diuiſa actio, vel contractus, niſi aliud dicatur, & dicit Inn.
hęc vera, ſiue factum ſiue aliquid dandum ſit in obligatione.
Nam ſi debetur factum, ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi nõ
fiat, & hoc diuiditur, quando autem aliquid eſt dandum, etiã
ſi ſit res indiuiſibilis, vel ſeruitus, adhuc agitur ad intereſſe,
quod diuiditur ff. de ver. ob. l. ſecunda. §. fin. & l. ſicuti, & l. ſtipulationes
non diuiduntur. ff. depoſiti. l. ſi duo. in fin. Et eſt ratio
ſecundum Innocen. quia non ſunt plures rei debendi vel
credendi: niſi hoc expreſſe agatur. Authen. de duob. reis, coll.
7. licet ſecus eſſet ante tempus Autenticorum, pro hoc. C. de
du. re. auth. hoc ita, dic, quo ad id, quod dicit Innocen. de re in
diuiſibili: vt dixi de iurepa. cle. ſecunda, vbi dixi de diuiduo, &
indiuiduo. Item quo ad id, quod dicit Innocent. iura antiqua
de duo. re. non habere locum hodie per ius Autenticæ, pręalleg.
dic, qđ per ius Autenticorum nihil immutatur in modo
conſtituendi duos reos, ſed tantum quo ad modum exigendi:
vt patet in dicta auten. Item, ſi in obligatione eſt aliquid in
diuiduum, nihil eſt immutatum: qa etiam talis obligatio nõ
diuiditur, nec inter reos credendi, nec debẽdi. quia diuiſio cor
rumperet obligationem, d. l. ſtipulationes non diuiduntur, in
18 prin. Item auth. hoc ita, † habet locum, quando ab initio fuerunt
plures cum quib. contrahitur: ſed ſi ab initio fuerit vnus
ex cuius obligatione tenentur plures, ſicut tenentur plures
domini ex contractu inſtitoris, nihil eſt immutatum per dictam
auth. quæ non comprehendit hunc caſum huius capit.
Bar. C. de du. re. l. ſecunda, & 3. Quo autem ad caſum huius c.
non eſt neceſſaria hæc difficultas: quia vt dixi, ſupra eodem cõ
trario, veriſimile eſt, & conſonum iuri, quod cuilibet eccleſię
fuit impoſita ſua rata. Decimoquarto oppo. quod debuerit
condemnari monaſterium ad reſtituẽdum eccleſias, cum
ceciderit a iure, non ſoluendo canonem per biennium, de loca.
potuit. Gl. penultim. ibi. Item eſt hic, hoc contrarium format,
& ſoluit, ibi, ſed hoc ideo, dicens, quod nõ fuit actum ad
reuocationem. Secundo ſoluit aliter: vt in ſequẽti contrario.
Decimoquinto oppono ad primam ſolu. de qua in proximo
contrario, quod immo fuerit actum, ex eo, quod petijt epiſcopus
iura epiſcopalia. Gloſſ. eadem, ibi, immo dicit, quod fuit
actum, ſed non expreſſe. Secundo ibi, vel dic, ſoluit, quod præcedens
contrarium procederet ſi iſte fuiſſet verus contractus
emphyteoticus: ſed non fuit emphyteoticus, in quo non trãſfertur
dominium in emphyteotam, ſed fuit cẽſualis, in quo
directum, & vtile dominium tranſiuit in monaſterium, qđ
proſequere, vt in glo. vſque ibi, & bene, quam no. Ex hac glo,
19 infertur, quod ſi eccleſia † non ſoluit penſionem rei emphyteoticæ,
res incidit in commiſſum: quod an ſit verum, dico
infra, quęſtione prima, vera eſt autem ſo. gloſſ. in eo, quod dicit,
quod fuit cenſus, in quo dicit Hoſtiẽ. quod epiſcopus hic
nil retinuit pręter cenſum, quem retinuit non in ſignum dominij:
ſed potius datæ libertatis, ad hoc de priuil. recepimus,
ideo quantũcunque in ſolutione ceſſetur, libertas ſemel conceſſa
non tollitur, inſtitu. qui. ex qui. ca. ma. non lic. §. ſemel,
ſecus ſi in ſignum dominij retinuiſſet: tunc enim res incideret
in commiſſum ſi per biennium ceſſaretur, de dila. literæ,
de cau. poſſ. capit. fina. de loca. propter. Decimoſexto oppono,
quod non debuerit condemnari monaſterium ad pẽſionem
ſubtractam: quia hoc non fuit petitum. ff. communi di. vtſundus,
de accu. qualiter. ſecundo, de ſimo. licet Hely. glo. penulti,
ibi, & bene, dicit, quod cenſus fuit petitus ſub generali petitio

bus epiſcopalibus, [illegible]
pen. eccleſia, 1. ſecus ſi ſit impoſitus ſeparatim: quod nota, pro
hoc glo. ſequens, in eo, quod dicit, quod penſio comprehendebatur,
de iure in petitione epiſcopi, & ad hoc, ſup. de voto,
magnæ, ver. cum igitur. infra de cenſi. olim, de hoc etiam inſ.
titu. proxim. cap. ſecundo, quæſtione ſecunda. Secundo ſoluitur
per alios ſupplendo, in princ. quod epiſcopus etiam petiit
penſionem ſubtractam: vt dixi in textu in ver. petebat, & hoc
placet Hoſtiẽ. qui etiam dicit, quod hic compromiſſum fuit
in Papam tanquam amicabilem compoſitorem, de arb. cum
tempore, & ſic tanquam amicabilis compoſitor pronunciauit
etiam ſuper penſione, quamquam petita nõ fuerit, quod
eſt diuinare, & contrarium innuit litera, quod pronunciauit
tanquam iudex, vel ſecundum Hoſtien. in his ſpiritualib. non
eſt vis de hac ſubtilitate, ex quo de veritate conſtat, de iudi. dilecti,
quod non procedit: quia etiam in ſpiritualibus opus eſt
petitione, de verborum ſig. cle. ſæpe. Goffred. dicit, quod etiã
ſi epiſcopus petiiſſet ſubiectionem ex toto, tamen obtinuiſſet,
obſtante confirmatione Apoſtolica: ſed adiudicatur eccle
21 ſia ſibi in eo, quod poteſt. i. quo ad penſionẽ, † quę eſt ſubiectionis
probatio. de cenſi. omnes, de cau. poſſ. cap. fin. & ſic cõ
demnatur monaſterium, in quo per confeſſionem iconomi
eccleſia inuenitur ſubiecta. ff. ſi certum petatur, quidam, ſępe
enim iudex pronunciat ſuper eo de quo partes non faciebant
vim. de conſue. dilectus, de conceſ. pręben. ex parte, quod non
procedit niſi quando eſt cauſa in qua exuberat officium iudicis,
de conſue. cum inter, de poſtu. bonæ. Ideo tene ſolutionẽ
primam, quod ſub petitione iurium epiſcopalium comprehenditur
penſio. Illa enim verior & ſubtilior eſt, licet contra
eam ſit quod no. Innocen. de reſtit. ſpol. cum ad ſedem, in eo,
quod dicit, nomine pertinentiarum contineri ea tantum,
quę pertinent iure communi, ſtatuto, vel cõſuetudine, ſecus
ſi ex pacto, vel alio iure ſpeciali, ſicut hic, ad quod dic, vt dixi,
in dict. cap. cum ad ſedem, & quo ad propoſitum aliud eſt, qđ
petatur eccleſia cum pertinentiis, aliud, quod petantur iura
epiſcopalia: quia prima petitio eſt vniuerſalis: vt dicit gloſ. in
dicto cap. cum ad ſedem, ſecunda generalis: vt no. de libel. obla.
cap. ſecundo, & quæ ſit differentia inter hæc iudicia: dixi in
dict. cap. 2. & quamquam poſſet multum inſtari: tamen ſatis
placet dictum Io. And. de quo ſupra eodem contrario, ad qđ
dic, quod hic penſio, quæ debetur ex pacto, comprehenditur
ſub petitione iurium epiſcopalium tanquam illis ſurrogata:
alias ſecus, quod tene menti. Decimooctauo oppon. ad idem:
22 debuit enim abſolui monaſterium a penſione † propter pręſcriptionem,
quia 40. annis ſoluta non fuerat. ſupra de pręſcr.
de quarta. Solut. ſi hic fuiſſet penſio, procederet contrarium,
ſed fuit cenſus: vt ſupra contrario 14. & 15. contra quem non
præſcribitur: vt hic, & C. de pręſcrip. 30. anno. male. & l. competit,
quod etiam dixi ſupra in 8. notabili, de hoc in Specu. de
loca. §. nunc vero, ver. 41. & 44. & dico infra de cenſi. ſignificauit,
quęſtione 9. Item hic erat detecta mala fides monaſterii:
quia monachi ſciebant de conceſſione lauicani epiſcopi, &
ex ea fundabantur, in illa autem continebatur penſio. Item
non allegarunt præſcriptionem ſuper penſione, quam ſi allegaſſent,
forte probaſſet epiſcopus interruptionem: nõ potuit
ergo pronunciari præſcriptum eſſe: & in hoc dicit Abb. quod
bene præſcripſiſſent ſi alieno nomine id allegaſſent, vult dicere,
quod ſuo non poterant: quia non erant bonęfidei: vt nunc
dixi. Quęro in eo, quod dixi ſupra contrario decimoquinto,
a an ſi eccleſia non ſoluit a penſionem rei emphiteoticæ cadat
23 res † in commiſſum ſicut in priuato. Gloſſ. penultima, poſt
prin. ſentit, quod ſic, & idem Innocen. & Hoſtien. de hoc in
Specu. de loca. §. nunc vero. verſi. decimoquarto, & ſequen. &
ibi ponitur

ADDITIO.

a Si eccleſia non ſoluit. Adde Cardin. in c. verum, de conditio. App. Archi. in § qui ven. 10. q. 2. Ant. de Bu. in verum, in fi. de foro compet. Bar. in l. placet. C de ſac ſan. eccle.

Digitized by Google

quia res eccleſiæ non poſſunt alienari ſine ſolennitate cano
nis 7. quæſtione ſecunda, ſine exceptione.ergo prælatus non
ſoluendo non poteſt facere,quod res cadat in commiſſum,ꝑ
hoc enim pararetur via alienationi,& fraudi,contra id, de di-
uor. quanto, in fine, & quod vna via permittitur &c.regula,
cum quid,libro ſexto,cum tamen maius ſit præiudicium,qđ
res eccleſię alienetur hoc modo,quam ſi venderetur:quia pri
mo caſu eccleſia nihil habet,ſecundo habet ſaltem prætium:
& hoc tenet Ioann.And.pro alia vero parte facit: quia præla-
25 tus †negligendo poteſt facere conditionem eccleſię deterio
rem:puta patiendo præſcribi.vt no.decimaſexta,quæſtio.ſex-
ta,ſeipſum,in glo.fin.& in regula delictum,libro ſexto, in gl.
Item hoc ineſt contractui emphiteoſis,vt per non ſolutionē
res cadat in commiſſum,nō facta diſtinctione inter eccleſias,
& alios,de loca. potuit, & iura quæ ſupra allegantur in feudo
non habent locum in emphiteoſi:quia caſus ſunt diuerſi.Itē
ibi prælatus non præiudicat eccleſię committēdo:ſecus omit
tendo,per prędicta:& hæc pars eſt verior per ea quæ dixi ſup.
e.quæſti.& plenius de foro compet.verum, licet alia ęquior
fauore eccleſiarum,&c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia petitur cum pertinentijs.*
2 *Raſura in loco ſuſpecto facit inſtrumentum eſſe nullius fidei.*
3 *Epiſcopus fundat intentionem ſuam de iure communi quo ad ſpiritua lia in eccleſijs ſuæ diœceſis.*
4 *Vendicatio præſupponit dominium agentis.*
5 *Actio vtilis in rem pro ſpiritualibus & conſecratis rebus locum habet quamuis non habeat locum directa vendicatio.*
6 *Locatio non probat dominium,nec ad plenum poſſeſſionem.*
7 *Sententia ſufficit quod reddatur certa ex actis.*
8 *Eccleſia an poſſit vendicari.*
9 *Prælatus perpetuus quis dicatur.*
10 *Vendicatio directa competit etiam pro rebus ſacris.*
11 *Petenti dignitatem etiam ſecularem quæ actio competat.*
12 *Petenti ciuitatem,caſtrum,vel villam quæ actio competat.*
13 *Dominus agit contra vniuerſitatem, ſicut agitur contra ſingularem hominem liberum.*
14 *Agens contra monaſterium conſiderare debet quo iure agat.*

Cum venerabilis. Epiſcopus petens eccle-
ſiam quo ad ſpiritualia,
& temporalia,obtinet in ſpiritualibus eo ipſo quod probat,ꝙ
eſt in ſua dioce.niſi appareat exempta. Sed in temporalibus
ſuccumbit niſi aliter doceat de iure ſuo. Primo ponitur factū
cum allegationibus.Secundo diffinitio.ibi:quia igitur.Prima
ſubdiuiditur.Nam primo ponuntur allegationes pro epiſco-
po.Secundo pro monaſterio,ibi:ſed pars.Secunda principalis
ſubdiuiditur:quia Primo pronunciatur in vno capitulo pro
epiſcopo.Secundo contra ipſum,in alio.ibi:quia vero.cōcor.
in facto.de except. venerabilis,& idem, vbi ſcribit eiſdem,ſed
ſuper alia eccleſia.ſ. Sancti Viti.poteſtatem, quantum ad gu-
bernationem,tuitionem,defenſionem,de hoc, ſupra capi.de
xenodochijs.Nitebatur:alia videbatur,ſimile de electio.con-
ſtitutis,prima commonitor,poſt ipſum,quaſi dicat, quod tri-
bus abbatibus continue locata fuit. Et infra produxit etiam
iectam in ſcrutinio,baptiſmo,& conſimilibus,de cap.mo.ca.
ſecundo,& circa hoc dicit Innocen.quod ſecundum quoſdā
laici,& etiam clerici poſſunt petere eccleſias ratione iuriſpa-
tronatus,d.c.examinata,ſupra ca.proxim.ſed ſi prędictas adie
ctiones non faciant:ſed ſimpliciter vendicent, adhuc dicit In
nocen.quod valebit ſententia ſuper tali libello data: quia vti-
5 lis actio † in rem pro ſpiritualibus, & conſecratis reb. locum
habet,quamuis non habeat locum directa vendicatio. arg.d.
cap.examinata,de deci.dudum.C.de ſa.ſanct. eccle.ſancimus,
ff de rei ven.in rem.& l.quæ religioſis,facit etiam,ſupra capi.
proxim.& capi.de xenodochijs,de excep.cum venerabilis,de
inſti.cum veniſſent,quæ no.& de hoc,infra quæſtione prima.
Tertio oppono,quod inſtrumentum locationis debuerit reij-
ci,etiam ſi non fuiſſet ſuſpectum:quia per locationem non ꝓ
6 batur dominium:† nec ad plenum poſſeſſio.de fide inſtrum.
inter.ad fi.C.loca.ad probationem,vbi dicitur,quod ad proba-
tionem dominij non ſufficit facta locatio.glo.ſtat contrario,
quod dic,vt no.in d.c.inter.& dic,quod quantum ad hoc cap.
non procedit glo. vt dicit Abb. licet locatio non ſufficiat con
tra extraneum:contra conductorem tamen ſufficit,quod no
ta.glo.in d.cap.in verbo locatio.& ſic in propoſito ſuffeciſſet
contra monaſterium,vt dicit Innocen.quod ex eo,quod epi-
ſcopus locauit,apparet eum eſſe dominum etiam finito tem
pore locationis:vel ſi locatio non tenet,apparet,quod domi-
nium tam vtile quam directum eſt pœnes eum. Quarto op-
pono,quia hic ſententia fuit incerta.ibi,exceptis, quę per au-
tentica ſcripta &c.& non dicit per quæ.contra id C.de ſentē.
quę ſi.cer.quanti.in rubro & nigro,de verbo.ſig.in his,vbi de
hoc.Solu.per id,quod dixi ſuper tex ſupplendo indeciſa.Nam
Papa retulit ſe ad priuilegia in actis producta,& ſufficit,quod
7 ſententia † redditur certa ex actis,de except.cum venerabilis,
verſi. quia vero,vbi de hoc plenius,& in eo,quod dicit hic de
autenticis ſcriptis,videtur innui,quod nil aliud ſufficiat ad ꝓ-
bandam exceptionem eccleſiæ niſi priuilegium,cum tamen
ſufficiat conſuetudo & præſcripto,de præſcript. veniens,ſup.
cap.proxim.de priui.accedentibus.Sed dic, quod Papa retulit
ad acta:vt proxime dixi:& non apparet,quod monachi aliud
produxiſſent,niſi illas ſcripturas. Quæro circa id,quod dixi,in
8 ſecundo contrario,an † eccleſia poſſit vendicari,dicit Innoc.
quod ſecundum quoſdam eccleſia recte vendicatur ſi ſolum
modo res corporales certis finibus diſtinctæ petuntur, licet
eccleſia ſit res ſacra.C.de ſacroſanct.eccle.ſancimus, ſecunda,
ſed petitur eccleſia cum iure ſuo.puta cum iure decimandi,
& alijs iuribus incorporalibus non recte intentatur rei vendi
catio:ſed prudenter faciet ſi primo intentet rei vendicationē
ad eccleſiam cum pertinentijs corporalibus, & poſtquam in
hac petitione obtinuerit,agat confeſſoria,vel quaſi, nomine
eccleſiæ pro iuribus incorporalibus eccleſię competentibus.
quę opinio videtur intricata:nec habere bonam rationem.
Alij,vt refert Innocenti. dicunt,& videtur melius ſecundum
eum, quod quando petitur eccleſia, poteſt recte vendicari:
& non ſo-

ADDITIO

a Suſpecto.Adde docto.in capitulo inter dilectos,de fide inſtrum.

viniud.pe.i.prima,in prin.de reſcrip.ex parte,prima. Ex præ-
9 dictis apparet,quod Innocen.vocat prælatum † perpetuum il
lum,qui præeſt eccleſiæ quodam iure perpetuali in ſucceſſo-
res:puta quia eſt epiſcopus,cuius epiſcopatui conceſſa eſt ec-
cleſia in proprios vſus,ita quod idem ius habebunt ſucceſſo-
res in epiſcopatu quo ad ipſam eccleſiam:temporalem autē
prçlatum vocat eum,qui habet titulum,& non proprietatē,
qui non expectat ſucceſſorem in eo iure,quod ipſe habet:im
mo eo defuncto extinguitur eius titulus,dic tamen, quod ēt
ipſe eſt perpetuus,de ſup.neg.præla.cle.quia regulares,ſed nō
eſt ſic omnino perpetuus,ſicut quando titulus concernit ec-
cleſiam,quç non moritur,de reſcrip.ſi gratioſe,lib.6.vi in ca.
proximo,& hæc fuit mens Innocenti.Item in eo,quod dicit
Innocen.quod is,qui habet eccleſiam ſubiectam poteſt eam
vendicare,ſed melius agit confeſſoria,dic,quod ſi habet eccle
ſiam ſubiectam ſolum quo ad quçdam iura competit confeſ
ſoria,per iura ad hoc alleg.ſed ſi habet ſubiectam quo ad om
nia,& ſic etiam quo ad proprietatem , tunc recte vendicatur
tanquam tranſlata in eccleſiam:& ſic eccleſia in quam tran-
ſlata eſt,vendicare poteſt ratione proprietatis,quam habet.In
eo etiam,quod dicit Innocen.eccleſiam vendicari licet ſit res
ſacra.de quo etiam dixi,ſupra in a.contrario,dic, quod etiam
10 pro rebus ſacris competit directa † vendicatio:licet enim res
ſacrç non ſint in bonis prophanarum perſonarum,ſunt tamē
in bonis eccleſiarum,de ver.ſig.cauſa,ergo eccleſia, quç ſub-
eſt alteri eccleſiç eſt in bonis eccleſiç cui ſubeſt : pro hoc, qđ
no.Innocen.de cau.poſ.cum ſuper.In eo,quod dicit,quod ꝓ
prietas,& poſſeſſio eccleſiç vacantis eſt penes eccleſiam vni-
uerſalem & particularem. Et ad declarationem prçmiſſorum
faciunt ea,quç dico in ſeq.q.& tribus ſeq.eo.ti. ver. porro.Se-
11 cundo quæro,aliquis † petit archidiaconatum,vel præpoſitu
ram,vel archiepiſcopatum,vel aliam dignitatem,etiam ſecu
larem,puta comitatum,vel marchionatum:an poteſt vendi-
care,dicit Innocen.quod non recte agit rei vendicatione: ſed
implorabit cognitionem prætoriam,ideſt prætoris ſeu pote-
ſtatis vel alterius officialis ordinarij , vel officium iudicis . Iu-
ſtum eſt enim,quod qui habet ius in aliqua dignitate poſſit il
lam petere:& cum non competat ſibi alia actio,debet com-
petere officium iudicis.ff.de min.quodſi minor.§.fi.de lib.ex
hi.l.3.§.hoc autem,3.quæſt. 6.hoc quippe.2. q.1.in primis,de
offi.iud.ca.2.& dicit Inn.quod hæc actio vel officium eſt vni-
uerſale,ſicut hæreditatis petitio.Refert tamen quoſdam me-
lius dicere,quod in his caſibus competit confeſſoria,& in rē,
de quo remittit ad not. de exceſ.prçla.inter,dic verius,vt dixi
de ver.ſig.abbate,& poteſt dici,quod intitulato competit cō-
dictio ex canone,per quam petit declarari ſe inſtitutum,cum
iura velint de titulo cognoſci,de offi.ord.ordinarij , libro ſex-
to,& hoc in titulis eccleſiaſticis.In ſecularibus autem inten-
tabitur condictio ex legib.de prædictis dignitatibus diſponen
tibus . Si autem vis tenere, quod competit officium iudicis ,
dic,quod eſt hoc caſu remedium extraordinarium,ſed ordi-
narium quatenus concurrit cum actione, de qua nunc dixi ,
pro hoc dicto capitulo ſecundo,de offi.iudi.Tertio quæro,ſi
12 petitur † ciuitas caſtrum vel villa, dicit Innocen . quod ſi eſt
actoris tantum,recte vendicabit cum pertinentijs ſuis. argu-
men. C.de fun.limi.lege ſecunda,de bo.va.lege ſecunda. Si au
tem eſt non ſolum actoris,petat ſubiectionem ciuitatis caſtri
vel villç,dic,vt dixi ſupra,quæſtione prima,de ſubiectione ec-
cleſiæ,dic tamen,quod eſt differentia inter hæc,quia eccleſia
eſt res ſacra , nec vendicari poteſt niſi ab his , qui poſſunt res
ſacras poſſidere,& hoc ſimpliciter:ſed bene poteſt vendicari,
quo ad quid , ſicut vendicat patronus ratione iuris patrona-
tus,de iud.examinata,ciuitas autem caſtrum vel villa poſſunt
vendicari a quocunque habente dominium ipſorum. Quar-
to quæro,ſi vniuerſitas aliqua hominum alicuius ciuitatis ca
ſtri vel villç eſt alicuius domini quo ad forum,banna, & aliā
iuriſdictionem,& ipſi negant de prçdictis domino reſponde-
13 re,dicit Innocen.quod dominus † aget contra vniuerſitatem
ſicut agitur contra ſingularem hominem liberum:quia vni-
uerſitas corporalis eſt,argumen.ff.de rei ven.lege ſecunda, &

dicit Innocent. quod in caſu iſto epiſcopus iure defendit ec-
cleſiam in ſpiritualibus & temporalibus , quia habebat eam
in proprios vſus,vel aliorum,vt ſibi placebat,vnde cauſa erat
ſua: quia commodum & incommodum ad eum pertinebat
ſuo nomine,ſecunda,quæſtione 7.§. biduum,ver.palam,dicit
etiam Innocen.quod ſi epiſcopus in ſpiritualibus obtinuiſſet,
habuiſſet decimas,& alia iura ſpiritualia, de dona. paſtoralis,
& idem dicit de temporalibus , & ſimiliter quo ad abbatem
dic,quod licite defendit,per id,quod dicitur in gloſ.prima,&
hoc procedit ſecundum Innocen.etiam ſi eccleſia habeat ꝓ-
prium plebanum vel vicarium vel cuſtodem , etiam ſi bona
eius omnino diſcreta ſint a bonis monaſterii,quia abbas ma-
gis proprie dicitur prælatus illius eccleſiæ, quam illi qui ibi
morantur:& abbas dicitur poſſidere,& eius poſſeſſionem re-
tinere per inferiorem prælatum uel cuſtodem,de reſtitutio.
ſpoliatorum,cum veniſſent.ar.de ſup.neg. præl 2.ſicut.Item ſe
cundum Innocen. apud abbatem ſunt non ſolum dominia,
& poſſeſſio rerum,ſed etiam actiones,ſupra capitulo ſecūdo,
ar.ſupra capitulo proxim.de of.ord.conquerente,vbi de hoc,
dicit tamen Innocenti. quod vterque poteſt conueniri,quia
vna cenſetur amborum adminiſtratio:ſicut dicit vnum con
ſiſtorium epiſcopi & officialis,de appel.Romana,libro ſexto,
quod no.tamen dic referre ſuper quo agatur,per id , quod di
co,infra quæſtion. ſequen.deinde Innocen.diſtinguit,an ſin-
perpetui prçlati & neceſſarij,an temporales & voluntarii, qa
primi,ſicut nō poſſunt remoueri a prçlatura ſine cauſa, facit
de ſtatu monachorum capitulo ſecundo,ſic nec ab agendo.
Secundi autem ſic , quia comparantur cuſtodibus:vt nota de
iud.cum deputati.vult dicere,quod id quod proxime dictum
eſt.i.quod vterque poteſt conueniri,procedit in prçlatis per-
petuis.In tēporalib.autem prçfertur ſuperior,quia ſicut pōt
amouere in totum: ita & in partem ab hac lite,de quo not.in
dicto capitu.cum deputati,& de reſtitut. ſpoliatorum, olim,
primo,& videtur hic Innocen.loqui aliter de prçlato perpe-
tuo & temporali quam ſupra,quçſtione prima . Nam perpe-
tuus hic dicitur etiam ille,qui intitulatus eſt , temporalis au-
tem eſt,qui habet titulum quaſi extraordinarium, & dicitur
obedientiarius dicto capitulo ſecundo,de ſtatu monachorū,
hçc procedunt quando monaſterium habet eccleſiam in ꝓ
prios vſus,ſi autem non ſic habet,ſed alio modo,dic,vt in ſe-
quen.quæſtione.Sexto quçro circa dicta in proxim.quçſtion.
14 quid ſi monaſterium † non habet eccleſiam in proprios
vſus,ſed abbas tantum eſt prælatus ſeu ſuperior vel patronus,
dicit Innocen.quod tunc,ſi quis vult agere de iure quod tan
git patronum,conuenietur abbas tantum:de alijs reſpōdebit
prçlatus eccleſiæ,ar.de offi.ord.cum vos,de appe.bonæ,de in-
ſtitu. cum ueniſſent,dic tam quo ad ea quç dicta ſunt,quam
quo ad dicta in proxima , quçſtione , quod conſiderari de-
bet quo iure agatur . Nam ſi agitur de ſubiectione eccle-
ſiç, etiam ſi eccleſia haberet prçlatum perpetuum , conue-
nietur abbas,& non prçlatus eccleſiç,nam etiam ſi conueni-
retur prçlatus nominaret dominum,id eſt,abbatem in iudi-
cio.vt lit.non conteſt.quoniam,§.quod ſi.Sed ſi agitur de ti-
tulo beneficii,vt quia aliuſ prætendit ſe intitulatum, conue-
nietur immediatus perſonali actione,& non eſt locus nomi-
nationi:vt dixi de maio.& obe.inter.poteſt autem eccleſia eſ
ſe ſubiecta monaſterio pleno iure,& nihilominus habere prç
latum perpetum,de cape. mo.capitulo vno,libro ſexto,quod
dixi de prçben.de monachis.Si vero agitur de aliis iuribus ec-
cleſiç,puta ſuper iure decimandi , procedit diſtinctio,de qua
in proxim. quæſtione, an ſit prælatus perpetuus,& prçfertur
abbati,an vero temporalis & amouibilis ad nutum abbatum
& prçferetur abbas,quod dixi plenius in dicto capitulo, cum,
deputati . Oppono ad hoc,nam fruſtra quçritur quis debeat
præferri in defenſione,cum quilibet admittatur ad defendē-
dum,etiam ſine mandato,cum ſatiſdatione.C.de ſatiſdan.le-
ge vna.de procurator.exigendi.Solu.Innocen.quod prçdicta
intelliguntur de defenſore legitimo, contra quem ſi fertur
ſententia, mandatur executioni contra eccleſiam,& non co-
gitur

Digitized by Google

capitulo tertio,contrario primo,ad fin.ibi,comparationes,p
batur litera alicuius per comparationem. Nono quæro:vt q̄-
rit eadem gloſſ.ibi:item quid. Solu.vt in ea.& ibi,lege tertia,
melius,ſecundum Hoſtien.ff.de le.primo,ſi ſeruus plurium,
§.ſi numerus, de fide inſtrumentorum,paſtoralis,& dicta le-
ge tertia,incipit falſam,vide in dicto capitulo, cum I. & A.in
gloſſa antepenultima.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius & procurator qualiter differunt.*
2 *Sententia cenſuræ lata poſt appellationem non tenet.*
3 *Sententia excommunicationis fertur in perſonam.*
4 *Excommunicatio quo caſu nulla, tanquam lata per non iudicem.*
5 *Abbas monaſterio præiudicare non poteſt.*
6 *Factum a circumuento non ſibi præiudicat.*
7 *Fraus & dolus non debet alicui patrocinari.*
8 *Præſcriptio debet eſſe legitima.*
9 *Obedientia non præſcribitur.*
10 *Tranſitus fit de vna actione ad contrariam.*
11 *Prælatus confirmatus an habeat poteſtatem iudicandi.*
12 *Abbatis factum an præiudicet monaſterio.*
13 *Exceptio an admittatur poſt terminum.*
14 *Agens debet ab initio eligere actionem quam vult proſequi.*
15 *Actiones pœnales an & quando ſe impediant.*

Cum dilectus. Monaſterium ſubiectum eſt epi
ſcopo in cuius dioceſ.ſitum eſt,
niſi probetur exemptum , hoc dicit, quo ad titulum . Primo
inſtruitur delegatus qualiter ſuper ſubiectione,ibi:quod ſi.&
1 ibi duplex inſtructio. Secunda ibi:ſimiliter. † Nota differen-
a tiam inter nuncium a & procuratorem,dicitur enim nūcius
qui non habet mandatum:procurator is qui habet, & hac de
cauſa quia nuncius hic non habebat mandatum non tenuiſ-
ſent ſententiæ cum eo latæ,de officio delega.cum contingat.
de ſententia.excommunicatio.per tuas,etiam ſi monaſteriū
2 non eſſet exemptum,ideo Papa cauſam commiſit . † Secun-
do nota,quod ſententia cenſurę latę poſt appellationem non
tenet . ſupra de appellatio. dilecti. el primo , de ſententia ex-
3 communicationis,per tuas,& capitulo licet,libro ſexto.† Ter
tio nota,quod ſententia ſuſpenſionis vel excommunicatio-
nis fertur in perſonam,ſententia vero interdicti in locum, de
ſententia excommuncation. Romana.§.in vniuerſitatem,&
capitulo ſi ciuitas,libro ſexto,& dicit Hoſtien.quod forſan ab
bas non parebat epiſcopo , vnde epiſcopus primo ſuſpendit
abbatem,ſecundo excommunicauit:tertio monaſteria inter-
dixit,quaſi pœnam augendo creſcente contumacia:vt li.non
conteſtat.quoniam-dicit etiam,quod quo ad nullitatem ſen-
tentiarum hoc caſu ſufficit , quod conſtet monaſterium eſſe
exemptum, etiam ſi non conſtet de appellatione, qđ probat
litera per alternationem vel, cum ad eius veritatem ſufficiat
alterum, de reſcrip.inter ceteras . Quarto nota caſum in quo
4 excommunicatio † eſt nulla b tanquam lata per non iudicē,
tiarum : non tamen eum eximit a iuriſdictione ordinaria,de
appellatio.ad hæc . Ex hoc dic,quod in eo,quod in fine man-
dat abbatem abſolui ſi de exemptione doctum fuerit,nō per
hoc infertur pro vel contra,quo ad ſententias prædictas,vnde
Innocen.in ver.abſoluatis,ſupplet,quod pronunciabant ſen-
tentias tenere ſi epiſcopus erat in poſſeſſione ſubiectionis:
alias non.ad hoc de in integrum reſtitutione capitulo ſecun-
do,quod dico infra,quęſtione ſecunda. Secundo oppo. quod
debuerit audiri obiectio præſcriptionis , quia non præſcribi-
9 tur † contra obedientiam,de præſcriptio.cum non liceat.So-
lutio.intellige , quod abbas allegabat pręſcriptionem paſſi-
uam:vt quia monaſterium erat ab alio præſcriptum ,non acti
uam,id eſt,quod ipſum monaſterium,præſcripſiſſet ſeipſum
de qua loquitur contrarium . Tertio oppono ad idem , quia
exceptio & pręſcriptio ſunt contraria,de pręſcriptio.veniens,
ergo non debuit licere abbati de vna tranſire ad aliam,de ap-
pellatio.ſolu.ſicitudinem,gloſſa vltima,non ſoluit,dic, quod
de vna actione non tranſitur ad contrariam:vt iuribus allega.
in gloſſa in principio,de hoc etiam in ſequent. contrario . Et
in hac gloſſa,ibi:nemo, vide in capitulo auditis,in principio.
contrario quinto.Ibi:contra maiores,vide de exceptio.paſto-
ralis,quæſtione vndecima.Quarto oppono ad hoc,quod etiā
10 de vna † actione tranſeatur ad contrariam,de iudic.examina
ta.C.de inofficioſo teſtament.contra maiores.Solu.hoc con
trarium colligitur ex eadem gloſſa vltima,in principio ibi:ſi-
militer.& quia gloſſa non ſoluit,dic,vt infra,quęſtione ſexta,
& dic ad capitulū examinata,quod ibi non tranſit ad contra-
riam: ſed de inepta ad aptam.Item,quatenus ſecunda ibi con
tinebat aliquid contrarium primę,dic,vt in ſequent.ſolu. Ad
legē,contra maiores, dic, quod ſuccubuit in prima:ideo po-
tuit ad ſecundam tranſire,ar.de iureiurando, mulieri, & hoc
ſentit gloſſa ibi:ſi autem,vſque ibi,contrarium tamen,an au-
tem quis poſſit plures actiones ſimul proſequi. dico infra,
quęſtione ſexta. Et in hac gloſſa, ibi : ſolliicitudinem, vbi de
hoc,in gloſſa vltima,& ibi in actionibus loquitur,vel ibi con
traria ad diuerſum finem tendunt,ibi §.eligere.In agendo lo-
quitur,de hoc infra eadem gloſſa,in fine, de hoc §. vide de li-
bel.oblatio. capitulo ſecundo, quęſtione decimaſeptima,ad
finē. Ibi, contra qui propriam.ſpecialis caſus in eo, qui nega-
uit ſcripturam eſſe propriam, deinde dicebat ſe ſoluiſſe, quo
caſu cogitur inſolidum ſoluere,nec auditur proponens exce-
ptionem ſolutionis contrariam primę exceptioni. & de hoc
etiam

ADDITIONES.

a Nuncium.Adde Spe ti.de procu in §.vt autem,ver.& no.quod large.Car.in c.1.in 2.no.de ob ad ratio.
b Eſt nulla.Adde c.cum olim abbas de offi.dele.c.ad præſentiam,de app.gl.in c ſentent.a paſtoria,11.q.3.
c Fraus & dolus.Adde capitulo ad noſtram.de emptione & venditione, gloſſa fina.in capitulo cum olim,el ſ.cundo,de officio.delega. & legē,cos. in fin. C.de vſur.

Digitized by Google

pus fuit in poſſeſſione ſubiectionis,& tamen non tenet excõ
municatio in abbatem lata, & quod epiſcopus fuerit in poſ-
ſeſſione iuriſdictionis colligitur ex eo,quod abbas ſibi repro-
miſit obedientiam,& conſimili ratione dicit Innocen.idem
videri de alia ſententia,puta ſi condennaſſet eum in ciuili vel
criminali actione,& dicit Innocen. quod quidam hoc faten-
tur,deinde quibuſdam intermiſſis refert alios dicere,& vt vi-
detur melius,prout uo.de reſtitutione ſpoliatorum,olim, ter
tio,vbi videtur Innocen. velle,quod ſufficit ad validitatem sẽ
tentię,quod pronuncians ſit in quaſi poſſeſſione,quod eſt ve
rius,declarando, vt infra eadem quęſtione. Sed pro nunc prę-
ſupponamus primam opinionem veram eſſe,vt eam declare
mus. Oppon.ad prædicta,quod immo ſufficit quaſi poſſeſſio.
de cauſa, poſſeſſion.& prop.cum eccleſia,de iurepatron. con-
ſultationibus,in quibus dicitur, quod qui eſt in poſſeſſione
eligendi vel præſentandi lite pẽdente præſentabit & eliget,ꝙ
poſſidens illa facere debet, quia ſunt fructus poſſeſſionis: vt
nota in dicto capitulo conſultationibus, ſed iudicare vel ex-
communicare non ſunt fructus iuriſdictionis: nec proprie
fructus dici poſſunt.immo labor & onus, quod ſingulariter
nota. Contra hoc tamen eſt,quod nota. Innocenti. de reſtitu-
tione ſpoliatorum,in literis,vbi dicit idem eſſe quo ad poſſeſ
ſionem iuriſdictionis,quod eſt quo ad poſſeſſionem pręſen-
tandi vel eligendi,& illud verius,de quo tamen dic, vt ibi di-
xi. Oppono ad idem.ff.de officio:præto.Barbarius,vbi dicitur
quod ſententiæ latæ ab eo,qui erat in poſſeſſione tenent licet
prætor non eſſet. Sol. Innocen.ſecundum eos,qui tenent præ
dictam opinionem primã,de qua ſupra eadem quęſtio.quod
illud ideo eſt:non quia eſſet in poſſeſſione:ſed quia vere pote
ſtatem iudicandi acceperat ab imperatore, & omnia alia fa-
ciendi quæ ad pretorem pertinebãt,licet non eſſet legitimus
prętor,ſed per obreptionem conſtitutus,dic,quod hæc proce
dere poſſunt quando quis acquirit poſſeſſionem iuriſdictio-
nis ſine patientia eius,qui poſſit iuriſdictionem tribuere, tũc
enim per talem poſſeſſionem non dicitur habere iuriſdictio
nem,cum ſolum certis modis tribuatur iuriſdictio. de quib.
de officio ordinari. cum ab eccleſiarum, inter quos non eſt
iſte,pro hoc,quia conſenſus priuatorum non facit iudicem.
C. de iuriſdictio.omnium iudic. priuatorum, de foro com-
petenti.ſignificaſti. Sed ſi acquirit poſſeſſionem patiente illo
qui iuriſdictionem habebat,per hoc intelligitur acquirere iu
riſdictionem,pro hoc,quod nota. Innocen:de poſtu.bonę,ſe-
cundo,de reſtitutione ſpoliatorum, olim, tertio, & hoc vlti-
mo caſu procedit ſecunda opinio.de qua ſupra eadem quæ-
11 ſtione. Tertio quæro,ſi pręlatus † eſt confirmatus: an ex hoc
habet poteſtatem iudicandi. Innocenti.dicit idem dicendum
in hoc,vt ſupra dictum eſt in proxima quęſtione,vult dicere,
quod non ex hoc acquirit iuriſdictionem,de quo remittit ad
nota.de electio.nihil. Et declarando ſeipſum dicit,quod præ-
latus confirmatus ex hoc non dicitur eſſe in poſſeſſione ex-
communicandi alios,ex eo,quia eos excommunicauerit vel
iudicauerit:quia non ſuo nomine eos iudicauit, ſed eccleſię,
vnde eccleſia per prælatum dicitur,quę tere vel retinere poſ-
ſeſſionem iudicandi vel excommunicandi. Sed hoc caſu ſci-
licet, quod excommunicat vel iudicat illos in quorum poſ-
ſeſſione erat eccleſia,ſed in veritate ſubiecti nõ erant,non va-
lebit excommunicatio:quia ſicut dictum eſt, ſupra quæſtio-
ne proxima,excommunicare vel iudicare non eſt fructus,ſed
commodum poſſeſſionis:Interim tamen,quouſque conſtet
de proprietate,debent dictę ſententię inuiolabiliter obſerua-
ri,& mandari,quod obſeruentur,ſecundum Innocẽ.pro hoc
de re iudica.ſuborta.& capitulo pręcedent.dic melius,vt dixi
ſupra,quæſtione proxima. Nam pręſuppoſito, quod eccleſia
ſit in poſſeſſione iuriſdictionis, pręlatus confirmatus poteſt
eam exercere.de electio.noſti.& capitulo tranſmiſſam, & va-
lent ſententię etiam præſuppoſito,quod illi non ſunt in veri-
tate,ideſt,quo ad proprietatem ſubiecti. Interim enim donec
docebitur de hoc,valent geſta ratione quaſi poſſeſſionis,vt li
te penden.capitulo primo,& ſecundo,de reſtitutione in inte

requiritur ſcientia vtriuſque in perdenda poſſeſſione, vel ſe-
cundum Innocen.per factum abbatis bene habuit epiſcopus
hoc caſu poſſeſſionem:ſed quia conſtat eam iniquam & do-
loſam, caſſum iudicari debet quicquid ex ea fit:vt nota. de re
ſtitutione ſpoliatorum,in literis. Innocen.pro hoc, quia poſ-
ſeſſor malęfidei non facit fructus ſuos,de reſtitutione ſpolia-
torum,grauis,dic etiam,quod in præiudicium ſuperioris,pu-
ta Papæ,qui dicebatur eſſe in poſſeſſione monaſterij tãquam
exempti non potuit epiſcopus acquirere poſſeſſionem iuriſ-
2 uidi inter hæredes, & idem Hoſtien. Et ex hoc no. ꝙ ius † patronatus eſt inſolidum apud vnunquemque hæredum, præterquam quo ad ſacedotis præſentationem, quæ eſt apud omnes pro parte. quam glo. no. ſingulariter, & eſt ſenſus eius, ꝙ licet quilibet hæredum ſit patronus inſolidum, nullus tamē de per ſe poterit præſentare, ſed omnes poſſunt, & ſi diſcordabunt, ſtabitur maiori numero, J. ca. quoniam, alias ſi præſentatio competeret cuilibet inſolidum, melior eſſet conditio occupantis, de pręben. ſi a ſede, lib. 6. de procur. ſi duo. eo. lib. quod non eſt verum, dicto ca. quoniam, & proſequere glo. vſque ibi, & ſic. cum qua in pluribus concordat Inno. Oppo. ad hoc, in eo, quod expoſui eccleſiam, pro iure patronatus, quia aliud patronatus, aliud eccleſia. Sol. quidam ſtant contrario: vt Vinc. & intelligit literam ibi eccleſia, proprie, dicens hoc prohiberi eccleſiam diuidi inter patronos, ideſt, ꝙ non accipiant ſinguli partem eccleſiæ, & hanc expoſitionem etiam ponit Inno. dicens, ꝙ hic non dicitur ius patronatus non poſſe diuidi, ſed eccleſias, quod intelligit Abba. quo ad bona, & poſſeſſiones eccleſiæ: ſed præcedens expoſitio videtur magis conſona iſti titulo, tamen etiam hæc ſecunda eſt vera. Et in hac glo. 1. ibi quærimoniam, ſupra: titu. 2. ca. 1. ibi, ſi libertus, vide hanc, & l. ſi ſepulchrum, de offic. delega. prudentiam, in prin. q. ſecūda vltra medium, ibi, inſolidum tranſit. ad hoc de elect. c. penul. §. ſi autem lib. 6. & no. eo. ti. clemen. ſecunda, in prima glo. Secundo quæro in eo, quod in pxima quæſtione dixi, ꝙ ius patronatus eſt inſolidum apud quemlibet hære-
3 dum, an hoc procedat † ſi ex inęqualibus partibus ſunt hæredes, glo. 1. ꝙ ſic ibi, & ſic, & idem Innocen. dicens, ꝙ tantam uocem habebit is qui minus habet in hæreditate, ſicut qui magis, arg. licet a remotis, 16. q. ſeptima filijs, & idem dicit in dotantibus, ꝙ tantam uocem habebit qui dedit parum ſicut qui multum, pro hoc inducit Hoſtienſi. illud de vidua, & de operarijs vineę. Mar. duodecimo, & Matth. vigeſimo, ſed contra eſt quod no. glo. 16 quęſtione ſeptima, quicunque, dicit Io. And. ꝙ illa debet intelligi cum unus ſolus eſt qui dotat. facit, quod no. 63. diſt. in ſumma. propoſita autem fuit quęſtio de dotantibus. Nam ſi quis daret rem magnam, ſed non pro dote, nō acquireret patronatū, ſm Inn. quia acquirit tm̄ ꝯſtructione, dotatione, vel fundatione, vt dixi in rubrica, q. 3. circa prędicta dicit Inn. poſſe dici, ꝙ ſicut rōne dignitatis aliqñ unus habet duas voces, uel plures: ſic ēt inter patronos cōpetit uox in electione ſm partē hęreditatis q̄ habet ad hoc, ff. de pact. maiorem. Hoſt. tenet primū, dicit tñ attēdenda merita perſonarum, ſicut, & in electionibus, de elect. dudum, J. de teſti. in noſtra, qđ eſt uerius. Nam is q dat multū admittēdo ſecum eum q dat, parū vr̄ ſibi cōmunicare ius patronatus, in quo nō poteſt fieri diuiſio reſpectu uocum, niſi quatenus reperimus expreſſum, ſicut in caſu cle. 2. eo. titu. Et ſimiliter cum decedit patronus qui erat unicus relictis pluribus hęredibus, licet inęqualibus partibus, oportet ius patronatus ęqualiter, cōicari oībus: qa nō apparet modus p quē alio modo fieri poſſit diuiſio, ſecus ſi appareret, vt in duabus ſequētib. Et ſ
4 ha gl. ibi, §. vſufructus vide de appel. c. pe. in gl. 1. † Tertio q̄ro, an patroni poſſunt adinuicē paciſci, vt alternatis uicibus pſentent. Glo. prima ibi, qd ſi arguit, ꝙ ſic, l. quotiēs, ff. de vſufru. vbi ſi

A D D I T I O.

a An patroni poſſint. Adde tex. & ibi doct. in cle. ff. de iure patro.

neratus,de inſtit.l.1.Vinc.infr.cap.proximo. dicit ſucceſſionem potius fieri per capita, ſicut etiam ad ſucceſſionem liberti veniunt patroni per capita, non per ſtirpes. inſtitu.de ſucceſſi.liber.§.ſed noſtra.aliàs incipit,multis.primum eſt approbatum inf.eo.cle.2.vbi de hoc in glo.1.

7 † Quinto quæro, an inter hæredes poſſit diuidi patronatus, vt vnus hæres habeat in vna eccleſia,alius in alia,& ſi deceſſerit ſine liberis,redeat ad cohæredem. Vincen.ꝙ ſic,per §.vltimum.inſti.de aſſigna.liber.contra tamen eſt ff. fami. erciſcun. quædam. de hoc in dicta clementina. 2. ſecundo reſponſo. vbi glo.in verbo libere.tenet primum.

S V M M A R I V M.

1 *Eligere aliquando ſumitur pro præſentare.*
2 *Epiſcopus an poſſit execrare locum ſacrum.*
3 *Reliquiarum quæ ſunt extra altare motio,nō inducit loci execrationē.*

Quæcunque. Summa vt ſup. ca.proximo pro eccleſia.i.ꝑ ordinatione eccleſiæ.diſſidere.i.diſcordare in præſentando.Petr. vel ideſt diſſenſiones habere.Go.prima magis eſt conſona:vt ſup.ca. proxi.vno.qđ eſſe debet ſ.c.proxi. Si aliter.ſic ſ.cap.proximo.hoſtia, & interdicat eccleſiam ſ.capitulo proximo. eligant,id eſt præſentent.

1 † Nota, ꝙ eligere quandoque accipitur pro præſentare. ſup.de electio.quærelam.Oppo.inf.c.proxi.& cap.cam te.So. vt in glo.& dic,vt dixi ſupra capitulo proximo.in ſecundo cōtrario. Et in hac gloſſ. ibi, facto epiſcopi, ſcilicet ſi poneret ibi rectorem. Et in fine. Nam per amotionem illorum quę ſunt in altari, execraretur altare. de conſen. eccle. vel alta.capitulo primo.

2 † Quarto circa hoc, an epiſcopus poſſit execrare locum ſacrum. Innocen. arguit ꝙ ſic per hanc literam. Cum enim res ſacra tollitur de loco, remanet prophanus.ff. de rerum diui.ſacra.§.1.de relig.& ſumpt.fune. ſi quis eo animo.In contrarium.ff.de contrahen.emp.ſi quis.19.qō.3.quæ ſemel.regula ſemel Deo.lib.6.dicit Ioan.And. ꝙ conſecratio

a eccleſiæ vel altaris a non conſiſtit in reliquiis quæ ſunt extra

3 altare.motio † ergo illarum nō inducit execrationem, quod dic vt infra de conſec.eccle. vel alta.capit.2. & per totum. & hoc procedit quo ad hanc literam,intelligendo vt dixi in proximo contrario.alias autem ex cauſa poteſt epiſcopus locum execrare.

A D D I T I O.

a Vel altaris.Adde glo.in ver.reliquiæ.cap.placuit.de condi.diſt.1.Hoſtien.in ſum.titu.de conſecra.ecc.vel alta.in §.3.vbi dicit ſe apud Lugdunum conſuluiſſe ſuper hoc do.Innoc.

S V M M A R I V M.

1 *Ius præſentandi cadit in patronum de gratia.*
2 *Iuſpatronatus ab initio cum cœperunt fundari eccleſiæ nō competebat fundatori conſtruenti vel donanti ſecundum iura antiqua.*
3 *Papa an poſſit conferre eccleſias ſpectantes ad patronos laicos.*

gratiam.& ad hoc allegatur quotidie. alias de rigore laici eccleſiaſtica negocia tractare non debent.de iudi. decernimus. & eccleſiæ cum ſuis dotibus ad epiſcoporum ordinationem pertinent.10.q.1.nouerint.& c.decretum.Goff.ius autem patronatus eſt eccleſiaſticum, & quod plus eſt, & ſpiritualibus annexum.de iudic.quanto.Secundo not.ex hoc, ꝙ ab initio,

2 † cum cœperunt fundari eccleſiæ,non competebat fundatori conſtruenti vel donanti ius patronatus ſecundum iura antiqua dicto cap.nouerint.no.16.q.7.pię mentis.no.Archi.66.diſtin.hortamur.quod tene mēti.vnde hoc ius ſurrexit ex quadam tolerantia eccleſię,quod bene probat verbum,ſuſtinuit, & de fundatore, quod ei competebat ius patronatus,ꝓbatur hic.& dic,vt in glo.prima.in prin.facit quod dico de offi.dele

3 ga.ſuper eo.notabili primo.† Tertio nota ex hoc, ꝙ Papa po-

a teſt conferre a eccleſias ſpectantes ad patronos laicos: quia cū habeant ex gratia eccleſias, non eſt ſublata poteſtas Papę:nec dicitur facere patrono iniuriam vtendo iure ſuo. hoc tamen non facit Papa,ne laici retrahantur ad huiuſmodi,inf. capit.illud.& capitu.cum dilectus.vbi de hoc.de pręben.cle.2.in glo.

4 antepenulti.Quarto no.ꝙ † priuilegium meretur amittere q abutitur.de hoc in glo.2.& in ea in fin.vel ſaltem deberet illa gratia decurtari.de priuile.dilecti.Quinto nota,ꝙ vna eccleſia debet eſſe vnius rectoris.de præben. cum non ignores 21. qō. 2.Sexto not.ꝙ ſi patroni diſcordant in præſentando, præficitur præſentatus qui maioribus iuuatur meritis.& qui præſentatur a pluribus,& non expedit ꝙ a maiori parte omnium patronorum.ſed ſufficit ꝙ a maiori parte reſpectu aliarum partium.quod dico inf.qō.6.Septimo no.de ſcandalo euitando.

5 † de hoc glo.antepenul.& pone exemplum, vt quia vtraque pars potens eſt.& dicit ꝙ ſi aliud conſtituatur, gladio vlciſcetur,quo caſu debet epiſcopus de non præſentando eccleſiam ordinare,ex quo enim partes non conueniunt,ſuperioris arbitrio relinquitur,63.diſtin.cap.ſi.ff.qui ſatiſda. cogan. de die. Hoſtien.& hoc ſine ſcandalo fieri poteſt.Si enim ſcandalizētur patroni etiam de hoc,abſtinebit epiſcopus vt euitet ſcandalum,ſed procedet per remedia de quibus ſup. duobus cap. proximis.licēad hoc vt epiſcopus poſſit ꝑ ſe inſtituere,opus eſt ꝙ lapſi ſint ſex menſes,vt inf. in fi.capit. Illud enim quod hic dicitur eo caſu quo eſt quæſtio de patronatu, procedit ēt hoc caſu quo eſt quæſtio de præſentatione,vt illa clauſula,& cui competat &c.referatur ad omnia ſuperiora ad quę congrue referri poteſt.de app. ſecundo requiris.pro hoc quod dixi ſupra capitu.1.in ſecundo contrario. Oppo.vt in gloſſ. vlti. Sol.vt in ea.& ibi,cam te.ibi dico in ſecundo contrario. & dicit Hoſti.quod hic loquitur de patronis laicis. & ita exponit tex.ibi,inter aliquos,ſcilicet laicos:quia ſi eſſent clerici,expectarentur per ſex menſes. Innocent. vero dicit quod quando non eſt diſcordia de iure patronatus, ſed non poſſunt concordare de perſona,expectatur per ſex menſes. de conceſ. præbē. cap.2.

A D D I T I O.

a Poteſt.Adde.Arc.in c.pię mentis.in fi.16.q.7.

pro hoc quod dixi ſup.eod.ſuper rubrica. quæſtio.6.alias ſeq-
retur φ ſtatim poſt fundationem nō poſſet acquiri ius patro
natus:quia locus iam eſt eccleſiaſticus.de conſe.diſt. 1.nemo,
quod eſt abſurdum.& de hoc J.c. proximo. & in eo quod di-
xi de eccleſia pauperata.dic ſecus ſi ex toto dos periret : quia
tunc de nouo dotans fieret patronus, ſicut fit is qui omnino
deſtructum reficit,inf.e.q.& q.ſeq.& ſeq.Quo autem ad quæ
ſtionem principalem,dicit glo.opin. Lau.procedere cum ec-
cleſia non eſt omnino deſtructa. ſecus ſi omnino, per c.con-
ſuluit.de iudęis.pro hoc Auth. vt nullus ędificet oratorij do-
mum.§.1,col.5.Et intelligit glo. hoc verum de illo qui ædifi
cat de conſenſu epiſcopi.& idem Hoſtien. dicens, φ ſi ſine e-
piſcopi conſenſu,nullum ius acquirit. dicta Authē. vt nullus
ædificet.§.1.& ſi aliud diceretur,obſtaret. ff.de vſufru.vſufru-
ctuarius. vbi dicitur φ vſufructuarius non poteſt immutare
formam rei,licet aliter non poſſet vti, vt ibi.& no.de pecul,c.
fi.in glo.2.dicit etiam Hoſtiē. æquum, quod ſi extraneus vult
reędificare,epiſcopus antequam cōſentiat prius hoc permit-
tat patrono.argum de his quæ fi.a præla. cum Apoſtolica.de
loca.potuit.de offi.archi.ad hæc. in fi. Secundo quæro, an qđ
dixi ſup.q.proxi.de reficiente eccleſiam,habeat locum in do-
te.Sol.per id quod dixi in proxima q. & dicit Hoſtien.inf.ca-
pitu. nobis.quod ſi eccleſia eſt depauperata,& aliquis de diœ
ceſani conſenſu eam dotet,acquirit patronatum. 16.q.6.quæ
cunque.quod ſic loquitur ſecundum Hoſtien. melius dic,vt
ſup.qō.proxi.quod procedit hic, quando eccleſia nunquam
7 fuit dotata.alias ſecus.† Tertio quæro, in eo quod dixi ſup.q.
1.quod reficiens eccleſiam omnino deſtructam efficitur pa-
tronus:quid ſi reficit de eadem materia. Glo.prima ibi.Item
quid,quod prior patronus,per l.proponebatur. ff. de iudi.vbi
dicitur quod idem eſt iudicium,licet mutetur iudex.& idem
populus mutatis ſucceſſiue corporibus,& eadem nauis muta
tis ſucceſſiue tabulis. Ad idem inducit.ff.de vſufru.ſi in area,
ubi ſi in area cuius vſufructus alienus eſt ædificaui infra tem-
pus quo vſufructus perire ſolet, ſublata ſuperficie reſtituitur
uſufructus de iure prætorio,licet fuiſſet amiſſus de iure ciui-
li propter ædificium. Nam vſufructus areę perditur ſi in ea
fuit ædificatum.ff.qui.mo.vſufru.amit.repeti. §. ſi. ad idem ī-
ducit.ff.de ſerui.vr.prædi.ſeruitutes. §.ſi ſublatum. vbi ſubla-
tum eſt ædificium ex quo ſtillicidium cadit,ſi ſub eadem ſpe-
cie & qualitate reponitur vtilitas,vt idem intelligat. Ad idē
inducitur ff.ſi quis cau.ſi eum §. qui iniuriarū. vbi ſicut actio
iniuriarum non datur hæreditaria nec ſtipulatio de iudicio ſi-
ſti.ante lit.conteſt,in ea cauſa commiſſa.ad idem inducit ſi ex
noxali cauſa l.2.in fi.vbi ſi ſeruus eſt præſens, & dominus ab
eſt,& nullus ſeruum defendit, iuſſu prætoris datur pro noxa.
Sed cauſa cognita domino reſtituto reſtituitur etiam actori
actio perempta,eo qđ dictus ſeruus in ipſius bonis eſſe cepe-
rit.Ad idem inducit.ff.de vſufru.dominus. in princip.vbi ſi le
gatum eſt prædium ei qui habet vſumfructum prædii, & le-
gatarius filio de inofficioſo recte agenti coactus eſt illud reſti
tuere,ius vſufructus integrum permanebit. In contrarium ī-
ducit,quia res ſemel extincta &c.& hoc tenet.& pro hoc ff.q.
mo.vſufru.ami.quid tamen.§.pen.vbi ſi nauis fuit per partes
refecta,durat vſufructus. ſed ſi ex toto fuit deſtructa & poſtea
reſtaurata, licet ex eiſdem tabulis, vſufructus extinctus eſt.&
per hoc ſecundum Ioan.Cal.reſpondetur ad iura contraria q̄
loquuntur quando ſemper remanet materia. facit dicta.l.re-
peti.§.rei ff.qui.mo.vſufr.amit.procedit autem quæſtio reſpe
ctu patronatus ſurgentis propter ædificium, vel etiam ꝓpter
fundationem,ſi ponatur quod ædificium oīno ruit vel fundi
tus periit. Sed in patronatu ſurgente propter dotem non vi-
detur procedere ſecundum Tan.Goff.Vincen.Phi.& Hoſtiē,
dic,φ etiam hoc caſu procedit, ponēdo quod dos periit,ſi de
nouo alius dotet, quia dotans erit patronus, non autem is q
primo dotauit;vt ſup.q.1.& 2.Et in hac gl. ibi,& Archicinus,
vide de verb.ſig.abbate,ver.his igitur. quæſtio. 2.ibi.§.aream,
vide de ſymo.ex inſinuatione.notabili.3. Quarto † quæro, ſi
8 quis eſt patronus monaſterij, quod quia deſectum eſt,vnitur
alteri;an remanet patronus.Spe.eo.titu.in fi. diſtinguit,an vi.

9 [illegible]
ſcilicet a quinque.Idem tenet Compo. de elec.eccleſia 1.per
hoc c.& quia illud c.eccleſia,videtur contradicere:dic,φ loq-
tur in electione quæ fit a pluribus, vt à collegio.facit φ nota.
de conſti:cum omnes.per hoc infertur, quod ſi ſunt duo pa-
troni,alter poteſt alterum præſentare: licet ex duobus eligen
tibus alter non poſſit alterum eligere.facit quod no. J.eodē p
veſtras,& de hoc vltimo in regula,in toto in quæſtione lib.6.
& dic,vt dixi de elec.c.1.vbi etiam de eligentibus dixi φ certo
10 caſu valet electio.Septimo quæro †, an patroni ſint vocandi
a a ad electionem ſeu præſentationem,ita quod nō vocati poſ-
ſint proſequi contemptum.videtur quod ſic,ſicut in electio-
ne.de elec.quod ſicut.& in collatione. de præben. cum in ec-
cleſijs,libro ſexto.ergo & in præſentatione, cum patroni eli-
gant præſentandum,vt hic.& ſupra capitulo proxi.& inf.cap.
nobis.Io.And.diſtinguit, φ aut præſentatio ſpectat ad colle-
gium vel vniuerſitatem,& debet fieri vocatio. pro hoc quod
no.de conſti. cum omnes.aut ad ſingulos. & quilibet poteſt
vti,alijs nō vocatis;qa p hoc nō vetat quin & alij poſſint vti.
pro hoc iſta litera.& quod no. de regula. beneficium.lib.6.in
fin.glo.magnæ.& ſuper ea.& idem dicit Ioan. And.de pro-
curatore patroni abſentis,cum quæritur an poſſit pręſentare,
& an ſit vocandus.de quo dixi ſupra de conceſ.præben.cap.fi.
vbi tamen ſolum no.an præſentare poſſit, ſed eo caſu quo
præſentare poteſt,ſi quæritur an ſit vocandus.dic vt nunc di-
xi.Frederi.tamen in conſilijs.cōſ.97.& 99.videtur velle quod
etiam patronus contemptus poſſit agere de contemptu, ſed
primum verius.ſufficit enim quod hoc non eſt iure expreſ-
ſum.Op.ad hæc,quia præſentatio eſt apud omnes, non apud
ſingulos:vt dixi ſupra cap.1.q.1.Sol.vt ibi, quia ibi ſolum di-
citur quod vnus non poterit præſentare præoccupando, ſed
ſi præſentant in diſcordia, habetur conſideratio de qua dixi
ibi.q.2.Oppo.ad idem de cle. 2.primo reſponſo.eod.titu.vbi
hæredes vnius patroni habent vnicam vocem. Sol.illius vo-
cis quilibet habet partem ſuam, ſuum ergo votum diuiſim
poterit exprimere,licet honeſtius fieret coniunctim. Oppo.
ad idem de elect. venerabilem. Soluit Ioan.calde.quod ibi cō
gregantur tanquam collegium,vt ibi dixi.ver.obiectioni,cō-
trario.3.Octauo quæro circa id quod dixi in vltimo notabili.
pone quod eſt quæſtio de proprietate iuris patronatus inter
aliquos, quorum tamen neuter poſſidet, an procedit quod
dicitur in fi.Soluit Innocen.quod ſic : quia litera non diſtin-
guit:ſed ſimpliciter dicit,φ ſi eſt quæſtio de iure patronatus,
epiſcopus ordinet.ſecus die ſi aliter poſſidet : quia tunc lite
pendente ſuper patronatu poſſeſſor præſentabit infra eodem
conſultationibus.& de hoc etiam in ſequenti quæſtione.No
no quæro,ſi inter duas eccleſias eſt quęſtio de iure eligendi,
nec aliqua eſt in poſſeſſione.dicit Inno.idem dicendū, prout
dictum eſt in proxima quæſtione,ſcilicet, quod lapſo tempo
re epiſcopus ordinabit,ſed ſi altera poſſideret,ipſa eligeret, vt
in proxi.quæſt.& dicit Innocen.quod difficile videtur quod
inter duos poſſit eſſe aliqua quæſtio de aliquo iure, niſi alter
poſſideat,quod procedit habito reſpectu ad factum; quia de
talibus ſolent litigare quaſi poſſeſſores.de cauſa poſ. cum ec-
cleſia.tamen de iure poteſt eſſe lis ſuper proprietate, etiam ſi
nihil de poſſeſſione dicatur: quia nihil commune habet pro
prietas cum poſſeſſione . ff. de acqui.poſſ.naturaliter.§.nihil.
de cauſa poſſ.paſtoralis. Oppo.ad ea quę dicta ſunt in hac qō.
& præcedenti. & ad tex.ſimul; cum eo caſu quo litigatur de
iure patronatus,vel de iure præſentandi,non currant tempo-
11 ra; † quia ex quo agunt,non poſſunt dici negligentes. C. de
inoffi. teſt.contra maiores. ergo tempora nō currunt.de elec.
ne pro defectu.de conceſ.pręben. quia diuerſitatem Hoſtien.
ſtat

ADDITIO.

a Vocandi.Add. A [illegible] in c.cum omnes.de conſti. Par.de elec.in capitu
lo non [illegible]

Digitized by Google

tur quando de iure patronatus quæſtio emeſerit inter patro-
nos, non quando inter præſentatos. facit quod not. in d. ca. cũ
vos. & eſt ratio, quia iura quę dicunt debere prouidere, loquũ
tur quando eſt diſcordia de iure patronatus, & inf. c. eam te &
c. cum propter. & quando patroni non præſentarunt. de hoc
12 in d. c. cum vos. Decimo quæro †, an pręſentatum a maiori
parte patronorum poſſit epiſcopus refutare. videtur ꝙ non.
quia hic dicitur eum præficiendum. Contrarium tenet Inn.
quia ex præſentatione non quęritur ius. ar. inf. eo. quod autẽ.
quod non facit. Ibi enim loquitur quando patronus non per
ſiſtit in præſentatione, ſed alium cumulat. quo caſu poteſt e-
piſcopus præterre, inf. c. paſtorales. ſecus ſi perſiſtit: quia tunc
inſtitutio facta de alio non tenet patrono proſequente con-
temptum. 16. q. 7. decernimus. & dicit Hoſtien. non eſſe verũ
quod præſentato non acquiritur ius: quia imo acquiritur. de
re iudi. cum Bertoldus. pro hoc eſt quod no. de poſtu. c. 3. Vn
13 decimo quæro, ſi eſt vnus patronus tantum in eccleſia †, qui
negligit, an ſupplebit epiſcopus, ſicut ſupplet hic, ſi ſunt plu-
res. dic, ꝙ ſic. de ſup. neg. præla. cap. 2. in fine. Quid autem ſi i-
a ter epiſcopum & patronum a ſit quæſtio. no. de offi. ordi. cum
vos. & inf. cap. eam te.

ADDITIO.

a Et patronum. Adde doc. in c. 2. ſup. e. glo. in c. ſi plures. 16. q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Pœna creſcere debet creſcente contumacia.*
2 *Conſuetudo loci approbata à Papa quod laicus det inueſtituram in eccleſiis, valet.*
3 *Laycis an per antiquam conſuetudinem poſſit competere ius conferendi beneficium eccleſiaſticum.*
4 *Tempus de cuius contrario non eſt memoria, cum poſſeſſione inducit titulum ſufficientem ad præſcribendum etiam contra ius commune.*
5 *Sponſalia contracta inter probibitos, ſub conditione, ſi Papa diſpenſabit, non tenent.*
9 *Layci ex conceſſione Papæ poſſunt diſpenſare.*
7 *Clericus recipiens eccleſiam à layco an ſit ſuſpenſus.*

Præterea. Excommunicantur patroni layci, qui in
eccleſijs inſtituuntur, vel bona ipſarum
adminiſtrant, & clerici qui inſtitutionem laycorum recipiũt
communione priuantur, habet duo dicta. Secundum ibi, cle
ricus. Neglecta. maxime, vel non poteſt eſſe niſi neglecta ex
quo irrequiſito epiſcopo inſtituunt. diſtribuant. & male. de
immu. eccle. non minus. Vincen. præſliterit. i. non reſipuerit.
1 † Nota, ꝙ creſcente contumacia creſcere debet & pœna: vt
hic in fi. & ſup. vt lite non conteſta. quoniam. in fi. & dicit Ho
ſtien. ꝙ ſi clericus depoſitus non ſe correxit, tradetur curię ſe
culari. de iudi. cum non ab homine. Quæro quo ad primum
2 dictum, ſi eſt de conſuetudine loci † quod laycus det inſtitu-
ram. dicit Vincen. quod valet, ſi Papa approbauit. 63. diſtinct.
Agatho. & c. in ſinodo. alias non. de hoc per Ioan. mo. & Ioã.

ſemel. libr. 6. pro hoc quod no. Innocen. de condi. ap. ſuper eo
5 vbi dicit quod non tenent ſponſalia † inter prohibitos cõtra
cta ſub conditione ſi Papa diſpenſabit. & ratio eſt, quia talis 2
ditio videtur eſſe impoſſibilis. ſed ius conferendi non poteſt
per laycum poſſideri ſine licentia expreſſa ſummi pontificis.
63. diſtin. Adrianus. & cap. ſequenti. quod no. Innocen. de ele.
quod ſicut. nec in hoc ſufficit patientia. argum. de præben. cũ
iamdudum. dicit tamen Ioan. Mona. in dicto capitu. 2. de prę
ben. quod ſicut certis ex cauſis tale ius fuit aliquando cõceſ-
ſum laicis, vt in iuribus prællega. ſic ſi ſcandalum eſt in aufe
rendo poterit eis dimitti. quod dicit Ioan. And. ſibi placere, &
fortius procedere in eccleſiis quas eorum progenitores fun-
darunt & dotauerunt. Nam etiam excommunicare poſſint
6 laici † ex conceſſione Papæ 32. diſtin. §. verum. ver. ſcribit. 2. q.
5. Mennam. no. de iudi. decernimus. in glo. 2. & intelligo ꝙ to
lerari poſſunt per Papam, per alium non, per iura ſuperius al-
leg. hoc tamen caſu quo eſt conſuetudo ita inueterata, nõ de-
bet inferior eam immutare ſi ſurgit ſcandalum ex immuta-
tione. ſed conſulat Papam qui eam fortaſſe approbabit, quod
poſſet per ea quæ proxime dixi. Interim autem donec appro
bet, vel reprobet, tollerabuntur laici: quia ea quę tandiu obſer
uata ſunt, præſumuntur fuiſſe conceſſa 12. diſtinct. illa. Tertio
7 quæro; † an clericus recipiens eccleſiam a laico ſit ſuſpenſus.
glo. vltima quod non. Et in ea ibi, non eſt ſuſpenſus. idem Tã
cre. Goffred. & Hoſtien. pro hoc, quia nec laici ſunt excom-
municati ſup. proximo reſponſo. Ibi, ſi quis deinceps. vbi de
hoc, & de renunc. quod in dubiis. & ſecundum Vincen. hæc
iura locum habent vbi laicus dat eccleſiam in titulum. ſecus
ſi in proprietatem. & ſic videtur velle quod laicus poſſit do-
nare eccleſiam in proprietatem, cui obſtat inf. eodem illud.
& dic vt ibi.

ADDITIONES.

a Contumacia. Adde c. at ſi clerici. & c. cum non ab homine. de iudi.
b Quod non. Adde quod eſt conſ. 57. incip. Reſpondemus de iure num. 1. & 4. B. S.

SVMMARIVM.

1 *Ius non acquiritur ex præſentatione.*
2 *Poſſidentis conditio melior eſt.*
3 *Patronus ex quo præſentauit unum an poſſit alium præſentare.*

Quod autem. Si patronus laicus ſucceſſiue pre-
ſentauit duos, & ſecundus eſt ab
epiſcopo inſtitutus, valet inſtitutio. Primo ponitur quæſtio.
Secundo ſolutio, ibi: dubium videmus. de idoneo non erat
quęſtio. præſentatus. a patrono. Innocẽ. amiſſus. nec repulſus.
vt maior ſit dubitatio. melior. i. bona. Ratum non eſt. quo ad
hoc quod præſentatus adminiſtrare poſſit. Not. ꝙ ex præſen-
1 tatione non acquiritur ius, † alias non valet inſtitutio ſecun-
di, quæ tamen valet vt hic. & inf. capitu. paſtoralis. dic tamen
ꝙ acquiritur aliquod ius, quod dixi ſup. cap. quoniam, quæſt.
2 10. Secundo no. illud, ꝙ melior eſt conditio † poſſidentis, &
ratione

de re iudi.cum Bertoldus.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ex quo præſentauit vnum an poſſit alium præſentare.*
2 *Inſtrumentum non refert an loquatur per verba præſentis temporis, an præteriti.*
3 *Impedimentum non præſtat quod de iure non ſortitur effectum.*

Decætero. Pattonus eccleſiam clerico vel eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi donare non pōt; Primo ponitur dictum. Secundo ratio ibi, quia.eccleſiam, in qua nullum ius habet inf.c.illud. No. ꝙ quandoque inſtrumē
1 ta † concipiuntur per verba primę perſonę, ibi, conceſſi.& nō refert an ſint primę an tertię.de conuer. coniugat.dudum de verbo.ſig.abbate.vbi de hoc. Secundo nota, quod non refert
2 an inſtrumenta † loquātur per uerba præſentis temporis, an præteriti, ibi.conceſſi vel dedi. Hoſtien. Pett.& Abb.& in hoc eſt tex. ſingularis, nec alibi ſcio.probatur enim hic, quod valet inſtrumentum etiam ſi pars contrahendo dicat de præterito, dedi, vel conceſſi, pro hoc ff. de acquiren. poſ.prædia. & quod ibi nota.& de verbo. obligat. ita ſtipulatus.§. Griſogonus. ſolu. matri. poſt dotem. & dic quod licet verba ſint de præterito: tamen habent ſenſum de præſenti: adeo ꝙ ſi extraneus ſtipulatur dotem ſibi reddi, quam maritus confiteretur ſe habuiſſe, licet verbum habuiſſe ſit de præterito: tamē intelligitur de præſenti, & acquiritur actio ipſi extraneo, quæ non poſſet acquiri ſi datio præceſſiſſet, & ſtipulatio ſecuta foret ex interuallo. C.de rei vxo. actio.l.vna.§.accedit. & ſic conſului. pro hoc quod no. Barto. in dicta l.prædia.& dicto §. Griſogonus. quod tene menti. Tertio no. illud, pro non dato ha-
a betur &c.a de hoc in glo.vltima.& hoc no. Vincen. ꝙ non p̄-
3 ſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectū. regula, non præſtat, lib.6. vnde ſi quis ſine cauſa in poſſeſſionē ductus expellitur, non tenetur expulſor ex illo edicto. ne vis fiat ei. ff. quibus mod.pigno.vel hypo.ſoluitur.ſi debitor. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſio.mitti.l.1.§. hæc verba. Et in hac glo.vlti.ibi, traditio. vide inf.eo.cura, in glo.vlti. Ibi l.3. fruſtra quis vetetur ſententiam ab illo latam, qui ferre non poterat. Ibi l.2.§.vlti.damnatus dicitur qui damnatus eſt ab eo cui damnādi ius fuit. Ibi l.vna.uide de offic.vica.ſua.notabili 4. Oppo. ꝙ valeat conceſſio laici.inf.eod.cura. Glo. vlti.non ſoluit. ſolue vt ibi. Et in hac glo.ibi, ſupple hic, nec in poſſeſſionem. vſque ad finem intricate loquitur glo. videtur tamen habere hunc ſenſum, ꝙ ſi clerici, quibus laici conceſſerant, fuiſſent in poſſeſſione præſentandi, valuiſſet præſentatio. ſed hæc non eſt ad propoſitum: quia hic non quæritur niſi de ipſa conceſſione. Deinde in eo quod dicit, ꝙ laici erant hic in poſſeſſione ſaltē de facto, videtur recedere ab eo quod prædixi. Nec tamē hoc contrariatur dicto præcedenti, intelligendo vt nunc dixi. & quicquid velit glo. dicere. & dic melius vt dico inf.ca.illud. & in dicto c.cura. Secundo oppo. ad idem. ſaltem enim debuit valere conceſſio laici quo ad ius patronatus. arg. de dona. paſtoralis. Sol. ibi patronus non cōtulit eccleſiam, ſed epiſcopo donanti conſenſit. vnde Innocen. videtur velle quod hic non dedit ius patronatus, ſed eccleſiam in proprios vſus, quod nō poterat. Vicent. vero dicit ꝙ videtur nihil agi, ſcilicet quo ad eccleſiam. tamen valuit conceſſio quo ad ius patronatus, qđ donare intendebat. Phil. tenet primum, quia intendebat conferre eccleſiam, & non ius patronatus. de hoc inf.cap.illud. in glo.prima.& dic vt ibi dico. Quæro vt quærit gloſ. & ita.ibi, Sed quid. Sol. vt in ea.& ibi §.vltimo. vide de dona.paſtoralis. contrario primo.

vt in glo

tus. & pro hoc quod dicit quod emebant vt præſentare poſſent ad eccleſias. facit quod dico in ſequenti contrario. & no. iſtam gl. in eo quod exponit varia vocabula iuris patronatus, & de iſtis aduocatijs dicit Innocen. ꝙ ſecundum diuerſas cōſuetudines plus vel minus habēt oneris & honoris. Et in hac glo.prima ius patronatus. quandoque tamen differunt aduocatio, & ius patronatus, quod dico in f.c. præterea. Secundo op
1 po. ꝙ ius patronatus † poſſit vendi inf.c.cum ſeculum. Solu. vt in glo.2.& vltra glo. dic, quod ideo vendi non poteſt: quia annexum ſpirituali inf.c.de iure.1. qō. 3.ſaluator. Hoſtien.ad euitandum contrarium, in litera ibi, quocunque modo, ſupplet, illicite. pro hoc verbum comparant, quod procedit. ille enim eſt illicitus modus, vnde ſecundum illam qualitatem debent intelligi verba ſequentia. ff. de tri.vino & oleo leg.l.ſi.§.cui dulcia. de reſcript. ſedes. facit de procur. clemen. non poteſt. pro hoc, quia emebant iſti vt præſentare poſſent filios & nepotes, vt etiam dixi ſup. contrario proximo. quod videbatur ſymoniacum. Ex his verbis colligitur alia lectu. ꝙ hic nō tenet emptio propter intentionem deprauatam emptorum. ſed quia difficile eſſet hanc intentionem probare, mihi placet lec. ſecundum quam primo ſummaui, ꝙ ideo non ualuit emptio: quia emerunt ſine vniuerſitate, quod fieri nō poteſt, cum ſit ius annexum ſpirituali. vt ſup. eo. contrario. tamen & ſecunda lect. eſt vera, & bene conuenit literæ, intentio.n. probari poterit per coniecturas & facit ad id quod dico J. in tertia quæſtione & quatenus emptores ſpoliantur iure patronatus, æquior lect. eſt ſecunda. pro hoc quod dico inf. c.de iure. Tertio oppo. in eo quod permittitur ſpoliatio. contra id de reſti. ſpolia. conquerente. Sol. expone literam ibi, ſpoliando i. priuando per ſententiam, ſecundum Goffredum, qui etiā di-
2 cit quod † ſpoliatio ſonat in malum, & in actum vitioſum: priuatio vero in actum iudicialem. de hoc in dicto c.conquerente. vel hoc dicit quia ex quo aliquis cōtra inhibitionem epiſcopi talia facit, non expedit quod ordinetur iudicium cōtra ipſum. & ſicut de facto proceſſit, ita de facto per iudicem procedetur contra eum. de pac. cum clerici. & quod no. de ſymo. licet Heli. ſecundum Hoſtien. quod non procedit: quia poterit cōpetere emptori aliqua legitima defenſio. ideo nō debet ſpoliari niſi cauſa cognita. de præben. licet.2.lib.6. ideo prima
3 placet. Quæro, an † patronus a poſſit præſentare filium. gloſſ.
a 3.quod ſic. Tan.& Innocent. contra. pro hoc facit hæc litera, primum communius approbatur. nec ob. hæc litera: quia ius patronatus fuerit illicite acquiſitum: vt ſup. in ſecundo contrario. Et in hac gloſſ. ibi, præſentare, ſed non intrudere. & ſic loquitur contrarium, ſecundum Vincen. Secundo quæro, cui applicatur ius patronatus quo iſti ſpoliantur. gloſ. vltima dicit. quod eccleſiæ. & idem Inno. qui dicit ꝙ eccleſia erit libera ab aduocato per iura quæ in prin. allegat gloſſ. Oppo. ad hoc de eo quod dicit glo. vl. ad finem. So. vt in ſeq. qō. Tertio quæro hic, pone quod eccleſia emit ius patronatus a patro-
4 no, an patronus perdit ius patronatus: ita ꝙ remaneat apud eccleſiam, ſicut dixi proxima quæſtione. Gloſſ. e. arguit quod non quia venditio non tenuit: debet ergo remanere patronatus apud patronum. In contrarium, quia emptor debet ſpoliari, & non venditor. Ita arguit gloſſ. ibi. ar. contra. ſed potius facit pro eo quod proxime dixi. ſed facit contra id quod dictū eſt in proxima.q. deinde glo. dicit. vel dic, ꝙ prius dixi, & non apparet quid velit. Ioan And. dicit poſſe diſtingui, an tota eccleſia delinquerit necne, iuxta nota. de ordi. cogni. cum dilectus, in tertia glo. de hoc, & in regula delictum. lib.6. uult dicere, quod ſi eccleſia emit communicato conſilio, contractus valebit: nec eccleſia erit libera: quia non habet locum pœna

ADDITIO.

a Pro non dato habetur. Adde c.gratia, & c. qui perfectionem. 1.q.1.c. quæro, & c. ſolet. de cōſe. di.4.l.nemo. ff. de reg. iur. & in l.non dubium. C. de legi. 3

ADDITIO.

a An patronus. Adde Arch. in c. qui ſtudet. 1.q.3.

Digitized by Google

9 *Epiſcopus donans uillam, & omnia iura quæ ibi habet an intelligatur donare decimas.*
10 *Clauſula generalis comprahendit ea tantum quæ ſunt ſimilia expreſſis.*
11 *Teſtator ſi inſtituat aliquem in omnibus bonis, non ueniunt iura decimalia quæ in fondum habebat.*
12 *Hæredum nomine quo caſu ueniant ſoli filij.*
13 *Decimæ quo modo donari poſſint.*
14 *Temporalia an tranſeant cum vniuerſitate ſpiritualium.*
15 *Spiritualia quare non tranſeant cum vniuerſitate temporalium.*
16 *Iuſpatronatus an tranſeat, ſi quis obligat uel uendit omnia iura quæ habet in aliqua villa, cum non ſit ſua, ſed ibi tantum certos fundos habet.*
17 *Hæres adita hæreditate ſingularium rerum dominium habet, non ſic emptor hæreditatis.*
18 *Eccleſia an tranſeat ſub hæreditate,*
19 *Palatio uendito ubi eſt capella quæ habet multa priuilegia uel multos redditus, an ueniat ius patronatus.*
20 *Eccleſia ſi uacet, pendente quæſtione ſuper iurepatronatus, an patronatus poterit præſentare.*

Ex literis. Si nõn fuerit exemptum ius patronatus,
cum vniuerſitate tranſit in quem tranſit
vniuerſitas, etiam ſi ipſa vniuerſitas tranſeat tantum quo ad
vtile dominium. Primo ponitur quærela epiſcopi. Secundo
dantur iudices, & inſtruuntur quo modo cauſam diffiniant
ibi, mandamus. No. ꝙ eccleſia datur ad firmam. pro hoc ſup.
de iureiu. quęrelam. de relig. domi. cũ venerabilis. hic tamẽ
nõ probatur quod poſſit dari de per ſe: ſed cum vniuerſitate,
1 & de hoc inf. q. 1. † Secundo not. ꝙ ius præſentandi ſpectare
poteſt ad abbatiſſam. arg. de maio. & obe. dilecta. de conceſ.
præben. c. ſi. Tertio no. quod patronus iuſte mouet litem cõtra
ſuperiorem qui non vult inſtituere præſentatum. de hoc
2 in glo. 3. & pro hoc 16. q. 4. decernimus. † Quarto not. ꝙ metropolitanus
eſt iudex epiſcopi ſuffraganei: alias non potuiſſet
abbatiſſa coram archiepiſcopo conquæri de epiſcopo:
de off. or. paſtoralis. Phi. quod tamẽ omnino non colligitur,
quia loq̃tur archiepõ Cantuarien. q legatus eſt s̃. de of. le. c. 1.
dictũ tñ eſt verum. & de hoc in d. c. paſtoralis. Quinto nota, ꝙ
gradatim eſt conquærendum de ſuperioribus. 16. quæſt. 7. filijs.
Vincen. ſic abbatiſſa hic primo apud epiſcopum, deinde
apud Archiepũm conquæſta eſt. Sexto no. ꝙ id videtur cõceſ
3 ſum † quod non eſt nominatim exemptum. de hoc in gl 4.
Et an quod non eſt conceſſum, intelligatur prohibitum. dixi
de trãſla. c. 2. Septimo no. ꝙ idem iuris eſt in toto ꝙ in parte.
de hoc in eadem gl. 4. & probat̃ hic, ex eo qa ſicut trãſit vniuerſitas:
ita & patronatus, cum ſit pars eius. Et in hac gloſſa
ibi. §. 3. vide de re iudi. cum Bertoldus. ver. licet autem, contrario.
4. Octauo not. ex hoc, quod quædam tranſeunt in genere
quæ in ſpecie tranſire non poſſunt. Nam patronatus in ſpe-

& ſic non prodeſt quo ad percipiendos fructus. de reſti. ſpo.
grauis. præſentatio autem eſt fructus iuris patronatus, vt no.
Inno. infra eo. conſultationibus. Sol. ſtat ꝙ ius patronatus ius
fuerit exceptum. & ꝙ miles ſit malæfidei, & tamen tenebit
inſtitutio. ſufficit enim ꝙ reputabitur malæfidei. pro hoc qđ
dixi de elect. nihil. ad fi. Nam vbi eſt communis reputatio valent
geſta etiam a poſſeſſore malæfidei. ff. de offi. præto. l. Barbarius.
de elec. quærelam. infra cap. conſultationibus, & dixi
in dicto c. nihil. & per hoc declara glo. vltimam ibi, & ita ſi
fuit, vſque ibi, & ſi poſtea. vel dic, ut dixi in præcedenti contrario,
ꝙ miles fuit poſſeſſor bonæfidei. per id quod dicitur
in dicto c. conſultationibus. & pone exemplum, ut quia licet
fuerit exceptum ius patronatus, tamen poſtea fuit iudicatũ,
uel exceptio nõ ualebat, uel quid ſimile. uerius tamen eſt qđ
prædixi, ꝙ etiam ſi miles fuerit poſſeſſor nõ bonæfidei, tenet
inſtitutio ad præſentationem eius facta, & maxime hodie
procedit hæc ſolutio, quia inſtitutio habet uim diffinitiuę, &
in ea locum habet c. ſi. de elec. lib. 6. & ibi no. glo. 2. & ſic qui
hac de cauſa poſſidet, autore prætore poſſidet, & in ea teneri
debet. ff. de acquiren. poſſeſ. iuſte. & quod no. in dicto ca. nihil.
& in dicto c. conſultationibus. in quarta quæſtion. Quæro,
qualis contractus fuit iſte de conceſſione villæ ad firmã.
Glo. 1. ſoluit ſecundum quoſdam, ꝙ fuit in hoc ꝙ vtile dominium
tranſiuit in conductorem, & ſic etiam tranſiuit ius
patronatus. & dicit Goffre. ꝙ ideo tranſit eccleſia ſub hoc cõtractu,
qa in locatione dominiũ, & poſſeſſio retinetur. ſed ſi
eſſet contractus per quem transfertur dominium, eccleſia
per ſe non tranſiret. Et videtur velle, ꝙ eccleſia poſſit ſpecifice
deduci in contractum locationis. non autem in contractũ
per quem dominium transferatur. Hoſt. dicit hoc vltimum
verum in titulo non gratuito. per donationem enim tranſit
etiam per ſe. de dona. conſultationibus. & c. paſtoralis, quod
placet. In eo autem, ꝙ Goff. dicit in contractum locationis
poſſe deduci eccleſiam. dic, ꝙ hic loquitur non de eccleſia,
ſed de iure patronatus. quid tamen ſit de eccleſia dico. ĩ. quę.
12. Item qualiſcunque ſit contractus per quem dominium
non transferatur: vt locatio ad tempus modicum, per quam
non tranſit dominium vtile, ſed ſola commoditas: tamẽ trãſibit
ius patronatus cum vniuerſitate, vt hic. Et in hac gl. ibi,
6 quidam. Innocẽ. † Secundo quæro, an in contractu pignoris
tranſeat ius patronatus, glo. eã. dicit ꝙ non. & idem Innoc. &
Goff. Et in hac. glo. in fine. vbi de hoc in gl. vlt. & ibi dixi. Tertio
quæro, quæ eſt ratio ꝙ in contractu pignoris non tranſit
patronatus, vt in proxima quæſtione. dicit Goff. ꝙ eſt: quia licet
per contractum pignoris tranſeat poſſeſſio in creditorẽ,
qui poſſidet pręterquam quo ad duo, ſ. quo ad vſucapionem.
ff. de acqui. poſ. l. vna §. per ſeruum: quia non vſucapit. ibi.
Item ad vitandum ſatiſdationem. ff. qui ſatiſda. cog. ſciendũ,
§. creditor. vbi ſatiſdat: ac ſi non poſſideret pignus, tamen ratione
poſſeſſionis talis, abſurdum eſſet ꝙ poſſeſſio eccleſiæ
tranſiret in creditorem: ſed hoc non eſt reddere ratioẽ: quia
non dicit cauſam abſurditatis. Inn. dicit ꝙ ratio eſt: qa in cre-
ditorem

Digitized by Google

quæſtiones q.viii. Quinto quæro,in eo quod dixi in præcedenti
8 quæſtione,ꝙ ius decimarum † non tranſit cum vniuerſitate
& ius patronatus ſic:quæ eſt ratio diuerſitatis. Innocen .dicit
quod eſt,quia ius patronatus non eſt mere ſpirituale:ſed par-
tim temporale.Ideo nõ mirum ſi temporali annectitur.facit
de arbi.per tuas.de offi.dele.ſuper quæſtionum.§.ſi vero duo.
ſecus in iure mere ſpirituali: vt ſunt decimę. tale enim in nul
lo cõmunicat temporalibus.Ideo nec cum vniuerſitate, nec
ſine annecti poteſt,etiam ſi dicat, vendo villam cum omnib⁹
iuribus ſuis: quia ſpiritualia non ſunt iura temporaliũ. quod
no.facit in ſimili quod no.de reſcrip.ſignificauit.& quia talia
non recipiunt permixtionem.de rerum permut. ad quæſtio-
nes,& pro hoc etiam eſt: quia hoc caſu fuit facta alienatio in
laicum,qui non eſt capax ſpiritualium. de præſcript. cauſam.
attamen etiam ſi in clericum facta eſſet, videtur idem dicen-
dum per rationem nunc dictam: quia ſpiritualia non ſunt iu
ra temporalium,cum non accedant eis; ſed econuerſo. & fa-
9 cit quod dico in ſequenti quæſtione.[Sexto quæro †,ſi epiſco
pus dicit,dono tibi villam & omnia iura quæ ibi habeo.An ĩ-
telligatur donare decimas. Innocent.ꝙ non. & idem dicit de
iuribus mere ſpiritualibus. Nam hoc nomen(omnia)non
habet]in dicta ꝓpoſitione ſupplere vel referri ad ea quæ ſunt
penitus alterius iuris quam ea quę donantur. In donatione
autem præmiſſa data fuerunt temporalia : non ergo ueniunt
ſpiritualia quæ ſunt alterius iuris quam temporalia,quod no
ta. Refert tamen Innocent. quod alij aliter dicunt.primum
uerius, & pro hoc de procu. qui ad agendum.lib.6. per quod
10 c.pater,quod clauſula † generalis compræhendit ea tantum
quæ ſunt ſimilia expreſſis.ad idem de procu. cle.non poteſt.
& ſup.de reſcrip.ſedes.de hoc dic vt in ſequenti quęſtione. Ex
hoc videtur, quod ſi teſtator inſtituit aliquem in omnibus
11 bonis †,non veniant iura decimalia,quæ in feudum habebat
quod vidi de facto.& pro hoc eſt etiam alia ratio: quia ſi inſti
tutus erat extraneus,non poteſt in tali iure ſuccedere,præſup
poſito quod decimę erant conceſſę teſtatori & ſuis hæredib⁹
12 Nam hoc caſu nomine † hæredum intelliguntur ſoli filij,
ff.ad trebel.ex facto.in fin.& no.Specu.de loca.§.nunc aliqua,
3.de hoc tamen dic vt dixi de proba.in præſentia.Septimo q̃-
13 ro,quis erit modus quod decimæ † donari poſſint. dicit Inn.
quod cum epiſcopus vult eas donare, debet de eis facere mẽ-
tionem expreſſam.pro hoc, quia per prædicta patet quod nõ
veniunt in generali conceſſione.ad hoc de offi.leg.quod trã-
ſlationem.Hoſtien.dicit,quod licet verum ſit quod proxime
dictum eſt. & quod etiam dictum eſt in proxima quæſtione
quando epiſcopus donat villam vel caſtrum laico,quod tunc
non tranſeunt decimę argu. de decim.ad hæc. & c.quamuis.
& c.prohibemus.nec tranſeunt etiam alia iura ſpiritualia : vt
eccleſia.ſecus tamen ſi donat eccleſię vel religioſo loco:quia
tunc omnia tranſeunt.arg. de dona. conſultationibus.& cap.
cum dilectus.in fine.& c.paſtoralis. & dicit Ioã.And. ſecundũ
hoc intelligendum quod dicitur in veneriali.25.ſed hoc non
videtur procedere.quia quando donat laico iura ſpiritualia.ñ
tranſeunt , etiam ſi exprimantur , cum laicus talium non ſit
capax.de præſcrip.cauſam.quando vero donat eccleſię,vel re
ligioſo loco,licet ſi exprimerentur ſpiritualia tranſire poſſint,
tamen in generali donatione non tranſeunt : quia non ſunt
ius villę.& hæc eſt ratio ſuper qua fundatur dictum Innocẽ.
vt dixi in proxima.q. Octauo quæro,quid econuerſo.an cum
14 vniuerſitate ſpiritualium tranſeant † temporalia.Hoſtien.di-
cit quod ſic,ſi ad transferentem pertinent. ar. ff. de rei ven.q̃
religioſis.& quod no.de reſcrip. ſedes.de arbi.per tuas.de con
ſe eccle.vel alta.quod in dubijs.qui ſi.ſint legi.per venerabilẽ.
Nono quæro,quæ eſt ratio diuerſitatis in eo quod dixi ſupra
tribus proximis quæſtionibus , quod cum vniuerſitate tem-
15 poralium non tranſeunt ſpiritualia †,& econuerſo ſic. Solu,
ratio eſt,quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum,& ñ
econuerſo.de conſe.eccle.vel alta.ꝙ in dubiis.Item,tempora
lia accedunt ſpiritualibus.1.q. 3.ſi quis obiecerit. de præſcrip.
cum ex officii.de præben. cum ſecundam. ad hoc regula ac-
ceſſorium.lib.6.Decimo quæro, ſi eſt aliquod ius quod pari-
ter in ſe habet temporalia & ſpiritualia iura: & eſt præbenda,

illud &c. Cum autem ius patronatus ...
ſi vniuerſali quod multa iura continet; vt eſt hæreditas,cum
qua bene tranſit ius patronatus.ar. ff.de peti. hæredi.Item vi-
dendum. §.ſi.& duabus.ll.ſeq.pro hoc,quia ſi tranſiret ius pa-
tronatus modo præmiſſo , ſequeretur quod habens ſolũ ius
patronatus illud poſſet vendere , dicendo,vendo omnia quæ
habeo in ciuitate vel prouincia . vel vendo omnia mea bona.
Roff. tamen in libellis eod. titu.ver.idem transfertur.dicit,ꝙ
etiam in illa venditione, vendo bona quæ habeo in tali villa,
tranſit ius patronatus. Io. An.dicit primum tenendum, quod
eſt verius: quia in illo contractu vẽdo bona quę habeo in ta-
li loco,eſt perinde ac ſi eſſent tot contractus quot ſunt res. ff.
de verbo.oblig.ſcire.Conſtat autem ꝙ in ſpeciali venditione
tranſit ius patronatus.inf. ca. de iure.quæ ratio ceſſat quando
venditur vniuerſitas : quia tunc contractus eſt unicus, & ſub
vniuerſitate tranſit ius patronatus. Oppon.ad hoc quod dixi
cum vniuerſitate hæreditatis trãſire ius patronatus in empto
17 rem hæreditatis. Nam licet hæres † adita hęreditate ſingula
rium rerum dominium habeat.ff.de acqui.poſ.cum hæres.in
prin.de pet.hæredi.Itẽ videndum.§.ſi.& l.ſeq. ſecus tñ in em-
ptore hæreditatis, in quem ſingularium rerum dominium
non tranſit ſingulari illarum traditione. & ſic,ſi tranſiret ius
patronatus,tranſiret ſingulariter. C.de hæredi.vel ac.vendi.q
tibi.quod eſſe non poteſt inf.c.de iure.& c.cum ſeculum. So.
quidam ſtant contrario,rationibus præmiſſis, quos ſequitur
Pau.in quæſtione,patronatus eccleſiæ.per ſe diſputata,quam
ponit J.c.nobis.in repetitione.Ioan. Andr. tenet primum,ꝙ
etiam in emptorem hæreditatis trã ſit patronatus : quia con-
ſtat hæreditatẽ eſſe ſignum vniuerſale. & quod emptor hæ-
reditatis habet vtilem etiam ſine ceſſione, ſecundum glo.C.
de hęre.vel act.uendi.emptor.licet quidam contra.Item ven
ditor tenetur tradere quod tradi poteſt.In alijs tenetur cede
re actionem.ff.de hæredi.uel act.vendi. l. 2.§.peruenißet.Itẽ,
quia,vt dicit illa l. 2. in prin.inter venditorem & emptorem
hæreditatis hoc videtur actum,ut neque plus, neque minus
iuris habeat quam habiturus erat hæres , cuius contrarium
eſſet tenendo ꝙ non tranſiret ius patronatus.Item,per ratio-
nes contrarias præmiſſas ęque argueretur quod in emptorẽ
caſtri vel villę non tranſiret patronatus , quod tamen nemo
negat ſecundum Io.And.dic formalius ad contraria,quod li-
cet ante traditionem rerum ſingularium non tranſeat domi
nium earum in emptorem hæreditatis , tamen cum hoc ſtat
quod ius patronatus dicitur tranſire cum vniuerſitate:fit enĩ
traditio prædicta non ad ineundum nouum contractum.ſed
ad confirmandum iam initum . vnde attendimus originem
contractus,ſicut & alias attenditur principium.de elec.dudũ.
2.vbi de hoc.pro hoc quod no. Io.An. J. eo.c.vno.lib.6.in eo
quod dicit ſententiatum in curia Romana, ꝙ vendita vniuer
ſitate cũ omni iuriſdictione & patronatu, nihilominus tran-
ſeat patronatus:quia talis expreſſio videtur fieri ex abundan-
ti.ff.de fun.inſtru.quęſitum.§.penul. licet contra faciat. ff. de
fun.inſtr.cum delanionis.§ cui fundus. & §.penul. ſed ibi ex-
18 preſſio fuit facta cauſa limitationis. Duodecimo quæro †,ſi
quis vendit fundum vbi habet eccleſiam. Innocent.dicit qđ
multo fortius tranſit eccleſia quam tranſeat ius patronatus
ſub hęreditate.ff.de act.emp.ſi mercedem.§.ſi cum fundum.
vbi vẽdito fundo tranſit ius ſepulchri,quod in eo eſt. Ad idẽ
ff.de contrahen.em.in modicis. Hoſt. tenet contrarium,pro
hoc,quia fundus eſt ut vniuerſitas.de hoc in veneriali.15.ibi.
Bar.tenet ſecundum,ſcilicet ꝙ non trannſit.dicit tamẽ Tan.
dixiſſe contrarium. primum placet , ꝙ tranſeat eccleſia quo
ad ius patronatus . fundus enim tenet locũ vniuerſitatis, ꝙ
dic,vt dico de re iudi.cum Bertoldus. in prin. notabili ſecun-
do.de hoc etiam J.c.cum ſeculum.quo ad ſpiritualia autem
non tranſit,per ea quæ dixi ſup.q.6.facit quod dico in ſequẽ-
19 ti.q. Decimotertio † quæro, ſi uendit quis palatium ubi ha-
bet capellam,quæ forte habet multa priuilegia & multos red
ditus,videtur quod ius patronatus tranſeat cum palatio. arg.
d.l.ſi mercedem.§.ſi cum fundum. & d.l.in modicis. de teſt.
l.ſi quis,quia ad capellam non itur niſi per palatium.Innocẽ.
tamen

Digitized by Google

cimoſexto quæro in quo reſpondebitur abbatiſſę de temporalib. dicit Vincen. quod vt ipſa prouideat ne res dilapidẽtur. nel dic conſiderandum quod ius habet monaſterium, ſecundum ea quæ notantur de præben. de monachis. dictum autẽ Vin. procedit ſi non habet aliud ius, niſi ius patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio facta irrequiſito patrono eſt irritanda.*
3 *Laycus dando eccleſiam intelligitur dare ius patronatus.*
3 *Laycus an poſſit concedere eccleſiam cum conſenſu epiſcopi.*
4 *Laycus dans eccleſiam an excommunicetur.*
5 *Donatio layci de eccleſia, etiam ſi non teneat, an debeat impedire præſentationem eiuſdem layci ſubſecutam.*
6 *Laycus an poſſit donare iuſpatronatus layco.*

Illud. Si laicus clerico uel religioſo loco concedit eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi, non obſtante tali conceſſione, quæ nõ valet, ad ipſam eccleſiam, cum vacauerit, poterit præſentare, & eam alteri eccleſię conferre. hoc dicit cũ cap. cum layci. & cap. ſuggeſtum, inf. eo. habet duo dicta. Secundum ibi, licet. fratrum. quorum loco conceſſum eſt ius patronatus. No. ꝙ non præſtat impedimentum &c. de hoc
a in glo. a. Secundo no. ꝙ eccleſia non vacans a conferri nõ po-
1 teſt. qđ dic, vt in gloſſ. 3. † Tertio no. qđ inſtitutio facta irreqſito patrono eſt irritãda, vt hic in fi. & ſic nõ eſt irrita: ſed ꝑ inſtam irritabiĩ inſtãte patrono. Op. ꝙ ſi laicus dat eccleſiã religioſo loco inconſulto patrono, debeat valere donatio quo ad ius patronatus quod habet in ea: ſ. de don. paſtoralis. vbi laycus patronus conſentiendo donationi factę per epiſcopum de eccleſia, ius patronatus conferre uidetur. fortius ergo debet hoc videri quando expreſſe donat eccleſiam. Gloſ. prima diſtinguit: an laycus ſine conſenſu epiſcopi det eccleſiam. an ius patronatus. quia primo caſu non valet. ſecundo ſic. Et idẽ Innocen. dicens vt gl. & ideo primo caſu conceſſio nõ tenet, quia intendit dare proprietatem eccleſię, vel eccleſiam in vſus proprios, vel inſtitutionem, vel iura epiſcopalia, quod nõ poteſt d. c. paſtoralis. Et propterea ſecundum Innocen. conſideratur hoc, ꝙ eccleſia non vacabat, qua de cauſa non tenuit collatio in vſus proprios, cum clericus inſtitutus eam poſſideret. Nec prodeſt ſecundum Innocen. quod valuerit donatio eccleſiæ quo ad ius patronatus. argumen. ff. de contrahenda emptione. qui tabernas. de lega. 1. ſi domus. quia patronus hoc non intendebat. Sed ſi intendiſſet, hoc potuiſſet etiam ſine authoritate epiſcopi infra eodem. ex inſinuatione. de hoc vltimo dic, vt infra in tertio contrario. Phili. ſupra capitulo quod autem, concordat prædictis, dicens quod quando dat eccleſiam non dat ius patronatus: quia hoc noluit vel non expreſſit: & quod potuit noluit & cætera. de offic. delega. cũ ſuper C. ſi quis alteri vel ſibi, multum. vbi maritus non acquiſiuit actionem empti vxori: quia non potuit: vnde nõ valet hoc implicitũ ꝙ ualeret explicitum. C. de hęredi. inſti. nec apud. Secundo op. ad hæc, ꝙ immo † laicus dando eccleſiã intelligatur dare ius patronatus, ſ. cap. quod aũt. §. de cætero. &

donare poſſunt locis religioſis. ar. 16. q. 1. c. ſi. & q. 7. decernimus, & c. de eccleſijs, & c. nemini. de his quæ fiunt a præla. cũ apoſtolica. quod etiam videtur ſentire Inn. & hoc caſu valet donatio laici facta cum cõſenſu epiſcopi etiam ſine capitulo. c. cum apoſtolica, & de hoc inf. c. cura. Dic, ꝙ licet prædicta vera ſint, tamen non ſunt neceſſaria hoc caſu: quia etiam ſi laicus non poſſideat eccleſiam niſi quo ad ius patronatus, adhuc procedit quod prædixi: ꝙ ſi donat eccleſiam de cõſenſu epi, valet donatio quo ad ius patronatus: per d. cap. paſtoralis
4 Quinto opp. ad proxime dicta, quia ſi laicus † dat eccleſiam, excommunicatur. 16. q. 7. conſtitutiones Sol. Innoc. ꝙ ibi qñ intendit conferre prælationem vel præbendam, hic intendit conferre proprietatem, vel aliquod ius in eccleſia quod laicus de iure habere non poteſt: de facto autem tenet, quæ ſolutio placet, tñ hoc vltimo dic vt proxime dixi, ꝙ etiam ſi de facto non teneat, valet conceſſio quo ad ius patronatus. Et in hoc dicit Inno. ꝙ cum laicus dat eccleſiam in prælationem, vel præbendam, excõicatus eſt minori, per dictum c. conſtitutiones. & e. q. ſi quis clericus deinceps. quæ tñ iura hoc non probant, ſed dicunt ꝙ laicus communione priuetur, quod ẽt dicit ſup. c. præterea. Et dicit Vin. ꝙ ſi laicus donans eccleſiã propter ius patronatus ibi percipiebat aliqua temporalia, ꝙ illa donaſſe videtur. arg. de dona. paſtoralis. vbi habetur quod venit in hac conceſſione. de hoc etiam ſup. notabili. 1. Sexto oppo. quia innuitur hic a contrario, ꝙ eccleſiam vacantem poſſit laicus concedere: quo tñ caſu ſubeſt ratio, de qua in ꝓcedentibus contrarijs, cum laicus non poſſit ſpiritualia poſſidere. Sol. Tan. ſupplendo in tex. ibi, non vacantem maxime, vel dic ꝙ conſideratur hic ꝙ eccleſia non vacabat, ex illa ratione quam dixi in primo contrario. tamen ſuppletio verbi maxime, vera eſt: quia etiam ſi eccleſia vacaret, non poſſet cõcedi niſi conſenſu epi, ſed non vacans concedi nõ poteſt etiã de conſenſu epi in præiudicium inſtituti: ſed ſine eius præiudicio ſic, & ſic intellige quod dicit glo. 3. Septimo op. ꝙ do-
5 natio † laici de eccleſia, etiam ſi non teneat, debeat tñ impedire præſentationem eiuſdem laici ſubſecutam. ſ. de el. c. cõſiderauimus, & c. auditis. de deſpon. ad audientiam, vbi id qđ non tenet, præſtat impedimentum. Glo. ſecunda non ſoluit. dic ad c. conſiderauimus, ꝙ potius eſt pro. ad c. auditis, & c. ad audientiam, dic vt in illis. Octauo op. in eo quod dicit, inſtitutionem factam irrequiſito patrono de rigore iuris irritandã, patronus enim non de iure ſed de gratia patronatum habet ſ. c. quoniam. Sol. licet ſit gratia vt habeat patronatum, tamẽ ius eſt ut irrequiſito patrono non teneat inſtitutio, ut hic, & 16. q. 7. decernimus. Nono op. ad idem inf. c. eam te. ubi ualet conceſſio eccleſiæ ſine conſenſu patroni. Solu. litera hic loquitur quando patronus non eſt negligens. contrarium quã do eſt negligens, & idem dicit Hoſtien. ſi præſentat indignũ de ſup. neg. præla. c. 2. uult dicere, ꝙ tũc eſt priuatus poteſtate præſen-

ADDITIO.

a Eccleſia non vacans. Adde c. nulla. de conc. ſ. præb. & cap. ne captandę. de concel. præb. lib. 6.

pi non, niſi eccleſiæ vel loco recipienti nomine eccleſiæ. de hoc per eum in ſumma, eo. § qualiter transferatur. ver. donatio. & ſequenti. Ibi tamen non diſtinguit, an clericus recipiat nomine eccleſiæ vel non. Gof. idem, dicens ius patronatus ſine conſenſu epiſcopi priuato donari non poſſe. Ad c. ex inſinuatione, dicit ſubaudiendum illud fuiſſe de conſenſu epiſcopi. Idem videtur tenere de loco religioſo, alternatiuè tamen, dicens quòd hæc litera ibi, licet, reſpicit non proximum: ſed quod dictum eſt de re non vacante. ſed idem ſup. de conceſſ. præben. c. ſi. fatetur, quòd ſicut ex teſtamento relinqui poteſt in coniunctum & extraneum, ſic etiam poteſt donari, tamen an tunc ſit neceſſarius conſenſus, remittit ad hoc. cap de quo dic, vt inf. cũ ſæculum. & de hoc per ipſum Goff. in ſumma, eo. §. ver. ſed nunquid ſine auctoritate. Tan. idem tenuit hic, ꝙ etiam eccleſiæ donari non poſſit ſine cõſenſu epiſcopi: ſed in c. ex inſinuatione. tenet quòd ſi conditio eccleſiæ deterior efficitur, non valet donatio facta per patronum priuato ſine conſenſu epiſcopi: ſed in c. ex inſinuatione. tenet quod ſi conditio eccleſiæ deterior efficitur, nõ valet donatio facta per patronum priuato ſine conſenſu epiſcopi; vt ſi patronus nouus eſt deterior primo. & ſic loquitur cap. præterea. Aggrauatur enim ſeruitus ad hoc ff. de ſerui, vr. prędi. ſeruitutes. §. ſtillicidium. alias ſecundum eum bene valet. Ioã. And. credit ꝙ nõ poteſt donari priuato ſine conſenſu epiſcopi per c. præterea, & inf. eod. c. vno. lib. 6. vbi innuitur ſpeciale in eccleſia vel loco religioſo: cum conſenſu vero epiſcopi ſic: ſed epiſcopus ante conſenſum debet ponderare primo an expediat eccleſię vel non: vt ſup. in opi. Tan. ſecundo quod non fiat fraus, vt qa ſit vera venditio, ſed apparens donatio. argum. de diuor. quanto. in fin. quod ſi viderit, deneget conſenſum. ſimile de elect. prouida. libro ſexto. & hoc communiter tenetur, & de hoc inf. cap. cum ſeculum.

A D D I T I O.

a Epiſcopi. Adde Hoſtien. in ſum. huius titu in §. qualiter transferatur. verſicu. donatio. Ro. deci. 155. in nouis. Abb. in diſputatione incip. Augerio. Cyn. in l. cum reſponſo. C. de leg.

S V M M A R I V M.

1 *Diœceſis cond itio an mutabitur diuiſa prouincia.*
2 *Layci non poſſunt iura eccleſiarum inter ſe diuidere ſua authoritate. 2.*

Quærimoniam. Inſtituti in eccleſijs per nouos patronos mutari non poſſunt, nec uiciſſitudines eccleſiarum per eos fieri. habet duo dicta. Secundum ibi: viciſſitudines. Quæro de intellectu literæ in primo dicto. Sol. vt in gl. j. quæ intelligit qđ licet patroni mutentur, vt quia mortuo patrono alius ſucceſſit, ſi mutabitur conditio eccleſiæ non dicit tamen glo, in quo, deinde opponit & ſoluit. dic, ꝙ ſenſus eſt, quod patronus nouus non poterit mutare ſectorem. de offi. vica. cap. 2. & per hoc infertur ad ſequentem quæſtionem. Secundo quæro, ſi diuiditur vna prouincia †, quod poteſt princeps ff. de offi. aſſeſ. eadem. an muta-
1 bitur conditio diœceſis. dicit Hoſtien. ꝙ non arg. huius literæ. & ſup. de paroch. ſuper e. & mutabitur multominus ſecũdum cum per diuiſionem. ſ. prouinciarum quam faciunt religioſi inter ſe. quia ſępe mutant quadrata rotundis. Et dicit Goff. ꝙ quamuis nomina in iudicio famil. erciſcun. non veniant diuidenda. ff. famil. erciſc. l. 2. §. fi. & l. hæredes. §. 1. C. fami. er. ea quæ. veniunt tamen diſtribuenda & adiudicanda. ff. famil. er. l. 3. non ſic in iure patronatus, quod nec diuiditur, nec abiudicat. ſed inſolidum permanet apud omnes. de hoc ſup. ca. 1. Tertio quæro de intellectu literę in ſecundo dicto, Vincen. exponit viciſſitudines. i. mutationes vel grauamina, Inn. dicit ꝙ mens eſt quod ordinabant plures patroni ꝙ vnus eſſet patronus ſeu aduocatus vno anno alius alio, quod non

S V M M A R I V M.

1 *Pænitere licet.*
2 *Diſpenſandi habilitas non fit cum impœnitente.*
3 *Pænitentia quo caſu ſufficiat ad euitandam pœnam.*
4 *Venire contra factum ſuum an & quando quis poſsit.*

Cum laici. Summa vt ſ. c. illud. Primo ponit dictũ Secundo ratio ibi, non enim, euacuata. i. vacua pronunciata, ſeu ſeparata. Hoſt. vltimum placet. quia
1 conceſſio eſt nulla: vt in tex. † Nota, quod licet pœnitere a de
a hoc in glo. prima. Oppo. ad hoc vt opponit ea. glo. ibi, alias contra. Sol. vt in ea, & in eo quod dicit, in omnibus delictis permitti pœnitentiam, dic hoc verum in foro pœnitentiali. de pœ. omnis. In quo etiam circunſtantia perſeuerantem aggrauar. de conſu. c. fi. in prin. vbi de hoc. & de eo qui dux. in ma. cum haberet. facit quod no. C. de app. hi qui. de nupt. l. imperialis. Sed in foro iudiciali regulariter pænitentia non releuat a pœna. de elec. quod ſicut. in fi. vbi de hoc. quandoque tamẽ ipſum attentare vel incohare, eſt delictum. de quo in regula in pœnis. li. 6. in fin. quæſtionis. Ad c. ponderet, alleg. in gloſſ.
2 dic, ꝙ loquitur quo ad habilitatem diſpenſandi †, quæ nõ fieret cum impœnitente. de iudi. at ſi clerici. 24. q. 2. legum. etiã ſi pœnitentiam ſimularet. & 50. diſt. vt cõſtitueretur. de tempo. ordi. ex tenore. Ad c. ſi quis præsbyterorum. quod etiam allegat glo. dic, ꝙ loquitur non de pœna criminis, ſed contumacię: vt in d. c. quod ſicut. in glo. vlti. Ex qua colliguntur 6.
3 caſus in quibus ad euitandam pœnam ſufficit pęnitentia † & duo ibi adduntur, quod ibi dixi in §. vlti. in. 1. notab. Alios hic proſequitur Io. And. Eſt enim alius caſus in tutore qui conduxit vectigal, qui ſatisfaciendo vectigali & pupilli rationib⁹ euadit pœnam. C. ne tutor uel curator vel cõ. l. una. & de hoc ff. quod me. cauſa ſi cum exceptione. §. hæc actio. Adducitur caſus in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. ſic igitur. vbi pœnitet officialis qui recepit vltra ſalarium. vel non dicitur ibi, ꝙ officialis emendet. ſed iudex qui negligit illum officialẽ punire ꝙ prætermittit emendat illum puniendo. Alius caſus C. de deſerto. l. 1. lib. 12. vbi deſertor pœnitet, & ſe perdendo pœnam euadit. Ad idem C. de pœna iud. qui ma. iudi. auth. ſed nouo. & ibi concor. in prima glo. Ad idem C. de crimi. ſtel. l. 3. vbi rem primo obligatam, obligans ſecundo ignoranti ſoluens euadit pœnam. Idem in utente inſtrumento falſo. ſecus in fallante. C. ad l. cor. de fal. ſi falſos. de crimi. fal. c. pe. de exceſ. prælato. inter. Idem in eo qui celauit ſeruum fugiuuum, quẽ tamẽ intra 20. dies tradidit domino vel magiſtratui. ff. de ſer. fugiti. l. 1. §. 1. Item hæreticus non relapſus pœnitendo euadit pœnam mortis. de hære. c. penul. & c. ad abolendam. §. primo, & ſequentibus. Et non putat Ioan. And. congruere caſus in quibus ſi poſt culpam infra terminum iuris vel hominis quis non ſatisfaciat infligitur ei a iure excommunicationis, uel alia pœna. Impedit enim pęnitentia. i. ſatisfaciat infligitur ei a iure excommunicationis vel alia pœna. Impedit enim in pœnitentia. i. ſatisfactione nouam pœnam incurrat, quæ etiã poteſt dici pœna contumaciæ. de primo patent exempla de ſepultu, cap. 1. de ſenten. excom. quicunque. lib. 6. de vit. & ho. clerico, ſecunda. de deci. clem. 1. de termino hominis notantur exempla: de rap. excommunicationi. lib. 6. an autem & qñ
4 † quis poſſit venire contra factum ſuum. no. de elect. noſti. de ap. cum ceſſante. de cleri. coniu. diuerſi. in præal. c. ſi quis. & de accu. qualiter. j. Et in hac glo. prima ibi, ſi minor 20. ann. fuerit rogatus manumittere ſeruum qui pluris erat quam legatum quod recepit: reſtituit legatum, & non cogitur manumittere: ibi l. 2. punit qui dixit ſe velle bonis cedere. ibi. §: ſed & reprobari. vide de præben. cum ſecundum. in gl. pen. ibi. §. ſi vero depoſuero. §. pen. & vide de depo. bona fides. §. ſane q. 3, ibi. §. vlti. domum vendens reſeruauit ſibi hæreditatẽ quandiu

A D D I T I O.

a Licet pœnitere. Adde caſus in quibus permittitur pænitentia, vide no. per gl. in c. diuerſis fallaciis. de cleri. coniug.

Digitized by Google

... ſuperſcriptione:& hoc
ſine conſenſu diœceſani,de qua in glo.j.& dixi s.c.illud.Secũ
do no.differentiam inter vendicare & retinere.primum nãq;
2 competit non poſſidenti,de proba.licet.† Tertio no.ꝙ eccle-
ſia poteſt præſcribi iure proprietatis:de hoc,j.in 2.ꝗrio, & in
h.d.Inn.ꝙ ſi finita præſcriptione conſtet de illegitimo titulo.
& de mala fide habitis ante cęptam præſcriptionem, nihilo-
minus tamen,ſalua conſcientia poſſunt illa retinere:quia tu-
ti ſunt authoritate eius qui habet poteſtatem condendi ius,q
hanc pœnam amiſſionis iurium per præſcriptionem inducit
in odium negligentium,& fauorem ſollicitorum. de hoc de
3 pręſcr.vigilanti,& c.fi.† Quarto no.ꝙ pręſcriptio debet eſſe le
gitima,ꝙ exponit glo.2.j.quadragenaria,& in antiqua diceba
tur longa,ꝙ exponebant aliqui.i.longiſſima. Alij aliter intel-
ligebant,dicẽtes,ꝙ longa præſcriptio currebat contra epiſco-
pum:licet non contra eccleſiam.pro hoc quod no. de conſu.
c.fi.in gl.2.lib.6.primum placet.quod intelligitur de quadra-
genaria,quod dic vt de conſue.c.fi.¶Quinto no. ꝙ vbi requiri-
4 tur † conſenſus alicuius,ſufficit ꝙ interueniat ex poſtfacto. ꝓ
hoc de conſue.cum conſuetudinis.& quod ibi dixi.& ꝓ hoc
glo.pe.eſt expedita,quę colligit ꝙ ratihabitio retrotrahit &c.
Et opponit de l.pen.de regu.iur.vbi dr̃,ꝙ non firmatur tractu
temporis quod ab initio non tenuit. ſpecialiter autem quid
dicat prædicta l.vide de excep.cum venerabilis.q.8.ad fi.Solu.
vt not. de pac.c.2.in glo.j.& d.c.cum venerabilis, & in regula
non firmatur.lib.6.Ex quo ad propoſitum dic, quod hic non
dr̃ ꝙ actus confirmetur retro per cõſenſum epi̅ ſubſecutum.
vnde poteſt intelligi quod tenet,vt ex nunc.Sexto no.ibi,niſi
5 ius:ꝙ nemo †poteſt plus iuris in alium transferre,quam ipſe
hẽt.de hoc in glo.vlt.& j.in 2.ꝗrio.Et ex hoc infertur,ꝙ laici
poſſunt in religioſos transferre ius patronatus ꝙ habent.Inn.
s.c.illud. Op.ꝙ donatio laicorum de eccleſijs facta religioſis
ẽt ſecuta præſcriptione nõ proſit.Aut enim monachi habue-
runt bonam fidem,aut malam, primum dici nõ poteſt quod
bonam : quia hoc eſſe non poſſet niſi per ignorantiam iuris,
quæ non prodeſt ad vſucapiendum.ff.de vſucap.l.nunquam.
Si vero malam,non præſcribunt.de præſcr.c.fi. Glo. 2.ſoluit
tripliciter.Primo ꝙ toleratur pręſcriptio propter ſcandalum.
quod eſt diuinare.hoc tamen tenet Guil.Naſo.dicens ꝙ quã-
tum ad præſcriptionem hæc decre.continet gratiam. dicit ẽt
in curia fuiſſe determinatum ꝙ qui non allegat iuſtum titu-
lum,repellatur.ſileat ergo titulum,de deci.dudum. & ſolam
præſcriptionem alleget.de præſcri.de quarta: quod vltimum
non procedit niſi in præſcriptionibus titulum non requiren-
tibus:ſecus ſi requirunt: quia tunc oportet allegare titulum,
& probari.de præſcript. ſi diligenti : & capitulo primo.libro
ſexto. ſed etiam quo ad primum non procedit hæc ſolutio :
quia ſi Papa feciſſet gratiam,non vteretur verbo,mandamus.
pro hoc quod nota.de tempo.ordin. capitulo penultimo, in
gloſſa vltima.Secundo ſoluit glo. ſecundum quoſdam,quod
eoipſo quod poſſident epiſcopo ſciente,& non contradicen-
te,intelligitur epiſcopus conſentire:& vult hęc ſolutio,quod
dicuntur habere bonam fidem propter titulum ex patientia
epiſcopi: hæc ſolutio non videtur procedere per id quod ſe-
quitur in text. ibi. Aut diœceſani habuerunt poſtea conſen-

... ſufficit enim poſſeſſio cum bona fide.vt ibi,niſi ius
commune,vel præſcriptio ſit contra præſcribentem. dicto c.
ſi diligenti. & c.primo.lib.6. Item reuolutio literæ ꝑmiſſa eſt
extorſio. Item in eo,ꝙ dicit conſenſum epiſcopi ſufficere ad
tribuẽdum titulum pręſcriptioni, dic vt dixi de conſue.cum
dilectus.q.2.& de reb.eccl.non alie.cle.prima.ver.ſiquis.q.11.
Innoc.ſoluit negando argumentum, cum dicebatur ꝙ ſi ha-
buerunt bonam fidem,fuit ignorantia iuris. Nam ſecundum
eum non errarunt in iure,quia bene ſciebant ipſum non poſ
ſe eccleſiam dare ſine conſenſu epiſcopi:ſed credebant epiſco
pum conſenſiſſe:& ſic potuerunt præſcribere. argum. ff.pro
donato.ſi vir vxori:& facit conſenſus epiſcopi:non tantum ſi
interuenit tempore contractus:ſed etiam ſi poſtea,j.c.ſugge
ſtum,& poteſt poni exemplum primi:quia fuerunt eis literæ
falſæ oſtenſæ ſuper conſenſu epi̅:vel habuerunt falſam relatio
nem ab alio fide digno.argum.ff.de fur.inter omnes. §.pe. &
hæc ſolu.vera,in eo quod dicit ſufficere conſenſu epiſcopi ſu
peruenientem:quod tamen intellige eo caſu quo licitum eſt re
cipere eccleſias de manu laici cum conſenſu capituli: vt quia
occupant. de his quæ fiunt a prælatis. cum Apoſtolica: &
dixi s.c.illud.& ad prædicta facit j.q.prima,& ſequentibus,ve
ra etiam eſt tertia ſolutio.Et in hac gl.ibi,vſucapiendum,quo
ad hoc æquiparemus vſucapionem præſcriptioni canonicæ:
quia in vtraq; requiritur bonafides.ibi,nunquam:vide hanc,
& ſeq.de præſcriptio.ſi diligenti.q.prima.ibi,non poſſunt: de
rebus eccl.non alie.c.2.lib.6.Et in fine.regula cum quis. libro
6.Secundo oppono ad idem: quia beneficium non poteſt ſi-
ne inſtitutione canonica obtineri.de inſti.ex frequentibus:re
gula prima.libro 6.Solu.per id quod dixi s̃.in tertio notabili:
quia hic præſcribitur eccleſia,vt proprietas,non vt titulus: &
facit s̃.notabili tertio. Tertio oppono ad id quod dixi in texto
notabili,de l.non eſt.ff.de acquir.rerum domi.Solu.vt in glo.
vltima,& idem Tanc.& Gof.Et in hac glo.ibi,nemo plus iu-
ris in alium transfert quam ipſe habeat.ibi,nuper.vbi de hoc.
& j.q.j.c.j.ibi,traditio.non amplius transfert in eum qui acci-
pit quam eſt apud eum qui tradit.ibi,abbati.regula nemo po
teſt.libro ſexto.ibi,non eſt nouum:creditor vendendo dat do
minium pignoris quod non habet; ibi, quamdiu. & l.ſi ceſ-
ſante, creditor cui lex contractus non reſiſtit, vendit pignus
etiam ſi pars maior pecuniæ ſibi ſoluta ſit.ibi,quod noſtrum.
dominus prædij : quamuis vſumfructum non habeat, illum
cedit . ibi , interdum: poſſeſſionem quam quis non ha-
bet,alij tradit: vt cum hærede poſſidens antequam fiat do-
minus ab hęrede illam precario rogat,& ibi exponitur,ibi,ſi-
neauto-

ADDITIO.

a Non poſſunt. Adde quod tales poſſunt ex priuilegio Papæ ſecundum Ant. de But.in c.dilecta.circa princ ver.op.quod commiſſa.de teſti. Io. de Imol. in clem.1.de conceſ.præben.ſuper glo.in verbo præſenti, & dicit Bald.in l. reſcripta.C.de prec.impe.offe.quod rex Anglorum conferi beneficia in ſuo regno ex priuilegio Papæ.& idem tenet Domi. de ſancto Gemin. in c.2. de præben.libro ſexto.

Digitized by Google

qñ affecta eſt; vt quia furtiua, vel rapta eſt; & tunc per quoſcun
que poſſeſſores tranſeat, vitium non amittitur: & ideo præſcri
bi non poteſt. inſti. de vſucap. §. ad hoc. Sed ſi per aliquem res
ſine titulo poſſidebatur, vel detinebatur; vt ex cauſa commo
dati, vel depoſiti, vel conſimili, ſucceſſor eius pro ſuo incipit
poſſidere: & ideo vſucapit pro ſuo. ff. pro hærede. l. pleriq́ue. &
ſic eſt hic: licet enim qui primo acceperint, non habuerint iu
ſtam cauſam poſſidendi, alij tamen qui ſucceſſerunt bene ha-
buerunt iſtam, cum nihil ſciuerint de vitio. Sed dicit Innocẽ.
hoc non poſſe ſtare: quia iſti non poſſident eccleſias donatas
pro ſuo: quia ſuo nomine non poſſident, ſed eccleſiæ: & ſic ec
cleſia quæ malæ cepit poſſidere, nunquam poteſt mutare ſibi
titulum neque fidem. Ad quod tamen dicit Innocent. poſſe
reſponderi, quod licet p̄latus qui male accepit mala fide poſſi
deat: eccleſia tamen cuius nomine accipitur bona fide poſſi-
det: & hic eſt bonus titulus pro vſucapione, niſi res ſit apta, vel
furtiua, & vſucapitur pro ſuo: nec obeſt malus titulus, vel ma
la fides prælati. deinde dicit Innoc. hoc etiam ſtare non poſſe
per capitu. ſupra. de decimis. dudum. Quid ergo dicemus, di-
co quod verum eſt, quod ſi prælatus habet malam fidem, ec-
cleſia non præſcribit; quia bona fides eccleſiæ dignoſcitur ex
ſcientia, vel ignorantia prælati: ſed ſucceſſor ignorans vitium,
præſcribere poteſt, ſecundum prædicta: & quantum ad hoc c.
dico quod cum hic titulus non fuerit licitus, præſcribunt ſuc-
ceſſores pro ſuo. ff. pro ſuo. l. prima. in princip. & quod ibi no.
glo. ff. pro dote, l. prima. §. ante nuptias: vel ſecundum Innoc.
iſti habuerunt titulum propter patientiam epiſcopi ſuſtinen-
tis eo in poſſeſſione, quod non procedit, vt dico in ſequenti
quæſtione: ideo tene primum. Secundo quæro, ſi aliquibus
7 de capitulo nomine capituli ſit facta donatio a laico. † & ca-
pitulum credit epiſcopum conſenſiſſe: an vſucapiat: dicit In-
nocent. quod ſic: & quod vſucapit pro ſuo, vel pro donato. ff.
de vſucap. l. vltima: quod procedit quatenus dicit quod pro
ſuo, non quatenus dicit quod pro donato: quia non ſubeſt ti
tuls talis, ex quo donatio non tenuit, in hoc tamen dicit Inno
cent. poſſe dici, quod epiſcopus permittendo donatarium in
pacifica poſſeſſione, dat titulum, & cauſam poſſidendi. argu.
de his quæ fiunt a præla. c. primo, 2. & 3. & hæc taciturnitas ha
betur pro conſenſu & pro titulo: quod non procedit niſi con
ſtet ipſum ſciuiſſe eccleſiam fuiſſe ꝯceſſam a laico & nullam
cauſam aliam impediuiſſe epiſcopum ne reuocaret: niſi quia
noluit. vnde primum, quod vſucapiant pro ſuo, verius eſt, vt
etiam dixi in proxima q.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficio patronato patronus habet præſentationem, Epiſcopus inſti-
tutionem.*
2 *Patronus an poſſit obijcere aliquod impedimentum inſtituto.*

Si vero. Si patroni eccleſiæ vacantis infra tempus debi
tum non prçſentant: epiſcopus ordinabit eccle
ſiam. Primo ponitur quæſtio. Secundo ſolutio, ibi, fas. Tertio
1 limitatio, ibi. ita. No. quod in beneficio † habente patronum,
ſpectat prçſentatio ad patronum, & inſtitutio ad epiſcopum.
ibi, inſtitutionem & ſic non collatio, de præben. cum in illis,
libro ſexto. Secundo not. ibi, idoneam, quod in beneficijs de-
bent inſtitui idonei. de elect. cauſam, ad hoc. C. de peti. hæred.
l. vltima. Vincen. Quæro, quid valeat inſtituto hçc præſenta-
tio. glo. vltima ſoluit quod nihil, ſed fit vt patronus per hçc ſit
in quaſi poſſeſſione, ne poſtea vexetur. vel ſecũdum Alanum
ſit, ne presbyter vexetur a patrono, primum eſt ex mente. ta
men etiam ſecundum verum eſt. Secundo quæro, ſi patro-
nus non vult hũc præſentare: dic quod nihilominus remane-
bit in eccleſia, ex quo fuit inſtitutus legitime. Tertio quçro, ſi
2 patronus † vult inſtituto aliquod impedimentum obijcere.
videtur, quod poſſet. argum. de æta. & quali. accepimus. Vinc.
contra, cum iam ſit inſtitutus. de app. inſtitutus, ſecundo. Ad
contrarium non reſpondet; dic quod in c. accepimus. auditur
ibi; quia ex aduerſo petebatur, hic autem non poſſit excipi, ex

7 *Ius patronatus an poſſit legari.*
8 *Eccleſia ſi vacabat antequam epiſcopus approbet legatum iuriſpatro-
natus, quis præſentabit.*

Cum ſeculum. Si ius patronatus eccleſiæ deue-
niat ad exemptos, per hoc ius epi
ſcopale non leditur. Primo ponitur exordium. Secundo di-
ſpoſitio, ibi, prohibemus. Et infra in antiqua dicebatur, quod
iſti qui ſeculum reliquerant, vt contemplationi vacarent ab-
ſtinere debebant ab his, quæ erant obuia rationi, vel quæ re-
prehenſioni ſubeſſent, vel famam epiſcoporum denigrarent.
concor. de pac. pleriq́ue. eo. ti. c. fi. lib. 6. de no. ope. nun. c. 2. Em
ptorum, per vos. per quod patroni facti eſtis. præſumatis. ſimi
le de don. inter. de deci. ex multiplici. de religio. domi. c. 2. No.
1 ꝙ ius † patronatus tranſit in emptorem. ideſt cum vniuerſita
te: quod colligitur ex text. iuncta glo. prima. vnde ſecundum
Innoc. hic intelligitur quando villa, vel caſtrum data erant in
feudum: quia tunc trãſit ius patronatus eccleſiæ quæ ſita erat
in caſtro, vel villa. Secundo nota, ꝙ tranſlatio facta per exem-
ptum non immutat naturam, vt per hoc deſinat eſſe de iure
epiſcopi. de hoc in glo. fi. & in ea ibi, habuerunt, quod intelli-
ge ſecundum ea quæ notantur de præb. de monachis: & facit
2 de cenſi. ele. prima. † Tertio no. ꝙ epiſcopo competit ius pa-
rochiale, & dic prochiale, i. diœceſanum. ponitur enim aliqñ
parochia pro diœceſi. de tap. cap. 1. conſiſtit autem ſecundum
Phil. hoc quo ad caſum huius c. in hoc, quod habet inſtitue-
re clericum ſibi preſentatum. 16. q. 2. ſane, & c. ſtatuendum. de
priuileg. cum & plantare. §. in eccleſijs. Oppono, quod feuda
non potuerunt vẽdi. de conſti. quç in eccleſiarum, & quod ibi
no. glo. prima ſoluit, ꝙ venditio facta fuit voluntate domini:
& in ea ibi. Fed. ſ. c. imperialem. de prohi. feu. alie. quam vide.
de feu. c. 2. in glo. penultim. ibi. de feu. de conſtit. quæ in eccle-
3 † Quæro generaliter quibus modis a poteſt ius patronatus in
a alium transferri. glo. e. enumerat tres alios modos vltra ven-
ditionem cum vniuerſitate, ſcilicet per ſucceſſionem &c. vt
in gloſſ. Secundo quæro, in eo quod dixi in prima q. quod ius
patronatus transfertur ſucceſſione. An transferatur etiam in
4 hæredem extraneum. † Quidam quod non, ſed ſolum ad hæ-
redes ſanguinis: quod dico ſupra eodem, in rubrica, quæſtio.
octaua. Alij quod ad hæredes etiam extraneos. 16. q. ſeptima,
conſiderandum; vbi de hoc, & c. ſi plures: quod eſt verius: vt
dixi in dicta quæſtio. octaua, vbi dixi, quod is ſuccedit in patro
natu qui eſt hçres etiam ſi ſit extraneus, & quod hçres ſangui
nis nõ ſuccedit, niſi ita demum ſi eſt hæres. pro hoc, quia ſi ad
emptorem villç tranſitius patronatus, fortius ad hæredem cũ
vniuerſitate hæreditatis: & idem no. ſ. e. clem. 2. in fine. Et in
hac glo. ibi, permutatione. de hoc. 16. quæſt. ſeptima, piæ men
tis. Tertio quæro, in eo quod dixi in primo notabili, ꝙ ius pa-
5 tronatus tranſit cum vniuerſitate villæ, vel caſtri, ſi fundus in
quo erat eccleſia, datur in feudum. An eodem modo tranſit
ius patronatus Inno. ꝙ non, per c. ſ. eodem, ſuggeſtum, & per
id quod no. ſ. eodem, ex literis. Refert alios dicere ꝙ ius patro
natus poteſt ſine aliqua vniuerſitate dari in feudum, ſicut po
teſt donari. ſ. eo. illud. quod vltimum iure non probatur, niſi
dicamus quod probatur hic. Sed intelligendo, vt ſ. in primo
notabili non probatur hic: quia cum vniuerſitate tranſiuit: &
dicit Hoſt. non eſſe verum quod ius patronatus poſſit ſingu-
lariter in feudum dari, cum feudum requirat homagium. 22.
q. 5. de forma. quod pro ſpiritualibus fieri non debet, infra de
regul. iur. cap. ſi ergo; nec pro hoc iure, quod ſpiritualibus eſt
annexum, infra eodem, de iure. ad hoc ſupra c. quærimoniam
quod placet. Ideo intelligo, vt prædixi, quod tranſiuit cum
vniuerſitate.

A D D I T I O.

a Quibus modis. Adde glo. in cap. piç mentis. 16. quæſtio ſeptima. Hoſtien. in
ſumma, huius titu. §. qualiter transferatur, per totum illum §. Pau. de Lea. in
repe. c. nobis. infra eodem.

Digitized by Google

... contractus, nec potuiſ-
ſe reuocari cum eſſet expreſſa inter viuos. ſed eis opponeba-
tur ꝙ non poterat donari ius patronatus ſine conſenſu epiſco
pi. Ad quod reſpondebatur quod non fuerat eis donatum ius
patronatus, cum nondum eſſet, ſed conſtruẽdum erat, in quo
conſtruẽdo debebat epiſcopus ſeruare primam voluntatem,
quę reuocata non erat ꝑ ſecundam: vt ꝓdixi, multa iura hinc-
inde allegata fuere. obtinuit tandem hęres, quaſi donatio non
valuiſſet: vt ſicut non valet in iure patronatus firmato niſi de
conſenſu epiſcopi. Ita non valeat in hoc præparatorio. ff. de
7 ſpon. oratio. de officio delega. præterea. † Quinto quæro, an
a ius patronatus poſſit legari: a vel in illo ſingulariter hæres in-
ſtitui. Solu. cum inſtitutus in re certa habeatur loco legatatij.
C. de hæredi. inſtit. quoties. nota. de teſti. capitulo primo. libro
6. in 4. glo. ſufficit primum proſequi. in quo dicit Ioan. And.
quod ſi legatum factum eſt ecclelię, tenet ſicut teneret dona-
tio. ſupra eodem, illud. Nam legatum eſt donatio. inſtit. de
lega. §. primo. Si autem factum eſt priuato, non valet ſine con
ſenſu epiſcopi: ſicut non valet in vita. facit de ſepultu. de his, &
quod ibi not. & dicit Ioann. Andr. conſilium eſſe, quod a prin
cipio ante teſtamenti factionem, vel ante mortem interue-
niat epiſcopi autoritas, fauore tamẽ vltimarum voluntatum
dicit videri, quod etiam poſt mortem poſſit epiſcopus appro
bare. pro hoc quod not. in dicto capitulo, illud, & quod ibi di-
xi ſupra eodem, cura. in quinto notabili. & coadiuuat hæc
opin. dicentium ſine epiſcopi conſenſu id fieri poſſe. Item,
quia ſi teſtator iuſſit eccleſiam conſtrui, & circa hoc legata fe
cit: conſtat quod neceſſarius eſt conſenſus, vel autoritas epi-
ſcopi in conſtructione. de conſecratione diſtinctione prima,
nemo. de priuileg. autoritate. libro ſexto. & tamen legatum
tenet. de teſta. nos quidem, quæ nota. Sexto quæro circa hoc,
8 † ſi, antequam epiſcopus approbet legatum iuris patronatus,
eccleſia vacabit, an legatarius habet præſentare: an hæres vni-
uerſalis: vel an epiſcopus per ſe ordinabit. Ioann. Cald. format,
& non ſoluit. Gaſpar. dicit, quod hæres præſentabit, quia lega
tum non non eſt transfuſum: dic verius, quod expectabitur
approbatio, quæ retrotrahitur ad diem mortis, a qua cedit le-
gatum. ff. de fur. actio. vnde etiam poteſt legatarius præſenta-
re ſub ſpe approbationis. Secundo quæro, ſi ante approbatio-
nem epiſcopi hæres, vel legatarius donant alteri eccleſiæ. So-
lu. Ioan. Cald. format & non ſoluit. dic quod valet donatio fa-
cta a legatario, ſecuta approbatione epiſcopi, per quam appro
bauit legatum, per rationem de qua in proxima quæſtione.
Octauo quæro, ſi epiſcopus non vult conſentire ex cauſa iu-
ſta, nec per ſuperiorem poteſt compelli, ad quem remanet pa
tronatus. Solu. Io. Cal. dimittit inſolutum. Gaſpar. dicit quod
eccleſia remanebit libera; verius dic, quod ſi legatum non te-
net, conſolidatur hæreditati: & ſic hęres erit patronus ratione
vniuerſitatis ſupra capitu. ex literis.

ADDITIO.

a Poſſit legari. Adde Ant. de But. in cap. primo. in fi. ne elc. vel mo. Ab. in diſpu-
tatione incip. Augerio.

conſenſu epiſcopi. vnde etiam dicit Phi. ꝙ ſemper quando do
natio huius iuris fit priuato, requiritur conſenſus epiſcopi: &
adde quod dixi ſ. eodem, illud. Item dicit Hoſt. ꝙ non proce-
dit glo. in eo quod dicit, ꝙ iſte ceſſit. Nam remittere eſt dare.
de teſti. veniens, 1. de ſimo. querelam. dictum Hoſt. placet. ſed
hæc vltima ratio placet. Eſt enim mens gl. ꝙ ſi ſunt plures pa
troni, poſſint vni eorum relinquere liberam ordinationem,
quod hodie probatur, ȷ. eo. clem. 2. & dixi, ſ. e. c. 1 in 3. q. Item
in eo quod Hoſt. dicit, ꝙ iſte qui dedit ſolus erat patronus, di-
cit idem Hoſt. ꝙ ſolus ſucceſſerat: quia forte alius frater erat
vterinus. ideo non ſucceſſit ſimul cum iſto patre ipſius donã-
tis: vel quia hæc fuit in Anglia, potuit eſſe ſecundum conſue-
2 tudinem Angliæ, † quæ eſt ꝙ primogenitus ſuccedat in to-
tum, quod non eſt de iure ciuili: ſed hę ſunt diuinationes. Et
in hac glo. ibi, ſi libertus 2. de offi. delega. prudentiam. in prin.
q. j. circa fi. ibi. §. ſi fundus, cui debetur ſeruitus plurium, cuiq;
inſolidum competit actio. ibi, ſeruitutes. Quarta. ibi, ſeruitus
itineris ad ſepulchrum priuati iuris eſt, & etiam poſt religio-
nem ſepulchri poteſt acquiri. Quæro quomodo iſti occupa-
uerunt eccleſias. dicit Inno. ꝙ tanquam clerici earundem: &
quod ideo reſtituunt, quia nihil iuris habẽt, cum non fuerint
a patrono ꝑſentati: & exponit literam, ibi, reſtituant: i, in pace
dimittãt patronum ordinare. Et ex hoc no. Hoſt. ꝙ inſtitutus
in eccleſia habente patronum intra tempus præſentandi ſine
pręſentatione patroni, occupator eſt, & tanquam occupator
remouetur. vt hic, & ſ. c. illud. Secundo quæro, ſi patronus de-
b dit alicui b poteſtatem præſentandi: † an poterit ille pręſenta
3 re patronum. Vincent. infra capitulo, per noſtras. dicit quod
non: pro hoc de inſtitu. c. fi. ſecus dicit ſi contuliſſet ius patro-
natus: tunc enim præſentat proprio nomine. & ſic illum con-
ferentem, qui deſijt eſſe patronus, poterit præſentare. Item
Specu. eodem titulo, verſiculo penultimo.

ADDITIONES.

a Donari poteſt. Adde gloſſ. in capitu. paſtoralis, de dona. Hoſtien. in ſumma,
huius titu. in § quid competat patrono. verſicu. ſi quis vtatur. Domi. in ca. 1.
in fin. de vſu lib. 6.
b Si patronus dedit alicui. Adde Ant. de But. in c. cum ſeculum. ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ſua authoritate ſe inſtituere non poteſt. & num. 4.*
2 *Ius ſibi dicere propria authoritate quis non debet.*
3 *Patronus an poſſit præſentare filium. & ſi ſint plures patroni, an poſ-
ſint præſentare vnum de ſe. num. 5.*

Conſuluit. Patronus non poteſt ſibi eccleſiam reti-
nere, vel eam alteri concedere. Primo
ponitur ratio. Secundo diſpoſitio, ibi non decet. Aliqui-
bus alijs, quantumcunque extraneis, & remotis. Hoſtien. No-
1 ta principium, ſanctuarium Dei &c. † Secundo nota, quod
patronus non poteſt ſua authoritate ſe inſtituere. Nam
etiam ſi haberet ius inſtituendi, quod non habet, tamen hoc
2 non poſſet. de inſtitu. capitulo finali. Tertio nota, † quod quis

ſe præſentare J.eodem,per noſtras,ergo nec filium: quia vna
perſona cenſetur.C.de impu.& ali.ſub.l.fin.25.q.3.§.hac auto
ritate.Solu.Goff.ꝙ cenſentur vna perſona iuris fictione, non
ſecundum veritatem.Idem Hoſt.qui ꝑ hoc dicit eodem mo-
do ſolui aliud ſimile contrarium,ſi opponatur per filium,ac-
quritur patri.inſti.per quas perſo.not. acquir. quia illud in his
quæ ſunt iuris priuati pro hoc.ff.de auto.tuto.l.1.§. ſed ſi. vbi
ſicut tutor non poteſt ſe autore ſibi a pupillo ſuo ſtipulari:ita
nec filio ipſius : ſecus in eccleſiaſticis,in quibus filiusfamilias
cenſetur maior.de iudi.c.vltim.lib.6.ad hoc de procu. qui ge-
neraliter,2.reſpon.lib.6.poteſt ergo patronus filium præſenta
re:vt prædixi,dummodo ſit idoneus,quod etiam tenet glo.c.
quia clerici.& idem Inno.hic.& Spe.eo.titu.ad fin.quod pro-
cedit ſecundum Hoſt.ita tamen quod non moueatur carnali
tatis amore:tunc enim non licet,etiam ſi præſentet dignum.
de præb.graue.vt eccl.bene.c.vno.pro hoc quod no.de æta. &
quali.tuam.& ad prædicta facit J.q.ſeq. Secundo quæro, ſi is
ad quem ſpectat electio , vel præſentatio compromitti in pa-
trem patroni,forte legitime factum clericum,an poſſit ab eo
eligi,vel preſentari.de primo Hoſt.de elect.quia propter.alle-
gat quod ſic:quia tale compromiſſum non eſt:& qui dicit ꝓ-
rium det ius expreſſum. ff.de ꝓb.ab ea parte:ꝙ ſi de fraude,&
ambitione conſtat,non valet electio. In dubio adhuc videtur
idem dicere.dicit tamen Papam conſulendum.& pro hoc ꝙ
electio ceſſante fraude valeat.facit quod dictum eſt in ꝓxima
quæſtione de patre preſentante filium,& ſufficit hoc non eſſe
prohibitum,cum edictum de eligendo ſit prohibitorium,ſi-
cut edictum de matrimonio contrahēdo,de ſpon.cum apud.
Item, ſi pater eſſet canonicus in eadem eccleſia, filius poſſet
eligere patrem,& econuerſo. dic ꝙ in vtroq; quæſito tam de
eligente quam de præſentante,quod non poteſt compromiſ-
ſarius eligere compromittentem, ſiue ſit filius,ſiue alius : &
hoc de eligēte tenet Io.An.& idem in præſentatione eadem.
Idem,quia facit,vt ꝓcurator compromittētis:& ſic ipſe com
promittens videtur hoc facere.regula qui per alium. libro 6.
hoc autem ipſe non poteſt:de inſti.c.fin.& quod no.ſupra ca.
5 proximo.Tertio quæro,ſi ſunt plures † patroni:an poſſint ꝑ-
ſentare vnum de ſe.gloſſa vltima,quod ſic,ſimile in decurio-
nibus qui vnum ex ſe dant tutorem.ff.de tuto. & cura. vbi ab
ſunt.quod tenet Specu.eodem titu.ad fin.

ADDITIO.

a An patronus.Adde Hoſt in ſum.huius titu §.in quibus,in vltima col.ver.ſed
nunquid filium.Ant.de Bu.& Abb.in c.ex ore.in j.no.de his quæ ſi.a ma.par.
cap Abb.in c.ad noſtram,in vltim.not.de inſti.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus vendi non poteſt .*
2 *Venditione iuriſpatronatus reſciſſa an precium remanebit penes ven-
ditorem .*
3 *Patronatus conuenit & diſconuenit cum ſpiritualibus.*

De iure. Ius patronatus vendi non poteſt. Oppono ſ.
eo.cum ſeculum. Solu.ſcum vniuerſitate po-
teſt alienari,vt in contrario,per ſe non,vt hic : quod dic, vt in
glo.prima.Et in ea ibi,ex literis.hoc non probat illud c.ſed in-
1 tellige,vt ibi no. † Quæro quæ eſt ratio ꝙ ius patronatus non
a poteſt vendi a.Solu.vt in glo.vlti.& in ea ibi,hanc legem:non
eſt ſuperflua hæc adiectio in venditione,ſi quid ſacri,vel reli-
gioſi.refertur enim ad modicum : ſed ſi totum eſſet religio-
ſum, vel ſacrum,nulla eſſet emptio.ibi.l.4.liberi hominis loc
ſacri & religioſi ſi ab ignorante ſit emptio,obligatur vēditori
2 Secundo quæro,reſciſſa venditione patronatus †an precium.
remanebit penes venditorem:videtur ꝙ ſic,ne reſtituatur em
ptori malæ fidei.C.de euic.ſi fundum.de præſcrip.30.an.l.pri-
ma,communia vtriuſque iudi.ſi fratres.In contrarium : quia
non debet quis cum alterius damno locupletari.12.q.2.frater
nitas.ff.de condi.inde.nam hæc.regula locupletari.lib.6. Vin.
dic,vt ibi dixi. ſufficit etiam in hoc, quod ...
ſum eſt quod priuētur emptores iure patronatus:qa emerunt
ibi minus bono zelo,vt poſſent præſentare filios,vel nepotes.
de qua intentione hic nihil dicitur.nec debet pœna illius c.ex
tendi ad alium caſum:& ſi dicas ꝙ ſicut in c. de hoc. pecunia
datur eccleſiæ:ita & hic fieri deberet:quia idem ius debet eſſe
de patronatu quod eſt de ſpiritualibus,cum ſit ſpiritualib.an-
nexum.de iudic. quanto. dico ꝙ licet in aliquibus conueniat
3 †cum ſpiritualib.in multis diſconuenit.Nam ſpiritualia non
tranſeunt cum vniuerſitate:vt dixi ſ.e.ex literis,& patronatus
ſic:vt ibi. Ad.§.ſi quis aūt ante.& ſeq.dic ꝙ loquitur in eo. ca-
ſu cum c.de hoc.cum datur pecunia pro ſpiritualib. ad e.ſiqs
in atrio,dic eodem modo ꝙ loquitur in alio caſu:quia tunc
pecunia applicatur eccleſię læſæ:alias extra caſus expreſſos ta-
lis pœna non eſt imponenda . Ex his reſpondetur ad inducta
pro opin. Vin.præterquam ad illud quod in pari cauſa turpi-
tudinis &c.Ad quod non poteſt bene reſponderi.vnde vera vi
detur eius opin. ſed nec ius patronatus remanebit emptori,
cum venditio non teneat , vt hic. nec reſtituetur venditori:
quia quantum in ſe fuit abdicauit a ſe.argument.ff.de calum.
in hæredem:vbi turpiter acquiſitum applicatur fiſco:ſed hoc
caſu poſſumus ſtare capitu. quia clerici , ſupra eodem, quod
eccleſia remaneat libera.

ADDITIO

a Non poteſt vendi.Adde ca.cum ſeculum,ſupra eo.Paul.de elea.in diſpu.inc.
eccleſia ſancti Martini.in 10.colum.

SVMMARIVM.

1 *Patronus eccleſias vel decimas ſine conſenſu epiſcopi vel Papa confer
er non poteſt.*
2 *Conſenſus epiſcopi quando requiritur in actu , non eſt in eius libertate
conſentire vel diſſentire.*
3 *Verba cum effectu intelligi debent.*
4 *Laycus an poſſit dare eccleſiam quo ad ius patronatus quod habetur.
& num.5.*

1 Nullus. †Patronus eccleſias vel decimas ſine conſenſu
epī,vel Papæ ēt religioſo loco ꝯferre non pōt.
hēt duo dicta.ſecundum ibi,& ſi quis laicus.idem de clerico.
canonicis.i.eccleſijs canonicorum regularium, vel ꝑprie no-
luerit,dēt.n.ꝯſentire ex quo expedit monaſterio,ſicut ꝯſidera
tur in arrogatione,an expediat pupillo. Inſti. de adop. §.cum
aūt impub.Vin.pontifici.de reg.licet,ver.ſi vero. No.ꝙ qñ in
2 actu requiritur †ꝯſenſus epī, non eſt in epī libertate ꝯſentire,
vel diſſentire.Nam,ſi ſine cā diſſentit,ſupplet ſuperior: & ad
hoc quotidie allegatur,ꝓ hoc , qa ēt ſi committatur arbitrio
iudicis,non tñ eſt in eius libera voluntate,ſed intelligitur arbi
trio boni viri,ꝙ dico de dila.c.1.Op.in eo ꝙ Papa interdicit lai
cis offerre decimas & cętera eccleſijs.Nam debuit ēt ꝓhibere
& fortius ipſius eccleſijs ne recipiāt,cum ſit in eis maius pec-
catum.ar.de iureiu.cum qdam.So.in eo ꝙ dicit ꝙ nullus offe
rat,ſupplet Vin.nec monaſteriū recipiat.inducit de cape.mo.
c.j,in j.compil.Tan.& Phi.alle. ſ.e.cura. & dic ſm Hoſt.offe-
rat.ſ.cum effectu:nō.n. eſt oblatio cum effectu ſi non recipiē.
3 Verba †aūt cum effectu dēnt intelligi.de cle.nō reſi.relatum.
de eo q mit.in poſ.c.j.ꝯferat,ꝙ in idem incidit.Secundo op.ꝙ
4 laicus †poſſit dare eccleſiam quoad ius patronatus ꝙ hēt. de
do.inter virum & vx.nup.So.hēt de graria.ſ.e.c.3. nec de ipſo
diſponere pōt ꝯ iura:qa priuata diſpō &c.ar.de teſt.requiſiſti.
Item ipſum ius patro.bñ pōt dare monaſterio,J.e.c. vno.li.6.
ſed eccleſiam non,ſ.e.illud,licet gl.2.innuat,ꝙ ēt ꝯferendo ec
cleſiam intelligatur dediſſe ius patronatus,& ꝙ non valeat do
natio.vel ſm alios innuit,ꝙ ēt ius patronatus non poſſit dare,
ꝙ tenet hęc glo.3.cuius ꝯrium determinetur per d.c.vnicum
& ſic vera eſt opi.Vin.de qua in eadem glo. Et in ꝑdicta gl.2.
ibi,ius patronatus,quod non placet: quia licet eccleſiam non
poſſit

in eo quod hic dicit, nunciandum Papæ, an ſufficiat nunciare metropolitano. videtur quod ſic, ſupra eodem, ex literis. 16. q. prima. filius. Tancred. & Phil. vt eius officio compellatur epiſcopus conſentire. C. de bon. quæ libe. l. vltima: Goffr. 8. qõ. 3. Artaldus, nona, quæſtione tertia, nunc vero. pro hoc ſupra de officio ordinarij, ad reprimendam, & capitulo, duo ſimul, & capitu. quanto. in fine. & capitulo, irrefragabili. §. exceſſus, in Auth. de eccl. ti. §. ſi autem pro redemptione, & ſequen. col. 9. Hoſtien. In contrarium facit hæc litera, quæ ſpecifice dicit, ꝙ Papa: per quam videtur hic eſſe ſpecialis caſus, quod recurrendum eſt ad Papam: ſimile de regula. licet. ver. ſi vero. cuius intereſt communib. &c. de immu. eccleſiarum aduerſus. Item, quia metropolitanus non eſt iudex niſi in caſibus notatis de officio ordinarij, paſtoralis. Item, ſi voluiſſet intelligi de metropolitano, hoc addidiſſet. de electione, ne pro defectu. de decim. ad audientiam. Hoſtien. placet pars ſecunda. Ad contraria dicit quod procedunt in ſuis caſibus. Ioan. And. dicit, quod aut quæritur an metropolitanus poſſit compellere, & vera eſt ſecunda. quæ opin. æqua videtur: quia primo caſu iudicat de ipſo ſuffraganeo. Secundo caſu iudicat inter ſubditos ſuffraganei. Ioan. Cald. dicit, quod ſi epiſcopus monitus per archiepiſcopum recuſauerit, vel neglexerit, archiepiſcopus id poterit, nona, quæſtione tertia, cum ſimus, quod non procedit, quia non ſupplet archiepiſcopus niſi in caſibus in iure expreſſis. de ſupplen. negligen. prælatorum, capitulo primo. libro ſexto. dico de officio ordin. duo. contrario tertio, nec capitulum, cum ſimus. hoc exprimit. Secundo quæro, ſi epiſcopus ex iuſta cauſa denegauit. Solu. vt in gloſſa vltima, & in ea ibi, in fine. ſic de reſcript. ſi quando. vbi de hoc.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutio ſpectat ad epiſcopum, non præſentatio.*
2 *Alienigenæ non debent inſtitui in eccleſiis.*
3 *Epiſcopus quando poſſit præſentare apud ſe ipſum vt patronus.*

Significaſti. Si epiſcopus in eccleſia alterius diœceſ. eſt patronus, ab eo præſentatus, ſi eſt idoneus, debet admitti. hoc dicit ſecundum vnam lecturam, ſecundum aliam non refert an ſua diœce. an in alia: vel ſecundum tertiam. Si epiſcopo per patronos fuit conceſſa præſentatio: præſentati per eum ſunt inſtituendi. & hæc lectu. declaratur, infra contrario primo: ſecundo, & tertio, & dic vt in dicto contrario tertio. in fine. Primo ponitur quæſtio. Secundo ſolutio, ibi, perſonæ. præſentationes, ideſt ius patronatus. eccleſias. ideſt cappellas. earum, ideſt eccleſiarum. eccleſijs: cathedralibus. Goffred. idoneę. intelligitur, ſupra ſi vero. Adepti. ex liberali donatione. ſecus ſi dato aliquo temporali, quod non licet, ſupra capitulo, de iure. Oppono, quia ad epi-
1 ſcopum ſpectat † inſtitutio, non præſentatio. 16. quæſtione

Gloſſ. ſoluit recedendo ab intellectu proxime dicto quo ad capitu. ſi quis clericorum: dicens, quod litera illius capitu. non dicit quod dicit Hugo. ſed dicit, quos deſiderat clericos ibi ponere. In quo dic. quod illa litera hoc probat: quia indiſtincte loquitur, & ſic poteſt ponere illos de ſua diœceſi, vel de aliena: quia vbi lex non diſtinguit &c. ff. de public. de precio. de coniug. leproſi. capitulo ſecundo. Hoſtienſis. dicit quod de conſuetudine quilibet patronus etiam laicus præſentare poteſt idoneum clericum ibi, vnde originem duxerit. argument. de iudicijs. cum deputati. de inſtitut. ad decorem: & hoc præſupponendo tollitur præcedens ſolutio. Petr. & Abb. dicunt dictum Hoſtien. eſſe contra iſtud cap. a contrario, volunt dicere, quod cum ſpecialiter hoc permittatur hic epiſcopo, per conſequens prohibetur alijs. ff. de iudi. cum prætor. de præſumpt. nonne. de hoc dic, ut infra eodem contrario. dicit etiam Hoſtien. quod eſt dare caſum in quo patronus non præſentat niſi de eadem eccleſia, infra capitulo penultimo, ꝙ dic, vt ibi. Ioan. Andr. dicit per cap. fin. de cleri. peregrin. epiſcopum præſentare poſſe clericum vndecunque genitum reſpectu eccleſię quæ eſt in diœceſi, in qua inferior inſtituit: & ſic videtur velle, quod in aliena diœceſi non poſſit præſentare niſi de diœceſi illa. ſed hic intellectus non ſonat cap. ſi quis epiſcoporum. prealleg. quia ibi loquitur quando epiſcopus conſtruit eccleſiam in territorio alienæ ciuitatis, & tamen dicit inſtituendos illos quos voluerit epiſcopus: & ſic non poſſunt reijci, ex eo quia dicantur alienigenæ, & ſecundum hoc ſaluatur primus intellectus: & tunc dic non eſſe verum quod dixi ſupra ſecundum Hoſti. quod idem ſit de patrono laico. Nam ſi talis præſentat alienigenas, poteſt epiſcopus qui habet inſtituere, eos reijcere, & hoc ſecundum tempora illius cap. ſi quis epiſcoporum. ſed hodie non ſeruatur. Inſtituuntur enim vndecunq; geniti, etiam ſi præſententur per patronos laicos, dum tamen ſint idonei, & ſic hodie nulla ſpecialitas in epiſcopo: vnde ad hoc, vt hoc cap. inducat aliquod ſpeciale in epiſcopo, poteſt tertio legi, vt ſupra dixi in tertio ſummario, quod hic non ius patronatus, ſed præſentatio tantum fuit tranſlata in epiſcopum, pro hac litera: ibi, præſentationes: & dubium erat: quia non diſtinguebatur an tranſlata fuiſſet ante vacationem, an poſtea. Item, an fuiſſet tranſlata cum vniuerſitate, an ſine: & tamen dicitur hic, quod tranſlatio tenet, & ſic legẽdo ponuntur hic duo ſingularia primum contra capitu. fina. de concel. præben. ſecundum contra eodem, ſupra capitu. ex literis, & c. cum ſeculum, & cap. de iure. ſed quo ad hoc vltimum dic quod nulla eſt ſingularitas: quia epiſcopus acquiſiuit patronatum nomine eccleſię, vt in text. ibi, pro eccleſijs: poteſt autem patronatus dari eccleſiæ etiam ſine aſſenſu epiſcopi. e. titu. cap. vno. in prin. lib. 6. ſed quo ad c. fin. de concel. præb. dic ꝙ fraus quę ibi præſumitur ceſſat hic, ex eo ꝙ translatio facta fuit in epiſcopum, ꝙ eſt valde notabile: & hunc intellectum alias poſui, tamen non vr̃ fuiſſe de mente. ſummarius tamen

argum.ff.de adop.ſi conſul.de elect.cum inter.in fin.Hoſtien.
dicit quod inſtituet ſine alia præſentatione,ex quo remotum
eſt impedimentum,& inſtituet ſuo iure.16.q.7.nullus.ad hoc
quod no.de off.archi.cum;ſatis.de off.ord.irrefragabi.dicit Io.
And. dictum Gof. procedere quando is qui donauit habebat
compatronos.alleg.dictum Hoſt.quod placet: quando enim
is qui donauit erat ſolus patronus, ſublatum eſt impedimen-
tum patronatus.vnde,vt prædixi,epiſcopus inſtituet,cum ha-
beat præſentationem iure proprio.ſecus ſi haberet iure alieno
tanquam compromiſſarius.d.c.inter.& quod no. de elect. vt
circa.lib.6 in glo.2.& dixi de ele.ne pro defectu. Secundo quę
ro de intellectu literæ,ibi,poſt promotionem,Solu.hoc indu
citur ad indicandum quod præſumi debet acquiſitionem fa-
ctam intuitu eccleſiæ.de teſtam.cap.primo.& capitulo. vt di-
xi in tertio contrario,donari epiſcopo nomine eccleſiæ, non
autem ſic potuiſſet laico, vel clerico intuitu perſonæ: quod
dic vt ſupra eodem,illud.

S V M M A R I V M.

1 *Opinio præfertur veritati quandoque.*
2 *Præſentare eſt fructus iuriſpatronatus.*
3 *Præſentare videtur eſſe fructus naturalis,& non effici bonæ fidei poſ-
ſeſſoris.*
4 *Patronatum mala fide poſſidens an faciat fructus ſuos.*
5 *Poſſeſſor bonæ fidei poſt litem conteſtatam fit malæ fidei,& tenetur fru
ctus reſtituere.*
6 *Poſſeſſor bonæfidei quis dicatur.*
7 *Prætor tuetur facta eius qui poſſidet eo authore.*

Conſultationibus. Inſtitutus ad pſentationē
eius qui ius patronatus ec-
cleſiæ poſſidebat, non remouetur:licet illud ius ab eo poſtea
euincat.ſecus ſi non poſſidebat: ſed tñ credebatur eſſe patro-
nus.habet duo dicta. Secundum ibi,ſi vero. Pars de of dele.de
1 donario.conſultationibus.† Nota quod opinio quandoque a
a præfertur veritati,de hoc in glo.prima. Et in ea ibi,cum olim.
per quæ iura æquiparamus præſentationem : electionem : &
prouiſionem:quo ad commodum poſſeſſionis.ibi,eſt hic.ar-
gum.ſecundum Tancre.ibi,nuper. dic vt ibi. Secundo nota,
quod non ſufficit rem deduci ad caſum a quo non potuit in-
cohare.de hoc in gloſſ.2. Et in ea ibi l.2.incipit nec enim.vide
de adulte.c.fin.q.prima.ibi.§.caſum.vide de ætate & qualitate
c.fin.contrario tertio. ibi,neque furioſus. Ala. regula factum
legitime.libro ſexto.ibi,ſancimus. loquitur de eo quod ſolu-
tum eſt tutori iudicis autoritate.neque furioſus. Alanus. ibi,
Gratcus.loquitur de marito qui caſu quo potuit occidit adul
2 terum. Tertio nota,quod præſentare † eſt fructus iuris patro-
natus:quod dico j.quæſt.prima. vnde ſicut poſſeſſor bonæfi-
dei facit fructus ſuos. Ita tenet etiam præſentatio ab eo facta:
& ad hoc quotidie allegatur.pro hoc quod hic dicitur in glo.
penu. Et in ea ibi,ſed hæc res violenta non præſcribitur.Quæ-
ro,quæ eſt ratio decidendi in primo dicto, Solu. patet ex eo,
quod proxime dixi : quia poſſeſſor iuris patronatus poteſt vti
fructibus:& per conſequens præſentare. Et dic quod hoc po-
teſt lite pendente: vt text.licet gloſſa penultima, de hoc quæ-
rat. ſed ſoluitur in text, & pro hoc ſecundum Innocentium ,
quia lite pendente &c. vt lite pendente, capitulo primo & ſe-
cundo. Nam is qui ab initio eſt bonæ fidei poſſeſſor, etiam
poſt litem conteſtatam dicitur bonæ fidei, quantum ad hoc,
vt faciat fructus ſuos,vt compleat vſucapionem triennij.Item
vt non præſtet interim,id eſt non ſoluat, niſi intelligat ſe de-
bere.immo etiam ſi intelligeret,ſe debere, non tenetur ſi iu-
ſtam cauſam habet litigandi.ff.de rei vendi.vtique,de petitio.
hæreditatis,illud.ad idem;quia facit fructus ſuos. ergo ſi fru-
ctum alienat, is in quem alienauit, non patietur controuer-
ſiam. Nam præſentare eſt fructus iuris patronatus ; quod ſin-
gulariter nota. & ad hoc quotidie allegatur , ſic & eligere eſt
fructum iuris eligendi,de cauſa poſſeſſionis,cum eccleſia.vbi
3 de hoc.Oppono ad hoc,quia præſentare † videtur eſſe fructus
ctus ſuos: quia tenet præſentatio, ...
temporis habet inſtitutus recognoſcere in patronum eum,
qui euicit,ſupra eodem,ſi vero , & de hoc infra quæſtione ſe-
4 quenti . Secundo quæro,ſi quis poſſidet † patronatum mala
fide,vt quia per violentiam, vel alio modo ſine autoritate iu-
dicis:an faciet fructus ſuos.dicit Innocent.quod non, per l.C.
de rei vendi.certum.ff.de rei vend. ſi nauis. & ſic dicta in pro-
xima quæſtione intellige de poſſeſſore bonæ fidei. Dicit ergo
Innocent quod præſentatus a poſſeſſore malæ fidei repelletur
ab eccleſia:quia præſentatus non potuit in eum transferre fru
ctum quem non habebat . Oppono ad hæc quę dicta ſunt in
duabus proximis quæſtionibus : maxime in eo quod dixi in
proxima quæſtione , quod lite pendente poſſeſſor præſentat:
5 nam poſt litem conteſtatam poſſeſſor † bonæ fidei fit malæ
fidei,& tenetur fructus reſtituere.C.de rei vendi. certum.So-
lu. Innocent. videtur ſtare contrario : dicens quod etiam lite
conteſtata interrumpitur præſcriptio longi temporis . C.de
acquirenda poſſeſſione,nemo.de præſcript.30.anno.cum no-
tiſſimi. Dic melius,quod dummodo non moueatur quæſtio
ſuper poſſeſſione, licet mota ſit ſuper iure patronatus, tene-
bit præſentatio.ſupra eodem,ex literis : vbi dixi : & dico infra
quæſtione quarta & quinta . Dicit etiam Innocent. quod eſt
etiam caſus in quo bonæ fidei poſſeſſor ab initio poſt litem
conteſtatam non remanet omnino bonæ fidei : nec omnino
cenſetur malæ fidei. ff. de rei vendicatione . Iulianus.tenetur
etiam de fructibus perceptis poſt motam litem ſi mora præ-
ceſſit , alias non . de hoc quomodo teneatur poſſeſſor ad fru-
6 ctus:dic vt dixi de reſtitutione ſpoliatorum,grauis . † Tertio
b quæro quis dicitur b poſſeſſor bonæ fidei:dic quod is qui non
eſt malæ : vt quia credit rem ad ſe ſpectare. Item is qui poſſi-
det iudicis autoritate . ff. de acquirenda poſſeſſione . iuſte.ne
vis fiat ei qui in poſſeſſ. mitt. ſi qui miſſus. de eo qui mitt.in
poſſeſſione,capitulo primo,ſecundo,& tertio,& hoc ſi iudex
ordinate proceſſit. Nam ſecundum Innocentium,ſecundum
quod dixi ſupra quæſtione proxima. ſicut ab eccleſia expelli-
tur præſentatus a malæ fidei poſſeſſore. Ita etiam expelletur ſi
miſſus eſt in poſſionem autoritate iudicis, inordinate. C. ſi
per vim,vel alio modo , lege vltima. Quarto quæro,ſi patro-
nus mala fide poſſidet,authoritate tamen iudicis,qui ordina-
te proceſſit.dicit Innocen.quod licet patronus quoad ſe ma-
la fide poſſideat: tamen is qui ab eo bona fide recipit eccle-
ſiam non dimittet eam. argument. C. vnde vi. ſi quis in tan-
tam . Nam facta † eius qui poſſidet authore prætore tuetur
prætor.vt nota.de electione,nihil.pro hoc. ff. quod cum falſo
tuto.l.prima.ff.de minori.ait prętor. §.quid tamen . Oppono
ad hoc,quod immo non teneat præſentatio,ex quo patronus
erat malæ fidei,& ſic non facit fructus ſuos,ſecundum eo quę
ſupra quæſtione ſecunda . Innocent. videtur ſtare contrario
dixi . dicit enim poſſe dici quod aliud eſt in patrono qui non
nititur autoritate ſuperioris,nec publico officio.Ideo in eo lo
cum habet quod no.in dicto c.nihil.ſed in prętato ſecus.vnde
licet pronuntiatum ſit quod ſit patronus:tamen cum habeat
malam fidem,non faciet fructus ſuos:vt prædixi. argum.ff.de
condic.indeb.Iulianus:vbi dixit quod ſententia non facit ius,
ſed declarat.quod dixi de concet.præben.propoſuit.quod no.
videtur tamen verius , quod ſupra dixi , quod etiam ſi patro-
nus ſit malæfidei:tamen ex quo habebatur pro poſſeſſore bo-
næ fidei,nec aliquis ſe oppoſuit , debeat præſentatus inſtitui:
nec poſtea debeat remoueri,etiam ſi quis modo docere velit
illum fuiſſe malę fidei.pro hoc quod dixi ſupra eodem,ex lite
ris,contrario tertio . Nam ex quo inſtitutus eſt autore præto-
re,poſſidet

A D D I T I O.

a Opinio quandoque Adde Abb.in capitulo, Apoſtolicam de presbyte.non
bapt. Ludouicus Romanus conſilio 161.alias 162.
b Quis dicatur. Adde text.in capitulo,ſi virgo.34 quæſtione ſecunda,doctor.
in regula poſſeſſor.de regulis iuris libro ſexto.

1 *Patronatus quæſtione pendente qui præſentabit.*
2 *Iuriſpatronatus cauſa non poteſt niſi in foro eccleſiaſtico tractari.*

Eam te. Si patronatus controuerſia intra ſex menſes terminata non ſit: epiſcopus libere inſtituit. Pars de ætate & qualitate. eam te. idonea. melius diceret de perſonis idoneis. In antiqua ſequebatur, ſublato appellationis obſtaculo. Oppono, quod non debeat expectari per ſex menſes: ſed quatuor tantum, ſupra capitulo, quoniam, infra eodem, cum propter. Gloſſ. ſoluit, & dic, vt in ea. vel melius dic, quod aut eſt quæſtio inter patronos eccleſiaſticos, id eſt, quibus competit patronatus ratione eccleſiæ, & procedit hæc litera. Aut inter patronos laicos, & procedunt cõtraria: & idem in patronis clericis ex patrimonio. argum. infra eodem, cum dilectus, & præmiſſa differentia probatur, infra eodem, capitulo vno. libro ſexto. Et in gloſſa ibi conſiderandum. vbi de hoc. ibi, quidam. Petr. Hiſpan. & Abb. Et in fine facit quod nota. de officio archidiaconi, ad hęc. Secundo oppono, quod
1 pendente † quæſtione præſentare poſſit qui poſſidet patronatum, ſupra eodem, ex literis, & capitulo, conſultationibus. Solu. iſta procedit quando non conſtat quis poſſideat ſecundum Hoſtienſem. Innocent. remittit ad notata, ſupra eodem, capitulo primo. Quæro ſi vertitur quæſtio inter perſonam eccleſiaſticam & ſecularem: vt ſupra eodem, ex literis, videtur quod debeat expectari per ſex menſes. de arbitri. per tuas. de conſecratione eccleſiæ, quod in dubijs. In contrarium de officio delegati. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. Solu. ſi clericus eſt reus, expectabuntur ſex menſes: ſi laicus, quatuor, quia actor ſequitur forum rei. de foro competenti. cum ſit. Hoſtien. qui dicit hoc verius quam quod notauit in ſumma. eodem §. in quibus. verſiculo, vbi autem. vbi dicit ſpectandum tempus ſex menſium per iura ad hoc allegata. Ioann. Andr. tenet hoc vltimum, maxime, quia in hac cauſa forum clerici, & laici eſt commune, cum niſi in eccleſiaſtico foro poſſit hęc cauſa
2 tractari. † de iudicijs, quanto. & facit quod nota. eodem, libro ſexto. quod placet: quia ex quo mixtio ſurgit ſine facto clerici, non debet ei præiudicare: ſecus eſt in §. ſi vero duo: quia ibi ſurgit ex facto delegati accipientis ſubdelegationem.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ non debent cogi ad albergarias, & ſimilia onera.*
2 *Pœna grauantium eccleſias.*
3 *Conſtitutio quo caſu concernat præterita.*
4 *Iuſpatronatus an donari poſſit.*
5 *Ius incertum vendi poteſt.*
5 *Patronus & aduocatus qualiter differant.*
7 *Layci an poſſint acquirere titulum aduocatiæ in eccleſia.*
8 *Patrono cum competunt certi redditus, an poſſit eos vendere,*
9 *Patronatus an tranſeat cum venditione redditus ipſius.*

ma. Secundo oppono in eo quod hic prohibetur donatio iu-
4 ris patronatus, † contra id ſ. capitulo illud. Gloſſ. vltima ibi remittit. Alan ad literam ibi contractus, ſuppler non gratuitos, & ſic ſtat contrario. Sed hæc ſuppletio eſt contra tex. referendo illud verbum, contractus, ad id quod præmiſit. ibi, donationis, ſolue ergo aliter ſecundum Gof. quod iſti donabant laicis ius patronatus ſine conſenſu epiſcopi, quod fieri non poteſt, ſ. eodem, ex inſinuatione, infra eodem c. vnico, lib. 6. tertio ſecundum Inno. hic de aduocatis qui non ſolum non poſſunt vẽdere, immo nec donare ius aduocationis: ſecus in patronis qui donare poſſunt ius patronatus. dicto cap. ex inſinuatione. Ratio diuerſitatis ſecundum eum, quia patronatus eſt quaſi ex debito, aduocatia de gratia tantum. Et idem dicit Inno. in guardijs & cuſtodijs & conſimilibus, vult dicere, quod etiam in talibus nõ tenet donatio. hæc ſolutio præſupponit quod ſit differentia inter patronatum & aduocatiam: quod dico infra ꝙ̃ prima, præſuppoſito autem quod ſint idem, non procedit hæc ſolutio. Item hanc ſolutionem redarguit Hoſtien. dicens ius patronatus non eſſe ex debito, per cap. 4. ſupra eodem. Ad quod dic quod nec Innoc. hoc dicit: ſed dicit quaſi ex debito: quarto ſoluit Innocent. quod prohibentur donari aduocatiæ & ſimilia iura eo modo quo faciebant iſti, qui dicebant hoc eſt ius meum, quod extorqueam a ruſticis talia, & tamen illa ſtatuta non erant, & ſic dicit Innocen. poſſe loqui ſ. eo. quia clerici. dicẽs quod ſi iſti ſtatutos redditus & legitimos donẽt, & etiam forte vendant, hoc non eſt inhibitum: hæc ſolutio diuinat: quia non apparet ex tex. ꝙ donarent modo præmiſſo: immo illud de extorquẽdo ponitur in tex. pro vitio diſtincto. vnde tenenda eſt ſecunda ſolutio pręmiſſa. Tertio oppono ad vltimam ſolutionem datam in pręcedenti contrario, in eo ꝙ dixi ꝙ ſi iſti venderent ſtatutos redditus & legitimos, teneret contractus. Nam ſi hoc eſt verum, ergo licet non teneat venditio quo ad id ꝙ eſt illicitum. ſ. ſi vendunt eo animo, vt extorqueatur ab eccleſia, ſaltem debet tenere quo ad redditus licitos: arg. de dona. paſtoralis. Sol. Inno. ꝙ cum non ſint determinati redditus huiuſmodi officiorum, non tenet venditio rei quæ non eſt: vel quæ eſt incerta. ar. ff. de contrah. emp. in lege. iuris autẽ patronatus iura ſunt certa ſ. eo. ex inſinuatione. hęc
5 ratio non placet Hoſt. quia † ius incertum poteſt vendi, puta ius ꝙ in hæreditate habeo. Item iactus rhetis. ff. de hæredi. vel act. ven. nam hoc modo. de act. emp. ſi iactum: & ſufficit ꝙ certum ſit præcium, licet incerta ſit res, quia ſolius ſpei eſt emptio. ff. de contrah. emp. hæc venditio. §. penul. & l. ſequen. dicit Inno. intellige quod huiuſmodi officia non habent certos redditus etiam in ſpe. & ideo vendi non poſſunt: quia rei quæ non eſt non eſt emptio, vt prędixi: præſumpoſito vero quod redditus habeant, an vendi poſſunt. dico infra quæſtio. 3. & 4.

Quæro

ADDITIO.

a Conſtitutio. Adde Cardinalis in capitulo quorundam. in ſecundo notabili. de ſolu.

clerici.vbi hoc tenet glo.prima,& de hoc in ſequenti quæſtio
7 ne. Secundo quæro,quidam †laici volebãt acquirere titulum
aduocatiæ in quadam eccleſia, quærebatur an eſſet poſſibile,
præſuppoſito,ꝙ ex hoc eccleſia non deterioretur, ſed melio-
retur:videtur fieri poſſe,præſupponendo ꝙ diſtinguatur a pa-
tronatu.de quo ſ. q. proxim. licet enim patronatus ſolum ex
certis cauſis acquiratur.de quibus ĩ.eo. nobis. vnde poſt fun-
dationem conſtructionem & dotationem non poteſt acqui-
ri,vt ibi,ſecus videtur in iure aduocationis,vel ſimili,pro hoc
quod no. Archi.de elect.generali.lib.6.vbi videtur ſibi placere
ꝙ aduocatio & patronatus ſint diſtincti.vidi hoc in facto, &
ſatis placuiſſet hoc fieri poſſe propter vtilitatem eccleſiæ: ta-
men quia non reperitur in iure traditum officium huiuſmo-
di officijs, communiter intelligitur ꝙ ius aduocatię, & ſimi-
lia idem important cum patronatu, quod tenet Io.And. ſub
dubio forte.de ſtatu monachorum,in ſingulis.ver.ad hęc.vbi
dixi in ſecundo notabili.pro hoc etiam ĩ.c.proximo.vbi dico
notabili primo. & ſic nõ poſſunt acquiri niſi ſicut acquiritur
patronatus. Ex hoc dic,ꝙ licet varia vocabula reperiantur in
iure:non eſt tamen varietas in effectu,& ſurgit illa variatio ꝓ-
pter varios modos loquendi diuerſorum locorum. Tertio q-
8 ro,in eo quod dixi ſ. in vltimo contrario. † an cum patrono
competunt aliqui certi redditus poſſit eos vendere. Hoſtien.
quod ſic, dummodo cum venditione redditnum tempora-
lium non miſceatur ius patronatus, de rerum pemutatio. ad
quæſtiones:de hoc etiam in ſequen.quæſtione. Quarto quæ-
ro,eo caſu quo venduntur redditus patronatus,vt in proxima
9 quæſtione,an tranſeat etiam patronatus. †. Hoſtien. ꝙ ſic,alias
emptio nulla eſſet:quia nec poſſet emptor fructus exigere ex
quo non eſt patronus.ſed nec venditor hoc poſſet,ex quo ven
didiſſet.videtur ergo tranſire patronatus ex vi connexitatis.fa
cit de ap.vna.& quia in dubio debet interpretari,vt res valeat.
de verborum ſig.abbate,& ſic erit caſus in quo principale trã
ſit cum acceſſorio,ſicut etiam alias licet hoc contingat.de of.
deleg.ſuper quæſtionum. §.ſi vero.de conſecra.eccle.vel alta.
quod in dubijs ſicut etiam tranſit patronatus cum vniuerſita-
te ſ.c.cum ex literis.dic contra, tranſit enim cum vniuerſita-
te,quia pars eſt vniuerſitatis. quod non poteſt dici quo ad red-
itus qui dependent a patronatu:& non econuerſo. immo nec
ipſi redditus proprie dependent,ſed ſeparati ſunt a patronatu,
licet obuenerint patronatui. Nam oportet nos loqui de red-
ditibus competentib.patrono iure ſpeciali,cum de iure com-
muni non competant. ſicut ergo ſeparatim acquiſiti ſunt:ita
& ſeparatim vendi poſſunt,nec procedunt rationes Hoſtien.
præmiſſæ:vnde etiam ipſe Hoſtien.forte non confiſus,conſu-
luit,ꝙ redditus vendãtur per ſe,& patronatus donetur per ſe.
dicto c.ad quæſtiones:& in donatione debeat interuenire diœ
ceſani conſenſus:vt ſ.in primo contrario.& ſic patet ꝙ etiam
redditus ſoli vendi poſſunt etiam ſi patronatus non donetur.
Quinto no.de intellectu literæ,ibi,voũtate:dic voluntate.i.ſi
ne licentia diœceſani.quæ tamen licentia licet ſufficeret quo
ad donationem.ſ.c.illud.& c.ex inſinuatione.non tamen quo
ad venditionem, quæ fieri non poteſt niſi cum vniuerſitate,
ſ.c.ex literis. Sexto quæro de quibus contractibus loquitur li-
tera ibi,alijs coutractib.dic ꝙ de permutatione,vel quocunq;
alio contractu per quem dominium transfertur,aliquo tem-
porali inde recepto,ad hoc de rebus eccle.non alienan. nulli.
verſiculo alienationis. Hoſtien. Septimo quæro, in eo quod
litera dicit de extorquentibus,qui dicantur extorquere. dicit
Hoſtien.quod licet hoc verbum notet violentiam, ſicut, &
verbum exigendi. ff.de legato tertio,fideicommiſſa. §.ſi rem.
tamen intelliguntur laici extorquere,ex quo petitio ipſorum
præcedit, quamuis clerici poſtea ſoluant vltimo, niſi a Ro-
mano Pontifice licentia impetretur.de immuni.eccle.aduer-
ſus.verſiculo,propter imprudentiam. Illud tamen capitu.lo-
quitur, quando clerici ſoluunt communitatibus: quia tunc
eſt periculum ne inducantur laici ad grauandum eccleſias ſæ
pius:ſecus videtur quando ſoluitur priuatis. tunc enim ceſſat
periculum prædictum. Ideo dummodo clerici ſponte ſol-
uant,laici non dicũtur extorquere. Octauo quæro in eo quod

5 *Patronus laycus, & patronus clericus in quo …*

Cum autem. Laicus patronus vno præſentato po-
teſt alium præſentare: ſecus in patro
no clerico.habet duo dicta. Secundum ibi,votum, poſtmo-
dum:ſimul etiam poteſt patronus præſentare plures hoc mo
do,ꝙ epiſcopus alterum admittat.eodem titulo,clem.plures.
1 † No.ꝙ aduocatus ſumitur pro patrono.ſic dicit Inno.in ver.
aduocatus:dicens ꝙ aliter ſumitur ſ.cap.proxim.quod dic.vt
2 ibi dixi in 1.q.† Secundo no.ꝙ facilius permittur variatio lai-
cis quam clericis.de hoc ĩ.qõ.prima. Tertio no. ꝙ prior tem-
a pore a potior iure.de hoc in gloſſ.vltim.& in regula qui prior.
3 †lib.6.Sed contra ĩ.c.fi.Ibi ſoluitur. Ex hoc argue,ꝙ cum duo
impetrant ſuper beneficio,prius impetrans potior eſt: quod
dic vt de reſcript.capitulum.de officio delega.ex parte,el 1.de
conceſ.præben.ſi ſoli.lib.6.Oppono ꝙ ex quo patronus laicus
ꝓſentauit vnum, ſi aliũ præſentet, non ſit in iudicio epiſcopi
quem præferat,ſed teneatur præferre ſecundum:quia videtur
primum reuocaſſe.de procu.non iniuſte. Gloſſa prima ſentit
contrarium,licet non exprimat,nec ſoluat.videtur tamen ſta
re cõtrario,quod eſt contra hanc literam: dic quod patronus
præſentando ſecundum non recedit a primo,ſed cumulat. &
per hoc tollitur contrarium.pro hoc eſt quod nota.in regula
in re communi.lib.6.in fin.q. & ad illud de procuratore dicit
Hoſt.ꝙ hic non eſt locus præciſe pœnitentiæ, ex quo facta eſt
præſentatio.argum.de poſtu.bonæ.2.ver.nec nocebat. ſed lo-
cus quodammodo: quia quod a apatrono fit,non eſt ratum,
donec fuerit approbatum per diœceſanum. ſ.c.quod autem,
primo reſponſo.& ſic eſt locus pœnitẽtiæ quo ad patronum:
non quoad diœceſanum.ſed quantum ad pręſentatum locus
eſt pœnitentiæ.Si enim primus ꝓſentatus eſt minus idoneus:
merito pœnitet patronus alium præſentando.ff.de colla.bo-
no.nonnunquam: & tunc etiam diœceſanus admittit ſecun-
dum repulſo primo: de quo tanquam male merito dignum
eſt,vt egeſtate laboret.ff.depoſiti bona fides. Et videtur epiſco
pus admittendo ſecundum facere gratiam patrono. Nam ex
quo præſentauerat indignum,poſſet epiſcopus ſuo iure ordi-
nare eccleſiam, Auth.de ſan.epiſco.§.ſiquis oratori.col.nona.
ſecundum Hoſtien. quod procedit præſupponendo ꝙ patro-
nus laicus præſentando indignum ſit priuatus poteſtate præ-
ſentandi,quod communiter non approbatur.de quo dixi de
officio ordinarij, cum vos. Si vero præſentatus eſt idoneus
dicit Hoſt.ꝙ non eſt locus pœnitentiæ quo minus epiſcopus
incurrat pœnam.de hoc ſ.c.cum laici. quod non videtur pro
cedere ſi Hoſt. intelligit epiſcopum puniendum eo caſu quo
ex duob.præſentatis a laico prętulit ſm.hoc enim facit autori
tate huius c. & de hoc in ſeq.ꝯrio. Ex his patet,ꝙ pinguius eſt
ius prælati quam patroni.de offi.leg. dilectus. Secundo op. ad
hoc quod vltimo dixi ꝙ non ſit in arbitrio epiſcopi,ĩ.cap.pa-
ſtoralis. Solu.Inno.ꝙ relinquitur hic iudicio epiſcopi quantũ
ad hoc,vt habeat ius qui ab epiſcopo electus fuerit,epiſcopus
tamen peccat recuſando primum idoneum, ideo punitur ĩ.
c.paſtoralis. Sed ſi nõ refutauit primum,poteſt eligere vtrum
eorum velit. Hoſt.dicit hoc relinqui iudicio epiſcopi,non vo
luntatis,ſed rationis.de pręben.graue,ĩ.reſponſo.quod non re
4 pugnat dicto Inno.cui ſtandum eſt. Ex hoc no.† quod ex duo
bus præſentatis poteſt epiſcopus alteri gratificare.de hoc ĩ.in
quarto contrario. & dicit Calder. de gratificatione vidit ſæpe
ſeruari,& forte non de iure.per l.ff. de vſufruct. quotiens, di-
cit Gaſpar quod etiam ſeruatur pluribus patronis diſcordan-
tibus pari numero, & quod hoc eſt de iure.immo forte ſe-
cundum eum poſſet epiſcopus de alio prouidere,ſupra capit.
eam te,& cad.ſi vero, & capitu. quoniam,, ergo fortius alteri
de pręben.

ADDITIO.

a Prior tempore. Adde gloſſam in verbo prius, in capitulo primo, de ma. & obed.,quæ alleg.concordantes.

Digitized by Google

… ſpacio de hoc a iudice ſtatuendo. ibi quoniam pleru-
que, lex prima eſt, dandę dilationis arbitrium non pendet ex iudicis poteſtate. Ibi, quid ergo, ſi teſtator Titio legauit decē, vt plures ſeruos manumitteret: tenetur aliquos ad ęſtimationem legati, & non eligit hæres: nec legatarius, ſed ſeruabitur ordo ſcripturę. vel ſors fiet, vel ponderabitur meritum. Ibi potior in iure, vt de reſcrip. capitulo penultimo, libro ſexto. Ibi § ſi cum omnes, vide de iud. capitulo primo, quæſtione ſecunda. Quęro quę eſt ratio diuerſitatis inter patronum laicū & clericum, quo ad id, quod hic dicitur, gloſſ. penultima, ſoluit, quod ideo patronus clericus non variat: quia pinguius habet, quam laicus: quę ratio videtur implicare oppoſitum in obiecto. Sed dic, quod vult dicere, quod per eam tribuitur plus iuris præſentatio, quam ſi facta eſſet a patrono laico, pro hoc, quod dico infra eadem quęſtione. Secundo dicit gloſſa, quod hoc, quod clericus non variet, eſt hic ſtatutum in pœnam, quod nihil eſt. Hoſtien. dicit hoc potius in fauorem clericorum ſtatutum, vt declaretur, quod dignior eſt cętus clericorum tanquam ſpiritualis, quam laicorum tāquam temporalis, de transla. capitulo ſecundo. Dicit etiam firmior eſt limitatio eccleſiaſtica, de paroch. ſuper eo. ſupra eodem querimoniam, ſicut & pactio ſiue locutio vel dictum etiam cuiuſque ſi agatur, in foro eccleſiæ: vt nota. de pact. capitulo primo & tertio, pro hoc ſunt illa verba. quę procedunt de labijs meis non faciam irrita. 23. diſtinctio: pſalmiſta. Et ſecundum Beatum Bernardum, verbum ſacerdotis, aut ſacrum, aut ſacrilegum, vel formalius ſecundum Innocen. hoc eſt ideo: quia præſentatio cleri habet vim electionis, quod nota ſingulariter, ſicut ergo non tenet ſecunda electio, prima non caſſata, de electio. conſiderauimus, & capitulo auditis. Ita nec præſentatio clerici. pro hoc, quod nota. Compoſt. de reſcript. capitulum, vbi dico, quæſtione 24.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus patronorum in donationibus eccleſiarum eſt requirendus.*
2 *Rationes plures vincunt vnam.*
3 *Præbendę vt fiant eccleſiis quid requiratur.*

Suggeſtum. Summa, vt ſupra capitulo illud. Cōmunis diuiſio, Secunda ibi, vnde: Nota. ibi domini fundi, quod ratione fundationis acquiritur ius
1 patronatus, infra capitulo, nobis. † Secunda no. quod in donationibus eccleſiarum requirendus eſt cōſenſus patronorum, & dicit Innocenti. hoc exponendum: vt ſupra capitulo illud, & pro hoc, quia quodam modo dicuntur domini, decimaſexta, quæſtione 7. monaſterium, & capitulo, ſi quis, 18. quæſtione ſecunda, Abbatem, & in hoc nota, quod non ſufficit requirere conſenſum, ſed debet expectari. ibi, expectandur, ſic & alias expectari conſilium, de ele. cum in veteri, ſed non oportet ſequi conſilium, de arb. cum olim, conſenſum autem ſic, alias non eſſet conſenſus, de regu. licet, ver. illa. Tertio nota, q ab initio inualidum per ſequentem conſenſum confirmatur

terę in eo, quod dicit quod eccleſiæ fuerunt aſſignatæ in præbendam. Solu. Innocen. exponendo prębendam, ideſt in vſus, ſecundum Hoſtien. ad prębendas faciendas, ſic ſupra de pręben. expoſuiſti, vel ſecundum Pet. & Abba. ideſt, vt de illis prębendæ debeant canonicis aſſignari, quod in idem recidit. Mihi placet prima: vt ſit ſenſus, quod fuerunt applicatę menſę. Et dicit Goff. quod prębenda aliquando conſiſtit in eccleſia: vt hic: quandoque dependet eccleſia ex præbenda, de pręben. extirpandę. Secundo quęro, quid requiritur ad hoc, vt de
3 eccleſijs † fiant præbendæ, dicit Innocen. quod requiritur aſſenſus patroni, cum per hoc patronus amittat ius patronatus quod eſſe non poteſt ſine ſuo conſenſu, dicit tamen, quod cōceſſio facta ab epiſcopo ſolo tenet quo ad iura epiſcopi, & quo ad illa prefertur prima, de dona. paſtoralis. Innocen. vult dicere, quod ſi concurrit duplex conceſſio: vt hic, prima pręfertur quo ad iura epiſcopi, quæ potuit transferre, non quo ad ius patronatus, vt hic, & in eo quod dixit, quod ſi patronus conſentit, perdit ius patronatus, Hoſtienſis. dicit quod ſi in eccleſia fiunt prębendę, non per hoc perdit ius patronatus. Nam poterit pręſentare ad rectoriam, dicit tamen, quod ſi in eccleſia fiat collegium: ipſum collegiū eliget prelatum, infra c. nobis, & tunc requiritur cōſenſus patroni: vt eccleſia fiat collegiata. de conſue. cum dilectus, dicit etiam, quod patronus forſan poterit de conſenſu ſuperioris retinere, quod pręſentet, vel quod electioni tractandę interponat partes ſuas, de hoc infra c. nobis, & c. poſtulaſti, dic, quod dicta Hoſtien. vera ſunt, nec repugnant dictis Innocen. Nam Inn. loquitur quando de ipſa eccleſia fit prębenda: vt quia applicatur menſę alterius eccleſię. Hoſtien. autem loquitur quādo in eccleſia fiunt prębendæ, vel quia inſtituitur collegium, vel ſine collegio.

ADDITIO.

a Plur[eſt ra]ſcutiones. Adde cap. primū, & ſecundū, 1 4. d § finis, de pę. di. 4. ca. primo, o[d]ndo & 3. 66. diſtinct. c. cauſam, de re iud. & in l. cum adoptionis. C. de ad.

SVMMARIVM.

1 *Parochia accipitur quandoque pro dioceſi.*
2 *Eccleſiam ingredi quis non debet niſi per oſtium.*
3 *Nomine qui carere debet & priuilegio.*
4 *Contrafaciens probibito ſub pœna excommunicationis non eſt excommunicatus, ſed excommunicari debet.*
5 *Eccleſia agens coram ſeculari contra laycum non poteſt coram eo ad cā reconueniri.*

Relatum. Ab officio & beneficio remouetur, qui monitus non dimittit eccleſiam ſine cōſenſu epiſcopi ſibi a laico conceſſam. Hoc primo, laici ſponātes eccleſiam excommunicantur, habet duo dicta. Secūdum ibi, ad hęc. Conceſſione: expreſſa vel tacita, ſupra eodem cu-

ra. in

de electio.litera.in princip,alias non est vis in nomine,dum-
modo conſtet de perſona.de proc.petitio.Quarto no.quod ſi
4 quid prohibetur ſub pœna excommunicationis, † contrafa-
ciens non eſt excommunicatus, ſed debet excommunicari,
quod dic.vt in glo.vltim. Et in ea ibi,ſecus,allegando dicit:&
eſt contra literam.ibi,ſolennitate,vbi de hoc.Ibi,ſicut,ſecun-
do,& de ſagit. ca.vno.Quæro de intellectu literę,ibi,recogni-
tionis,glo.prima exponit,ideſt confeſſionis,dicit Hoſtien.in
iure factæ,dicit etiam,quod recognitio eſt in feudis & domi-
nijs hominum,vnde ab eo,qui duobus dominis petitur inter
rogatur quem cognoſcat in dominum , & is, quem cogno-
ſcit,habetur pro poſſeſſore:de quo no.de foro competen. ve-
rum,ponitur etiam interrogatio pro confeſſione: vt hic,per
id,quod prædixi,& ſupra de electio.per inquiſitionem . Dicit
tamen Hoſtien.quod recognitio eſt extraiudicium,conferen
do in iudicio.Dic,quod hic accipiuntur pro eodem,vt prædi
xi,ſecundum glo.eſt ſenſus literæ ſecundum Innocent,quod
iſti recognoſcunt ſe habere beneficia a laicis ſine aliqua inue-
ſtitura vel inſtitutione epiſcoporum,& ex hoc ſecũdum Ho
ſtien.ab ipſis laicis etiam contra epiſcopos defenduntur,argu
men.de offi.delega.cap.primo,pro hoc patet ratio huius cap.
& eſt ad prohibendum abuſum prędictum.Et in hac glo.pri-
ma,in fin.Francorum & Burgundionum.Hoſtieo. Secundo
quęro,de intellectu verbi,vendicare,glo.ſecunda,exponit,id-
eſt retinere.Innocen.dicit,quod vendicabant tanquam bene
ficiati,& dicit Hoſtien.quod plurimum hoc frequentatur in
Anglia.Ideo prælatis Anglię dirigitur hoc capit.ſimile de fil.
presby.ex tua.de inſti.cap.3.Et in hac glo.ſecunda in fin.con-
cor.13.quæſt.ſecunda,facultates,ſecundum vnum caſum ibi
no.de dona.inter virum & vxo.cap.ſecundo,quandoque ęcõ
uerſo.retine:ideſt vendicare,8.diſt.æquo iure.Tertio quæro,
quid vult litera in eo,quod dicit,quod iſti ſunt indigni paſto-
ris nomine.Solu.vt in glo.4.quæ exemplificat qua pœna iſti
puniuntur.Quarto quæro,quid mouebat illos, qui ſpoliabãt
viros eccleſiaſticos,vt cogerentur litigare coram ſeculari.Gl.
penultim.ſoluit,quod mouebantur per regulam , quia actor
ſequitur forum rei. Oppono ad hoc,quod regula illa non ſit
pro eis,quia ſpoliatores tanquam ſacrilegi poſſunt coram ec
cleſiaſtico conueniri,de foro competen.cum ſit generale,gl.
eadem ſtat contrario,& hoc tenendo dic,quod nõdum ema-
nauerat c.cum ſit.Quinto quęro,ſi eccleſia agit coram ſecula
ri contra laicos a quibus reconuenitur,dicit gl.pen. quod nõ
4 audietur reconuentio † per l.2.ff.de iud.§.ſed ſi agant, qui.§.
non facit,& de hoc §.de fo.compet.c.fi.in gl.vlt.in fi.Et vide-
tur glo.dicere contra id,quod no.de iud.at ſi clerici.vbi tenet
clericum poſſe reconueniri coram laico , cuius contrarium
ibi teneo.hęc tamen glo.loquitur de clerico ſpoliato:& tunc
habet locum ratio,quæ ſequitur in gl.quia ſpoliatus non po
teſt reconueniri niſi de alia ſpoliatione , vnde etiam præſup-
poſito , quod alias clericus poſſet coram laico reconueniri :
hoc tamen caſu non poſſet pro hoc,quod no.de arbi.cum di
lectus,in gloſſa prima.

ADDITIONES.

a Parochia.Adde cap primũ,de rap.Car.in cap.cum ſeculum. in tertio; nota,
ſupra eodem.
b Oſtium.Adde c.ordinationes,1.q.1.& c.tres perſonas.13.q.4.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam conſtruens ſine conſenſu diœceſani non acquirit patrona-
tum.*
2 *Eccleſiam violenter conſtruens non acquirit patronatum.*
3 *Patronatus acquiritur ex conſtructione eccleſiæ.*
4 *Eccleſia non dicitur,ſed baſilica quouſque conſecratur.*
5 *Patronatus an per conſtructionem acquiratur.& nu.6.*
7 *Iudæus an poſſit acquirere patronatum.*
8 *Hæreticus an poſſit acquirere ius patronatus.*

telligitur de diœceſano loci,in quo fundatur eccleſia,non fun
datoris tantum. Ad idem de foro competent. ſane. C.de præ-
dijs mino.ſi prędium,& hoc infra §.proximo, ibi,loci epiſco
po,& 16.quęſtio.5.cap.primo,& optimè de priui. autoritate,
in prin.lib.6.Ioan.An.Ibi §.illud,non prius licet ædificari mo
naſterium,quam diœceſanus epiſcopus locum conſecret,&
ibi crucem figat.Tertio nota ex eo,quod dixi in proximo no
tabili,quod cum requiratur aſſenſus diœceſani, nõ ſufficit cõ-
ſilium petere: ſicut ſufficit,ſupra de electio.cum in veteri.de
2 arbi.cum olim,vel licentiam,ſicut de regula. licet. † Quarto
no.ex hoc,violenter conſtruentem nõ acquirere patronatũ,
ar.ſupra eodem cap.conſultationibus,de hoc infra contrario
3 tertio.† Quinto no.quod ex conſtructione eccleſiæ acquirit
patronatus,de hoc in glo.ſecunda,& in ea ibi, conſtructione,
de refectione no.ſupra cap.3. Et in fine & cap. monaſterium.
Oppono,quia videtur ſuperfluitas in prin.ſufficiebat enim di
cere.ibi,tuæ,& ſic cõtra.ſupra in prohemio,& hęc oppoſitio
procedit ad multa capitula in quibus ſunt ſimiles deciſæ.So-
lu.Ioan.And.quod hæc reſeruatio principij facta fuit propter
cõtemporaneos huius compilationis,qui ſtuduerant in alijs
compilationibus,& propter gl.antiquas allegantes hæc prin-
cipia.vnde ſi hodie (quod abſit) mutaretur hæc compilatio,
magna eſſet noſtra confuſio mutare principia decretalium,ſe
cundum eum.Mihi placeret alia compilatio in qua grauius,
& ornatius ac breuius plura deciderentur quam in iſta.& nar
rationes plurimæ,quę in hac ſunt, partim reſecarent,partim
ad deciſionem reducerentur,quod,vt exiſtimo,continuo,fie
ret ſi eccleſia vniretur,& ſi,vt quondam fiebat,concilia gene
ralia fierent,& tunc prouideri poſſet,vel reſeruando principia
vt nunc dixi,vel quod melius eſſet,ſtatuendo tempus,intra quod
duraret hæc compilatio,quouſque alia frequenti ſtudio nota
redderetur.Secundo oppono in eo,quod dicit de conſtruen-
4 te eccleſiam,non enim dicitur eccleſia , † ſed baſilica quouſ-
que conſecratur.infra titu.ſecundo capit.vltim.Solu.expone
eccleſiam,ideſt baſilicam,vel reſpicit factum poſtquam
eſt conſecrata.Tertio oppon.in eo,quod dixi,ſupra in quarto
notabili,quod violenter conſtruẽs non acquirit patronatum
quod immo.ff.de condi.indebi.l.ſi vrbana.Solu.Vincen.& alii
formant & non ſoluunt,& facit,quia ibi ſoluens prædoni pre
cium pro re ſibi locata a prædone,non repetit:ſed facit etiam
contra,quia dicitur ibi,quod per hoc non liberatur quin te-
neatur domino,& de hac l. dic,vt dixi de reſtitutione ſpolia-
torum, in literis , & quicquid ſit reſpectu commodi ſeu fru-
ctuum poſſeſſionis,quo reſpectu procedit illa lex,tamen quo
ad caſum iſtum facit,quia hic eſt tradita certa forma in acq-
rendo patronatum : qua non ſeruata non tenet,quod agitur,
de reſcrip.cum dilecta.Quarto oppono,quod per conſtructio
5 nem non acquiratur † patronatus : quia ſi ædifico in alieno,
ędificium cedit ſolo. ff. de acquiren.re. domi.adeo §.cum in
ſuo.ergo ſoli domino fundi competet hoc ius.Solut.Ioann.
And. quod hic bona fide, & de conſenſu domini fundi con-
ſtruxit , vult dicere , quod ſecus ſi eo inuito : quia tunc pro-
cedunt contraria,& de hoc de reſtitutione ſpoliatorum capi.
primo,in glo.fin.Item,ius patronàtus domino fundi acquiri
tur.Ita demum ſi tranſtulit dominium in eccleſiam,decima,
quęſtione prima.cap.ſecundo,quod fieri debet,infra titu.pri-
mo cap.primo,ipſi autem conſtruenti acquiritur patronatus
eo ipſo quod licite conſtruxit,quod tamen dic,vt infra,quęſt.
8.Quęro in eo,quod dicit,ſi quis,an comprehendatur fœmi
na,dicit Ioann.And.quod ſic.de elect.generali.lib.6.& clemẽ
tin.prima,de electio. Secundo quęro,an quilibet conſtruens
6 acquirat patronatum , † videtur quod ſic,quia generaliter dicit,
ſi quis

ADDITIO.

a De dictione cum.Adde l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.ob.Car. in cle. 1.in 3.20
de teſti.Rap.cu.conſ.56.inc.Petrus hæres,

Digitized by Google

[illegible] cum pa-
ter §.dulciſſimis,ad hoo de vi.& ho.cle.quoniam,de ſenten.
excommu.ex tenore,licet enim videatur expediens eccleſiæ
habere plures defenſores vbi boni eſſent, tamen docet expe-
dire,propter ipſorũ malitias diſcordias & onus alendi. Octa-
b uo quęro,an faber b qui recepta mercede operarum conſtru-
11 xit eccleſiam,fiat patronus.† dic,quod non:quia recepit mer
cedem ſuam.Luce.16.de pœniten.diſt.3.cauendum.ff. de ac-
quiren.re.do.adeo §.cum quis.hic ergo intelligitur de illo cu
ius ſumptibus eccleſia conſtruitur. Oppono ad hoc,quia pa-
ria ſunt an quis faciat ſuo ſumptu,an ſuis laboribus,de dec.ex
parte.prima.Solu.Ioann.And.quod illud procedit cum labor
impenditur in proprio,de deci.dilecti. ſecus cũ alieno.vt hic.
Item,quando labores ſunt ſine mercede, procedit ęquipara-
tio,alias ſecus,rationibus prędictis,& de hoc vltimo in ſequẽ.
quęſtione.Nono quæro,ſi conueniunt faber & alius,quod il-
le precium,& ille ligna,& iſte operam ponat,an faber erit pa-
tronus.Dicit Ioan. And.quod ſic,dummodo hoc fiat autori-
tate dioceſani,vt hic,propter hoc,quod not.ſupra ca.proxim.
poteſt enim contrahi ſocietas,ff.pro ſocio.l.5.§.1.Decimo q̃-
ro,ſi vnus ponit precium operarum,& alter precium ligno-
12 rum,an vterque ſit patronus,† dic,quod ſic:vt in proxima qõ
ne:quia eſt eadem ratio,& idem dicit Ioann. And. de eo,qui
dat precium dotis emendę,ad hoc. ff. de vſufruct.quia qui p̃-
13 cio.Vndecimo quæro,quot ſunt cauſę †ex quibus acquiritur
patronatus.Solu.tres,& tria debentur patrono,vt in his verſi-
bus.Patronum faciunt dos,ædificatio,fundus. Patrono debe-
tur onus,honor,emolumentum.Pręſentet,præſit,defendat,
alatur egenus.Et quod dixi de patronatu acquirendo per prę-
dicta,de quibus in primo verſi.procedit, quando hæc ſunt de
conſenſu dioceſani,vnde ſecundum Hoſtien. ſi alterum iſto-
rum fieret ſine ipſius conſenſu,reliqui habentes conſenſum
eſſent patroni,iſte vero non.Quod autem dicitur ſecundo,&
tertio ver.exponitur,infra §.pro fundatione.Duodecimo quę
ro,an ædificans acquirat patronatum,dic,vt dixi ſupra capitu
lo, quoniam.

ADDITIONES.

a De hæretico Adde nunquid hæreticus reuerſus ad vnitatem eccleſię recupe rat ius patronatus,vide glo.in c.qui maximum 1.q.7.Car.in c.quia diligen- tia,in 2.q.de el.& ibi per An.de Bu Ab & Io.de Imo.

b Faber, Adde hic glo.fin & eſt gl 2 in c.quicunque.el 2.quæ vult quod ille qui dat modicam dotem eccleſiæ vel altari non per hoc efficitur patronus,quã gl al.fin.Ab.conſ.106.inci.caſus ſuper quo.

SVMMARIVM.

1 *Patrono de iure ſpeciali poteſt competere,vt interſit electioni in eccle ſia conuentuali.*
2 *Electio in eccleſia collegiata ſpectat ad collegium.*
3 *Electio an de iure ſpectet ad patronum in eccleſia per ſe ædificata,etiã collegiata*

aſſenſus patroni accedat electioni,quod immo ſit neceſſariũ,
de electio.cum terra.& cap.ſacroſancta. Gloſſ.immo,videtur
ſtare contrario,quod tenuit Vincen. in cap.ſacroſancta,per di
ctum cap. cum terra,dicens, quod ſi contemnitur,debet ele-
ctio caſſari,contrarium tenet Ioann.And dicens ſe non vide-
re effectum huius opi.Nam & quando peteret illam caſſari,
poſſet requiri,non ſic in eo,qui habet ius eligendi,quia prin-
cipio debuit intereſſe,pro hoc,quia in caſu huius capit.ad re-
quiſitionem conſenſus patroni non eſt determinatum tem-
pus,ſecus in canonico reſpectu electionis:quia ibi eſt determi
natum tempus,& ſic ſi contemnitur, vitium ineſt electioni.
Secundo oppono ad idem,quod immo patronus habeat eli-
gere etiam in eccleſia collegiata 18.quæſtione ſecunda,abba-
te,ſoluunt quidam,quod illud vetus,hoc nouum,quod nihil
eſt,vel ſecundum Tan.non dicit ibi,quod eligat.ſed electum
confirmari poſtulat.pro hoc facit,quia litera ibi dicit, mona-
chorum electio,& poſſeſſionis dominus popoſcerit,vnde nõ
ponitur patronus inter eligentes.Ioan.And.Tertio oppono,
in ver. niſi, in eo, quod permittit ex iure ſpeciali poſſe patro-
no competere ius eligendi in eccleſia collegiata,& ſic eſt cõ-
tra.de electio.ſacroſancta. & Maſſana.Glo.non videtur,ſoluit
dupliciter.Primo,quia hic loquitur quando eccleſiaſtica per
ſona habet patronatum,quæ ſolutio nimis reſtrigit textum.
Secundo ſoluit glo.ibi,vel poſſes,quod hic loquitur etiam de
laico qui habet ius ex ſpeciali conceſſione Papę. Nam alius
non poſſet concedere,quod dic,vt in glo. & hæc ſolutio vera
quo ad hoc,quod non poteſt laicus retinere ius eligendi ſine
conceſſione Papę, ſed tamen ius præſentandi retinere poſſet
etiam in eccleſia collegiata,ſi fit collegiata ſine ſuo conſenſu
vel ſi proteſtatur de iure ſuo,vt in glo.ſequenti.Alij,vt recitat
Vincen.in cap.ſacroſancta.ſoluunt,quod non cadit,ius,eligen
di in laicum ſolum, & ſic loquitur contrarium,ſed cum alio
ſic,de arbi.per tuas,quod non procedit ſecundum Ioann.An.
per cap.ex eo,quod.de elect. lib.6.& facit etiam cap. Maſſana.
de elect. vbi eligebant laici cum clericis, & tamen non tenet
electio.Et ad capi.per tuas,dicit idem Ioann.And. quod arbi-
trari non eſt ita ſpecialis actus ſicut eligere,etiam ſi ſuper ſpi
ritualibus fertur arbitrium, poſtea exerceatur ille ſpiritualis
actus. Item autoritas ſuperioris etiam in arbitrio eſt neceſſa-
ria d. ca.per tuas,quę ſi interuenit,etiam in laicum poteſt ca-
dere eligendi eo modo quo dixi in præcedenti ſolutione.vel
quarto dic,quod patronus retinet ſibi pręſentationem quan-
do eccleſia fit collegiata ſine ſuo conſenſu,vt no.in gloſſ.ſeq.
ad fin.& hæc etiam vera,& hãc tenebat hic Pau.de Leaz.vt re
fert Ioan.de Lig.in dict.cap.ſacroſancta,& ibi Ioan.arguit cõ-
tra hoc:quia aut fiet præſentatio confirmatori: & tunc tolle-
retur ius eligentius, & hoc non videtur procedere, quia ipſi
non habent inſtituere. Dic, quod præſentatio fiet confirma-
tori,ex quo in fundatione ſic fuit ordinatum, & de his ſolu-
tionibus etiam dico in dicto cap.ſacroſancta,contrario ſecun
do.Quarto oppono ad prædicta, quod immo de iure ſpectet
3 ad patronum † clerico in eccleſia per ſe ædificata,etiam col-
legiata.Auth.de eccle.titu.§.ſi quis ędificationem,vbi ſi patro
nus reliquit,vt fiat oratorium,vel alius venerabilis locus,ele-
ctio guber-

Digitized by Google

ſequitur,non tamen ius plenum acquiritur ex hoc ſupra cap. proximo,dicitur autem ſecundum Hoſt.patronus eligere,qa præſentat quem vult,& quem ex alijs eligit.ſupra c. ſignificaſti.an autem autorizabilis inſtitutio per alium quam epiſcopum fieri poſſit,remittit Hoſtien.de of.arch.cum ſatis.
4 † Quęro,quę dicitur eccleſia conuentualis. Gloſſa prima ſoluit, qꝫ vbi ſunt duo vel tres. Oppono ad hoc,quod requirantur ſaltē tres.ff.de verborum ſig.Neratius.Glo.eadem videtur ſtare cōtrario,de hoc dic,vt dixi de elect.c.1.& dic,quod requiruntur etiam alia,quę dico infra q.ſeq.& in hac gloſſ. in fi. de hoc de poſt.c.2.65.diſt.ſi forte. Secundo quęro, quomodo probatur eccleſiam eſſe conuentualem,dicit Innocen.infra cap.poſtulaſti.quod per priuilegia,quæ conſtituunt eam collegiatam, pro hoc.ff.de colleg.illi.l.3.& quia ſtandum eſt priuilegio,de priuileg.porro,dicit tamen Innocen.quod ſi priuilegium vel certa alia ordinatio ſuper hoc non apparet:ſed conſtat, quod in fundatione fuit ordinatum,quod ibi eſſent tres clerici: vel plures vel ſi pro tot eccleſia fuiſſet dotata,ſimiliter habebitur pro collegiata.10.q.1.c.1.de conſe.diſt.1.nemo,1.q.2.placuit, de conſue.cum dilectus,de elect.cap.1.de cenſi.quanto. quod nō procedit niſi conſtituta ſit collegiata.Nam etiam poſſent eſſe beneficia difformia,pro hoc,quod dico in ſequenti quæſtione.Si autem conſtat,quod fuit ordinatum,quod non haberet ius collegij:ſed patronus haberet præſentationem, ponit Ioann.And.de eccleſia de Arena Paduæ,vel quod tantum vnus vel duo clerici eſſent ibi:tunc ſecundum Innocent. non cenſebitur iure collegiata,& ſic loquitur, decimaſexta, quæſtione 7.pię,& cap. ſequen. & in hoc titulo quaſi per totum, de vi.& honeſt.cleri.vt quiſque.Hoſtien.dicit,quod quędam eccleſiæ iure communi habent ius collegii, vt cathedrales & regulares, quę ſunt dotatę ſufficienter. & in quibus viuunt clerici in communi,de elect.ne pro defectu.de conſue. cum dilectus,de vi.& hone.cle.quoniam,de ſtatu monachorum, ca.ſecundo,& tales poſſunt habere ſigillum,& archam communem,de appellatio.ſignificauit,vnde quod diſtinguit Inn. vt pręmiſi,debet intelligi de alijs inferioribus collegii,de hoc de exceſ.pręl.dilecta.& ſecundum Hoſtien.ea per quę cognoſcitur ius
5 † vel quaſi poſſeſſio collegii, ſunt ſigillum, & vſus ſigilli:tractatus communis in capitulo,de proba.tertio. archa communis. ff. quod cuiuſque vniuerſi.l.prima,refectorium, & dormitorium commune,de vi.& honeſt.cle.quoniam,de ſtatu monachorum,cum ad monaſterium.Communis fraternitas,& ſimilia.de don.inter.quę no.& hęc etiam non repugnat præmiſſis dictis Innocen.Tertio quęro, ſi in eccleſia nō
6 collegiata contingat,† quod ordinentur clerici. Dic,quod ꝑ hoc non efficitur collegiata,niſi patronus conſentiat,& omnes alii qui lęduntur de mutatione ſtatus,decimaſexta,quæſt. 6.monaſterium,& cap.rationis,& capi. ſi quis vult,quod dic, vt ſupra,in tertio contrario in vltima ſolutione.Quarto quæro,ſi in eccleſia
7 † collegiata non remanet niſi vnus,dicit Inn. quod adhuc remanet collegiata, quod etiam dicit gloſſa prima,& in hoc dicit Innocē.quod ſi poſtea ad pinguiorem fortunam reuertatur,vtatur iure collegiatæ. Item quando in ea remanſit vnus tantum,illo mortuo,epiſcopus qui eliget,nō nomine ſuo,ſed nomine eccleſię eliget.ar. 65. diſtin. ſi forte.
8 Quinto quæro,ſi non apparet qualiter † eccleſia ſit inſtituta. ſ.vt ſit collegiata,vel alio modo,dicit Innocent.quod tunc, ſi clerici ſunt in poſſeſſione,quod faciant tanquam clerici collegiatæ,defendētur in ea: & ſi patronus eſt in poſſeſſione,qđ in ea faciat tanquam in non collegiata defendetur in ea quouſque aliud probetur,de inſti.cum veniſſet, de in integrum reſtitut. capitulo ſecundo, de proba.ex literis, ſupra capitulo conſultationibus.ff.de lib.cau.ordinata.C.de lib.cauſa.lite ordinata. Sexto quæro,an poſſit ad alium, quam ad collegium ſpectare ius † conferendi in eccleſia collegiata.Innocē.quod ſic,vnde epiſcopi,& alij clerici poſſunt habere electiones, & collationes pręhendarum in eccleſiis collegiatis,ſi ſic a principio fuit conſtitutum,de verborum ſignificatio.abbate. Idē dicit Innocen.de laicis,pro hoc eſt,quod dico infra quæſtione ſequen.dicit tamen,quod per collationem laicalem nul-

etiam in tractatu electionis ...
dictione,conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, quod tamen vox eius ſuffragium præſtet in electione,nō poteſt induci cōſuetudine,de electio.ſacroſancta,ſecundum Innocen. Et ſecūdum Hoſtien.eo caſu quo intereſt electioni tractandę intererit præces pręſtādo,quas ſi pro idoneo,& vtili conferat,ęquū eſt,non neceſſarium,eum exaudiri,de æta.& qualita.tuam.ſa
10 cta tamen electione † dic,quod cautū eſt requirere aſſenſum eius,de electio.ſacroſancta.ne excipiat contra ipſum ante cōfirmationem vel conſecrationem,de accuſati.ſuper his,puta, quia diceret eum ſuum inimicum capitalem, vnde in eccleſia non ſuſtinebit,de iureiuran.petitio.quę eſt iuſta cauſa,maxime cum patronus eſt princeps,qui habet eccleſiam defendere.23.quęſtio.5.princeps,& ſuſpectus qui non diligitur,nō eſt dandus in epiſcopum,63.diſtin. ſi forte,ſicut nec debet in principem promoueri qui ſuſpectus eſt eccleſię.de elect.venerabilem.Item ſecūdū Hoſ. patronus poſſet obijcere,quod electus eſt prodigus,inhoneſtus.& malus adminiſtrator. Nā & poſt conſecrationem poteſt talia denunciare,decimaſexta, quæſtione 7,filius,18.quęſtione ſecunda,abbatem,fortius a re,de iureiuran.quemadmodum. Si autem ſolum diſſentit, ſed nil rationabile opponit, non ex hoc vitiabitur electio, de electio.quod ſicut,& cap.cum terra.in fine,de hoc etiam dixi in dicto capitulo,quod ſicut,in principio.contrario ſecundo.
11 † Octauo quæro: an capella a inuito patrono poſſit fieri col-
a legiata.Glo.ſed nunquid,arguit pro & contra.& tenet primū quod poſſit fieri,fauore eccleſiæ:quod proſequere vſque ibi. ſed his,& dic,vt in ſequenti contrario. Oppono ad hoc,16.q. 7.monaſterium,vbi de hoc,& cap.ſequen.Glo.ibi,ſed his,ſoluit ſtando contrario,& ſic recedit a pręmiſſa determinatione quod proſequere vſque ibi.Sed dato,& dic, quod poteſt fieri collegiata ſine pręiudicio patroni,etiam eo inuito,ex quo ſua non intereſt, vt ſupra contrario tertio,& quæſtio. 3.Et in hac glo.Is cuius familia,in fin.ſi non defenditur, dominus cuius familia mihi prohibet aqueductum,iubet pręror illius bona poſſideri,donec ius aquæducendę conſtituat, & quod detrimentum ſiccitate obueniat:puta,quod arbores exaruiſſent,illud emendet.Ibi l.vltim.vide in eadem gl.ibi,ſi quis domum, vide ne præla.vi.cap.fin.q.prima,ad fi.Ibi,non poſſit fieri collegiata,de hoc,de exceſ.prela. dilecta,& quod dixi ſupra eod. verſic. tertio contrario,& quęſtione 3.& hoc etiam tenet hic Vincen.allegat.infra c.poſtulaſti.& idem Hoſt. ſupra c.ſuggeſtum.Ibi,monaſterium,vbi de hoc.Nono quęro,præſuppoſi-
12 to, quod eccleſia poſſit fieri collegiata inuito patrono † an perdit ius præſentandi.Glo.ibi,dato.ſoluit quod non: diſtinguit tamen,quod dic,vt in gloſſ.vſque ad fina. Decimo quæro,in eo,quod dicit.in capella pręſentandum presbyterum,an ſufficiat, quod ſit clericus, dic, quod ſic,dummodo ſit talis, quod poſſit in presbyterum promoueri, de inſti. capitulo ſecundo,libro ſexto,ad quod tenetur ſi eſt eccleſia parochialis, non collegiata,de electio. licet canon. & capitulo ſtatutum, libro ſexto.

A D D I T I O.

a *An capella. Adde Hoſtien.in capitulo ſuggeſtum,ſupra eodem.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius patronatus acquiritur probatione fundi in quo ſit eccleſia.*
2 *Inops,quaſi ſine opibus.*
3 *Patrono ſuccurritur in alimentis ab eccleſia,ſi vergat ad inopiam.*
4 *Eccleſia an teneatur alere patronum.*
5 *Patronus an eccleſiam defendere debeat.*
6 *Patrono alimenta præſtari,vbi debeant.*
7 *Vxor cui debentur alimenta vbi ſit alenda.*

Pro fundatione. Patrono debetur proceſſionis honor,& alimētatur ab eccleſia

Digitized by Google

ſenti.libro 6.C.de ſerui.præſes.Solut.eccleſia tenetur ſi abun-
dat.ſecus ſi egeat,vt i contrarijs,& idem no.decimaſexta,quę
ſtione 7.quicunque,vnde ſi fructus vix ſufficiunt clericis, nō
poteſt cogi eccleſia ad præſtanda alimenta patrono.ff.de libe.
agno. ſi quis a liberis, §. de alimentis, & per illum.§.dicit ibi
Dy.ſic fuiſſe obtentum. Tertio oppono ad hoc,quia ſi eccle-
ſia tunc tantum tenetur quando abundat,nullum erit priuile
gium patroni,cum teneatur eccleſia omnibus pauperib. ſub-
uenire,decimaſexta,quęſtione prima,quoniam. Solu.Phi.ꝑ
patrono tenetur abundantius,quam alijs,de teſtamē. cum in
officiis,& melius prouidebit qui prius fuerit diues.41.diſtin.
non cogantur,quod no.glo.decimaſexta,quæſtione 7. piæ.&
c.quicunque.Item,licet teneatur prouiderine fame pereat,pa
trono prouidebit honorifice ſi abundat. Item, ſi non ſufficit
omnibus, pręfertur patronus. Item,pauperi non eſt prodita
actio,licet eccleſia teneatur,de hoc,infra quæſtione 7.exigūt.
Sed patronus habet actionem per hoc cap.cum ſimilib.Quæ
ro qualis eſt honor proceſſionis,qui debetur patrono.Solu.ſi
talis ſit quem hoc deceat. puta rex vel magnus princeps, oc-
curreretur ei cum proceſſione vſque ad ambitum eccleſiæ,
vel primum locum tenebit in proceſſione,vel in eccleſia,vel
inter alios laicos,ſecundum Hoſtien.ex talibus enim tribuit
honor.ff.de albo.ſcrib.l.fin.de priuileg.ex ore.17.di.cap.ſecun
do,& §.vltum.vel proceſſio ponitur pro pręſentatione:vt no.
decimaſexta,quæſtione 7.pię mentis,quia illa procedit ad epi
ſcopum cum eo quem pręſentat,primum placet.Secundo q
ro,in eo,quod dixi,ſupra in prin.quæſtione vndecima, quod
5 patronus † debet eccleſiam defendere,an hoc ſit verum, dic,
quod ſic,& ſecundum Hoſtien.in hoc dicitur patronus conti
nere onus,decimaſexta,quęſtione 7.filijs.Et patronus dicitur
vicedominus cuſtos vel guardianus,ſupra capit.pręterea.licet
aliqui non defendant,ſed deprimant,ſupra cap.relatum.Ter-
6 tio quęro,vbi miniſtrabuntur patrono † alimenta. Dicit Ab.
quod in domo propria.ff.de viu & habi.plenum §.bonus,ni-
ſi vellet ſtare in eccleſia,quod aliqui abhorrent, ne videantur
conuerſi.& in hoc dicit Pau.in repeti.huius cap. quod conſi-
derabitur perſona patroni,& eius indigentia, & conditio ec-
cleſiæ,quib. attentis aletur in eccleſia vel extra.de hoc in Spe.
q fil.ſin.le.ver.ſed pone petebat.Quarto q̄ro circa hoc,nūquid
c vxor[c] cui debentur alimenta † ſit alenda in domo viri defun
7 cti,vel hęredum,not. Specu. in ca.ver.ſed pone petebat,& ſe-
quēti,vbi dicit,quod ſic,niſi de conſenſu hæredis ſtet alibi,vel
niſi ex honeſtate non poſſit ibi eſſe,& in eodem titulo, verſi.
ſed nunquid dominus, tractat an vaſallus poſſit petere a do-
mino alimenta,& econuerſo,& nihil firmat.Sed Ioann.An-
dreas, ibi refert Iacob. de Verona in ſumma feudorum dice-
re,conſuetudine nunquam obtentum,quod hoc fiat,& ſuffi-
cit, quod in hoc non eſt ius expreſſum. Quinto quæro, ibi,
modeſte, de intellectu. Solutio. vt in gloſſa penultima, &
ibi,ſed & ſi quid §.pſimo,vide de cle.non reſi.quia nonnulli,
in gloſſa prima.

ſis,vxori.§.qui ſe.nec autoritatem pręſtare in actu quem ge-
rit cum pupillo.ff.ad trebel.l.1.§.fuit.Oppono ad hoc,de ele-
ctio.cum in iure.Glo.prima non ſoluit.Solu.vt ibi,quia aliud
in electione, quæ fit per modum compromiſſi, aliud in præ-
ſentatione.Ibi enim ſe non eligit,ſed coeligit, nec ſe ingerit,
quia originem habet non a ſe ſed a ſocijs, hic autem a ſe, &
ideo obſtat ratio ingeſtionis,pro hoc,infra, quęſtione ſecun-
da,pro hoc inducit Hoſtien:quia in ſcrutinio, cum fiat in ſe-
creto,habet originem a ſeipſo, quod eſſe non poteſt. Sed in
compromiſſo poſſunt alij ,ipſo audiente nominare,& ſic po-
teſt conſentire ab alijs nominatus,tunc nō habeat originem
a ſeipſo,pro hoc,quod dico in d.cap.cum in iure.contrario 8.
in 4.lect.Et in hac glo.prima, ibi,quæ omnia,vide de procur.
mandato,in fin.ſecundæ gloſſę.Secundo oppono ad idem.ff.
de contrahen.empt.fiſtulas.§ fundum,vbi tutor ſibiipſi tradit
poſſeſſionem pupilli.Solu.Goffred.quod non ſimpliciter ſi-
bi tradit, ſed egrediente familia pupilli ingreditur,vel ſecun-
dum Hoſtien.aliud in temporalibus,in quibus habet locum
ſucceſſio, nec requiritur iudicis autoritas, vt in aditione hæ-
reditatis.ff.de acquiren.hęr.pro hęrede.Aliud in ſpiritualibus
in quibus non habet locum ſucceſſio,de fil.presbyte.ex tran-
ſmiſſa,nec ſine iudicis autoritate acquiruntur,de inſti.ca.3.de
offi.arch.cum ſatis,&c.relatum,vtraq; ſolutio teneri poteſt,&
adde quod dixi in dicto cap.cum in iure.Tertio oppon.quod
4 † quis poſſit præſentare ſeipſum. Nam pater pręſentat filiū,
ſupra cap.conſuluit,& cap.quia clerici.cum quo cenſetur ea-
dem perſona.ff.de li.& poſthum.in ſuis.de conſe.diſt.5.cap.fi.
Solu.cenſetur eadem perſona non vere, ſed fictè, vt dixi in d.
ca.conſuluit.quęſtione prima.Item ratio, ingeſtionis, de qua
ſupra in primo contrario,ceſſat in filio,& non in ſeipſo.Quę-
ro quę fuit ratio dubitandi.Solu.videbatur, quod poſſet patro
a nus ſe pręſentare,[a] quia prima charitatis &c.de viu palli,niſi.
Ratio decidendi eſt,quia non debet ſe ingere. Item dicit Ga-
ſpar. quod licet debeamus nos diligere, hoc verum virtuali-
ter,de pœniten.diſ.2.charitas,ver.corpus,ſe autē ingerere nō
eſt virtutis,ſed vitii.Ex hoc not. quod inter præſentantem,&
præſentatum debet eſſe diſtinctio,quod dic, vt gloſſ.vltima,ꝑ
hoc,quia natura correlatiuorum eſt, quod vnum non ſit re-
liquum.ff.de re.permu.l.1.& in hac glo.vlt.ibi,prętor,ſecun-
dum Ioan.& pręducta l.vide de electio.cum in iure.quæſtion.
quinta,ibi l.vltim.vide de inſt.cap.fin.contrario primo.Secū-
5 do quęro,† ſi vacante eccleſia epiſcopus patrono confert ec-
cleſiam.Hoſti.hic,& in ſumma.c.in fin.dicit collationem va
lere:quia ſe non ingerit,ſed vocatur,de electio. qualiter, nec
debet ſua conditio fieri deterior ex eo, quia ſit patronus,im-
mo me-

A D D I T I O.

a Patronus ſe præſentare. Adde gl.in verbo.filij,in c.quia clerici,ſupra c. Abbas in c.ad noſtram.in vlt.no de inſti.& in conſi.96.inc.ad claram dec.ſionē thematis.in 2.col in 2.volum.

Digitized by Google

tutioni,nec eſt admittenda ſubtilitas ex qua poſſet ſequi per-
plexitatis abſurditas,de ap.interpoſita,ad fin.nec obſtat ſibi ra
tio ingeſtionis,ex quo non habet originem ex ſeipſo,de ſorti
le.c.ſi.quod dixi ſupra in proximo contrario. Tertio quęro,
an quod dixi in proxi.quæſtione de eccleſia, locum habeat in
canonica,vel alio beneficio.Hoſtien.quod ſic,cum ſit eadem
ratio. vult dicere, quod qualecunque ſit beneficium, poteſt
conferri patrono,quod placet,per ea,quę dixi in proxima q.
& de electio.cum in iure.

SVMMARIVM.

1 *Patrono layco competunt quatuor menſes ad præſentandum.*
2 *Patronus laycus & clericus in quibus differant.*
3 *Patronus eccleſiaſticus non poteſt donare iuſpatron.layco ſine conſen-
ſu Epiſcopi.*

Cum propter. Si patroni ad eccleſiam vacan-
tem infra quatuor menſes non
præſentant,epiſcopus ordinabit eccleſiam,vel ad idem ſic. Si
quęſtio iuris patronatus non diffinitur infra quatuor mēſes,
epiſcopus ordinabit eccleſiam ſine pręiudicio euincentis.
Primo ponitur dictum. Secundo proteſtatio,ibi ,ita in poſte-
rum,ſic ſupra c.conſultationibus,quod dic,vt ibi.Not. quod
1 laico † patrono ad præſentandum competunt quatuor men-
hoc facit,quod dixi in ꝓxi.q.vel dic ſm Tan.eccleſiaſticū.i.ad
quod eccleſia tenetur epo,vel alteri prælato.vel ſm Vin. dic
eccleſiaſticū.i.ad diuinū opus puta panē,vel vinū ad opus eu-
chariſtiæ.Et q̄libet harū expoſitionū tolerari pōt, præcipue
2 tñ vr̄ de mēte literæ, ꝙ poſtq̄ fundus † datus eſt ꝓ fundatione
vel ꝓ dote eccleſiæ,ꝓ ipſo nō teneatur eccleſia ad aliqđ ſerui
tiū tpale:ſed ad eccleſiaſticū ſic.i.qđ pſtatur pſonę,vel rei ec-
cleſiaſticę,ꝓ hoc s.in 1.ꝯrio.tñ ꝑ ea q̄ ibi dixi ēt quo ad ſerui-
tia nō deberet acceptari fūdus ꝓ dote,niſi liberet,& hoc quo
ad tributa quæ non ſolent ſoluere alij clerici,& tunc intellige
mus literam hic,præter eccleſiaſticum.i.ſeruitium,quod ſm
traditiones eccleſiaſticas præſtari dēt ab eccleſijs, ēt de doti-
bus ſuis puta reſpectu charitatiui ſubſidij,vel in ſimilibus exē
3 plis,de quibus s.ea.q. Tertio quæro,ſi res † tributaria fuit tra
dita pro dote eccleſiæ,dicit Hoſtien.ꝙ aut ſine conſenſu dñi,
& non valet,arg. de loca. potui, aut de conſenſu, & tunc, aut
nō retinuit tributū,& vr̄ remiſiſſe,ff.de pig.ac.Gaius,54.di.ſi
ſeruus,& ſic intelligit opi. Ala.poſita in gl.3.pro qua facit li-
tera ibi amplius,aut excepit ipſum,& ſibi imputet eccleſia q̄
rem tributariam recepit,pro quo s.in ꝓxi.ꝯrio.Quarto quæro
de intellectu literæ,ibi,ſenioribus.Glo.ulti.exponit.i.dñis.Et
ex hoc infert,ꝙ res tranſit cum onere ſuo,& ſecundum hoc
ſenſus literæ eſt,ꝙ in alijs prædijs quæ dantur eccleſię,non ꝓ
dote,vel ſundatione,ſi erat tributaria, etiam dñis temporali-
bus ita remanēt,& ſic ſi erant feudalia tenetur eccleſia ad ſer
uitia feudi,ar.j.c.proxi.de maio.& obe.ſolitę,& qđ no.de cle.
ꝯiug.c.pe.Ex quo autem res factę ſunt eccleſię, de nouo non
debent laici ſibi ius ibi in eis vēdicare.de conſti.quę in eccle-
ſiarum,& c.eccleſia.de vi.& hone.cle.cap.fi.de re. eccle. non
alie.c.fi.vel dic ſenioribus.i.prælatis,23.diſtin.quamquam, de
elect.ſignificaſti.alibi aliter exponitur,de accu.qualiter, 2.in
prin.mihi placet expoſitio prima.

ADDITIO.

a Tributum eccleſiaſticum. Adde glo.& Ioan. And.in cap.1.de immu. eccle.
lib.ſexto Ant.de Butr. c.fin.de vi.& hon.cler. Ant.de Butr.in c.non minus
de immu.ec.,in pe.col.

primo caſu non inferatur plena ꝓbatio. ſcdo ſic. Dic primū
verius,non facta diſtinctione inter cenſum & tributum. Sed
inter cenſum & penſionem bene diſtinguitur, de reli. domi.
conſtitutus,vbi dixi ꝯrio.18.& de cenſu & tributo dic,ꝙ vter
que ſubiectionem probat,nō ſemꝑ plenā.vt in ꝯrijs,& ſic in-
tellige iura allegata in glo.vlt.Et in ea ibi: nulli. C.de natu.li.l.
3.& d.l.nulli.vide de cau.poſ.c.fi.ꝯrio.1.ad fi. Quæro de quib.
poteſtatib.loquitur litera.Glo.1.exponit dupliciter,primo vt
reſtringatur ad laicos qui ſubijciuntur poteſtatibus ſeculari-
bus. Secundo vt loquatur etiam de clericis quo ad ſuos præ-
latos,quibus prælatis etiam principes & alii parere debent.
de ma.& obe.omnes,vtraque expoſitio vera:tamen etiam po
4 teſtatibus ſecularibus ſubſunt clerici † quo ad tēporalia quæ
ab eis tenent. de ma.& obe.ſolitæ.alias non. de iureiu.nimis.

ADDITIO.

a Anima. Adde c.prodeſt.23.q.5.& in c.Magnum.12.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus nouum cenſum monaſterio imponere non poteſt.*
2 *Poſſeſſionis initium inſpicitur in colono vel conductore ne contra do-minum præſcribat.*
3 *Conſuetudines nouę induci non debent.*

Scientes. Epſ nouum cenſum monaſterio imponere
non pōt.Primo ponitur quęrela. Secūdo ꝓ
uiſio. ibi: mandamus. prædictis.indeciſa.Maſſæ.nomen loci.
Op.j.c.ſignificauit.Sol.ſine cauſa non pōt nouus cenſus im-
poni vt hic:ex cauſa ſic,vt in ꝯrio.Item etiam ex cauſa impo
ni non pōt ſi ex hoc nimis grauatur eccleſia.de conſu.c.1.de
deci.ſuggeſtum.Item ſecundum In.requiritur cōſenſus epi,
de præben.auaritiæ.de monachis.Et ex hoc vr̄ Inn. intellige-
re literam ibi,præsbyterum,prout iacet.Glo. uero exponit.i.
epiſcopū, & ſic ſummaui. Et in hoc nihil refert in facto , ſed
in iure ſic.q:ſi erat epiſcopus, ſufficit ꝙ ex cauſa imponit , ſi
non epſ,requiritur vltra hoc ꝙ cū authoritate epi: vt prędixi.
Secundo op.in eo quod conſideratur initiū : vt opponit glo.
2.Ibi,argumentum cōtra,quæ opponit dupliciter, vſque ibi,
argumentum contra ꝙ medium.Sol.vt in ea,& dixi de elec.
dudum,1.Et in hac glo.ibi:eſt argumentum,ſcđum Gof.Ibi:
cum oportet.in fi.in tacita hypotheca , quam habet filius in
bonis patris adminiſtrantis bona ſibi delata , inſpicitur initiū
gerendæ vel deferendæ adminiſtrationis . Ibi,qui abortionis,
forte vult allegare ſe.§.teſtamentum.vbi teſtamentum quod
nullo iure valet impune ſupprimitur, cum nil ex eo ſubſiſte-
re poſſit,& hoc dixi.quia §.qui abortionis.facit pro fine ſpe-
ctando.de quo vide de homi.ſi aliquis,contrario.1. Ibi.l.1.in-
1 ſpicitur initium † poſſeſſionis in colono vel ꝯductore,ne ꝯ
dñm pſcribat. Ibi , & vlt. in vſucapione ſufficit autorem ha-
buiſſe malam fidem,licet ſucceſſor habeat bonam . Ibi.l.1.in
fi.impubes actione commodati non tenetur , etiam ſi factus

Digitized by Google

grinus.i.deportatus,& mox ad ciuitatem Romanam peruenit.
Et in fi.dicit Hoſti.ꝙ brocardum iſtud nimis eſt generale, &
non perfecta patet ſol.dic, vt dixi in d.c.dudum. Quæro de in
3 tellectu literæ,ibi,nouas conſuetudines† imponere. Sol.pro-
hibet nouas,& pmittit antiquas,& hoc de nouis procedit ſe
cundum Inn.ſiue ſacerdos haberet ius ī monaſterio,vel econ
tra:ſiue alius haberet in monaſterio, q.d.ſecundum Hoſt. ꝙ
vtrunque prohibetur. Ex hoc no.ꝙ nouę ꝯſuetudines nō de-
bent induci ∫.c.prohibemus,ſic nec nouum ſigillum,de ex-
ceſ.p̄la.dilecta. Antiquę aūt non debent tolli:vt p̄.dixi, ad hoc
de ꝯſue.cum conſuetudinis,ex hoc dicit Hoſt.ꝙ iuſte cōquæ
ritur ille,cui antiquæ penſiones non redduntur.

S V M M A R I V M.

1 *Cæcus,& pauper ad collectas non tenentur.*
2 *Res tranſit ad quemlibet cum onere ſuo.*
3 *Filiorum numerus aliquando excuſat a muneribus.*

1 **Licet.** Poteſt diuerſimode intelligi.primo de paupere,
& cęco,& ſecundum hoc in ſumma dicit.† Cæ-
cus,& pauper ad collectas non tenentur. Secundo modo, vt
loquatur de non paupere,& ſecundum hoc in ſumma dicit,
Cæcus ad collectas pſonales cogi non dēt.prima placet, per
id quod dico in 2.ꝯrio,tamen etiam ſecunda ſaluatur per id,
qđ dico in eodem ꝯrio:vt nomine collectarum intelligamus
de muneribus perſonalibus,& facit ad ſecundam partem ru-
bricæ de exactionibus,primo ponitur quærela,ſc̄do prouiſio
ibi:quod. Tertio ratio.ibi:quia. Op.qa non debuit Papa de cę
co ſe impedire,cum eſſet laicus,de iudici.nouit,So.vt in gl.1.
vel ſecūdū Hoſt.dic,ꝙ erat de tpali iuriſdictione eccleſiæ Cō
ſtantieñ.& homines eccleſiæ grauabāt ipſum in hoc,& eum
etiam de fundo expulerant.vnde ad Papam potuit recurrere,
de appel.ſi duobus,& vtraque ſol.eſt vera,licet ſecunda aliqua
liter diminet,ſed hoc non refert,quia in hoc non fuit qō hic.
Et in hac glo.ibi,c.1.de offi dele.ſignificantibus.Secundo op
2 po.ꝙ etiam cęcus † teneatur ad collectas,quia res trāſit ad quē
libet cum onere ſuo,ſ̄.c.1.vbi de hoc in glo.vltim.Glo.vl.di-
a cit hic loqui de pſonalibus oneribus. a Idem Inno.qui dicit
ſecus de realibus,de quibus loquitur ꝯtrarium.Hoſt.dicit, qđ
cęcus generaliter non tenetur de collectis quæ fiunt in terra,
ſicut fodrum,albergaria.& ſimilia,dicēs,ꝙ tales perſonæ mi
b ſerabiles b non tm̄ a pſonalibus:ſed etiam a realibus extraor-
dinarijs debent eſſe immunes,89.di.indicatum,C.de ſuperin
di.l.vna.de vaca.mu.l. vna.lib. 11.a realibus autem ordinarijs
non ſunt immunes,& eodem modo,ſi tenent terram cēſua
lē,vel tributariam,ſoluere debent,23.q.8.conuenior,& c.ſi tri
butū,quis pre faciat dn̄s ſi paupertate oppreſſis hoc dimittat,
de loca.pp.ſecundum Hoſt.quæ no. Et per hoc declaratur ſe
cundus ſummarius,dic ergo,ꝙ aut cęcus iſte erat ēt pauper,
& non tenetur ad collectas pſonales,& ꝙ ſic debeat intelligi
ꝙ eſſet pauper, facit de reſti. ſpo.c.1. vbi de cęco ſpoliato. ad
quod c.illud continuatur,pro hoc ēt facit iſta litera ibi,miſe
reri,facit tamen etiam contra ibi,ſi eſſet neceſſitas,& ſic non
dicitur hic, quod eſſet perſona miſerabilis,dic,quod loquit̄
hic de miſeratione per quam pręſtantur eleemoſynę.conſtat
aūt ꝙ erat pauper,& non mēdicus,& ſic non egebat eleemo
ſyna:tn̄ erat miſerabilis perſona. aut non erat pauper, vel op-
preſſus,& tunc non cenſetur miſerabilis perſona; vt dico de
offi.dele.ſignificantibus,q.6.& ideo tenetur ad collectas etiā
perſonales,licet non ad munera perſonalia, quæ non poſſet
per ſe præſtare,& ſic loquitur gloſſ.vltima,& ab alijs muneri
3 bus excuſāt etiam aliquando † numerus filiorum, de hoc in
regu.decet,in princip. quæſtio. libro ſexto, tamen etiam re-
ſpectu perſonalium tenebitur ad æſtimationem, ex quo eſt
ſoluendo. Et in hac gloſſ.vltima ibi l.prima,tenuis patria mi-
ſeri debet auxilio,ibi l.prima,& ſecunda ,prima loquitur in
cęco,ſecunda in fundo.

...ro 5.
6 *Solutio diutina annua præſtationis non inducit obligationem.*
7 *Præſtatio diutina an inducat obligationem.*
8 *Agens petitorio ſi dicit me obligatum ad decem annua præſtanda,quia tanto tempore ſolui,& petit,ut cogat in futurum ſoluere, quare non audiatur.*
9 *Poſſeſſorio an ſit locum in præſtationibus perſonalibus.*
10 *Poſſeſſorium an locum habeat in præſtationibus annuis.*

a **Peruenit.** a Non debetur cenſus,cuius cauſa ignorat̄.
vel ad idem ſic.Petens cenſum dēt cauſam
exprimere Primo ponitur dictum. Secundo declaratio.ibi:
oportet. Pone caſum,vt in gl.1.& in ea ibi,quæſiuit, imo co-
mitiſſa Matilda quæſiuit, vt in ſuperſcriptione iuncta litera
ibi,inquiſitionis, & de hac comitiſſa C.de arbit.l.fi. Et ordi-
na ſic literā. Oportet quippe,vt præſciatur ad quid, ideſt qua-
re,& quando omnis cenſus debeat perſolui ad hoc vt ſit præ-
1 ſtandus,& ſequi debeat condemnatio.† No.ꝙ conſtitutiones
canonicę dicuntur diuinæ.de hoc in gl.pen.pro hoc de iure
2 iur.nimis,de accu.qualiter,2.in prin.† Secundo no.ꝙ in du-
bio præſumitur cenſum eſſe debitum. Ideo oportet cauſam
allegare.de hoc in gl.vltima. Oppo.ad hoc,nam ſi quis eſt in
poſſeſſione cenſus,tuendus eſt in ea.de cau.poſ.cum eccleſia,
vt li.pen.c.1.& 2.nec tenet̄ dicere titulum ſuæ poſſeſſionis,C.
de pbat.cog. Sol.ſta ꝯrio,& pro hoc,quod no.de ele.quærelā,
in gl.pe.vbi dixi ꝯrio 10. Et intellige literam qn̄ is,qui petit cē
ſum,nō eſt in poſſeſſione,qa tunc debet dicere cauſam vt hic
in litera,& in gl.vlti.& C.de eden.qui accuſare,ſecus ſi eſt in
poſſeſſione,nō vi,non clam,nō p̄cario:ut in ꝯrijs, & pro hoc
de proba.licet. Si vero poſſideret vi clam,vel præcario,non tue
bitur in poſſeſſione,ff.de aqua quoti.& eſti.l.1. Tā.Vin. Goſ.
& Inno.& idem no.de offi.ord.duo ſimul.in gl.3.& intelligit
Inno.hic,qn̄ agitur petitorio,non poſſeſſorio,& ꝙ pro cenſu
poſſit agi poſſeſſorio,dico ∫.q. 8. Quæro de intellectu literæ
in eo,quod dicit,de cenſu ignorātiæ. Gl.2.exponit.i.cuius cau
ſa ignoratur,& idem Inn.dicens,ꝙ ignoratur cauſa vtrum de
beat:qa ſi certum eſſet,ꝙ deberetur,licet nulla cauſa ſubeſſet,
tn̄ ſm Vin.& Inn.deberet ſolui.∫.c.quāto,volunt dicere,ꝙ ſi
nō negatur,debet,licet ignoret̄ cauſā,fiet ꝯdemnatio.d.c.q̄to,
ſecus ſi negat,vt hic. Et in hac gl.ibi:ſi qs poſtq̄.vide de ſent.
excō.per tuas,ver.nos,q.1.ad fi.ſi quis pro eo,qui libertus nō
eſſet,& operas p̄ſtaturum ſe iuraſſet,fideiuſſor erit:non tenebi
3 bitur. Secundo quæro an tpe poſſit acquiri † ſeruitium.Gl.2.
arg.ꝙ non,qa tp̄s non tollit nec inducit obligationem.C.de
pac.ſi certis,vbi ſi nudo pacto ſine ſtipulatione conuentum
eſt certis annis ſolui,non ſum propter id in poſterum obliga
tus. In ꝯrium arguit gl.ibi,argumentum ꝯ,deinde ſoluit,qa li
cet obligatio non acquirat tpe,ſeruitia tn̄,& ſeruitutes,ſic,vt
in gl.vſq; ibi,& ſi quis. Hoſt.dicit,ꝙ licet tpe ſolo nō inducat̄
nec tollatur obligatio,ſicut nec ſola patientia per ſe,nec præ
ſtatio per ſe,nec ſola negligētia obligationem tollit: negligē
tia tn̄ cum tpe obligationem tollit.de p̄ſcrip.per totum. Itē,
patientia cum tpe obligationē inducit:vt in iuribus alle.in gl.
ibi, argumentū contra,vſque ibi,ſolutio,quod placet,& facit
quod no.in reg.non firmat̄,lib.6.& de offi.ordi.duo ſimul. Et
in hac gl.ibi,C.ne vx.pro ma.l.vlt.licet pater pro debitis filij
aliquid ſoluerit:non propter id tenetur ad reliqua. Ibi: ſerui-
tium,vbi de hoc. Ibi cum de in rem verſo.vide de cau.poſ.cū
eccleſia,in gl.ex hoc. Ibi l.vlt. Iudex tuetur ductum aquæ, cui
authoritatem dat vetuſtas, licet ius non probetur. Ibi: ſi
quis diuturno.uide hanc,& duas ſeq.vide de iudi.c.2.no.3.ibi
ſimbus,vide de iudi.c.2.in gloſſ.3. Tertio quæro, ſi quis petit
4 ſibi aliquid deberi † pro cenſu. Glo.2.ibi:& ſi qs,dicit ꝙ ſuffi-
cit alle-

A D D I T I O.

a Peruenit.de materia iſtius decretalis vide per gl.& Archi.in c.quia cogno
uimus 10.q 3.gl.& Arch.in c.ſeruitium.16.q.1.

Digitized by Google

tum,& de præſcri.c.ſi.de timo. Mattheus, Quinto quæro, ſi
non eſt memoria perceptionis, dicit Hoſt. ꝙ videtur hoc ſuf-
ficere, quia eſt approbatum. de præſcrip.c.1.lib.6.& hoc caſu
non oportet exprimere aliam cauſam ſpecificam, ſed ſecun-
dum Hoſt. ſufficit dicere, ꝙ ex iuſta cauſa ab initio fuit impo
ſitus, pro hoc, quia tantum tempus habet vim tituli, d.c.1. Op
6 po. ad ea quæ dixi ſ. in quatuor proximis, q. quia † diutina ſol.
annuæ præſtationis non inducit obligationem, qa certi ſunt
modi obligationis inducendæ. de quibus inſti. de obli. & titu.
ſeq. & iſte non eſt de illis: ergo oportet cauſam probari. Sol.
ſm Hoſt. licet diutina ſolutio non inducat obligationem, tñ
inducit præſumptionem, quæ ſufficit, vt in dictis q. Eſt enim
præſumptio pro petente, cum non ſit veriſimile aliquem tā-
to tempore cenſum ſine cauſa, & ſine quærela præſtitiſſe, ar.
ff. de proba. cum de indebito. Item, incertitudo, & impoſſibi-
litas merito excuſat hoc caſu non exprimentem ſpecialem
cauſam, reg. nemo pōt lib.6. ff. quorū leg. l.1. §. quod autē, de
hoc per Hoſt. in ſum. eo. §. ſi quis cenſus, & in Specu. de reſti.
ſpo. §. nunc dicamus, in vlti. & de elect. quęrelam, & quid ope
7 retur diutina pręſtatio. dic, vt ī ſequē. q. † Sexto quæro, an diu
tina pręſtatio inducat obligationem. Cy. C. de pact. ſi certis, q.
4. arguit, ꝙ ſic per l.2. C. de ſerui. Item, quia ēt vna ſolutio fa-
cit pręſumi debitum ff. de prob. cum de indebito, ergo diuti
na, vt aliquid plus operetur dēt obligationem inducere. Secū
do per l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. In contrarium, quia
certi ſunt modi inducendę obligationis inſti. de obliga, & in
titulis ſequentibus, & iſte non eſt de illis: vt ſ. q. prox. Idem
modus agendi. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. patre furioſo.
Item, in diutina ſolutione ſunt duo: tēpus, & ſolutio: tp̄s. aūt
non eſt modus inducendę obligationis: qa nec tollēdæ, ff. de
act. & obli. obligationum fere. §. placet, ſic nec ſol. eſt modus
obligandi, ſed tollendi obligationem, quod enim inductum
eſt ad vnum, non dēt operari ꝯrium, ff. de ſol. qui hominem,
§. vlti. de na. ex li. ven. c. vno. hæc ergo duo iuncta ſimul non
inducunt obligationem, arg. ff. de excu. tu. ſpadonem, §. qui iu
ra. Sol. Cyn. ſtat vltimis rationibus. Ad l.2. reſpondet, ꝙ loqui
tur in iure reali, quod tempore quęritur, C. de pact. tradi-
tionibus, ff. ſi ſerui. vend. ſi quis diuturno, pro hoc de pręſcri.
de quarta. Aliud in iure perſonali, de quo loquitur tex. Ad ſe-
cundum dic, ꝙ diutina ſol. operatur, qñ nō ꝯſtat, ꝙ ſit indebi
tum, facit. n. p̄ſumi debitū. Ad l. cū de in rē verſo. rñdet, vt ibi
no. iudicatur ex ſolo tp̄e. ſed ex cauſa habili allegata, quę prę
ſumitur ex tp̄e, & dicunt iſti hoc procedere, ſiue ſol. pręſtatio
nis annuę fuerit debita, ſiue indebita. Nam ſi fuit debita pro
illo anno ſe deliberat per ſol. non igitur inducitur obligatio:
ſed remanet prior per q̄ ſingulis annis id erat debitum, & hac
ratione etiam non pręſcribitur; vt no. de p̄ſcri. auditis Si au-
tem fuit indebita, ſoluens pro illo anno ſibi parat condictio-
nem indebiti ad repetendum, ff. commo. ſi ts, §. fi. de ſol. c. fin.
Nam vbi ſoluitur indebitum, ex eo, qđ agitur naſcitur ꝯditio
indebiti, quę cū ſit actio p̄ſonalis durat vſque ad 30. annos, Ex
quo ſequitur, ꝙ non tenet in futurum ſoluere: qa dicit lex, qđ
ſublata ſubſtantia obligationis impoſſibile eſt ipſius qualita-

mihi pluribus annis ſoluit, nūc denegat, vnde peto reſtitui &c.
la de ra. & Cy. in præall. l. ſi certis. dicunt ꝙ non eſt locus poſ-
ſeſſorio in perſonalibus præſtationibus, quia petitorium &
poſſeſſorium ſunt correlatiua. vbi ergo non eſt locus petito-
rio, nec poſſeſſorio, propter naturam correlatiuorum. ff. de
acqui. poſ. l.1. in prin. & §. fi. inſtit. de actio. §. ſic itaque. ad hoc
de bap. debitum, ꝙ autem non ſit locus petitorio, non pro-
bant, ſed præſupponunt, & ꝙ in præſtationibus perſonalibus
non ſit locus poſſeſſorio, inducunt. Nam interdictum quorū
bonorum eſt poſſeſſorium. ff. quorum bo. l.1. & tñ nō poteſt
intentari contra debitorem perſonaliter obligatum. eo. tit. l.
fi. Quidam tñ, vt refert ibi Cy. tenent ſententiam canoniſta-
rum, ꝙ competit poſſeſſorium: p l. ff. de peti. hære. nec vllam.
§. vlt. Sed ipſe dicit ꝙ iſti non intelligunt: quia non reperitur
ꝙ poſſeſſorium habeat locum niſi in duobus generibus, vi-
delicet in rebus corporalibus verè poſſeſſis, & ibi habet locū
directū, & in reb. incorporalib. quæ quaſi poſſidentur, & ibi
habet locum vtile. ff. de ſerui. quotiens. Reperitur tñ quædā
poſſeſſio, propria, & alia impropriiſſima, quæ non pariunt ali
quod poſſeſſorium. ff. de peti. hęre. l. regulariter. Plus etiam di
cit, ꝙ eſt dare vbi habet locū petitoriū & non poſſeſſorium.
Nam rei vendicatio datur contra eum qui nō poſſidet. ff. de
rei ven. officium. Ad l. nec vllam. rñdet, ꝙ petitio hæredita-
tis eſt mixta, quia eſt in rem, & in p̄ſonam. vnde pōt cōpete-
re diuerſis reſpectib. Item pro ea parte qua petitio hæredita-
tis eſt realis, poteſt competere contra detentorem qui non
10 poſſidet. Oppo. ad hoc, ꝙ † imo in præſtationibus annuis ha-
beat locum poſſeſſorium. de elect. quærelam. dicit la. ꝙ ad-
uerſus quærelam opus eſt quærela. Pe. reſpondet melius, qđ
ibi de reali præſtatione, quod dixi in præced. c. quærelam. cō-
trario. 4. dicit tamen Cy. quod in foro canoniſtarum ſeruatur
etiam in perſonalibus. Sed vbi hoc colligat Cy. quod dicit ca-
noniſtas ſeruare, non apparet. & vt nunc dixi. c. quærelam. lo-
quitur in realibus. & quod pro talibus præſtationibus & pro
cenſu poſſit agi poſſeſſorio. pro hoc ſup. contrario. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Ornamenta eccleſiæ alienari non debent.*
2 *Archiepiſcopus debet viſitare prouinciam.*
3 *Epulæ ſumptuoſæ ſunt cauendæ.*
4 *Prædicator an debeat petere ſumptus.*
5 *Epiſcopus quot diebus procurabitur ab eccleſia.*

Cum apoſtolus. Primo ponit ꝯſtitutionis cau-
ſa. Scđo ꝯſtitutio: ibi: quo cir-
ca, & illa in tres partes. Scđa ibi: ꝓhibemus. Tertia ibi: ſanè. in
ſumma dicit vſq; ibi, ꝓhibemus. Determinat cōciliū nume-
rū equorū quē ſecū ducere poſſunt p̄lati viſitantes, & ꝓhibet
eos tunc vti venationib. vel ſumptuoſas epulas quęrere. Apo
ſtolus. actuū 20. p̄ſeudo, i. falſus exiſtat. nec ēt tot ducunt ſi p
id nimiū grauatur eccleſia, ī. ver. ſanè. venatorijs, nō venato-
res ducere nō prohibentur, quę ſua ad Philippenſes. 2. de re-

Val.lib.2.c.4.ponit Duronium remotum a ſenatu,quia lege
abrogauerat limitantem conuiuia.Ibi,olei.Nota obachalar
gio10,i.nebulo guloſe,vade poſtea loqui cum dñabus,quib-
dabis pacem in altari,cum habeas hircoſum os. Tan.& vix di
uerſorum nouit cautela coquorum tanta miniſtrare, ꝙ eos
4 poſſit ſatiare.Goſ.Oppo.quia videtur in prin.prohibere † prę‐
dicatori petere ſumptus,& ꝙ ſi petit,videtur innuere,ꝙ præ-
ſumatur falſum,cum tñ qui ſeminat ſpiritualia &c. 3.q.a.c.
1.de offi.ordi.inter cætera.Sol.licet apoſtolus non peteret,tñ
potuiſſet,ſed hoc fecit per rationem de qua in litera,vt locũ
auferret pſeudo Apoſtolis.Corinthi.n.auari libentius audie-
bãt ꝑdicationem Pauli factam gratis,ꝗ illorum qui munera
exigebãt.de hoc 1.q.2.ſacerdos,1.& eſt ſimile,21.diſt.de eulo
gijs,1 q.1.placuit,3.Secundo oppo.in eo,quod dicit ep̃os poſ
ſe ducere tñ 30.euectiones, ꝙ imo 40. 10.q.1. inter cætera.
Glo.in ver.ep̃i.Sol.quod corrigitur per iſtud,vel dic ſecundũ
Hoſt.ꝙ id quod ibi dicit de ep̃o,debet exponi pro archiep̃o.
Nam,& Papa vocatur ep̃s,s̃.in prohe.& ſecundum hoc ꝯcor
dat huic literę,prima placet.Tertio oppo.q̃a dicit hic de nu-
mero euectionũ,& omittit de numero perſonaruum, qđ ẽt
fuit determinatum.Sol.ꝑ euentiones tacite determinat etiã
de ꝑſonis ĩ.de exceſ.ꝑla.cũ a quorũdã,& de numero ꝑſona-
rum ꝑmiſſarũ ibi no.Quarto oppo.in eo,ꝙ minorẽ numerũ
ꝑmitit cardinalibus,cũ ẽt inter cardinales ſint ep̃i de confir.
vti.examinata.Sol.intellige literam de cardinalibus non ep̃is,
hodie cardinales,ẽt non ep̃i,cum ſunt legati,hoc non ſeruãt,
& dicit Hoſt.ꝙ vtinam eſſent ꝯtenti de 50.Dicit Egy.quoſ-
dam dicere,ꝙ tenent ad hanc taxam etiam ſi ſint legati. qđ
ipſe non credit,cum de legatis nihil dicatur hic,& ſecundũ
hoc litera debet intelligi cum viſitant ſuas parochias,in qui-
bus habent iuriſdictionem quaſi ep̃alem.de ma.& obe.hiſq;
& ſiue hoc ſit de iure,ſiue nõ,de facto tñ legati cardinales ma
iorem numerum ducunt.Quæro qui ſint decani de quibus
litera loquitur ibi,decani.Glo.6.exponit.i.archipresbyteri ru
rales,de hoc de offi.archip̃ſby.c.fi.& dicit Hoſti. ꝙ illi inter-
dum ducunt pluſq̃ decem.Ex hoc not. plures viſitatores eo-
dem anno admitti,quod dic,vt ibi, & de offi. archi. manda-
mus.Secundo quæro,ſi p̃lati nõ ſeruant taxam de qua hic,an
poterunt in ſuꝑfluo ꝓhiberi,Glo.quid ergo,argui,ꝙ ſic,per
l.1.§.Trebatius,ff.de aqua quoti,& æſti.vbi ſi habẽs ſeruitutẽ
ducendi certum numerũ pecorũ ad fontem,ducit maiorẽ,in
ſuꝑfluo ꝓhibetur,& hoc tenet.gl.Et in ea ibi, quia cognoui-
mus,& c.inter cætera,vbi de hoc.Tertio quæro circa id qđ in
proxi.q.dixi,ſi non pőt ſuꝑfluũ ſeparari a numero licito,dicit
Vin.ĩ.eo.cum inſtantia,ꝙ in omnibus ꝓhibebunt,ff.de aqua
quoti.& æſti.l.1.§.item quæritur.Oppo.ad hoc,quia in equis
bene pőt fieri ſeparatio.Solu.Io.An.ꝙ dictum Vin.dẽt intel-
ligi de ſeparatione facti:vt q̃a prælatus non vult partem equo
rum recipi.& partem non. Quarto quæro, ſi prælatus ex eo,
ꝙ ſubditus non admittit numerum ſuꝑfluum,ipſum excõi-
cat.Glo.quid ergo,ibi,ſed ſi,dici,ꝙ forte tenet ſententia.Op-
po.ad hoc ĩ de exceſ.præla.cum ad quorundam.Glo. ea. ſol.
ſecundũ quoſdã,ꝙ illa decre.ꝑtinet ſpecialem indulgẽtiam.
Inno. dicit per illam decre. ſententiam non tenere, dicit ta-
men ſecurius, ꝙ ſubditus penes ſuperiorem deponat quære
lam. Per.dicit ad omne ambiguum tollendum, ꝙ debet ap-
pellari:quod intellige ante excommunicationem.de hoc in
dicto cap.cum ad quorundam, vbi dico ſententiam nullam
quando aperte conſtat,ꝙ prælatus ob hoc excommunicauit,
quia ſubditus non parebat ſibi facienti contra hoc conciliũ,
tunc enim ſententia continet euidentem iniquitatem, quæ
inducit nullitatem,de re iudi.cum Bertoldus. Quinto quæ-
5 ro † quot diebus procurabitur epiſcopus ab vna eccleſia vide
tur,ꝙ vna tantum,10.q.3.inter cætera ĩ.eo.felicis,verſic.adij-
ciens,Inno.ĩ.eo.c.1.lib.6.in ver.viſitans,dicit,ꝙ ſi pluribus
diebus oportet viſitantem in vna eccleſia intendere, ſemper
procurabitur,10.q.1.placuit.Nam ſi in dicto cap.1. concedi-
tur archiepiſcopo redire poſt primam procurationem,& ite
rum procurabitur,fortius ſecundum eum plus manere po-
teſt,quia nec circa iura malignandum.Ad c. inter cætera, di-

picat de ...

ADDITIONES.

a Eccleſiaſtica.Adde tex.in cle.ſi beneficiorum,& ibi car.in vlt.q.de deci.
b Contra ſcholares.Adde Ab.in c.quoniam.de vi & hone.cle.ſuper gl.1. ver. ibi habenda eſt ratio expenſarum vbi colligit,quod iuuenes aduertere debent,vt tantum expendant,& non amplius quantum habent in redditibus, imo conſilium eſt,quod ſemper aliquid ſuperſit,nam ſi quis expendit tantum quantum habet in redditibus,ex caſu aduerſo efficitur pauperior.

SVMMARIVM,

1 *Prælati non debent grauare ſubditos talijs,& exactionibus.*
2 *Parentes debent filijs theſaurizare.*
3 *Neceſſitas qualis eſſe debeat ut prælatus petat ſubſidium, & quid de cauſa rationabili.nu.4.*
5 *Subditi inuiti an poſſint cogi ad ſubſidium.*
6 *Epiſcopus pro ſuis neceſſitatibus poteſt accipere fructus eccleſiarum,*
7 *Archiepiſcopus an poterit cogere ad ſubſidium ſubditos ſuffraganei.*
8 *Epiſcopus an poſſit imponere ſubſidium clericis ſine conſenſu capituli.*
9 *Exigi pro ſubſidio quantum poſſit,& quoties.*
10 *Extrauagans Benedicti an ita arctet,ut ab ea non poſſit recedi.*
11 *Exempti an teneantur ad ſubſidium.*
12 *Augmentum operari non debet,quod eſt inductum ad diminuendum.*

1 Ver.prohibemus. † Prælati nõ debent graua
uare ſubditos talijs,& exa
ctionibus.Permittunt̃ tñ ex iuſta cauſa petere ab eis modera-
tũ auxiliũ. Apoſtolus.2.ad Corint.12.paſtoris,vide quod no.
eo.tit.cle.ad noſtram,in gl.contra id.No.ꝙ prælati debẽt abſti
2 nere a talijs,vt fodris,albergarijs &c.s̃.ti.1.præterea.† Secun
do no.ꝙ parentes debẽt theſaurizare filijs non econuerſo.de
hoc in glo.in ver.filijs.Et in ea ibi,non ſic parentibus, paren-
tes ad bona liberorum rõ miſerationis admittit,liberos natu
ræ ſimul,& parentum commune votum,& idem dicit Ie-
nam,& ſi.Tertio no.de paterna pietate quam debent habere
præpoſiti ſuis ſubditis,arg.de teſti.ſpo.conquerente,& hoc re
ſpectu bonorum.malos autem punire debent,in Aut. vt iu-
ſine quoquo ſuf.§.cos.Oppo.in eo,quod prohibet archidia-
conos,& decanos facere aliquas exactiones:deberet enim eis
permitti ex cauſa rationabili ſicut permittitur epiſcopis. Gl.
ad opus,ſoluit dupliciter Primo,ꝙ non poſſunt eas facere ſi-
ne mandato epiſcopi, ſecundo , ꝙ non poſſunt niſi ex cauſa
rationabili.Et per hanc vltimã,ſol.ſtandum eſſet contrario,
& hoc tenet Lap.de ſup neg.præla.cle.vna.§ eadem,vbi hoc
dixi,q.1a.Sed prima verior,quia ſpecialiter permittitur epi-
ſcopis,& ſuperioribus,ꝙ exigant moderatum ſubſidium, ſe-
cus ergo de inferioribus,vnde dicit Hoſt. ꝙ archidiaconi,&
decani hoc non poſſunt,niſi ex priuilegio, vel conſuetudine
præſcripta.de exceſ.præla.ad hæc,& c.accedentibus.Et in hac
gloſſ. ad opus ibi, Titia, §.1. vide de præben.de multa,§.hoc
idem,in gl.no.ꝙ Quæro in eo,ꝙ permittitur prælatos ob ne
3 ceſſitates debere petere ſubſidium,† qualis debet eſſe neceſ-
ſitas:dic,ꝙ talis,cui per ſe non ſufficiat.de offic.ordi. conque
rente.ubi dico,q.22.& ꝗ inciderit ſine culpa. Nã ſi ex culpa
ſibi imputaretur,regu.damnum,lib.6.Secundo quæro in eo,
4 qđ dicit † de cauſa rõnabili,quæ ſit cauſa rationabilis.Sol.dici
tur rationabilis cum ſubeſt neceſſitas,vt in proxi.q.& poteſt
exemplificari,vt quia itinerat ad Papam , vel ad regem, licet
enim glo.decima,q.3.vnico,dicat hanc non eſſe cauſam ratio
nabilem,tamen dic contra,vt dixi de ſta.mo.cap.1.q.5.Et re-
fert Boati,ꝙ epiſcopus Bonoñ.vocatus per Inno.4.contra Fe
de.in auxilium eccleſię exegit a clero ſuo tria millia librarum
& congregatis militibus fuit in Apulia,vbi excellentius alijs
militibus pugnãs fuit vulneratus, de quo dixit Nouarieñ.epi
ſcopus,ꝙ vituperati erant omnes milites ſi non inuenirent
vnum militem qui melius celebraret miſſam aliquo ep̃o: cũ
inuentus

Digitized by Google

pus habet ius hoc petendi. Deinde dicit quod cogi debent p
iudicem ordinarium ſuum,ſicut eſt Papa.quando conueniũ
tur ab epiſcopo,non autem per archiepiſcopum qui non eſt
iudex de offi.or.paſtoralis.de immu.ecc.aduerſus.pro hoc ſu
8 pra titu.1.nullus.† Sexto quæro,an epiſcopus poſſit impone
c re ſubſidium,uel cogere clericos ad ſoluendũ, ſine ꝯſilio c ca
pituli.Dicit Innocent. ꝙ non debet hoc facere ſine conſilio
capituli,& etiam clericorum.de his quæ fiunt a præla.per to
tum.pro hoc de dona.paſtoralis.& hoc approbat Hoſtien.ar.
de emp.& uen.c.1.de teſta.cum in officiis.& hoc cum neceſ
ſitas euidens eſt,nec in contributione grauantur ſubditi,nec
referunt quæſtionem.alias id per ſuperiorem uel arbitros ſi-
nietur:vt ſup.quæſtio.3.& facit quod dicit inf.capitulo pro-
curationes.Dic quod obſeruatur, quod quando epiſcopi vo-
lunt ſubſidium , congregant clerum , & ibi proponunt ſuas
neceſſitates,& inſtant ꝙ clerus ſubueniat. Deinde recedente
epiſcopo clerus ſubſidium imponit. & hoc modo nullum
remanet dubium.Item aliqui epiſcopi timentes ꝙ clerus no
lit conſentire,impetrant a Papa quod poſſit exigere,datis ſu-
per hoc executoribus ad compellendum nolentes. Septimo
9 † quæro,quantum poteſt d pro ſubſidio , & quotiens. nemo
d tangit.dic arbitrarium.pro hoc litera ibi : aliquotiens.& ibi :
moderatum.& arbitrabitur hoc ipſe epiſcopus, ſed ſi indebi-
te arbitretur,poſſunt clerici appellare : quia hoc non permit
titur ſibi in arbitrio libere voluntatis:ſed tanquam bono vi-
ro.i.iudici.pro hoc quod dixi de offi.deleg. conſuluit.de dila.
c.1.& hodie taxatum eſt ſubſidium per extrauag. Benedicti.
12.vas electionis.Item obſeruatur,quod prælati ſemel tantũ
exiguntur in principio promotionis,& communiter tãtum
petunt quantum ſoluunt in curia pro primis fructibus,quan
do ꝙ minus ¦Octauo quæro,in eo qđ dixi in proxi. quæſt.de
10 extrauag † Benedicti,an ex cauſa poſſit ab ea recedi. Sol.ſic.
Nam nec fuit recepta vbique , imo quaſi penitus eſt ignota,
pro hoc de fide inſtru.paſtoralis.Nono quæro,ſi vacante epi-
ſcopatu ſtatuit clerus ꝙ obſeruaretur conſtitutio Benedicti
prædicta in ſubſidio epiſcopi futuri & deinceps.dic,quod epi
ſcopus creatus non tenetur ſtare ſtatuto,ſi aliud erat de con-
ſuetudine antiqua, in modo ſubſidij , & conſtitutio cleri ni-
hil operatur : quia non poſſunt inferiores legem imponere
ſuperiori de maio.& obe.ſolitę.& ſic obtẽtum fuit. Decimo
11 quæro,an † exempti teneantur ad hoc ſubſidium.Dic quod
non,de exceſ. prælat.cle. vna.verſi.in exigendo. & ibi dico in
ver.nonnulli.no.7.& contrario.3.& hoc reſpectu diœceſani,
quia non ſunt ſub eo , ſed ſuus diœceſanus eſt Papa vel alius
ſuperior, cui ſubſunt.& hoc intellige vt dico in d.cõtrario.3.

ADDITIONES.

a Cum charitate. Adde Hoſt.& do.in c.conquerente.de offi.ord. Pa.de elea.
in c.ad noſtram.de cenſi.& ibi Card.in 1.no.

b Cogi. Adde tex iuncta glo.in uerſic.exigendo.in cle.frequens.de exceſ.præ-
la.& ibi clarius per Pa.de elea.quem ſequitur ibi Pe.de Anch.in uerſicu.8.

Prohibemus. Nouus cenſus eccleſijs imponi non poteſt, nec antiquus augeri:
Primo ponitur duplex prohibitio.ſecundo decretum , ibi: ſi
quis eccleſiis, etiam exemptis circa quas in his providẽt dio-
ceſani autoritate apoſtolica. de ſup.neg.præla.cle. vna.ver.ea
1 dem. † No.ꝙ maiores debent conſeruare minoribus liberta
tem quam ſibi etiam vendicant de hoc in gl.pen.& pro hoc
80.di.cap.ſi.93.di.nulla.de offi.or.cum ab eccleſiarum, & c.ad
reprimendam . Ant. vt cum de app.cog.§.hoc autem, & de
2 hære.& talci.§.his omnibus. Oppo.quod poſſit nouus † cen-
ſus imponi.de offi.vica.c.2.de cle.non reſi.conquærente.Sol.
Hoſti. ꝙ ibi de cenſibus perſonalibus & ex cauſa impoſitis.
hic de realibus,perpetuis & ſine cauſa impoſitis. de hac inf.c.
ſignificauit . Dic quod cenſus perſonales ſeu temporales po-
tius dicuntur penſio.pro hoc quod dico in ſeq.contrario.Se-
3 cundo opp. quod veteres † cenſus augeri poſſint.ff.de fideic.
li.generaliter.§.ſi quis alienum , vbi legatum factum vt ma-
numittam ſeruum alienum excreuit.conſideratur æſtimatio
cum incremento , ad idem. ff.de flumini.l.1.§.ripæ.vbi ripa
mutatur creſcente fluminis alueo. ad idem.ff. qui & a qui.ſi
mortis.vbi hæreditatis augmentum prodeſt liberalibus,& di
minutio nocet.Ad idem inf.c.quanto.Gl.2.ſo. quod propter
vbertatem fructuum non debet augeri cenſus: ſed ſi accedat
nouum prædium , poteſt augeri , huic tamen ſolutioni non
inſiſtit : imo dicit aliud in cenſu quam in procuratione,dicẽs
cenſum augeri non poſſe ab epiſcopo vel abbate, licet augeã
tur poſſeſſiones, ſecus in procuratione , quod dic vt in gl.ibi,
cenſus qui imponitur , vſque ad finem . Et in quibuſdam li-
bris eſt glo.de per ſe.in verbo cenſus.Inno. ſequitur primam
ſolutionem , dicens ꝙ licet epiſcopi non poſſint imponere
cenſum pro ſe:pro aliis tamen poſſunt, inf.c.cum clerici.pro
hoc ſecundum Hoſti. quia inter imponentem & recipientẽ
debet eſſe diſtinctio.ſup.tit.1.per noſtras.debet igitur interue
nire ſuperioris authoritas alterius quam epiſcopi : quia non
poteſt epiſcopus in ſuo facto authorizare,de re.eccle.nõ alie.
cle.ſi vna.de hoc per Hoſtien.in ſum.eo.§.quis imponere.mi
hi videtur ꝙ vtraque ſolutio poſſit defendi , vt dicatur ꝙ pri-
ma procedit quatenus ob prædium de nouo veniens impo-
natur cenſus,non ꝙ eccleſia ſit cenſualis in ſe, ſed tantum ra-
tione huius prædii.pro hoc,ſup.eo.c.1. Secunda vero ſolutio
intelligatur quo ad faciendam ipſam eccleſiam cẽſualem in
ſeipſa.& hoc reſpectu cenſus antiquus non eſt immutandus,
licet nouum prædium obueniat eccleſiæ , cum poſſit etiam
perire.Item,cum cenſus præſtetur in ſignum ſubiectionis.c.
omnis,ſufficit ad hoc cenſus nõ magnus.Secus autem in pẽ-
ſione quæ præſtatur ſecundum facultates, inf.c.quanto.hæc
intellige cum limitatione eius quod proxime dixi ſecũdum
Innocen. Et in hac glo.in verbo veteres,ibi.l.1.lib.11 pro pa-
ſcuis principis ea manebit penſio quam antiquitas ſtatuit.
Ibi,lacus & ſtagna licet quandoque creſcant,quandoque exa
reſcant, tamen retinent terminos . Ideo in his ius alluuionis
non agnoſcitur.Ibi,l.vlti.quæ eſt.3. vide de conſti.cum M°cõ
trario.

Digitized by Google

quam debebatur. Spec. vbi ſup. dicit ꝙ nihilominus debetur
integer. Vin. diſtinguit, an a ſciente, vel ab ignorante, vt ſequi
tur de hoc in regula plus, in quæſtione. lib. 6. vbi ponitur di-
ctum Dy. diſtinguentis modo prædicto, ꝙ aut recipiens ſcie-
bat ſoluentem teneri ad plus, & videtur in reſiduo feciſſe gra
tiam, & ideo ille non præſcribit, aut ignorabat, & ſibi recipiē
ti præiudicatur, ſic diſtinguit lex in vſufructuario. ff. qui. mo.
vſuſfru. amit. l. is qui. is enim qui ignorat non videtur habuiſſe
animum retinendi ſeruitutem in reſiduo. ff. quem ad ſerui.
amit. l. vna eſt via.

SVMMARIVM.

1 *Rector eccleſiæ non poteſt obligare eccleſiam perpetuo ſine authorita-
te ſuperioris.*

Præterea. Prælatus non poteſt authori.ate ſua, præ-
ſertim poſt mortem, eccleſiam conſtitue
re cenſualem. Primo ponitur dictum. Secundo ratio, ibi, uō
enim alterius legati uel Papæ. Simplices. ad differentiam epi-
ſcoporum, de conſue. quanto. Nota de illuſione prohibita, de
1 renun. clemen. cum illuſio. † Secundo not. ꝙ rector eccleſiæ
non poteſt obligare eccleſiam perpetuo ſine authoritate ſu-
perioris, & ſic a contrario poteſt cum authoritate ſuperioris,
& tunc id quod erat perſonale, efficitur reale, de trãſac. | de cę-
tero. & c. veniens. de præben. niſi, eo autem caſu quo ſine au-
thoritate obligauit, tenetur ipſe in ſua vita, de fideiuſ. cap. 2. de
pecul. cle. c. fina. & ſecundum hoc expone, præſertim. i. tantū
& de hoc in glo. quia penſio. Oppo. quod hi qui receperunt
penſionem, debeant audiri eoipſo quod probant eſſe in poſ-
ſeſſione percipiendi ſup. c. peruenit. vbi de hoc. & inf. cap. ſi-
gnificauit. Sol. Innocen. quod non ſunt audiendi, ut in text. ſi
agunt petitorio, ſecus ſi poſſeſſorio, vt in contrarijs. Quæro
de intellectu literæ, ibi, illuſione. Innocent. exponit. i. fraude.
Hoſtien. dicit ꝙ ponitur improprie, de cleri. coniuga. quod a
te. Nam etiam, ſi ſine illuſione imponitur cenſus non tamē
durabit poſt mortem rectoris, de tranſac. de cætero. de deci. ex
multiplici. de præben. niſi. & ideo in hoc uerbo ſupple maxi-
me, quod placet, tamen etiam expoſitio Innocen. vera eſt. &
hoc expreſſit litera, ad maiorem confuſionem imponētis cē
ſum, & pone exemplum, vt in gl. 1. Secundo quæro, quomo-
do conſtabit quod non interuenerit authoritas ſuperioris in
conſtituendo cenſum. Solu. conſtabit eoipſo quod non pro-
batur interueniſſe, ſimile quod nota. de his quæ fi. a prę la. ca
noſcitur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eccleſia de manu layci per ſe erepta non poteſt ob hoc cen-
ſum imponere. & nu. 2.*

1 Eccleſiis. Breue, vel per alia verba. † Epiſcopus eccle-
ſiæ de manu laici per ſe ereptæ nō poteſt ob
hoc cenſum imponere. cathedraticum, pro quo ſoluuntur
duo ſolidi. de offi. ordi. conquærente, imponuntur, ſiue de iu
re, ſiue de conſuetudine approbata. Innocent. vel priuilegio.
de exceſ. præla. accedentibus. de verbo. ſign. cum tibi. ſecundū
Hoſtien. ſecundum quem ſupple, & imponi poſſunt de iu-
re. Nam & ſi ab alijs non recipiat canonicam ſuam: tamen
ab iſta recipere poterit. No. ꝙ vna eccleſia debet eodem iure
cenſeri cum alijs. de hoc in glo. vlti. & pro hoc de deci. cum
in tua. Quæro quæ fuit cauſa dubitandi, dicit Io. And. quia du
bitabatur ꝙ epiſcopus poſſet aliquid noui imponere: quia li-
berauerat eccleſiam de manu laici, ſicut quando liberat a ſua
poteſtate, de reli. do. conſtitutus. Ratio decidendi contrariū
quia ex debito officij liberauit epiſcopus de manu laici. de re
li. domi. de Xenodochijs. facit eo. tit. cle. quia contingit. & in
neceſſitate non eſt liberalitas. ff. de adimen. lega. rem legatā.
de præben. relatum. vbi de hoc in glo. vlti. & eſt ſimile de vi
& ſione. cle. cum ab omni. Item, ſi contrarium diceretur, faci

4 † ob liberationem [illegible]
liberandum, & ſic ceſſat ratio de qua ſup. q. proxi. Sol. imo te
nebatur, cum ex officio debeat vtilitates eccleſiarum proui-
dere, de ſuc. ab inteſta. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Pedagia noua prohibentur.*
2 *Principes habent poteſtatem inſtituendi pedagia.*
3 *Exactori tributi iniuſti qua pœna imponatur.*
4 *Sepultura quibus caſibus denegetur.*
5 *Pedagium recipiens an incidat in pœnam.*
6 *Exigentes gabellas a clericis ſunt excommunicati.*
7 *Eccleſia & clerici an ſint immunes a gabellis.*
8 *Officiales cogentes clericos ad ſoluendum gabellas an ſint excommu-
nicati.*
9 *Vectigal non eſt a clericis exigendum, etiam authoritate prin
cipis.*

Innouamus. Breue, vel per alia verba. Noua peda
gia ſine conſenſu principum impo-
nens communione Chriſtiana priuatur: Primo ponitur ex-
ceſſus prohibitio, Secundo pęnę, ibi: ſi quis, pars de treu. & pa
ce innouamus. Principum, & ex cauſa licita, ſup. ea. cum apo-
ſtolus, §. prohibemus. Gof. ſtatuere, vel ſtatuta colligere, arg.
24. q. 1. Achatius. de ſen. excomm. in præſentia. de hoc, inf. q.
a 3. Not. de verbo innouamus, a & de hoc de iudi. decernimus,
& hic in glo. 1. Et in ea in fi. reſpicit glo. partem deciſam de
1 qua de treu. & pace. innouamus. † Secundo no. quod peda-
gia noua prohibentur, & pedagium dicitur b quędam præſta
tio quæ ab itinerantibus pro his quæ vehunt vel ducunt, exi-
gitur, & quando pro perſonis, de hoc de ver. ſig. ſuper quibuſ-
2 dam. † Tertio not. ꝙ principes c habent poteſtatem inſtituē-
c di pedagia, dicit tamen Innocen. ꝙ peccant ſi hoc faciant ſine
cauſa, de hoc in glo. a. Et in ea ibi, vectigalia, ſine imperatoris
præcepto, neque præſidium curatori, neque curiæ conſtitue-
te licet, neque præcedentia reformare: vel his addere, vel mi-
nuere. & quod dixi de curatore, intellige reipublicæ, quod di-
xi de curia, intellige decurionum vel curialium. Et in fi. vbi
de hoc. Quarto not. de pœna priuationis a communione. Et
dicit glo. vlti. ꝙ hæc eſt pena canonica quam nota. quam ex-
pone: ut in. q. 2. Secundum l. autem eſt alia pæna, ut in ſequē-
ti quæſtione: Quæro circa id quod dixi in proximo notabili,
3 quæ pęna imponitur ſecundum l. exactori † tributi iniuſti.
Gl. ulti. dicit ꝙ eſt pœna exilij. Gof. dicit ꝙ deportatur uel ca-
pite punitur. Nam incidit in l. de ui publica. ff. ad l. iul. de ui
publica. l. ulti. Hoſtien. dicit ꝙ ſi ſine armis uis committitur,
tertia bonorum tantum publicatur, ſi cum armis, deporta-
tur, inſti. de publi iudi. §. item lege iulia. de ui. niſi alienas ędes
quis expugnet, & frangat, quia tunc eſt pœna capitalis. ff. ad l.
Iul. de vi publica. l. vlti. Sed exactor pedagij indebiti punitur
capite. C. de vectigal, & commiſ. vniuer. dic ſtandum gloſ. &
quod dicit. l. vniuerſi. de pœna capitali dic. i. exili perpetui, per
l. vlti. eo. titu. quam glo. allegat ut iura iuribus concordentur
de ele. cum expediat, lib. 6. Secundo quæro, quid vult litera in
eo, quod priuat communione Chriſtiana. Quidam exponūt
i. ſepultura. & ex hoc habetur vnus caſus in quo denegatur ſe
4 pultura, † ſunt & alii de quibus, de ſepul. ex parte, el 2. vel dic,
ꝙ priuabitur communione per excommunicationem. 24.
q. 3. ſi quis. & c. paternarum. Et ſecundum Hoſtien. in curia
Roma-

ADDITIONES.

a Innouamus Adde c. propter. 18. diſt. c. quamuis. de reſcrip. lib. 6. c. ex parte
& in ea quia intentionis. de priuileg. & in cle. dudum. de ſepul.
b Pedagium dicitur. Adde c. ſuper quibuſdam. de ver. ſignifi.
c Princeps. Adde Io. de Imo. in clemen. præſenti. de cenſ.

Digitized by Google

poteſtatem habet legis condendę,habeat vim legis, pro hoc
quod no.C.de legi.digna. per Cy. primum tamen verius: qa
proprie non poteſt dici lex vel ſtatutum, cum nõ vniuerſali
ter & perpetuo liget,de conſti.c.1.& c.fi. Ad aliud,cum quæ-
ritur,an gabellarij poſſint gabellam exigere a dicto priori. Re
7 ſponde quod non: quia eccleſiæ † & clerici ſunt immunes
a talibus C.de ſac.ſan.eccle. ſacroſancta. de epi.& cleri. de his.
de immu.eccle.ca.1. lib.6. Et hoc reſpectu bladi quod intro-
mittunt,non cauſa negociandi. ſi eñi cauſa negociandi, non
gauderent Immunitate.d.c.1.a contrario. Spec.de immu.ec-
cle.in fi.pro hoc.ff.de publica.licitatio. §.mercatores.& quod
ibi no.Dy.de eo qui emit ſalinas eccleſiæ, dicens eũ teneri ad
ad pedagia ſoluẽda in ciuitatibus per quas defert ſal inde pro
ueniens: licet Bar. aliter videatur ibi dicere,ſed primum pla-
cet:ex quo concludo verum eſſe quod dixi, ꝙ ſi cauſa nego-
ciandi,non gauderent priuilegio. Non enim fauendum eſt
clericis in eo quo iura violant. Negociando vero contra prę-
cepta iuris veniũt,ne cleri.vł mo.in rubro & nigro. Ad aliud,
cum quæritur quam pœnam incurrant conductores cogen-
do & cogi faciendo clericos ad ſoluendum. dico,ꝙ ſi cogunt
faciendo capi clericos, excommunicati ſunt per canonem ſi
quis ſuadente.17.q. 4. Si autem cogunt non facta iniectione
in perſonas,non ſunt excommunicati,de foro compe.conq̃-
ſtus. ſed aliter coercendi. quod tamen dic, vt in ſequenti du-
8 bio. Ad tertium de poteſtate vel officialibus † cogentibus ad
ſoluendum, videtur non facile dubium. quædam enim iura
videntur velle quod exigentes collectas a clericis ſunt monẽ
di ut deſiſtant & reddant quod receperũt, quod ſi nõ faciũt,
ſunt excommunicati,de immu.eccle.non minus.& c.aduer
ſus.)& ſic non ipſo facto cum exigunt vel ad ſoluendum co-
gunt,excommunicati ſunt. In contrarium, ꝙ ipſo facto ſine
ulla monitione ſunt excommunicati.eo.tit.quamquam.lib.
6.vbi exigentes pedagia a clericis pro rebus, quas, non nego-
ciandi cauſa,deferunt,ſunt excommunicati, & uniuerſitates
terrarum ſunt interdictæ,& confirmatur eo.titu.clemen.prę
ſenti,vbi præcipitur diœceſanis quod dictas ſententias publi
cent. Dic,ꝙ diuerſitas titulorum ſoluit difficultatem, vt refe
ramus iura præmiſſa ad ſuos titulos ſup.in proœmio. Ex hoc
dico,ꝙ ſuper alio prouidet c.non minus, & c.aduerſus.& ſu-
per alio cap.quamquam. Illa enim duo,non minus,& aduer-
ſus,prouident circa collectas quæ continentur nomine mu-
nerum. Ideo in dicto c.nõ minus, tractatur de muneribus,vt
ſciatur ad quę tenetur eccleſia,& ad quæ non. Sed ca.quamq̃,
prouidet circa pedagia uel guidagia, quæ continentur appel-
latione vectigalium, & ſub hoc uocabulo continentur da-
tia & gabellę, vnde in propoſito, pro intromittendo blado
dicitur vectigal, quia datur pro blado quod intus vehitur.
9 hoc autem † uectigal etiam authoritate principis a clericis
non eſt exigendum, vt notat Hoſtien.in ſumma.eodem.§.ex
quib.cauſis poſſit. verſi. ſed nunquid laicus. & verſic. quid ſi
quis faciat deportari,& ſic locus eſt c.quamq̃. Ex hoc cõclu-
do,ꝙ gabellarij exigentes, vel poteſtas & officiales compel-
lentes,& ciuitas vel locus ſubijciuntur pœnis c.quamquam.

prohibita,de hoc in glo.1.& in ea ibi,in iudicio, dicit Hoſti.
ꝙ hic colluſio fuit facta extra iudiciũ, quod placet. Ideo dic,
ꝙ ſumitur hic generaliter, nec refert quantum ad hoc ca.an
1 in iudicio,an extra. † Secundo nota, ꝙ non poteſt rector ec-
cleſiæ paciſci,vt poſt ſuum deceſſum eccleſia transferatur in
ſuum filium vel nepotem. Nam etiam ceſſante peccato,quo
ad filium tranſlatio non tenet, etiam alias legitime facta.de
fi.presby.ex trãſmiſſa. De nepote autem dic, vt no. de fi.prę-
sby.ad extirpandas. & quo ad hoc etiam ex alia cauſa non te-
nuit pactum,quia ſymoniacum,1.q.2.quam pio.de pac.cum
pridem,& cap.cum clerici,& cap. fina.nam propter hoc paci
ſcentes obligarunt ſe ad cenſum. de hoc inf.qu.1.Oppo.quia
ibi circa authoritatem innuit a contrario, ꝙ cum authorita-
te dioceſani ualuiſſet,cum tamen nõ poſſit epiſcopus autho-
rizare colluſioni, nec nouo cenſui ſine cauſa,ſup.eod.prohi-
bemus. Glo.ſecunda ſtat contrario. Hoſtien.dicit, ꝙ ſi inter-
ueniſſet authoritas epiſcopi, non præſumeretur vitium, &
penſio cenſeretur perpetua,de tranſac.ſtatuimus, & ca.ſuper
eo.dicit etiam,quod hic non ponuntur verba præmiſſa, vt au
thoritas excuſet peccatum, ſed vt denotet ꝙ ex cauſa poteſt
epiſcopus eccleſiam facere cenſualem,quod placet, & maxi-
me quo ad hoc vt excuſentur clerici eccleſiarum,ne ob hoc
priuentur:quia etiam ſi epiſcopus hoc non poſſet, ducuntur
iuſto errore. arg. de tranſla.c.2.ſaltem vt imponatur minor
pęna, vt ibi,& ſic non iſta,de qua hic. Quæro eo caſu quo re-
mouentur ab eccleſijs:an cenſus amplius ſoluetur, dic ꝙ nõ,
per id quod not. Innocen. in verbo remouere.dicens ꝙ cen-
ſus poſt mortem ſtatuentis non ſoluentur, ſup.cap.ſcientes,
& cap.præterea. vnde idem dicendum poſtquam ſunt remo-
2 ti,ſicut enim morte titulus † extinguitur, ita & renunciatio-
ne.de elect.cum inter R.de renun.ca.2.& 3. Secundo quæro,
an religioſi quibus conſtitutus fuit cenſus,ſint puniendi, &
qualiter.dicit Hoſtien.ꝙ priuandi ſunt iure patronatus, licet
hic non dicatur,videtur etiam velle ꝙ tam ipſi quam clerici
poſſint deponi tamquam ſymoniaci.de hoc de pac.cum cle-
rici. Dic, ꝙ niſi appareat conuentum eſſe quod ideo cenſum
conſtituerunt vt poſt eorum obitum præſententur filij, non
3 eſt ſymonia,quæ non † committitur ex ſola mente.de ſymo.
cap.fi.& ſic intelligo ſup.notabili ſecundo. Nec placet etiam
quod dicit Hoſti.ipſos patronos priuandos patronatu,ex quo
hic non exprimitur,nec alibi probatur.de hoc etiam dico in-
4 fra,c.grauis.q.1. Tertio quæro, ſi clerici † timore patronorũ
ducti,conſtituunt eccleſias cenſuales,vt vidi in facto.videtur,
ꝙ non euadant pœnam iſtam,quia debent potius omnia ma
la pati &c.22.q.5.Ita ne.quod met. cau.ſacris. de iureiuran.ſi
vero.pro hoc quod dico inf.c.grauis.in tex.hoc tamen c.de-
bet intelligi quando per colluſionem conſtituunt, ſecus er-
go quando per metum:& ſic ſine colluſione, & de hoc dic,
vt dico in d.c.grauis.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Collatores grauantes eccleſias,priuantur officio.*

2 Iudæi

Secundo no. vt gl[illegible]
prælatos alios collectores qui leuant cenſum quinquaginta
pro centum, prætendentes ꝙ plus imponunt: quia non poſ-
ſunt omnes ſoluere. Tertio no. vt gloſſ. vlti. Et in ea in fine. ſi-
mile de regula. licet. Quarto nota. de officio. collectorũ, nec
alibi memini in compilatione. de his etiam de deci. clemen.
ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus eccleſiæ de nouo imponi non poteſt.*
2 *Authoritas ſola ſufficit, maxime cum cauſa ad transferendum iuſtum titulum præſcribendi,*
3 *Poſſeſſor etiam uiolentus ſpoliari non debet*
4 *Interdictum unde ui habet locum tam in corporalibus, quam in incorporalibus.*
5 *Eccleſia an & quando obligetur ex facto prælati.*
6 *Iurans ſoluere alicui infra certum diem, ſi iudex ei præcipiat quod nõ ſoluat, an teneatur ſoluere.*
7 *Poſſeſſor bonæfidei quomodo aget contra ſacerdotem ſubtrahentem cenſum.*
8 *Excommunicatio epiſcopi quo caſu teneat uel non.*
9 *Abbas ſi excommunicauerit ſacerdotem ſi non ſoluat cenſum, & epiſcopus excommunicat ſi ſoluat, quid iuris.*
10 *Cenſus nouus quis dicatur.*
11 *Cenſum nouum petens quid probare debeat.*
12 *Cenſus non præſcribitur.*

Significauit. Is qui recepit iuramentum de nouo
cenſu impoſitio eccleſiæ ſoluendo cõ-
pellitur iurantem abſoluere. Primo narrat factum. Secundo
prouidet, ibi, mandamus, & ibi diſtinguit, ſecundum mẽbrũ
ibi: ſi vero. Sacr̃m, de iureiu. quærelam. & c. tua, p q̃ iura, & c.
2. inf. dicit Hoſtien. ꝙ ſi cenſus erat indebitus, iuramentum
iſtud non aſtringebat. No. illa verba, periculum ordinis, alibi
ſub periculo animę, de appel. conſtitutis. 2. de frigi. fraterni-
1 tates, & ibi exponitur. † Secundo not. ꝙ cenſus de nouo non
poteſt eccleſiæ imponi, etiam de cõſenſu epiſcopi, quod dic,
vt inf. in 2. contrario. Secundo no. quod is cui præſtitum eſt
iuramentum illicitum cogitur abſoluere iurantem, de iure-
iuran. c. 1. & c. debitores. inf. c. grauis. in gloſſ. penulti. Ex hoc
arguit Hoſtien. ꝙ ſacerdos hic debuit potius parere iuramen
to, quàm præcepto epiſcopi, donec fuerit a iuramento abſo-
lutus, dic melius vt 1. q. 1. & dic, ꝙ hæc abſolutio eſt de facto
ad cautelam: vt no. in d. c. in gloſſ. penul. Oppo. in eo ꝙ rector
erat electus tantum quando ſe obligauit ad cenſum. non de-
buiſſet ergo confirmari niſi ſe purgaret. 8. quæſt. 3. Arraldus.
Solu. intellige ꝙ erat electus & confirmatus, vel dic electus i.
præſentatus & admiſſus. Goff. nec refert in hoc. Secundo op.
quia litera videtur ſibi contradicere: quia primo innuit ꝙ ſuf
ficiat authoritas epiſcopi in conſtituendo cenſu, ibi, epiſcopi
authoritate. Deinde dicit cõtrarium, ibi ſine authoritate epi-
ſcopi. glo. 1. tenet primum, ſi epiſcopus hoc facit iuſta de cau-
ſa. & idem dicit gl. vlti. & hoc tenẽdo ad literam ibi: ſiue au-
thoritate epiſcopi & c. dic, ꝙ hic non ſuberat iuſta cauſa. dicit
tamen Hoſtien. ꝙ non ſolum requiruntur hæc duo ſ. autho-
ritas epiſcopi, & iuſta cauſa, ſed etiam ꝙ capitulum cõſentiat
de his quæ fi. a præla. tua. & c. paſtoralis. de dona. paſtoralis. &
conuentus eccleſiæ, cum cenſus imponitur, ſi ſit conuentua-
lis, de reb. eccleſ. non alie. c. 1. de tranſac. de cætero inf. c. quãto.
2 Sed ſecundum eum, ſola authoritas † ſufficit, maxime cum
cauſa, ad transferendum iuſtum titulum præſcribendi. & ſic
poteſt intelligi hic, & de dona. Apoſtolicę. de reli. do. conſti-
tutus. ſup. ti. 1. cura inf. c. cum olim. & c. cum venerabilis. nec
præſcribens dicetur habere malam fidem, cum fulciatur au-
thoritate Papę qui hoc ius cõſtituit, maxime cum de tali re
agatur quam Papa poſſet tollere, & contrarium ius ſtatuere,
ſcilicet, quod ſola authoritas epiſcopi ſufficeret ad ius plenũ
transferendum. de hoc etiam in ſequenti cõtrario. Si tamen
haberet conſcientiam remordentem, quamuis ſcrupuloſam
clam poſſidebant ignorante epiſcopo [illegible]
ſus conſtituendus eſt. & non authoritate prælatorum inferio
rum ſup. c. ſcientes & c. præterea. de præben. auaricię. Et ſi clã
uel ignorante epiſcopo cenſum recipiebant, non erat ibi pa-
tientia epiſcopi, quæ neceſſaria eſt ad poſſeſſionem quæren-
dam. cum ergo eſſent in poſſeſſione tantum recipiendi a ſa-
cerdote, vel etiam viuo, non poſſunt eccleſiam conuenire tã-
quam ſint ſpoliati: nec ſucceſſor ſoluet cenſum eis tanquam
exiſtentibus in poſſeſſione, cum prædeceſſor nõ potuerit ec-
cleſiam obligare niſi legitimis modis. ff. quod ui aut clam, p-
hibere. §. non tantum. de arbi. per tuas. hanc tamen ſolutionẽ
non approbat Innocen quia poteſt acquiri poſſeſſio per ſolu
tionem ſacerdotis de capel. mon. c. 2. de reſti. ſpol. cum veniſ-
ſet. Tertio ſoluit Inno. quod intentio epiſcopi præcipientis,
quod non ſoluerent cenſum, non fuit ad auferendam poſſeſ-
ſionem monachis, ſed quia iuramentum non erat ſeruandũ
in præiudicium eccleſiæ, de iureiur. c. 1. & c. ſicut noſtris. vult
dicere quod ex hoc nõ dicitur ſpoliaſſe. Quarto ſoluit, ꝙ vbi
quis ſcit aliquẽ eſſe in poſſeſſione iniuſte & mala fide poteſt
denegare redditum ſolitum, etiam ſi iurauit: quia iuramẽtũ
præſtitum in lęſionem eccleſię non eſt ſeruandum. d. c. pue-
nit. Et ſi iudex pcepit illum ſolui quoſque cognoſcatur, hoc
eſt propter ignorantiam facti. Ex hoc dicit, ꝙ, quia epiſcopus
ſciebat cenſum hic non deberi de iure, præcepit quòd non
ſolueretur. Secus dicit in poſſeſſione rei corporalis quã alius
tenet: quia tunc, ſi præciperet alicui ꝙ poſſidenti auferret, ma
lum eſſet præceptum, quia etiam violento, vel malo poſſeſſo
3 ri non eſt vis facienda. 3. q. 2. §. vlt. & ſup. eo. contrario, in prin.
Ex hoc etiam dicit Inno. ꝙ eodem modo reſpectu cenſus, ſi
is qui conſueuit recipere cenſum cum violentia vellet acci-
pere forte armis, ſibi reſiſtendum non eſſet. ſed tantum de iu
re agendum. ff. de offi. dele. ſi quando. licet alij contradicant,
ſecundum Innocen Et prædictis apparet Innocen. facere dif-
ferentiã inter poſſeſſionem rei corporalis & incorporalis, qđ
4 non placet: quia in vtraque locum habet interdictum † vnde
vi, licet quo ad incorporalia ſit non directum, ſed vtile: vt no
ta. Innocen. de elec. quærelam. dic ergo, ꝙ vera eſt ſolutio ſe-
cunda, ꝙ ſolutio cenſus facta a prædeceſſore non facit perci-
pientem poſſeſſorem in præiudicium ſucceſſoris: quia regula
5 eſt, quod non obligatur eccleſia ex facto prælati †, niſi quate-
nus eius conditio ſit melior, de pigno. c. 1. & 3. de fideiuſ. ꝙ q-
buſdam, alias ex pacto rectoris poſſet fieri eccleſiæ perpetuũ
præiudicium, cõtra id de tranſac. veniens. Et ad c. cum veniſ-
ſet. de reſti. ſpol. & c. 2. de capel. mo. alleg. ſup. Dic, quo ad c. cũ
uenıſſet. quod nihil facit. Item ibi interceſſit authoritas ſupe-
rioris, ſed in c. 2. fuit non tantum poſſeſſio incohata cum re-
ctore, ſed etiam ſententia Papæ. Hæc procedunt quando con
ſtat poſſeſſionem incohatam cum rectore: quia tunc non pᷓ-
iudicat ſucceſſori, ſecus ſi dubium eſſet: quia tunc in dubio cõ
ſeruandus eſſet poſſeſſor in poſſeſſione, vt lit. pen. c. 1. & 2. &
per hoc ſoluitur ſequens quæſtio. ſed etiam alię ſolutiones,
excepta differentia prædicta de re corporali vel incorporali
tolerari poſſunt ad bonum ſenſum, quamquam ex eis ſurgat
implicatio intellectus. Quæro de rectore q iurauerat hic ſol-
uere cẽſum monachis, cui poſtea epiſcopus interdixit ne ſol-
ueret, cui potius debet obtemperare. Gloſſ. 2. arguit pro & cõ-
tra. tandem concludit potius obediendum epiſcopo. Goff. di-
cit, ꝙ ſi certũ eſt cenſum deberi, ſoluat, alias obediat. 8. q. 1.
ſciẽdũ. xi. q. 3, quid ergo. Et idem Hoſt. dicens qđ obediet epõ
in dubio. per no. de temp. or. ad aures. alias dicit, ꝙ ſi conſciẽ-
tia dictat ꝙ debeatur cenſus, ſoluat non obſtante præcepto, ſi
dictat contrarium, non ſoluat, pro hoc de reſti. ſpol. literas de
ſen. excommu. inquiſitioni. hæc faciunt ad id quod dixi in pᷓ
ximo contrario, quod epiſcopus licite potuerit interdicere.
Et in hac gloſ. Lau alleg. 8. qõ. 1. ſciendum. Ibi, fecerat. de re-
6 nun. ſuper hoc. † Secũdo quæro de eo qui iurauit ſoluere in-
fra certam diem creditori, qui poſtea damnatus vel accuſatus
eſt de graui crimine, propter quod iudex percepit debitori ei
ne ſolueret, videtur quod poſſit non ſoluere, vt obediat iudi-
ci, per id quod in proxima. q. dixi. & quia iuramentum habet
tacit.

Digitized by Google

xi ſupra capitulo peruenit.& de elect. quærelam. Dicit non curandum de nomine actionis.de iudi.dilecti. Dic, quod ſi non ſoluit,aut quia non poteſt,& non competit nec vnde vi: nec vti poſſidetis.de ſolu.Odoardus. Aut quia non uult,& cõpetit vnde vi. quia per hoc ſpoliat poſſeſſorem libertate poſſeſſionis.de reſti. ſpol. Piſanis.& ſic verior eſt opi.Hoſt.ic.a.licet etiam diſtinctio Innocen.ſaluari poſſit ad bonum. uoluit enim dicere qood quando is qui non ſoluit,non intendebat ſpoliare, non tenetur interdicto vnde vi. quia non omnino denegat aduerſarium eſſe in poſſeſſione. & poſſumus dicere quod in dubio dicitur potius non ſoluere, quia non poteſt, vel quia non putat ſe teneri, quam quia nolit: quia in dubio non præſumitur delictum.arg.de præſump. cap. fin. & ſic in dubio non tenetur interdicto vnde vi. Quinto quæro,eo caſu quo eps præcipit ſacerdoti ꝙ non ſoluat cenſum poſſeſſori bonæ fidei,quid faciet ſacerdos. dicit Innocen.quod debet appellare quia præceptum eſt iniuſtũ, ꝙ declaro in ſequenti q̃ſtione.Sexto quæro,ſi eps præcipit alicui de ſua diœceſi, vt præſtet ei obedientiam: vel quod recipiat eius viſitationem, vel aliqua alia præſtet:ad quæ ius dicit eum teneri,ſi ſubditus cui præcipitur appellet ab epiſcopo, dicens ſe ab his liberum priuilegio vel præſcriptione vel alio modo.dicit Innocen.videri ꝙ ſi epiſcopus eum excommunicat,poſt huiuſmodi appellationem ſine cauſę cognitione, tamen tenet excommunicatio,dummodo verum ſit ꝙ non ſit liber:quia quod petit epiſcopus,notorium eſt iuris.ideo non requiritur iuris ordo.de iureiur.ad noſtram.3.Secus dicit Innocẽ. ſi epiſcopus hoc peteret a clerico non ſuæ diœce. vel ſi peteret a clerico ſuæ diœce.ea quæ non conceduntur a iure. Nam tunc,ſi ſine cognitione eum excommunicaret, non tenet excommunicatio,etiam ſi in veritate teneretur: quia grauamen facit epiſcopus. quia per appellationem negotium eſt deuolutum ad ſuperiorem,de appel.ad audientiam. & c. ſolicitudinem.Sed in caſu proxime dicto non fit grauamen ſecundum Innocent. quia in notoriis & falſis non valet appellatio,de appel. propoſuit.Ad idem de appel.peruenit.de offi. dele.c.1.lib.6.& quod ibi no.Aliqui tamen,vt refert Innocen. contradicunt,dicẽtes quod etiam poſt appellationem & ſine cauſę cognitione excommunicare poteſt denegantem cenſum:quia ſic poſſeſſionem ſuam defendit,& appellatio non debet ſibi auferre poſſeſſionem ſuam,quod intellige ſi alias erat in poſſeſſione iuriſdictionis excommunicandi, pro hoc quod nota. infra eo. venerabili. & quia appellatio non debet eſſe vinculum iniquitatis,de ap.cum ſpeciali.porrò. & licitum eſt tueri iuriſdictionem ſuam per excommunicationem,de reſtitu.ſpol.olim.3. & no.in d.c.venerabili. Hoſt. dicit, ꝙ excommunicatio poſt appellationem non valet, etiam in his quæ de iure petuntur. Nam ex quo appellat ſubditus, non debet eps ſibi dicere ius. de hoc per eum in ſumma.de ap. §. qualiter appellatio ſit facienda.ſub.§.ego abbas.& duobus ſequen.Dic verius dictum Innocen.Nam ex quo notorietas eſt contra appellantẽ,nõ tenetur iudex a quo defere: nec iudex ad quem ſibi inhibebit,

inde conſuluit,tum quia non videtur facta deterior conditio eccleſiæ in hoc quod reuertitur ad id quod ab initio fuerat impoſitum.ff.de pac.ſi vnus.§.pactus.54.diſt. generalis, tum quia caſus videtur inf.c.cum venerabilis ſ.c.ſciẽtis. Dic in eo quod dicit,ꝙ cenſus non poteſt præſcribi,hoc verum quatenus eſt ſignum ſubiectionis,ſicut loquuntur iura ad hoc pręalle.Et de hoc per Cy.in l.competit.in primo contrario.Et ex hoc dic,ꝙ cenſus quem debet vna eccleſia epiſcopo non põt præſcribi,ſicut contra obedientiam non præſcribitur, de præſcrib.cum non liceat, & ſic loquitur. c.conſtitutus.ſed ſi cenſus debetur ab vna eccleſia alteri eccleſiæ,bene põt præſcribi, ſicut & alia iura præſcribuntur,de præſcrip.de quarta, & c.ad audientiam.vbi dixi.Hoc autem præſuppoſito ꝙ cenſus in q. præmiſſa potuerit præſcribi.Dic ꝙ ex quo præſcriptus eſt:nõ poteſt epiſcopus ipſum innouare: ſicut non poſſet de nouo imponere ſine cauſa: vt ſup.in 2. contrario.eſt enim perinde ac ſi nunquam impoſitus fuiſſet: quia præſcriptio de iure canonico oẽm actionem excludit, de præſcrip.ad aures, licet quãdoque habeat illa regula locũ qñ verus dominus ad quẽ res poſſeſſa &c.ſup.de ordi.cog.c.2. Ad alia contraria non expedit reſpondere.Et quo ad.c.ſcientes. & c. cum venerabilis, dic quod nihil obſtant, vt in eis patet.

A D D I T I O.

a Cenſus non præſcribitur. Adde gl.2.in c.tua.el.2.,de decimis. Ab.in ca. cum contingat.in v.col.de foro compe.Ab.in ca. ad audientiam.de præſcr.Saly. in l.comperit.C.de præſcip.30.annorum.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum procuratorium probatur per literas.*
2 *Conſuetudo extenditur de loco ad locum.*
3 *Iure duplici quis ſe iuuare poteſt.*
4 *Abbas an & quando poßit eſſe procurator.*
5 *Monaſteria an ad procurationem teneantur.*
6 *ius commune & conſuetudo an poßit ſimul concurrere.*

Sopitæ. Archiepiſcopus uiſitans prouinciam, etiam a monaſterijs prouincię procurari debet, Primo ponit factum,Secũdo diſfinit,ibi:inde.Et J. deciditur abbatis allegatio,qui forte dicebat ꝙ cum in eccleſiis ſubiectis epiſcopo non haberet archiepiſcopus iuriſdictionem,non debebat procurari, uel ꝙ quia epiſcopus non erat nẽgligens nõ poterat archiepiſcopus uiſitare. Fapropter, quia ius commune & conſuetudo pro ſe faciunt. Not.ꝙ procurator conſtituitur etiam ab uniuerſitate.de hoc in gl.1. Et in ea ibi.§.alium, ubi dicit ſuſceptorem exactorem conductorem procuratorẽ epiſcopum uel clericum eſſe debere, & ſic uidetur obſtare in eo quod abbas fuit procurator.ad quod reſpondet ut dico.J. in primo contrario. † Secũdo no.ibi,literis.ꝙ per literas probatur

glo.ulti.& in ea in fine, etiam ſi per illam diœce. iret ad aliũ
viſitandum, vt nota infra eo.cap.8.lib.6.per Ioan. And. Opp.
4 quod † abbas non potuit eſſe procurator b de poſtula. c. 2. de
b iudi.cum I.& A.in fi.So. ſecundum Innoc. in cauſa commu-
ni ſibi & alijs poteſt eſſe procurator, facit de tranſac. contin-
git.de confir.vti.vel inuti.eum dilecta. de procura.elemen.re
ligioſus. Goffr. dicit quod monachus poteſt eſſe procurator
c epiſcopi. 16.q.1.qui vere.& c.doctos.& c. monachus.tamen
cum conſenſu abbatis.18.diſt. c.1. quod eſt uerum. ſed nõ eſt
ad propoſitum. Abbas enim hic erat procurator abbatum, ñ
epiſcopi.dicit Hoſtien.quod hic nõ loquitur de ſimplici mo
nacho de quo loquuntur contraria: ſed de abbate. qui cum
habeat adminiſtrationem, poteſt ſicut quilibet alius eſſe pro
curator.arg.eius quod legitur & not.de teſta. requiſiſti.quod
approbat glo.1.in d.cle.religioſus, & hæc vera. ſed etiam pri-
ma Innocen.vera eſt per dictam cle. religioſus.vbi religioſus
etiam non prelatus poteſt eſſe procurator pro conſorte eiuſ-
dem litis. Secundo oppo.quod de iure communi non teneã-
5 tur † monaſteria ad procurationem d 18.q.2.luminoſo.Solu.
d ibi non dicitur de procuratione, ſed ꝙ epiſcopus non debet
in monaſterio aliquam ordinationem facere: niſi ab abbate
rogatus fuerit.quod intellige ut ibi no. in glo.penul. Et quate
nus illud c.videtur probare ꝙ non debeatur archiepiſcopo p-
curatio, loquitur de monaſterio exempto, vt dicit hic glo.an-
tepenul.& idem Innocen. Hoſtien.dicit, ꝙ id quod hic dici-
tur, procurationem deberi de iure communi, debet intelligi
quod de iure communi fundatur, ſed conſuetudine adiuua-
tur. Nam ius commune non eſt ſuper hoc expreſſum: niſi in
caſu quo epiſcopus negligit. Dic verius ut prædixi. Nam de
iure communi viſitat archiepiſcopus eccleſias & monaſte-
ria totius prouinciæ, & procurationes recipit a viſitatis. eo.tit.
c.1.& c.fi.lib.6. Tertio oppo.in eo quod allegauit ius cõmu-
6 ne conſuetudinem. non enim videntur hæc † duo ſimul poſ
ſe concurrere. de præſcrip veniens. Solu. ibi de priuilegio &
de præſcriptione, quæ non ſunt compatibilia, ſaltem pariter,
ſicut ius & conſuetudo. & de hoc in d.ca.ueniens.in glo.an-
tepenul.quod autem circa idem poſſunt concurrere ius & cõ
ſuetudo, probatur hic, & quid hoc caſu operetur cõſuetudo
no.de conſti.c.1.lib.6.in glo.ratio. & ibi dixi de reſcrip.cap.1.

ADDITIONES.

a De loco ad locum. Adde an extendatur de iure ad ius. vide per Cardi.in c.
fi.in 15.no.de offi.archidia.
b Procurator. Adde gl.1.in c de præſentium.16.q.1.quæ alleg.cõcor. Abba.in
c conſtitutus in primo no. de appel.
c Procurator. Adde ſpec.in de procu.in §.1.per item quod eſt monachus.do.
in cap.1.de poſt.car.in cle.1 in 21.q.de reſcrip. & an monachus de licentia
ſui prælati poſſit exercere procurationem pro alio monaſterio, dic quod
non, quia præberet cauſam vagandi. Ita dicit notabiliter Pe. de Ancha.con-
ſi.52.incipien.quidam prælatus. & eum ſequitur Fely. in c.cum.I & A.de re
iudi.in 7.col.ver.& Adde Pe.de ancharano.
d Ad procurationem. Adde Ab.in ca.1.de ſtatu mona.

SVMMARIVM.

1 *Patroni etiam eccleſiaſtici nouum cenſum imponere non poſſunt eccle*
ſiis, nec ueterem augere, & ſi ſuper hoc iuramẽta & cautiones exe
gerint cogentur abſoluere.
2 *Cautio iuratoria dicitur non ſufficiens.*

1 Grauis. † Patroni etiam eccleſiaſtici nouum cenſum imponere non poſſunt eccleſijs, nec veterem
augere, & ſi ſuper hoc iuramenta vel cautiones exegerint, co
gent abſoluere. Primo ponit factũ. Scđo puidet, ibi: ideoque.
Admodum. pro valde. de iureiuran.cle. Romani. ver. nos ita-
que.vbi de hoc. Nouum. quis dicatur nouus.nota ſupra capi-
tulo ſignificauit. ſatisfactione. de pœnitentiali poteſt hoc in-
telligi Hoſtienſi. abſolui, a præſtito iuramẽto & a peccato.p-
ſuperint. voluntarij coacti, quis uel coactio pœnã attenuet.qd
a pac.quamuis, ...
ra tantum, de hoc in glo.antepenul. Op.in eo quod promoue
de patronis eccleſiaſticis tm̃, & ſic vr̃ permittere de patronis
laicis.ff.de iudi.cum ptor.de pſum.nonne, cum tñ habeãt mi
nus ius q̃ eccleſiaſtici, de priuil.cum & plantare, §.in eccleſijs
lib.6.ſ.ti.1.ex literis, in fi. Solu. Hoſt. ꝙ dixit de eccleſiaſticis,
quia ſæpius peccabant intendẽtes auaritiæ venalitati, de ſup.neg.
præla.c.2.de præben.auaritiæ s̃.c.ea quæ.& c.ſignificauit. vnde
ſta.cõtrario quod idem in laicis, & cum dr̃ ꝙ id quod de vno
prohibetur de alio permittitur: procedit qñ in alio eſt diuer-
ſa rõ: ſecus ſi eadem vel fortior. Secundo op.in eo quod man-
dat iurantes abſolui a iuramento, & ſic videntur teneri, con-
tra id de iureiuran.tua.glo.penul.abſoluit, i.abſoluti nuncian
tur, quod dixi, s̃.c.ſignificauit, in 3.notabili. Et in hac glo.ibi,
non poterat, quod expone vt ibi. Quæro in eo quod mandat
in fin.contra facientes canonice puniri, qua pœna punientur.
Gl.vlt.dicit, ꝙ priuabuntur eccleſijs, pro hoc s̃.c.cum clerici.
Hoſt.dicit, ꝙ cum non ſit pœna certa ſtatuta punientur arbi-
trarie.de offi.deleg.de cauſis. Ad c.cum clerici, dicit ꝙ ibi qñ
per colluſionem & ex pacto hoc vitium interceſſit: hic quã-
do ſine pacto uel colluſione. Illud ergo ſymoniacum: hoc er
go non. Op.ad hoc de iureiur.quærelam, & c.ſeq. Sol.Hoſt.ꝙ
ibi de uiolatione liciti iuramenti, hic de præſtatione illiciti.
Io. And. dicit ꝙ hoc etiam potuit eſſe ſymonia. dic ꝙ potuit
etiam non eſſe, & hic ſufficit vt locum non habeat pœna ca.
cum clerici. Item ibi de pœna clerici obligantis ſe. hic de pœ
na patroni imponentis, quod etiam dixi s̃.ſuper tex. placet er
go quod prædixi, pœnam hic eſſe arbitrariam. Et in hac glo.
ibi, ad reprimendam, & inf.titu.2.dolentes, in glo.fi.

ADDITIO

a Conſtitutio concernit. Adde Abb.in c 2.& fi.de conſti.Car.in c.ſi quorun-
dam.in 2.not.de ſolu. Et quod quando conſtitutio eſt partim de præterito &
partim de futuro eſt glo.I.cle.1.de teſta.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus poteſt imponi eccleſiæ in fundatione.*
2 *Priuilegium quando tendit ad noxameſt, limitandum.*
3 *Poſſeſſor non cogitur dicere titulum poſſeſſionis.*
4 *Procuratio inſtituta ſimpliciter indiſtincte intelligi debet.*
5 *Media non habentur in conſideratione.*
6 *Cenſus an creſcentibus facultatibus augeatur.*
7 *Emphyteuta furni vel molendini cum pacto ſeruiendi gratis Domino &*
eius familiæ, an teneatur, familia in immenſum excreſcente.
8 *Obligatio reſpectu generis non variatur variatis indiuiduis.*

Quanto. Qui tenentur procurare fratres alicuius do-
mus, licet illorum numerus nunc creuerit,
procurabunt oẽs: ſed ſi ex eo nimium grauantur, per officiũ
iudicis prouidebit, Primo ponitur factum, Secundo indul-
get.ibi: indulgemus, Tertio moderatur, ibi: niſi, annuis ſingu
lis, uide quod not.de arbi.peruenit.liberaliter. hoc dicit ad oẽ
ſymoniacum uitium excludendum, & partium pactionem.
de hoc, j.notabili.2.& ſeruientium.ar.ꝙ qui tenetur procura
re fratres alicuius loci procurabit ẽt ſeruientes. Excreuit.de
decimis ſuggeſtum, prima ergo non ultra unam marcham.
1 Eccleſiæ.ueſtræ. † Not.ꝙ cenſus põt imponi eccleſiæ in fun-
datione, ſed concurrere uoluntas fundatoris, ut hic, & de hoc
in gl.1. Et in ea ibi uoluntate, quæ in hoc eſt neceſſaria. V in.
Secundo no.ꝙ procuratio quæ imponitur eccleſiæ debet li-
beraliter exhiberi, ibi liberaliter, & dicit Inno.ꝙ hoc uerbum
importat, ꝙ licet nihil haberent iſti a monaſterio temporale
uel ſpirituale propter quod hanc procurationem præſtare de
berent, debita tamen eſt, ex quo inſtituta eſt liberaliter.de
a hoc infra contrario.1.† Tertio not. quod quando priuilegiũ
tendit ad noxam, limitandum eſt.de deci.ſuggeſtum. Quarto

Digitized by Google

nan fratribus ad integram procurationem, quotcunque eſ-
4 ſent fratres, cum procuratio † fuiſſet inſtituta ſimpliciter.&
ſic indiſtinctè debet intelligi, de priuile. quia circa ff. de ſer. vr.
prædi. ſi ſeruitus. vbi ſi quis promiſit non oſſicere luminibus
intelligitur de præſentibus & futuris. Gloſſ. 3. ſtat contrario,
dicens, ꝙ hæc fuit indulgentia, propter verbum, indulgemus,
Et idem Innocen. pro hoc ſecundum Vincē. ff. de vſu & hab.
ſi habitatio. §. verum. vbi ſi habitationem lego, non intelligi-
tur unius anni tantum, ſed ad uitam. ſibi enim imputet qui
ab initio nō declarauit apertius ff. de pac. veteribus. regula ꝯ-
tra eum. libro ſexto. Hoſtien. dicit quod ex alio hic fuit indul
gentia: quia licet fiat interpretatio ſecundum ius: tamen facta
fuit non vocatis fratribus ſancti I. quod fieri non deberet. de
cau. poſ. c. 1. de maio. & obe. inter. quod dic ut no. de ver. ſign.
olim. Dic, quod in interpretatione facienda ſecundum ius,
præſuppoſito quòd in facto partes concordent, non eſt neceſ
ſaria partium præſentia. de app. ſępe. in prin. quod tamen po-
tius videtur facere contra. ſed facit pro: ſecundum bonum in-
tellectum. & pro hoc eſt ratio, quia de nullo præiudicio abſē
tis agitur: & Papa poteſt etiā nullo inſtante de iure determi-
nāre, cum ad eum ſpectet iura condere de conſtit. capitulo fi.
Die ergo, quòd uerior eſt ſolutio prima. Et in hac glo. ibi me
diocris. argum. ſupra eodem titulo paſtoralis. in fine. Lau de
hoc de offi. cuſto. c. 1. de in integ. reſti. libro ſexto. Ibi capitulo
primo, qui lancem. vide §. ſed & ſi quis infra alleg. de fi. præ-
sby. literas. q. 4. Ibi. §. illud. vide de cleri. non reſiden. tuę. cōtra-
rio ſecundo. Ibi, nummis. vide infra eodem ex parte. nota. 4.
Ibi. l. vlti. vide de in integ. reſti. capitulo finali. in glo. vlti. Ibi,
ſancimus. vide ſupra titulo præc. conſultationibus. nota. ſecū
do. Quæro, in eo quod indulget iſtis ne teneantur ad procura
tionem, niſi intantum excreuerint facultates quòd hoc poſ-
5 ſint, quid ſi modicum excreuerint. † gloſ. vlti. dicit, quòd non
augebitur ꝓcuratio, quod proſequere vt in gloſſ. Et ibi. §. ſa-
cramenta. non valet ſtipulatio rei ſacrę, vel publicę, vel liberi
hominis: licet illa poſſit fieri prophana vel priuata: vel ille li-
ber ſeruus. Nam & ſi prophanam vel Stichum dare promiſi,
liberor ſi ſine facto meo res illa efficitur ſacra, vel Stichus li
ber, nec renaſcitur obligatio licet poſtea incipiat eſſe propha
na uel priuata, uel ille liber, ne ſit eadem cauſa obligandi & li
berandi. Ibi. l. 3. vide de conſti. cum M. contrario. 8. Ibi. l. 2. lib.
11. ſi aliquid mancipiorum vel pecoris accreuerit rei emphy
teoticæ, non propterea augebitur penſio, ſed facultas cadit
dominis mancipiorum uel pecorū, & dominorum hæredi-
bus. Scđo q̄ro, ſi per Indulgentiam monachorum creuerint
6 facultates, an augebit̄ cēſus † de quo hic, vr̄ ꝙ ſic, ꝑ id ꝙ dicit
gl. vl. in fi. ꝙ dixi ſ̄. in 4. notabili. Vincent. dicit, ꝙ ſi per latens
incrementū tacite creuerūt, nō ideo augebit̄ cēſus, ſecus ſi pa
tenter. C. de alluuio. l. 1. & 2. inſti. de rerum diui. §. ꝙ per allu-
uionē, dic, ꝙ indiſtinctè augebitur cenſus hoc caſu. Nā etiā ſi
nō ſint auctę facultates eccleſiæ, monachi tn̄ tenētur ad ꝓcu-
randum eos, niſi ꝑ indulgentiā remittatur eis. vt hic, & ſ̄. in 3.

nis ar. iutium dicentium principium attendendum. de elect.
dudum primo, facit de pac. cap. primo, & ſecundo. Ioan. And.
idem tenet dicens quod tenebitur ad totum, niſi fiat tempe-
ratio, & ſi hodie ſufficit eccleſia ad procurandos multos, ſi-
cut olim ſufficiebat ad paucos, non dicetur grauari: nec pro-
curatio temperabitur, vt hic. pro hoc quod dixi ſummando,
& refert Ioan. And. Odof. idem tenuiſſe in ſimili quæſtione
de nemore, quod emphiteota mortuo patre teneatur cuili-
bet filiorum & ſuæ familiæ. C. de ver. ſig. l. vlti. ff. eo. pronun-
ciatio. & dicit quod filijs acquiritur vtilis. ff. de ver. ob. quod-
cunque, §. ſi ita quis. & hæc pars vera, quia ex quo obligatio
8 † eſt reſpectu generis, licet varientur indiuidua, non mutatur
obligatio, de offi. deleg. quoniam abbas, & pro hoc bene fa-
ciunt ll. proxime, allega. quia nomine familiæ continentur
omnes de familia quotcunque ſint, vt in eis probatur.

ADDITIONES.

a Creſcentibus facultatibus. Adde glo. & Anto. de bu in c. cum clerici. de plac. Ant. de butr. in c. propter ſterilitatem, in pe. col. de loca.

b Poſſeſſor. Adde Io. mona. Ioan. And. & Domi. in cap. 3. de præben. li. 6. Do. in cap. catholica. 11. diſt.

c Furnum vel molendinum. Adde Iac. bu. & Bar. in l. fi. C. de ſa. ſan eccle. Io. de imo. in cle. literas, in 15. col. de reſcrip. Bartolo cępola de verona in tracta. de ſeru. ruſtic. præd. C. l. de furno. in vlum. quæſtio. vbi diffuſe de iſta quæſtion.

SVMMARIVM,

1 *Eccleſiæ omnes tenentur procurare legatos, & nuncios ſedis Apoſtolicæ.*

2 *Romana curia non ſolet aliquem priuilegiare contra ſe. & numero quarto.*

3 *Præſcriptio etiam longiſſima quo caſu non proſit.*

1 Cum inſtantia. † Omnes eccleſiæ, ni-
ſi ab hoc per priuile-
gium apoſtolicum ſint exemptæ, procurare tenē
tur legatos & nuncios ſe. apo. nec in hoc præſcri-
ptione iuuantur. Primo ponitur ratio deciſa. Secundo de-
claratio, ibi. poſtulationi. Tertio, exceptio, ibi: niſi. Quarto
præſcriptionis remotio, ibi: etiam & remotionis ratio, ibi:
quia, de eodem facto, de præſcrip. accedentes. Et infra, quaſi
dicat, cum uos & noſtri pro omnibus laboremus, iuſtum eſt
vt ab omnibus ſubſidium habeamus: vt infra ſequitur, ad
hoc de poſtu. bonæ. 1. omnes quod autem omnes tangit &c.
regula quod omnes, libro ſexto. Not. de inſtantia quotidia-
na Papæ pro republica de hoc in glo. prima. Et in ea in fi. de
offi. lega. capitu. primo, de homi. cap. primo, lib. ſexto. Secun-
2 do not. glo. 2. ſcilicet, quod curia romana † non ſolet aliquem
priui-

priuatum, vel aliquam religionem ne veniat ad ſe, vel ne poſ
ſit eum excommunicare. dicit Vincent. quod Papa hoc non
4 poſſet. & quod non debent extendi fimbrię Ciſtercien. † qui
prætendunt tale priuilegium, non permittendo monachos
ad curiam ire. Ratio prædicta eſt, quia quis non debet eſſe acce
phalus. de præſcr. cum non liceat.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio debet eſſe modeſta.*
2 *Procuratio legatis qualis dabitur.*

Verſicu. Sane.

Hic diſponit de modo procu-
rationis. Nota. ibi, modum, ꝙ
1 † procuratio debet eſſe modeſta. pro hoc ſupra eodem capitu
lo, in prin. notabi. 2. Ex hoc infertur, quod ſecundum facultates
ecclesiarum debet exhiberi procuratio de hoc in gloſſ. il-
lud. Et in ea ibi, ſportulas, nec expenſas, de reſcrip. ſtatutum.
2 §. prouiſurus. libro ſexto. Quęro quę procuratio † dabitur le-
gatis. Gloſſ. illud. ibi, dabitur, ſoluit, & ſolutioni opponit, dic
ſtaudum contrario. Iura namque prohibent ſolum guloſita-
tem uel nimiam curioſitatem, de conſe. diſtinctione prima.
quinque modis. Et in hac gloſſ. ibi Ioannes. 10. quæſtio. tertia.
illud Ibi aceto. dicit Vincen. ergo minimus epiſcoporum, di
co quod hæc glo. Ioannis Theutoniei eſt. Ibi l. 1. li. 12. milites
ſic aluntur a republica, quia duobus diebus recipiunt bucella
tium, tertio panem integrum, vno die vinum, alio die acetũ,
uno die lardum. biduo carnem ouinam. Et exponit Ioã. Cal.
bucellatum. i. bucellam. ideſt partem panis azimi, ſic exponi
tur. C. de ero. milit. anno. l. ſecunda. ibi, hoc caſu. Lau. Ibi, vl-
tra uires. Impoſſibilium enim nulla obligatio ff. de regu. iur.
impoſſibilium. de hoc ſupra capitulo, cum Apoſtolus. Ho-
ſtienſis, Ibi. §. Trebanus. vide ſupra cum Apoſtolus. in princi.
in ſecunda quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Inferiorum diſpoſitio non præiudicat ſuperiori.*
2 *Grauatus per legatum in procuratione vltra ſuam ratam reſtauratur ab alijs.*
3 *Legatus an poßit exigere procurationes extra prouinciam.*

Verſicu. Si vero.

Licet clerici alicuius lo-
ci poſſint deputare mini-
ſtros ad procurandum legatos, non tenentur tamen legati
ab eis recipere, quin poſſint ab alijs prout eis libuerit. Colle-
cta. loquitur ſecundum conſuetudinem quæ in multis locis
inoleuit, quòd fit collecta per totum epiſcopatum, & datur
procuratoribus qui legatis prouident. legatorum, tranſeun-
tium. Alit enim qui legati ſunt in prouincia procurationes
ſuas leuant, de hoc infra capitulo procurationes. Requiſitus
& hoc ſi poteſt, ne fraudulenter alleget impotentiam: alias
contumax eſſe cenſetur. Hoſtien. fraudem. deſcendit apud a-
micum vt procuretur ab eo, & ille datis ſibi literis per eum
ab alijs duplum vel triplum recipit. Abb. hodie fit taxatio
de certa ſumma legatis non de latere. de hoc infra capitulo,
procurationis. Ioannes an. fit etiam legatis de latere contuma
citer ſi priuilegium immunitatis non habent, & dummodo
facultates ſufficiant, vt patet ex præcedentibus. Hoſtien. Not.
inhibendum, quod ea ſunt permiſſa quæ non inueniuntur ꝓ
1 hibita. de hoc de, transla. capitulo ſecundo † Secundo nota ꝙ
diſpoſitio inferiorum non ꝑiudicat ſuperiori, de capel. mo.
capitulo ſecundo, vbi de hoc in gl. penul. Tertio nota, ibi, ma-
luerint. quod in optione eſt legatorum a quo velint procura
ri. Ex hoc infertur, quòd non ſolum contra procurationem
non currit præſcriptio ſupra eodem capitulo in princip. ſed
nec etiam in modo procurationis. de hoc in Specu. eodem ti
2 tulo, in fin. † Quarto nota, quod grauatus per legatum in pro
curatione vltra ſuam ratam reſtauratur ab alijs: & quomodo
tegrum contra alios vt ...
diorum. Ibi l. vna. vide de ſepul. eſt liberum. in gloſſ. ſecunda.
Secundo quęro, an quod hic dicit, per pactum clericorum
non præiudicari legatis, procedat reſpectu epiſcopi, ſi clerici
paciſcuntur, quis eorum det procurationes. Vincen. dicit, ꝙ
eodem modo non præiudicatur epiſcopo. In Authẽ. de duo-
bus reis. §. ſi uero. Ibi licet inter ſe pepigerint. ſic. ff. de pac. in-
ter. de tranſac. controuerſia. Si tamen epiſcopus exigit ab ali-
quibus id ad quod tenebantur, etiam alij ſoluentes habent a-
ctionem contra ſocium. ff. de pac. epiſtola. & quod nota. de
3 pac. plerique. in gloſ. 1. † Tertio quæro an legatus a poſſit ex-
a gere procurationes extra prouinciam. Glo. penul. quod ſic. &
in ea in fin. de præſcrip. accedentes. Quarto quæro de intelle-
ctu literę ibi, nec per communes miniſtros & cætera. Solu.
Hoſtien. quod hoc intendit, quia miniſtri non tenentur pro-
curationes recipere, ſed per ſuos miniſtros ſe poſſunt procu-
rare ab eo qui per ſe non ſufficiat: quo caſu debent alij conti-
gi. infra capitulo procurationes. Quinto quæro. quæ eſt ratio
quod legati non compelluntur recipere procurationem per
communes miniſtros. gloſſ. vlti. ſol. quia particularis exactio
non modica habet incommoda, quæ ratio nõ conuenit lite-
ræ: ſed eſt ratio in tex. ne per hoc præiudicetur legatis. poſſet
autem præiudicari: vt quia iſti male tractarent, nec curarent
ſententias cenſuræ. Et in hac glo. ibi, argumen. contra, ſed nõ
obſtant vt infra eadem quæſtione. Ibi, lineam. ſi teſtator mi-
hi legauit lineam 30. margaritarum. quæ apud me erant, ſi lo
cus eſt falcidię, poteſt hæres ſibi petere lineam reſtitui, vel vẽ
dicare partem ſibi propter falcidiam competentem. Ex hoc
patet, quod non obſtat illa lex: quia per legem falcidiam de-
betur pars tantum: ideo totum non poteſt exigi. Ibi. §. vlti. Si
agens de inofficioſo pactus eſt certam quantitatem ſibi per
hæredem dari quãdiu viuet hæres. mortuo hærede illa quan-
titas non debetur. Ibi, debitori. ſi creditor hæres debitoris ad-
iuit, confuſa eſt actio: ſed ſi ei quem ſententia ſuperauerat hę
reditatem tradit: ita quod ſibi & aliis creditoribus ſatisface-
ret, ſeruandum eſt pactum. & ſcias quod Ioan. de his duabus
vltimis concor. fecit vnam glo. & allegabat eſſe pro ſimili ad
text: & tunc quod dicit §. vlti. debet dicere debitorum. vbi de
pac. plerique. in glo. 1. & ibi, debitori. debet dicere debitorũ.
vbi debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec
mutari poteſt.

ADDITIO.

a An legatus. Adde Belẽzinum in tract. de charicatiuo ſubſidio. q. 12

SVMMARIVM.

1 *Menſura communis eſt attendenda.*
2 *Pars maior quod facit, & alij facere debent.*
3 *Conſuetudo vicinorum locorum in dubijs eſt ſeruanda.*
4 *Vota ab initio ſunt gratuita.*
5 *Viri eccleſiaſtici non debent lucris temporalibus inhiare.*
6 *Obligatio incerta eſt nulla.*
7 *Vouens obligatio licet nulli fiat promiſſio voti.*
8 *Votum uidetur nullum propter incertitudinem.*
9 *Donationibus fit lata interpretatio.*
10 *Vouens religionem, nec dicens quam, cogi poteſt intrare vnam de approbatis.*

EX parte.

Si ad vnicam menſuram ſolui
ſolet id quod debetur ex voto,
ad illam in poſterum ſolui debebit. Si vero ad di-
uerſas, liberabitur ſoluens etiam ad minorẽ. Cõ-
munis diuiſio. Secundo ibi: cum ego, & ibi diſtinguit. & pri-
mum membrum proſequitur ibi, in primo. ſecundum ibi,
in ſecundo, & rationem ſubdit ibi, quoniam. Nota de votis
Beati Iacobi. de hoc in gl. prima, & in ea ibi, Cladis. de hoc de
loca. potuit.

Digitized by Google

gratuita: & per hoc ſunt grauiora. 28. quæſtione prima, iam
nunc.& ex hoc innuitur ſecus eſſe ex poſtfacto, quia tūc ſunt
neceſſaria.de voto.magnæ,& capitu.ſcripturæ.vbi de hoc. Ad
idem facit litera, in eo quod ſi in menſura ſunt variæ conſue-
tudines, volēs ſoluere ad minorem non cogitur ad maiorem.
Ex hoc infert Guil. Naſo, quod bene eſt cogendus ad mino-
rem.& hoc etiam infert, quod qui promiſit dare ſingulis an-
nis vinum, vel aliquid tale ſacriſtæ: licet principio fuerit gra-
tuitum, cogendus tamen eſt ſeruare: quod intellige dum ta-
men promiſit ſub certa menſura eo modo quo dico in 5. &
5 & 7. contrarijs.† Sexto nota, quo viri eccleſiaſtici non debēt
lucris temporalibus inhiare,& nimis auare intendere. contra
id quod ſignificat ratio capitis, per quam temporalium depo
ſitio ſignificatur. 12. quæſtio. prima. duo ſunt. Oppono, quod
eo ipſo, quod illi qui deſtiterant a ſoluendo vota nunc ſolue-
re volebant: debuerit eis credi ſuper menſura, quia videntur
memores ſalutis ſuæ. argum. de præſumpt. literas Solu. poteſt
intelligi quod nunc ſponte volebant ſoluere, & tunc aliqua-
liter viget contrarium. Sed dic, quod licet pro eis præſuma-
tur, non tamen eorum dicto ſtatur contra communem con-
ſuetudinem. Poteſt etiam intelligi, quod compellebantur in-
uiti ad ſoluendum, quod videtur magis conſonum literæ ſe-
cundum Hoſtienſem,& tunc ceſſat argumentum. Secundo
oppono in eo quod dicit, quod non conſtabat ad quam men-
ſuram ſoluiſſent anteceſſores vouentium. Satis enim conſta-
re videbatur, ex eo quod ſupra præſupponitur, quod vota Bea
ti Iacobi ad communem terræ menſuram ſoluebantur. Sol.
licet alij vouentes ad communem terræ menſuram ſoluiſ-
ſent, iſti tamen ſoluere nolebant, forte dicētes, quod illud eis
non præiudicabat, quia res inter alios acta &c. Propterea di-
citur in litera, quod non conſtabat ad quam menſuram ante-
ceſſores iſtorum ſoluiſſent, quaſi ad inferendum quod ex ſo-
lutione aliorum contra iſtos non poterat inferri, cum non cō
ſtaret ad quam menſuram ſoluiſſent anteceſſores, id eſt hi a
quibus obligatio peruenerat ad iſtos: dicit Innocent. quod
ſi de menſura parentum conſtaret, non requireretur alia pro-
batio: quia non præſumitur quod ad aliam menſuram volue-
rit obligare hæredes, pro hoc, quia in certis non eſt locus con
iecturis. ff. de verborum obligationibus, l. continuus. Si er-
go de obſeruantia partium conſtaret, illa obſeruaretur. ff.
de pignor. actionibus, vel vniuerſorum: Tertio oppono,
quia videtur litera ſibi contradicere, in eo quod in principio
dicit, quod vota Beati Iacobi ſoluebantur ad communem
terræ menſuram,& poſtea diſtinguit, an habitatores regionis
ſoluerent ad eandem menſuram, an ad varias. Solu. quod di-
citur in principio, fuit propoſitum a parte, quod aduerſarius
forte non fatebatur, nec aliunde conſtabat: ideo fuit opus di-
ſtinctione. Quarto oppono quod etiam ſi ad eandem menſu-
ram alij vota ſoluerint, non propterea debeant iſti cogi ad eā-
dem, quia res inter alios acta &c. de iureiurando, l. ſi duo pa-
troni. Solu. vt in gloſſa tertia. in eo quod dicit quod id quod
facit maior pars, cæteri facere debent, & idem Innocent. Ex
hoc dic, quod conſuetudo valebat etiam quo ad iſtos, exten-
ditur enim ad alias perſonas, licet non ad alia iura, de officio.

7 licet nulli fiat promiſſio † voti, vouens tamen obligatur. ff. de
pollicita. peccatum. §. primo. de voto. licet.& capitu. magnæ.
& de hoc eodem titulo, ſcripturæ, quod ſingulariter not. Ex
hoc infert Innocent. quod ſi quis promittit intrare aliquod
monaſterium: poteſt agere monaſterium cōdictione ex hoc
cap. contra uouentem: vt ingrediatur, quod ſingulariter no.
Et ratio huius dicti & præcedentis eſt: quia ex his caſibus ac-
quiritur Deo, qui eſt præſens vbiq;, de dolo. veritatis, pro hoc
infra quæſtione prima. Septimo oppono in eo, quod dicit, quod
quando menſuræ ſunt variæ vouens tenetur ſoluere ad mino
8 rem, quod imo ad nullam, votum † enim videtur eſſe nullum
propter incertitudinem. argument. ff. de iure do. cum poſt. §.
gener. Solu. vt ſupra in quinto contrario: hic non fuit incerti-
tudo, quia promiſit ad certam menſuram: puta duos ſexta-
rios, licet ſextarius eſſet varius, vel vouit de duabus menſuris,
licet non dixerit de ſextario, vel ſimili menſura: nec per hoc
fuit incerta promiſſio. per hoc, quod dixi in eodem, quinto
contrario. Secus ſi vouiſſet de ſoluendo frumentum, & non
dixiſſet de duabus, vel tribus menſuris: quia tunc legatum
non tenet tanquam incertum, vt prædixi. dicto §. gener.& ff.
de legat. primo, quod in rerum. §. ſi quis, & ſic nec votum.
Et ſecundum hoc in litera, ibi, minorem, ad quam tamen ali-
cubi menſuratur. Ioann. Vincent. & Goffred. & ſecundum
Goffredum, hæc ſunt intelligenda: quando in voto actum
fuit de certa menſura quod dic, vt proxime dixi: alias votum
eſſet nullum, dicto §. gener. & quantumcunque frumento
dato fieret liberatio. ff. manda. fideiuſſorem. Octauo oppono
ad idem, quod potius debuerit fieri interpretatio, quod
9 ſolui deberet ad maiorem menſuram: quia † in donationi-
bus fit lata interpretatio. de donatio. cum dilectus. Solu. hic
fit mitior ex ratione, de qua in litera in fine. Item ex alio,
quam ponit gloſſa vltima, in principio. Ex hoc nota. caſum
ſingularem in quo in donatione fit interpretatio non lata.
hic tamen non eſt proprie donatio, ſed votum, in quo nihil
datur, ſed de dando, vel faciendo promittitur. Et in hac gloſ-
ſa, ibi. l. ſecunda, ne munificentia parentum erga filios retar-
detur: quæ dotis, vel donationis ante nuptias cauſa per pa-
rentes eis data ſunt, ad ipſos reuertuntur. Quæro circa id
10 quod dixi ſupra, in ſexto contrario. ſi quis vouit † aliquam
religionem intrare non dicens quam. dicit Hoſtienſis, quod
eccleſia nihilominus poteſt eum conſtringere, vt intret
vnam de approbatis: ex quo de voto in iudicio ſibi fuerit fa-
cta fides: alias de occultis non iudicaret. de ſimon. ſicut nobis,
in fi. niſi in foro pœnitentiali. de æta.& qua. ad aures. de voto,
per tuas de ſpon. tua. de pœni. omnis. pro hoc quod dixi de re
gula. porrectum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus fundat intentionem ſuam de iure communi quo ad epiſco-
palia.*
2 *Inſtrumentum facit fidem quod eccleſia eſt in tali diæceſi etiam ſi non
ſit confectum ſuper hoc. & num. 7.*

Digitized by Google

leat propter defectum ſolennitatis.
14 *Poſitionem negans an poſſit ſe ex illa iuuare.*
15 *Epiſcopus ſalua conſcientia an poterit tenere integras decimas.*

Cum olim. Eccleſiæ tenentur epiſcopo,in cuius diœ
ceſi ſunt prouidere de procurationibus,
quarta decimarũ,& aliis epiſcopalibus. Primo ponitur cauſæ
diffinitio. Secundo ſoluit vnum obſtaculum,ibi:licet. Tertio
aliud,ibi:abſonum. per alia:expone,vt in glo.j. Et in ea in fi.ius
commune,vel alio modo. Inno.compoſitionis,alias compo
1 ſitionem.de quibus,j.q.1.† No.ꝙ epiſcopus fundat intentio-
nem ſuam de iure communi quo ad iura epiſcopalia in eccle
ſijs ſuæ diœce.de offi.or.conquærente. Secundo no.quod per
2 inſtrumentum † fit fides.ſ.ꝙ eccleſia eſt in tali diœceſi,etiam
ſi non ſit confectum ſuper hoc,& hoc colligit gl.2.in verbo,
inſtrumentis:& melius colligitur,j.eo.inſtrumenta,& ibi po
nit Inno.& hoc colligit glo.vlt.de hoc,j.contrario 2. & 7.di-
co de proba.clem.literis,contrario 3. Et in hac glo.2.ibi,opti-
mam: vide de proba. Tertio. contrario primo.in fin. Ibi,cum
aliquis,ſi teſtator dicit,ſeruum Seij hæredem inſtituo, cum
contemplatione Seij apparet eum inſtitutum, adire cogitur,
licet libertatis ſuæ referat quæſtionem, & ſi pronuncietur li-
ber,damnum nec lucrum ex aditione conſequitur. Et in eo
quod ibi dicitur,ſeruus Seij qui non eſt, & acquirit domino
putatiuo.inducit Vincen. ſimile,quia dicitur ius ciuile Papi-
nianum,non quia Papinianus de ſuo quicquam adiecerit,ſed
quia compoſuit.ff.de origi.iur.l.2.§.1. & facit pro compilato-
3 ribus gloſſarum, vt dicant eas ſuas.vt ibi not.glo.† Tertio no.
quod quarta debetur epiſcopo de iure communi.de hoc in d.
c.conquærente. Quarto nota,quod ſuper decimis & ſuper iu-
ribus epiſcopalibus poteſt componi.de deci.ex multiplici.de
tranſactio.cap.2.& cap.ſuper eo. Quinto not.ibi, deductioni-
4 bus,quod redditus † epiſcopales ſunt ſoluendi ſine deductio
nibus,16.quæſtion.prima, reuertimini.de tranſactio.veniens.
de verborum ſignificatione,cum inter.ſed in contrarium in-
ducit Vin.ff.fami.erc.fundus:qui doris.ꝑ ſocio.Lucius.alias ſi
ſocius.& non ſoluit. Sed nec expedit,quia ſunt caſus omnino
5 diuerſi,vt in eis patet. Sexto no.ibi,non debuit,†quod qui non
acceptat inſtrumenti productionem contra ſe, non poteſt ex
ea ſe iuuare, & idem in alia diſpoſitione, & ad hoc quotidie
allegatur,& idem ſi diſſimulat.C.de repu.hære.ſuis,& ibi gl.
Septimo not. quod eo ipſo quod quis impugnat inſtrumen-
6 tum †intelligitur tacite renuntiare iuri ſibi ex illo competen
ti,de hoc in glo.antepenultima,& penultima. Et hac glo.an-
tepenul.ibi,ſiquis iuſiurandum.vide de foro competen.ſigni
ficaſti.q.3.in fin. Ibi,qui falſas,vide de teſti.præſentium.q.6.&
in hac glo.penult.in fin. dic quod ſcriptum erat voto contra-
rium,& vox ſcripta.ſic,ſ.de electio.cum inter R.Goffre. Op-
pono quod non debuerit pro eccleſijs,de quibus in litera,re-
ſpondere abbas,ſed earum ſindicus,de reſcript.edoceri.vbi de
hoc. Soluit Innocent.quod illę eccleſiæ pertinebant ad abba-
tem quoad temporalia:ita quod tenebat eas in proprios vſus:
ideo pro eis reſpondit,pro hoc de offi.or.conquerente. vbi di
co.q.1.de teſti.ſpo.olim.j.de fide inſtrum.G.perpetuus.de præ
ſcri.ex tranſmiſſa. Secundo oppono ad id quod dixi ſ.in 2.no-
7 tabili : quod imo non debeat ſtari inſtrumento † in eo ſuper
quod non eſt confectum,de priuileg.ſi Papa.lib.6.Solu.vt ibi
no.in glo.3.& de hoc.C.de iure delib.cum aliquis.dico de pro
ba.cum cauſam.q.1. Tertio oppono in eo quod dicit de quar-
ta decimarum,quod potius debeat eſſe medietas.10.q.prima,
antiquos. Glo.3.dicit ſtandum conſuetudini. Dic quod ſi con
ſuetudo non apparet,cenſetur quarta,de offi.ordin.conquæ-
rente,vbi de hoc:in hac gloſſ.in fin.habetur hæc glo.10.q.j.de
his.de hoc per Hoſti.in ſumma.de ſepul.§.vetus, & §.ſequen-
tibus. Quarto oppono, quod licet abbas impugnauerit com-
poſitionem,tamen poterit ea vti,niſi perſtiterit in impugna-
tione vſque ad ſententiam. ff. de inofficioſo teſtament. Papi-
nianus, §.meminiſſe. Gloſſa not. ſtat contrario,& ſecundum
hoc dic,quod abbas perſtitit.de hoc in regula ex eo.libro ſex-
to, de confeſſione autem quando poſſit quis ab ea recedere,

mentis,quod [illegible]
ſtrumentis continebatur, quod epiſcopus conceſſerat eccle-
ſiam iſtam monaſterio,& melius diceret glo.eccleſias : quia
erant duæ:vt in prin.literæ, ſed gloſſ. habet reſpectum ad lite-
ram in fi.ibi,illam eccleſiam &c.forte enim abbas de vna ſo
la negabat,ſic ergo apparebat quod erant in ſua diœceſi:quia
alias epiſcopus de iure communi non potuiſſet concedere iu
ra,cum non haberet,de dona.inter virum & vxorem, nuper.
Et idem Inno.qui tamen dicit quod abbas forte poſſet dicere
ſe ad hoc non recepiſſe priuilegium ab epiſcopo, vt ab eo ha-
beret ius epiſcopale, quod ab alio habebat, ſed vt epiſcopus
non haberet frontem impetendi eum.C.de excep.ſiquidem,
ff.de proba.cum de indebito.ſed dicit Innocent. quod abbas
debuiſſet hoc proteſtari. dicta l. ſi quidem : alias,ſicut pro ſe,
ita & contra ſe recipere tenetur. Octauo oppono ad idem de
8 pratica † quæ obſeruatur in iudicijs, per quam producto in-
ſtrumento pars aduerſa negat illud, & addit, quod ſi ꝯtingat
quod ei ſtetur,vult vti tali articulo in eo contento. Solu.Ho-
ſtien. quod per hanc literam reprobatur illa practica. Iudex
enim non admittet talem inſtantiam.ff.de proc. in cauſæ.ſed
potius repellet talem tanquam ſibi contrarium.de exce.cum
venerabilis.de app.ſollicitudinem,vbi de hoc.dic quod practi
ca eſt legitima prout hodie ſeruatur. Nam quando produci-
tur aliquod inſtrumentum, dicit pars aduerſa ꝯdicere quate-
nus ſit contra partem ſuam,& quod inquantum ſit pro ſe il-
lud pro ſe producit. Et hæc proteſtatio eſt poſſibilis,quia con
trarietas ſurgit ſolum reſpectu exercitij:& ideo ſi nihil erit in
fauorem eius, poterit obijcere inſtrumento. Si autem volet
vti quo ad aliquod capitulum, in nullo poterit opponere, qr
fides inſtrumenti ſurgit a tabellione, de fide inſtrumen. cum
P.vbi de hoc. Cum itaque tabellionis ſit authoritas eadem re
ſpectu totius inſtrumenti, non poteſt pars vnam partem ap-
probare aliam impugnare & ſic intelligo hanc literam,& ꝓ-
cedit hoc quando impugnatio concernit totum inſtrumen-
tum, ſecus ſi concerneret aliquod capitulum tantum : quia
tunc de ſeparatis non eſt illatio. Nono oppono ad idem.ff.de
petitio.hæred.legitimam. Solu.is qui approbauerat teſtamen
tum ignoranter poteſt vendicare hæreditatem ab inteſtato,
quia ignorauit vires teſtamenti: ſecus ſi approbaſſet ſcienter,
ut ibi. Decimo ad idem, quod ſaltem remedio reſtitutionis
poſſit quis redire ad id quod impugnauit.ff.de mino. minor.
§. primo. de in integrum reſtitution. auditis. Solu. ſta ꝯtio,
ſed de iure communi ſecus,vt hic. Generaliter aũt,cum †quę
9 itur an q impugnat inſtr̃m a poſſet ſe ex eo iuuare. Dic,ꝙ aut
a impugnat ex cã manifeſte friuola : ita ꝙ fuit a iudice repulſa
pp ineptitudinem:vel qa notorie friuola, & talis obiectio hr̃
pro non facta.ff.de au.& arg.le.ornamentorum.ar.de iud.exa
minata,vnde poterit ſe iuuare ex inſtrumento. aut ex alia cã,
& ignoranter,qa forte neſciat,ꝙ faciat ꝓ ſe:& poterit ꝓ ſe vti
cum ſciet.ff.de pet.her.legitimam. Aut ſciẽter:& aut vult po-
ſtea vti remedio reſtõnis,& põt,vt ſ.e.ꝯtrio. Aut de iure cõi:&
tunc,aut ex cã tali cuius approbatio ad impugnantem ꝑtinet,
& non põt ſe iuuare.ꝙ dico j.q.2.niſi ad exceptionẽ.ff.de ſol.
diſpẽſatorem.regula nullꝰ plurib.li.6. Aut ex tali cuius appro
batio ad impugnãtem nõ ꝑtinet:& tunc,aut deſiſtit ante iniã
ab impugnatione & põt ſe iuuare.ff.de inof.teſta.Papinianus.
§.meminiſſe. Aut non deſiſtit,& aut ꝓcedens ex alio iuuatur
q̃ ex inſtrumẽto,vt hic.& opponens in nullo iuuabitur ex in-
ſtrumento, vt hic:ꝙ no. Aut ꝓcedens ex inſtrumento ſolo iu
uatur:& tunc ſi acceptabit iudex inſtr̃m pro ꝓducente,iudica
bit ẽt pro impugnante in his in quibus inſtr̃m pro ipſo facit.
Non enim poteſt iudex pro parte approbare, & pro parte re
probare,vt j.q.3. & prædicta in hac diſtinctione declarantur
ex his

A D D I T I O.

a Qui impugnat inſtrumentum. Adde Ant.de Butr.in c.cum venerabilis.in 4.
col.de excep.

Digitized by Google

ſeu.petenuę.ſ.quemadmodum ſer.amit.ſi communem. De
cimotertio oppono in eo,quod ſ.proximo contrario in prin.
comparaui confeſſionem productioni inſtrumenti. Nam cō
11 tra †confeſſionem ſuam quis auditur ad probandum contra
rium.C.de iu. & fac.igno.error.Azo in ſumma. C.de confeſ-
ſis.deberet ergo producens inſtrumentum audiri volens pro
bare contra ipſum,& tamen non videtur audiendus per hanc
literam.Solu.Inno.quod plus eſt probatio inſtrumentorum,
q̄ confeſſio: quod no.& vult dicere,quod licet ꝯtra confeſſio
nem factam verbo,quis audiatur,vt prędixi, non tamen con-
tra confeſſionem factam ex productione inſtrumenti. Nam
ſecundum Innocen. cum pars producit inſtrumentum ad ꝓ
bandum aliquem articulum, non debet audiri ad probādum
contrarium:cum allegans contraria non ſit audiendus. Item
duę probationes contrariæ ſibi inuicem derogant. C.de fide
inſtrum.ſcripturæ,& de fide inſtrum.imputari. Item plus eſt
confeſſionem tacitam habere, & probationem inſtrumenti,
quam confeſſionem tantum,ſecundum Inno.quod not.ſin-
gulariter.Pro hoc ſecundum Hoſtien. quia lingua labilis eſt.
ff.ad l.Iul.maieſtatis.famoſi,§.penult.Inſtrumentum vero fit
cum magna deliberatione: & ita etiam deliberate ꝓducitur.
Ideo minus ſubuenitur producenti,quam confitētu,cum po-
tuerit plenius deliberare.argum.d.c.imputari,& C.arbitrium
tute.l.fin.ſecus in alio qui forſan ex improuiſo & ſine magna
deliberatione confitetur,cui ſubuenitur & maxime cum me
moria ſit labilis.C.qui teſt.fa.poſ.hac conſultiſſima.§.at cum
humana:& error facti peritiſſimos fallit.de iu.& fac.igno.l.2.
& 3.Quæro qualia erant inſtrumēta compoſitionum de qui-
bus hic.Solu.Inno.quod erant forte talia quod per vnum an-
num tenebātur integre ſoluere iura epiſcopalia:& per alium
non omnia,ſed aliqua.Secundo quæro quid obiecit abbas in-
ſtrumentis prædictis.Soluit Innocen.quod obiecit defectum
ſolennitatis,cuius completio pendebat ex ratihabitione abba
tis,puta quod inſtrumenta ſibi non oberant, quia non inter-
uenerat ꝯſenſus capituli ſui.Ideo exceptio intantum præiudi-
cat ſibi,quod etiam ſi inſtrumenta pro ipſo faciant, ſibi non
profuit: ſecus ſecundum Innocent.ſi obijceret defectum ſo-
lennitatis quæ compleri poſſet per partem epiſcopi:quia ſi ve
rum non eſſet,vel etiam ſi verum eſſet, ſed epiſcopus nollet
illas ſolennitates complere, ꝑ hoc abbas non videtur renun-
tiare inſtrumento.pro hoc ſecundum Hoſt. quia primo caſu
eſt quid ſibi imputetur abbati. ſecundo caſu eſt quid imputet̄
ep̄o,vnde nō nocet abbati.arg.ff.de dolo.l.1. Tertio quæro,ſi
a quis dicit inſtrumentum falſum,a ſed non probat.dicit Inno.
12 quod remanet in ſuo robore: † nec opponens per hoc vide-
tur renuntiare iuri ſibi ex illo competēti.nec impeditur illud
petere, dum nō conſentiat illud verum eſſe. Nam comperta
veritate cedit error.8.di.veritate.niſi perſeueraret in dicendo
quod falſum eſſet,quia faceret contra conſcientiam. de prę-
ſcrip.c.fi. Et in hoc dicit Inno.quod licet per verba de quibus
in litera,nullatenus probauerit abbas inſtrumenta compoſi-
tionum,non tamen per hoc reprobatur,quod nūc dixi. Et ſe-
cimarum reciperet, non fuiſſet monaſterium condemnatum
ad plenam ſolutionem decimarum,quia ſibi non debebātur.
Nam licet compoſitio non debeat prodeſſe abbati, qui eam
impugnauit:non tamen debet dare epiſcopo, quod ſibi non
debetur. Oppono ad hoc, quod imo etiam hoc vltimo caſu
debeat iudicari pro epiſcopo, cum ei de iure communi hæc
debeantur ab eccleſijs ſitis in ſua diœceſi. de deci. dudum. vt
erant iſtæ. Solu. Inno.quod a iure communi receſſum eſt per
compoſitionem,quæ non improbatur. Fatet̄ tamen,quod ſi
epiſcopus reſpondiſſet abbati dicēti compoſitionem non va-
lere,& ego habeo ratum,quod tunc ſtandum eſſet iuri com
muni,quia communi voluntate receſſum eſſet a compoſitio
ne,quod procedit præſupponendo, quod abbas & epiſcopus
feciſſent compoſitionem inter ſe tātum quę perſonalis eſſet:
ſecus ſi erat realis:quia tunc,ſicut non poſſunt eam inire ſine
ſuperioris authoritate.de tranſa.veniens. ita nec ab ea recede-
re in præiudicium eccleſiarum ſuarum. regula delictum.lib.
6. Nec Innocen.videtur perſiſtere dicto proximo.dicit enim,
vt dixi ſ.ea.q.quod pro abbate nihil fuit iudicatum: ſed nec ꝓ
epiſcopo ferenda eſt iniuſta ſententia. Ex hoc infertur, quod
ſi inſtrumentum quod aduerſarius impugnat,continet,quod
debet mihi centum ſub conditione, non iudicabitur, quod
debeat ante conditionem exiſtentem.pro hoc inſti.de verbo.
obl.§.ſub conditione.& §.ex conditionali.de app.præterea,2.
Et plus dicit Innocen.quod ſi in diem deberet,non condem-
nabitur niſi poſt diem, ratione præmiſſa, quia nunquam eſt
ferenda iniuſta ſentētia pro aliqua partium, licet aduerſarius
iniuſte probet contractum. Sed pro improbante nihil ſenten-
tiandum eſt. Dic,quod ratio prædictorum in hac quæſtione
eſt,quod licet impugnans inſtrumentum non poſſit eo vti,ta
men ſecundum inſtrumentum pronuntiatur pro producen-
te:ſtari oportet inſtrumento ēt in his quæ ꝯcernunt fauorem
impugnantis,quia non poteſt iudex pro parte approbare,& ꝓ
parte reprobare,vt hic.eſſet enim ſibi ꝯrius,ꝯ id de ap.ſolli
tudinem. Item in eo quod ſ.ea.q.dixi,decimas deberi epiſco-
po de iure communi,intellige de quarta decimarū,vt in text.
15 & in d.c.dudum.† Sexto,an epiſcopus ſalua conſcientia pote-
rit tenere integras decimas,videtur quod non,per ea quæ dixi
in primo contrario. dicit Innocent. tutius eſſe quod ſoluat
id,quod deducendum erat. tamen poteſt etiam ſine peccato
tenere quouſque abbas per in integrum reſtitutionē vel alio
modo ſibi ꝓuideat:& hoc ex quo obtinet in cā, qa bene pōt
miniſter eccleſię qn̄q; puniri,imo & qn̄q; etiā ipſa eccleſia te
net ex eo ꝙ miniſter male agit.16.q.1.placuit. de hoc per Ho-
ſti.in ſumma.de ſen.& re iud.ſubrubrica.§.quot ſunt eius ſpe
cies.ver.ſed nunquid,& facit quod no.de conceſ.prab̄.c.1.in
glo.2.deinde quibuſdam interpoſitis refert Innoc.quoſdā di-
cere,ꝙ ſi ep̄s non iuuaretur niſi ex inſtr̄o in quo precipiebat̄
fieri

A D D I T I O.

a Inſtrumentum falſum. Adde Inno.in c.fraternitatis.de hęr.

Digitized by Google

gnat,vt hic,niſi aduerſarius vtatur impugnato: quia tunc va-
let pro vtroque. Nam exquo impugnatio nõ eſt cum effectu,
non debet obeſſe impugnanti.de iureiuran.mulieri.quæ ſin-
gulariter no.pro practica. Septimo quæro, in eo quod non iu
dicatur pro abbate quo ad deductiones: quia impugnauit in-
ſtrumentum, an hoc ſit verum in qualibet impugnatione,
dic quod non, vt patet per ea quæ dixi ſ. q.2. Et hoc declaran-
do dicit Innocent.in regiſtro contineri quod impugnat,quia
inſtrumenta dicebant,per metum regis extorta.& in hoc per
ſeuerauit vſque ad ſententiam: ideo iudex noluit ſibi adiudi-
care deductiones,licet per inſtrumenta competerent.argum.
de teſti. præſentium; quia illæ deductiones erant contra ius,
nec competunt abbati niſi per inſtrumenta, vnde cum dice-
ret inſtrumenta falſa & per metum extorta, contra conſcien-
tiam faceret ſi deduceret: & male faceret iudex ſi ſibi man-
daret, quod faceret contra conſcientiam. Si vero non dice-
ret inſtrumenta falſa, ſed concederet,licet diceret ea ſibi non
præiudicare de iure:tunc non obſtante tali impugnatione iu-
dex ferret ſententiam pro impugnante. Idem ſecundum In-
nocent.etiam in præcedenti caſu, quando impugnat ratione
falſi:ſi tamen deſiſtit ante ſententiam,quia pro eo pronuncia
bitur,nec exigitur quod aliter probetur contra cõfeſſionem.
Nam aduerſarius qui produxit inſtrumenta nihil dicere po-
teſt contra illa:nec ſuper hoc impugnantem aggrauare. Sed ſi
aduerſarius non produxiſſet, non poſſet is qui proprio motu
impugnat inſtrumentum ex illo aliquid petere,niſi probet il
lud verum eſſe,& hoc ante ſententiam: poſt ſententiam vero,
ſi iudicatur inſtrumentum eſſe verum, is qui impugnabat de
falſo, non prohibetur ex illo aliquid petere.de iureiur.mulie-
ri. Nam veritate comperta &c, octaua diſtinctione, veritate,
ſecundum Innocentium quæ not.& coniunge cum his quæ
dixi ſupra in pluribus quæſtionibus, & ſupra contrario 10.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ſoluendi ſunt in moneta qua inſtituti fuerunt, niſi aliter ſit præſcriſcriptum,*
2 *Agens perſonali debet exprimere cauſam in libello,*
3 *Succedens loco alterius cenſetur eodem iure, & illud repreſentat,*
4 *Condemnatio ſit ad æſtimationem, quando id quod petitur non extat,*
5 *Petitio ſi eſt inepta venit laceranda,*
6 *Aduocati confeſſio an præiudicet parti,*
7 *Cenſus nec præſcribi,nec minui poteſt,*
8 *Præſtationibus annuis præſcriptio incipit ſuo anno,*
9 *Confeſſio aduocati infra quantum tempus poteſt reuocari,*
10 *Error iuris reuocatur vſque ad ſententiam.*
11 *Bonitatis in æſtimatione inſpicitur tempus contractus.*

1 Olim. † Soluendi ſunt cenſus ad antiquam monetam,
in qua inſtituti fuerunt:niſi ſit in alterius monetę
ſolutione præſcriptum. Primo ponit factum. Secũdo decidit
exprimendo motiua,ibi,cum igitur.Sinodatico:vel cathedra
tio.de offi.ordin.conquerente.dominicæ.dies ergo ſtatuta in
terpellat ſine aliqua monitione.de dolo.potuit. ſoluerint:an-
tiquitus poſtea ſoluebant lucenſes pro illis,vt ſequitur.pro il-
lis,ideſt pro vno quoque papienſi tres lucenſes. primo anno.
promotionis tuæ, quando de facultatibus epiſcopatus non-
dum poteras eſſe certus.argum.de reſtitut.in integrum, tum
ex literis. verſicu. perſpeximus. Et infra intellige ſecundum
Pet.& Abb.quod allegabatur præſcriptio in moneta lucenſi:
ſed p partem aduerſam negabatur præſcriptionem eſſe com-
2 pletam. Not.quod †agens perſonali debet exprimere cauſam
in libello,ſic expreſſit epiſcopus hic.pro hoc de libel.obla.ca.
3 fin. Secundo not.quod id quod ſuccedit †loco alterius cenſe-
tur eodem iure,& illud repreſentat,vt lit.penden.eccleſia. de
voto,magnæ,verſicu.cum igitur.ſic delegatus repreſentat de-
legantem.de officio delega.cum olim:& faciens,illum cuius
nomine fit.de officio deleg.paſtoralis.præterea, & poſſidens,
illum,cuius nomine poſſidetur.de reſtitu.ſpoliatorum, cum

illis,quia inepta p...
titione p hoc inſti.ad l.aquil.§.his autem verbis,& §. hoc m.
ff.de of.dele.l.1.quæ no. Ex his no.ꝙ in actione ex empto peti
poteſt rem tradi,licet liberetur venditor præſtando intereſſe,
5 quod dixi de fi.inſtr.cum Ioannes.† No.etiam ꝙ ſi petitio eſt
inepta:laceranda eſt.de iudi.examinata,vbi de hoc,quod pro-
cedit in litibus ordinarijs:ſed in ſummarijs qñ mandatur pro
cedi pura & mera veritate inſpecta:licet petitio in concluſio-
ne ſit inepta,ſufficit quomodocunque conſtet de Intentione
petentis.pro hoc quod no.Bar.in trac.de ſummacognitione,
& ff.de dona.filiusfamilias,& quia forma petitionis in talibus
non exigitur:ſed ſufficit proponi factum,& in actis ſcribi per
modum poſtea,vt no.de ver.ſig.clem.ſæpe.in prin.glo.datur.
Secundo op.ꝙ ex quo epſ.fuit proteſtatus de iure ſuo,non de
buerit poſſe currere præſcriptio.de of.or.paſtoralis.ad fin.q.1.
§.pe.ver.his autem.Glo.j.ſoluit,ꝙ proteſtatio non prodeſt cũ
quis facit ꝯ ipſum,vult dicere ꝙ epſ patiendo præſcribi vr̃ a p
teſtatione recedere.vel ſm Inn. proteſtatio non interrumpit
præſcriptionem niſi in caſib.C.de anna excep.vt perfectius.d.
c paſtoralis,& §.pe.pro hoc ſ.de præſcr.nihil,& c.ſanctorum,
6 & vtraque ſolutio eſt vera. Tertio opp.ꝙ confeſſio †aduocati
præiudicare non debuerit parti.C.de erro.aduo.l.1.Solu.Vin.
intelligendo ꝙ facta fuit parte præſente,& intelligente, vt in
d.l.1.& ſecundum eum nõ ſufficit tutorem & curatorem,vel
procuratorem fari in dominorum præiudicium. ff.de ꝯfeſ.cer-
tum.§.ſed an ipſus,ꝙ procedit ſi probatur ꝯſtum a dñis, & ſic re-
uocetur:alias ei ſtatur. Reſtituitur etiam eccleſia ꝯ ꝯfeſſionẽ
ſi ex ea capta eſt.ff.de mino.l.ait prætor.§.ſed & in iudicijs.de
in integ.reſti.c.2.lib.6.& ꝙ dixi,confeſſionem aduocati noce
re parti, intellige cum ſub noĩe partis aliquid ſcribit & porri-
git.argum.C.de erro.aduo.libellos ſeu preces concipientium,
in rubro, Quarto opp.in eo ꝙ ibi dr̃ non niſi 36.annorum,in-
nuit, ꝙ ſi completum fuiſſet ſpacium 40. annorum tempo-
re Laurentij epiſcopi, fuiſſet completa præſcriptio in mone-
ta lucen.cum tñ moneta lucenſis ſolueretur pro papienſi,ꝙ
autem alterius loco ſuccedit eodem iure cenſetur.21.diſt. in
nouo.Solu.vt in glo.pen.quæ in prin.repetit id quod dixi ſ.in
j.glo.deinde ibi,nam ſi quis.ponit intellectum literæ. poſtea
ibi.Cõtra opponit ad proxime dictum.deinde ibi,ſed ꝯtrium
videtur.opponit vltimo.Ibi,ſed cõtrarium verum eſt.ſtat pri-
mo dicto.& eſt ſenſus glo.quod verum eſt ꝙ præſcriptum ei-
ſet. Ad contraria vero glo non reſpondet.Hoſt.dicit,ꝙ hic nõ
potuiſſet præſcribi propter malam fidem. de præſcript.c.fina.
Ad hanc literam ibi, non niſi, ſubaudi, maxime. Nam ſicut
7 †cenſus non præſcribitur. C.de præſcri.30.anno.male agitur.
quod dixi de relig.domi.conſtitutus: ſic nec diminui poteſt,
ſaltim ab illa qui malam fidem habet,d.c.conſtitutus:hęc ſo-
lutio tolli poſſet præſupponendo ꝙ præſcribentes ſint bonæ
fidei:vt quia ſucceſſerunt in ius aliorum.de iure patr.cura. ſta
ergo ſolutioni præcedenti, ꝙ hic præſcriptum fuiſſet. Et ad
contrarium dic,ꝙ licet moneta lucenſis ſolueretur pro papiẽ
ſi,tamen præſcriberetur ꝙ non poſſet peti moneta papienſis.
nec eius æſtimatio vera, ſed ſtari oporteret æſtimationi factæ
per ſolutionem monetæ lucenſis.Nam moneta lucẽſis ſurro
gatur papienſi ad commodum ſoluentis,ex quo præſcriptum
eſt,vt hic. Et ad illud,an cenſus poſſit præſcribi.dic vt dixi c.ſi-
gnificauit.q.9. Quinto oppon. ad hoc,quia in præſtationibus
8 †annuis præſcriptio incipit ſuo anno:quia videntur tot obli.
gationes quot anni,& ſic non præſcribitur in totum. C.de p
ſcri.30.an.cum notiſſimi.in fi.Sol.quidam ſtant ꝯtrio. de hoc
in Spe.de loca.§.nunc aliqua,ver.41.Dic melius ꝙ inter viuos
vnica eſt obligatio,& præſcribitur contra eam. quod dixi de
præſcript.auditis.q.fin.Item hic non agebatur de præſcriben-
da præſtatione annua: ſed de qualificando modo ſolutionis,
quod eſt facilius. Et in hac glo.penultim.ibi,ſi quis alia.dicit
quod ſeruitus amittitur.Ibi,ſi communes.§.primo,vbi amit-
tit ſeruitutem quo ad horam qui alia hora vtitur, quam de-
beat.Ibi,vna eſt via.vide in ca.auditis,ver.quocirca. contrario
primo.ad fin.Ibi,auditis:vbi de hoc in glo.penu.& obſtat hoc
cap. immediate præcedentibus in gloſſ, quia ibi præſcribitur
in qui-

rote,quod ſenſit gloſſa,in fine.In eo quod dicit quod in dicta l.3.C.de erro.aduoc.ſic de facto contigit. Dic melius,vt in ſequenti contrario. Goffred. alternatiue de electio. ſcriptum. dicit quod oſtenſo errore vſque ad ſententiam reuocatur: vt in l.errore.alleg.in gloſſ.Infra triduum vero etiam non oſtenſo errore.dicta l.3.C.de erro.aduoc.Aliqui faciunt diſtinctionem inter errorem aduocati,& proprium,vt primo caſu ſine probatione reuocetur.videtur verius quod etiam in reuocanda confeſſione aduocati etiam infra triduum debeat doceri de errore, quia confeſſio aduocati ęquiparatur confeſſioni propriæ:vt infra eadem quæſtione, & pro hoc de confeſſion. cap.fin.vbi indiſtinctę dicit docendum de errore,& loquitur non in confeſſione propria, ſed iconomi. Oppono ad hoc, quia l.3.non loquitur affirmatiue,vt dicat confeſſionem fuiſſe infra triduum reuocatam: ſed negatiue, quod non fuit infra triduum reuocata: ſimile,quod nota de priuileg.accidentibus.in fine.& ſic videtur ponere ius, quod ex quo non fuit reuocata infra triduum,amplius reuocari non poſſit.Solu.poteſt dici quod cauſa poſt errorem durauit tantum ꝑ tres dies, vt ibi not,quæ ſolutio diuinat, tamen eam tenet hic Vincen. & bona eſt,& communiter tenetur: vel dic, vt ſupra eadem quæſtio.& licet dicta l.3.videatur ponere ius ex triduo,tamen potius ponit factum:quia,vt dixi, confeſſio etiam propria reuocatur vſque ad ſententiam,quod dixi ſupra de confeſ. cap. fin.ergo idem in aduocati confeſſione,quæ æquiparatur proprie.C.de erro.aduoc.l.prima. hæc procedunt in errore facti:

10 ſed error † iuris ſecundum omnes reuocatur vſque ad ſententiam,vt dicit glo.in illa l.3.& de hoc in Specu. de confeſſion. §.vltimo.in princip.Et in hac gloſſa ſecunda.ibi.§.vltim. qui confeſſus fuit hominem occidiſſe,probat illum viuere. Ibi, non fatetur qui erat,niſi ius ignorauerit.Ibi,electio.§.penultimo,ſi negaui ſeruum in poteſtate ante lit.conteſt. poſſum fateri contrarium. Ibi.§.vlt.pœnitet quis reſponſi vbi nulla captio eſt aduerſarij:vt quia poſtea plenius eſt inſtructus inſtrumentis,vel epiſtolis.Ibi.l.2.alias eſt.§.vlt.vide de pur.vulga.c. 2.contrerio primo,ad finem.Ibi,l.3.de hac s̄.ead.q. Secundo quæro de intellectu literæ ibi,ex hoc:dic,ſcilicet quia papienſes debebantur,& pro ipſis ſoluti fuerunt tres lucenſes ꝑ vno, quia ab initio valebant:ſed hodie vnus valebit ſex lucenſes:& ſecundum hoc dicit in litera ibi,declinationem.ideſt,diminutionem monetæ lucen.ſecundum Innoc. dic declinationem monetæ,ſcilicet papien.quia non inueniebatur. Tertio quære;& ſolue,vt in glo.vltim.Et in ea ibi,dominicales, inter dominicales quibus vtimur,non eſt.Ioan.And.ibi,l.3.hoc tenet

11 Goff.de iniur.olim.per l.ff.de euic.bonitatis:† vbi in æſtimatione bonitatis inſpicitur tempus contractus,& dicta l.3.incipit,cum quid:vide de iureiur.quemadmodum . in princip qō.2.ad finem.Ibi,& argum.contra.Sed non obſtant,vt in eis patet.Et de hoc plene dixi de decim.clem.2.qō.3. Ibi, ſi quis ignoret:vbi de hoc:& in Specu.de ſolu.§.nunc aliqua,in fine. Ibi,imperatores.ſecundum Ioan.& de hac l.vide ſupra capitulo,ex parte. notabili ſecundo. a

non ſunt vocabula iuris,ſed magiſtralia.ꝙ dixi de of. or. dilectos.vnde accipitur vnum ꝑ reliquo.Quarto no.ꝙ id ꝙ de iure cōi debetur,cum exigitur,non dr̄ imponi.Quinto no.id ꝙ no.in gl.ergo.ibi,& ita argumentum Et in ea ibi l.j.vide de iureiu.veniēs.q.3.Ibi,obligatione.vide de priui.paſtoralis. no.3. Ibi,obſeruare oportet proconſulem ne in hoſpitijs prębendis oneret ꝓuinciam.In fi.regula in generali.lib 6.Op.ꝙ non valuerit remiſſio ep̄i facta de ſpallis ſine ꝯſenſu capituli. de his quę fi.a prel.paſtoralis.de do.paſtoralis.So.intellige hoc c.ſ̄m illa,& ſupple ꝙ interuenit ꝯſenſus capituli. Secūdo op.ꝙ nō potuerit ep̄s eccleſię imponere cenſum trium librarum cerę, qa cenſus nouus non imponitur eccleſię,s̄.c.ꝓhibemus. Sol. hoc potuit ep̄s ex cā, qa exemit eccleſiā.ꝑ hoc ꝙ no.c.ſignificauit. Itē tres librę cerę ſucceſſerunt loco ſpallarum quę erāt prius impoſitæ.debent ergo cenſeri eodem iure, vt lit.pen.eccleſia.& ſ̄m Hoſt.hoc tangitur. j̄.ver. nec intelligo.q loquit̄ non de ꝓcuratione,ſed de certa penſione. Tertio op. ꝙ ex quo ep̄s exemit generaliter eccleſiam,non habeat eam viſitare.de relig.do.conſtitutus.Glo.2.ſoluit,ꝙ ibi confirmatio Apoſtolica interceſſit,intellige ex certa ſcientia:vt ibi not. vel ibi,qm̄

3 prçſcriptum eſt:licet enim remiſſio † ep̄i non ſufficiat ad plenum ius transferendum,ſufficit tn̄ ad præſcribendum,vt no. s̄.c.ſignificauit. Ita tn̄ ꝙ ſubditus noīe proprio non p̄ſcribat ꝯ ep̄m:ſed noīe non ſubditi:vt no.de prçſcr.cum ex officij:& c. cum olim. ſ̄m aliquos; dic ꝙ ēt noīe proprio pōt, dum tn̄ nō præſcribat obedientiam.de præſcrip.cum non liceat.Quarto oppo.in eo quod dicit de viſitatione bis in anno:ſufficit.n.ſemel.de offi.archi. mandamus.Glo.vltim.ſoluit dupliciter primo,ꝙ ſuffiett ſemel,niſi pluries opus fuerit;Secundo ibi, vel forſitā.ſoluit ſecūdo,ꝙ hoc erat impoſitum in fundatione eccleſiæ,ꝙ bis viſitaretur,pro hoc s̄.c.qīo.de iure patr.præterea. ſed hoc eſt diuinare; Tertio ſoluunt Io. Vin. & Goffr. ꝙ monaſteria plus in hoc tenent̄ q̄ eccleſiæ:quia eccleſiæ ſubiunt,l. diœceſanę:monaſteria non, & canon mandat monaſteria ſępius viſitari,18.q.ſecunda,non ſemel.Contra hanc ſolutionē eſt,quia hic loquitur de eccleſia,non de monaſterio.Sed dic, ꝙ in antiqua patet,ꝙ erat eccl̄ia canonicorū regulariū.Quarto ſoluit Hoſt.ꝙ hic loquitur de ſpeciali conſuetudine,quod dicit ſe expertum in monaſterio fiſcanenſi.& vt dicit,vulgariter dicit̄ de talibus eccleſijs , ꝙ ep̄s in eis procurationem habet cum feno,& herba,ſed hoc eſt diuinare,vnde prima ſolutio glo.verior.Et in hac gloſſ.ibi,mandamus,vbi de hoc. Ibi, dixit Vincen.Ioan.Phi.Goffrę. Ibi, viſitare.honeſte facit epiſcopus non viſitare cum non expedit : ſibi tamen non poteſt quæſtio referri.argu.j̄.ca.ſuti.libr. 6. Ibi,viſitandi. vbi de hoc.

Quæro

ADDITIO.

a Viſitatio eſt de lege. Adde Fran.Paul.in tract.de viſitatione . in prima parte, q.3.in 2.colum.verſ.anfero a.

ſubſidium.de quo ſupra cap.cum Apoſtolus, de officio ordi.
conquerente:quia cum charitas nũquam excidat,non poteſt
remitti:nec præſcribi.de pœnit.diſt.quinta,quærendum,& ſe
quenti vſque ad §.ex præmiſſis.de hoc J.q.3.Secundo quæro
de intellectu literæ ibi,præſeriptas.dic id eſt ante dictas. vel id
eſt per præſcriptionem inductas.prima expoſitio eſt de men-
4 te Hoſtien.Tertio quęro generaliter,† an epiſcopus,etiam de
conſenſu capituli,eccleſiam eximendo, vel alteri conceden-
do,puta abbati,vel decano pro ſua dignitate reſcipienti, poſ-
ſit,dato quod velit,& hoc exprimat,in ea iuriſdictionem epi-
ſcopalem a ſe in totum abdicare.Ioan Andr.late proſequitur:
dic,quod aut transfert iura epiſcopalia per viam delegationis
& poteſt quia per hoc non abdicat a ſe,cum ille faciat ſuo no
mine.de offici. delega.quoniam abbas: cum etiam poſſit re-
uocare.ff.de iudi.iudicium,de officio delega.paſtoralis.de in-
ſtitu.cum veniſſent.de præben. dudum. libro 6. aut transfert
faciendo illum ordinarium,& in hoc Ioann. 16.q. 2. viſis, in
glo.pleno iure. dicit,quod per tranſlationem non abdicat epi
ſcopus epiſcopalia omnia,ſed retinet hæc quatuor. viſitatio-
nem,procurationem propter viſitationem. Item correctio-
nem,& cathedraticum:& idem de chathedratico & viſitatio-
ne tenet hic glo.2.de correctione vero & procuratione idem
no de dona.paſtoralis.in gloſſ.penultim.vbi etiam dicit de ca
thedratico & viſitatione.Idem Hoſtien.hic,& in ſumma. de
rebus eccle. non alien. §.fina. ver. extra ſummam.plenius de
offi.ordi.§.quid pertinet.ſub §.ſunt autem,ver. & nota. Et ex
dictis Hoſtien.in varijs locis colligitur,quod ad prædicta ſunt
addenda alia quatuor ſcilicet Reuerentia: & pro hoc, quod
no. de tranſact.præterea,2.in fine,glo.3.& quod hic dicit gloſſ.
2.de patrono.Item charitatiuum ſubſidium,ſ.q.prima.Item
inſtitutio authorizabilis.de hoc de dona.paſtoralis.de officio
archi.cum ſatis.Item ea quæ ſunt epiſcopalis ordinis:vt nota.
16.q.2.in ſumma,facit de præſcript.veniens, & quod nota.de
præben.de monachis.Sed videamus motiuum,& ad partem
negatiuam, quod prædicta non transferantur,inducuntur ra-
5 tiones.Primo,† quia epiſcopus non poteſt facere alium ordi-
narium in ſua diœceſi.ne præla.vices ſuas.c.2.in gloſſ. 12.q.1.
experientiæ.Sed ſic transferendo faceret. Item,abſurdum eſt
quod epiſcopus poſſit a ſe abdicare iuriſdictionem epiſcopa-
lem:contra id.ff.de pact.ius agnationis. de regu. iur. iura ſan-
guinis. poſſet enim contingere, quod epiſcopus remaneret
nomine,& non re.contra id de elec.licet.de priuileg.quanto.
quia ſi habet centum eccleſias in toto,poteſt vnam eximere,
ergo & aliam & omnes. Item iuriſdictio epiſcopalis eſt iuris
publici,prima diſtinct. ius publicum, & talia non remittun-
tur.ff.de pact.ius publicum.pro hoc quod nota.de foro com-
6 petenti, ſi diligenti. in prima gloſſa. Præterea epiſcopus † in
conſecratione ſe obligat ad curam animarum & eccleſiarum
ex voto.de renuntia.niſi.§.verum.1.ad Timot. 4.in 6. & illud
votum ſic inhæret oſſibus epiſcopi, quod a ſe non poteſt ex-
cutere.de regula.cum virum.de ſtatu monachorum,cum ad
monaſterium. vnde etiam zelo ſpiritus ad religionem ſine
Papæ licentia non tranſit.de regula.licet,verſicu.illa.dicto ca-
pitu.niſi.in fine,imo nec longę peregrinationis votum emit-
tit cum effectu.de voto.magnæ.ver.ipſum etiam. Item,vt di-
cit hic gloſſa ſecunda,ſubditus epiſcopi non poteſt a ſe reijce-
re iuriſdictionem epiſcopi. de foro competenti, ſi diligenti,
& capitu.ſignificaſti. de renuntiat. admonet.ergo nec epiſco-
pus iuriſdictionem quam habet in ſubditum. argument. C.
de patri.poteſta.abdicatio:vbi pater non abdicat filium, nec
econuerſo.ſic nec etiam vaſallus alienat feudum ſine conſen
ſu domini,nec dominus dominium ſine conſenſu vaſalli.10.
col.de prohi.feu.alie Imperialem.§.primo.& §. præterea du-
catus.Præterea non poteſt epiſcopus exemptionem facere in
preiudicium inferioris,puta archidiaconi. de exceſſ. prælato-
rum, capitulo ſecundo, multominus in præiudicium patris,
ſcilicet ſucceſſoris. de election.innotuit. Item epiſcopus non
alienat niſi, vt meliora proſpiciat, duodecima, quæſtione ſe-
cunda,ſine.de his quæ fiunt a prælatis,tua.talis ergo abdicatio
non poſſet meliora reſpicere. Item patronus quantumcun-

conceſſione Papæ,vel epiſcopi ...
pitu.viſis,dic quod loquitur de inſtitutione. vnde ad alia trahi
non debet:vt nota.de præben.in Lateranenſi: quod dico eo-
dem titulo,de monachis.Ad rationem de papa:dic nota.in di
cto capitulo primo,de renuncia.ex prædictis iuribus,& ratio-
nibus colligit Ioan. Andr. tres modos quibus procedit plena
7 † abdicatio.Primus,quando ex certa ſcientia Papę:vt in dicto
capitulo, conſtitutus. Secundus quando ſic iudicatum eſt,
nec appellatum, vt in capitulo, cum inter. Intelligendo,
quod etiam non ſit petita reſtitutio. de in integrum reſtitu-
tione,capitulo primo.libro ſexto. Tertio quando ſic præſcri-
ptum eſt nomine tamen alterius:vt ſupra in tertio contrario.
Extra hos caſus dicit Ioann. Andr. quod quo ad caſus de qui-
bus in princip. quæſtionis non tenet plena renuntiatio,vel re
miſſio,ſeu exemptio.dicit tamen quod ſi epiſcopus cum con
ſenſu capituli, & ex cauſa conceſſit præterquam in chatedra-
tico,reuerentia,& charitatiuo ſubſidio,valet ꝯceſſio, nedum
perſonalis,ſed etiam realis:ita tamen, quod per id non fiat ab
dicatio, ſed quædam vicariæ commiſſio, licet perpetua,pro
hoc quod dixi in dicto capitulo,conſtitutus.in quarto contra
rio.Ex hoc dicit,quod ſi epiſcopus viſitationem, & procura-
tionem conceſſit abbatiæ,vel dignitati,abbas faciet prædicta
tanquam vicarius epiſcopi:& per hoc non erunt hæc abdica-
ta ab epiſcopo quin ſaltim abbate negligente poſſit viſitare:
pro hoc quod dixi de præben.de monachis. Idem dicit de in-
ſtitutione: quia abbas eam facere poterit tanquam vicarius
epiſcopi,ſi conceſſa fuit modo prædicto: ſed non erunt abdi-
cata ab epiſcopo, quin per querelam, vel appellationem adi-
8 tus poſſit inſtituere.de cathedratico † vero Archi.de præben.
capitulo primo. libro ſexto.dicit, quod licet generalis remiſ-
ſio non extendatur ad illud, ſpecialiter tamen poteſt remitti.
inducit not. de tranſactio. præterea.de præben. de monachis.
Sed contrarium not.decima ſexta,quæſtione ſeptima,quicun
que.in fine.primæ gloſſæ,vbi dicitur, quod licet in quantita-
te currat præſcriptio. ſupra capitulo proximo. non tamen in
toto,cum nec remitti poſſit,quod videtur placere Ioan.And.
licet non colligat expreſſe,& videtur verius per capitu. paſto-
ralis. de donatio. vbi in generali donatione non venit cathe-
draticum. Item non videtur ratione vocabuli cadere niſi in
epiſcopum cui ſoluitur ratione honoris quem debent epiſco
pi cathedræ epiſcopi. De reuerentia, & charitatiuo ſubſidio
placet Ioann.And. quod non poſſint remitti,per ſuperius di-
9 cta:de inſtitutione † authorizabili,licet Hoſtien.de officio ar
chid.cum ſatis.dicat eam præſcribi non poſſe, tamen contra-
rium ſeruatur:& licet non poſſet præſcribi, non ſequitur an
poſſit remitti: ita tamen, quod is in quem transferetur,faciat
tanquam vicarius,vt ſic per hoc non ſit ab epiſcopo abdicata,
quin ſibi petenti fieri fidem oporteat,facit quod not.in regu.
prima.libro ſexto.pro hoc quod not. Innocent. de præben.in
Lateranen.& dico in dicto capitulo.de monachis.& dic vt de
officio archi.cum ſatis, vbi dixi, quod etiam poteſt inſtitutio
talis competere ex iure ſpeciali inferiori tãquam vicario epi-
ſcopi, intantum quod epiſcopus non poterit reuocare. Sed
per hoc non tollitur dictum Ioan. Andr. qui loquitur quan-
do talis inſtitutio conceditur ab epiſcopo. tunc enim verum
eſt quod ipſe dicit, quod ex hoc non erit ab epiſcopo abdica-
ta.De receptione vero illorum quæ ſunt epiſcopalis ordinis,
dicit Innocent.quod valet licentia epiſcopi de conſenſu capi-
tuli data prælato, vt clerici, vel monachi ſui poſſint illa reci-
pere a quo epiſcopo voluerint: nec per hoc dicuntur ab epi-
ſcopo abdicata,quia & ipſe concedere poterit ſine alterius li-
10 centia. Quarto quæro, ſi † epiſcopus donat eccleſiam reli-
gioni exemptæ cum omnibus locis acquiſitis, vel acquiren-
dis:an erit exempta: videtur quod ſic, non ex vi donationis,
ſed ex vi exemptionis. In contrarium eſt id quod dixi ſupra
quæſtio.proxima,dic quod poſſet eſſe tale priuilegium exem
ptionis, quod facta conceſſione ab epiſcopo eo modo quo
poteſt, etiam intelligeretur ex toto tranſlata in religionem il
lam: alias procedunt, quæ dicta ſunt in proxima quæſtio-
ne, quod non intelligitur eccleſia tranſlata quo ad ea de
quibus

Digitized by Google

abolendam. Solu. illud in ſententijs & ſacramentis eccleſiaſticis exhibendis. de hoc de tempo. ordi. cap. primo & ſecundo. Tertio oppono ad idem, ꝙ potius debeat attēdi conſuetudo metropolitanæ. de ſpon. duo. c. fin. Solu. illud cum de ipſa apparet, hic non apparebat. Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio debetur nuntijs apoſtolicis.*
2 *Mediocritas eſt ſeruanda.*
3 *Onus in plures diuiſum facilius ſupportatur.*
4 *Viſitans debet inſtare prædicationi, exhortationi, correctioni.*
5 *Viſitans debet inſtare reformationi.*
6 *Fructus bene agendi non perit.*
7 *Procuratio an debeatur epiſcopo viſitandi per alium.*
8 *Grauans eccleſiam in quo puniatur.*
9 *Nuntij Metropolitani qui diſcurrunt per prouinciam an ſint procurandi.*
10 *Ius idem an ſemper ſit, vbi eſt eadem ratio.*
11 *Legati Apoſtolici an ſint procurandi. & de eadem materia. numero 12.*

Procurationes. Prælati tunc ſunt procurãdi cũ perſonaliter viſitant: & debent tunc concilium lateranenſe ſeruare, & prædicationi, correctioni, & reformationi vacare. legati nuntij Papæ pro his diebus tantum qui moram trahunt ꝓcurari debent. contra hanc conſtitutionem exactum eccleſię grauatæ reſtituitur duplicatum. Primo prohibet. Secũdo docet, ibi, porro. Tertio punit, ibi, quia autem moderamine. i. temperamento. de ver. ſig. c. fi. No. de triplici viſitatione de qua in gloſſ. t. Et in ea ibi, pacto. quarta, ratione priuilegij. argum. de exceſſ. prælatorum, acce-
1 dentibus. Et in fine. de hoc ȷ. c. proximo. † Secundo no. ꝙ nuntijs apoſtolicis debetur procuratio; & procurantur iſti quando tranſeunt, etiam ſi non viſitent, vt ſequitur, & patet s. cap.
2 cum inſtantia: nec tollitur tempore, vt ibi. † Tertio no. de mediocritate ſeruanda de officio cuſto. cap. primo. Quarto no. ꝙ numerus procurationum non debet excedere numerum dierum: quod procedit ſecundum Inno. in his quę conſiſtunt in victualibus. nam ſi velit recipere veſtes, & ſi equi moriantur, & velit alios emere, vel etiam expenſas recuperare quas fecit in eundo ad locum quẽ viſitaturus eſt: vel in alia ſimili cauſa. hæc omnia patẽt vltra computationem iſtarum procurationum ad dies, quod nota. Quinto no. ex hoc ſecundum Hoſti. contra eos qui recipiunt pluſquam expediat, & recondunt ad ditandos parentes, qui quandoque ex hoc ortis delidijs non tantum depauperantur: ſed etiam occiduntur. verius. Non habet euentus ſordida bonos Ouid. de triſti. lib. j. & in prouerbio dicitur, de male quæſitis non gaudet tertius hæres: & facit ꝙ no. de deci. non eſt. Sexto no. quod ſi vna eccleſia, vel perſona debetur epiſcopo qui per alium viſitat, vt hic: ſed ipſis viſitantibus ſic, vt ibi: & de modo procurandi dic vt ibi. Secundo op-
8 pono in eo quod grauans † eccleſiam punitur in duplum, ꝙ imo in quadruplum. 18. diſt. quoniam. Gloſſa vltima ſoluit, quod ibi de exennijs: quæ ſolutio non procedit per capitu. primum. in fi. ȷ. eo. lib. 6. vbi etiam de exennijs ſufficit reddi duplum. Hoſt. dicit videri quod ſufficiat reddi duplum etiam in exennijs de iure canonico. per d. c. primũ. Dicit etiam, quod contrarium poteſt intelligi cum ꝑ vim vel per confuſionem aliquid eſt extortum. argu. in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. §. ſi igitur. in fine. & §. neceſſitatem. in fi. & de hoc ȷ. de ſimo. & ſi quæſtiones. ad fin. pro hoc quod not. in d. c. quoniam. in gloſſ. fin. hæc ſolutio diuinat. Dic tertio, quod ibi loquitur in alio caſu, quando archiepiſcopus epiſcopo accedẽti ad concilium aufert de his quę ſecum defert. Tertio oppono ad idem ȷ. de immunita. eccleſiarum, quia plerique. Solu. vt ibi dico.
9 Quæro, an nuncij † metropolitani qui diſcurrunt per prouinciam, ſint procurandi. Ioan. And. dicit videri quod ſic. de iureiuran. ego. N. de maio. & obed. dilecti. de pœnis. Romana. lib. 6. pro hoc quod not. Innocen. ȷ. c. primo. lib. 6. vbi dicit, quod quando archiepiſcopus pro negotio totius prouinciæ aliquo loco moram trahit, eſt continue procurandus: facit de elect. vt prætéritæ. Eadem enim eſt ratio in prędictis quæ in legato: ergo idem ius. Sed legatis & nuntijs apoſtolicis debetur procuratio cum tranſeunt per loca, vt hic, & s. in 2. notabili. Op-
10 pono ad hoc vltimum: quia, licet, vbi eſt eadem ratio † iuris communis, ſit etiam idem ius. non tamen vbi eſt eadem ratio priuilegij eſt idem priuilegium. de priuil. ſane. nuntijs autem apoſtolicis competit ex priuilegio ꝙ procurentur. Sol. Io. An. ꝙ priuilegium tale eſt corpore iuris clauſum: ideo idem quod de iure communi: ſecus ſi non eſſet corpore iuris clauſum: quod non videtur procedere: quia priuilegium eſſe corpore iuris clauſum: non immutat naturam priuilegij. & de iuribus continentibus priuilegium dicimus ꝙ perſonalia ſunt: nec extenduntur. de conſti. c. 1. vbi de hoc. vnde verius videtur quod non procurabuntur niſi eo caſu quo ſi archiepiſcopus per ſe diſcurreret ipſe procuraretur, etiam præſuppoſito quod ex cauſa rationabili mittat tales nuntios. de offi. ord. inter cætera. & c. ſi epiſcopus. lib. 6. & quod dixi in primo contrario.
11 Secundo quæro, an legati † Apoſtolici ſint procurandi, ſiue ſint de latere, ſiue non. Hoſt. ꝙ ſic dicens, ꝙ procurationem non leuant ratione viſitationis, quod dixi s. in 2. notabili: ſed ratione communis oneris. de procu. cum pro cauſa. de ele. vt prætéritæ. de ſta. mo. in ſingulis: & ſic dicit intelligendum qđ no. in ſumma de offi. archi. §. ꝙ ſit eius: & de hoc s. c. cum inſtantia.

ADDITIO.

a Debet viſitans. Adde Fran. Pauinum in tractatu de viſitatione.

Digitized by Google

dem ſe aſſerat impotentem, poteſt illum excommunicare
ſub conditione, ſi eſt potens.argum.ff.de ap.præterea.& relin
quere conſcientiæ ſuæ.de iureiuran.mulieri. Eo autem caſu
quo eſt impotens, etiam is qui viſitat, non habebit procuratio
nem, ſed viſitabit ſuis ſumptibus.de hoc ſupra capitulo, cum
Apoſtolus.in gloſſa ſecunda. Dic quo ad illud de excommu-
nicatione ferenda ſub conditione, quod licet lata teneat. d.c.
præterea:tamen ferri non debet, vt ibi no.& de modo proban
di inopiam dixi de conſti.quę in eccleſiarum.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non currit contra procurationem quæ debetur ratione viſitationis.*
2 *Neganti quo caſu incumbat probatio.*
3 *Galli vocant ciuitates villas.*
4 *Expenſæ quando ratione intereſſe petuntur, quid deducatur.*
5 *Excommunicatio poſt appellationem ex cauſa legitima interpoſitam an ſit nulla.*
6 *Epiſcopus præſumitur habere viſitationem in monaſterio quod eſt intra ſuam diœceſim.*
7 *Ius ſibi dicere ſecundum iura ciuilia quando cuique licitum ſit.*
8 *Delegati factum non valet niſi probata delegatione.*
9 *Iudex & arbiter quis non poteſt eſſe in cauſa ſua, & etiam conſentiente aduerſario.*
10 *Excommunicatio valet ſine cognitione & monitione.*
11 *Epiſcopus cognoſcens inter ſubditos debet ordinem iudiciarium ſeruare.*
12 *Excommunicatio eſt mucro epiſcopi.*
13 *Excommunicatio quo caſu ſit iniuſta.*
14 *Iudex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.*
15 *Abſolutionem petens ad cautelam an ſit ſtatim abſoluendus.*
16 *Epiſcopus an poſſit tueri poſſeſſionem cum armis indiſtincte.*

Venerabili. Eccleſia etiam ciuitatenſis tenetur pro
curare epiſcopum procurãtem, licet
ipſum nunquam procurauerit. Primo ponitur querela. Secũ-
do iudicum inſtructio ibi, diſcretioni. Nota ꝙ contra procu-
1 rationem quæ debetur ratione viſitationis, nõ currit † præſcri
ptio.de hoc in gloſſ.2. Et hoc nomine ipſius ſubditi, nomine
autem alterius ſic, vt dicit glo.fi. Secundo no.ibi, oſtenderint.
2 caſum † in quo neganti, i.dicenti ſe non teneri ad procuratio
nem, incumbit probatio, cum alias incumbat dicenti, quod
dic ideo eſſe, quia ius commune fundat intentionem epi.100.
diſt.ꝯ mortem, de deci.dudum.Iac. Phil.& Goff. Opp. ꝙ fatue
allegauerint monachi in eo quod dicebant monaſterium eſ-
ſe ſitum in villa Nam hoc erat illud quod fundabat intentio
nem epiſcopi.16 q.vltim.omnes baſilicę. Glo.prima ſtat prio.
3 Dic melius exponendo verbum villa, † idest ciuitate ſecundũ
vulgare gallicorum, & ſecundum Goſ.ſic allegabant: quia vi
debatur ꝙ ex quo erant in ciuitate, non tenebantur ad procu-
rationem. Nam facile erat epiſcopo comedere in domo, &
viſitare: quia nec debet petere quod domi erat expenſurus.de
elect.vt præteritæ.de vita & hon.cle.cum ab omni: vt ſic pro-
curandus ſit tunc tantum, quando per monachos non ſuę ci-
uitatis fatigatur.12.q.2. charitatem: contrarium tamen hic
deciditur, quia etiam ſi locus viſitatus ſit in ciuitate procurã-
dus eſt viſitans. Et eſt ratio ſecundum Hoſtien. quia qui ſpiri-
tualia ſeminat &c. de præſcr.cum ex officij: & quia procura-
tio eſt annexa viſitationi.ſ.c.cum venerabilis. Ad ꝯtra in eo ꝙ
dicebatur ꝙ deducendum eſt id quod domi expenſurus erat.
4 Dic illud procedere quando petuntur † expenſæ ratione inte
reſſe. Procuratio vero petitur ratione officij, etiam ſi non in-
terſit. quia iura hoc non ponderãt. Ad c.charitatem: dic quod
non loquitur de epiſcopo viſitante ex officio, ſed de viſitatori
bus deputatis ad perquirendum iura epiſcopalis menſæ vacã
tis, quo caſu clerici habentes intra ciuitates propria hoſpi-
tia gratis impendunt officium. Secus ſi oportet eos exire. Et
in hac gloſſa prima, in fine. Iaco. Quæro de intellectu literæ,
ibi, intentionem. Hoſtien. intelligit de intentione principali,
Hoſtien. hæc exceptio tollitur per ...
eſt per mandatum Papæ.de iud. quia vero: quod vltimum nõ
procedit, quia ſi habuiſſent monachi iuſtitiam, Papa non iu-
dicaſſet pro epiſcopo. Item quod proxime dicit Hoſtien. eſt
diuinatio, in eo quod dicit in reſcripto dictum fuit quod mo
naſterium erat in diœceſi. Nam de nullo reſcripto fit hic mẽ
tio. ſta ergo primæ expoſitioni, quod verbum, intentionem,
intelligatur de intentione principali: & quare tenerentur mo
nachi, patet ex eo quod dixi ſupra in primo contrario. Secun-
5 do quæro de quæſtione facti: † Epiſcopus eduenſis acceſſit ad
monaſterium ſancti Martini in ſua diœceſi ſitum, mandans
abbati & conuentui quod pararent ſe ad ipſum recipiendum
& procurandum, quia intendebat eos viſitare Abbas reſpon-
dit quod nullo modo ſe pararet: quia monaſterium erat exẽ-
ptum a iuriſdictione epiſcopi. & appellauit ad ſedem Apoſto
licam, ſi epiſcopus hac occaſione monaſterium grauaret, &
adiecit, quod corã eo volebat probare exemptionem, vel co-
ram Papa, ſi epiſcopo placeret. Epiſcopus nõ obſtantibus præ
dictis excommunicauit abbatem, & interdixit conuẽtum, de
inde abbas coram Papa egit contra epiſcopum de iniuſta ex-
communicatione, vel potius nulla, & petijt ſe abſolui ad cau-
telam. Hanc quæſtionem late ꝓſequitur Inno.& eſt eius glo.
intricatiſſima & obſcura, & hodie non multum neceſſaria, ꝓ
cap.cum perſonæ.de priuile.lib.6.vt dico in ſequenti quæſtio
ne: tamen quia multum vtilia ad alios caſus q in ea continẽtur
ipſam refero. Præmittit autem Inno.ad hanc materiam, quia
ſæpe ſolent quæſtiones oriri occaſione viſitationum, & pro-
curationum denegatarum, & allegantur multa pro vtraque
parte. Et pro abbate inducitur, quod excommunicatio ſit nul
la, vel ſaltem iniuſta, & epiſcopus puniendus, & ꝙ ſit nulla ꝓ
batur, quia fuit lata poſt appellationem ex cauſa legitima in-
terpoſitam, quod ſufficit, etiam ſi non eſſet vera. Item quia la
ta ſine cauſæ cognitione de ap.ad audientiam, & c.dilectus, &
maxime cum coram epiſcopo obtulerit ex abundanti ſe pro
baturum exemptionem.de ap.interpoſita. Præterea, ꝙ ſit ſal-
tem iniuſta, & epiſcopus puniendus, inducebat abbas, quia ſi-
ne cauſa rationabili, & manifeſta eum excommunicauit, ante
quam iuſta cauſa excommunicationis probaretur.de ſen.exc.
ſacro.q.1.nemo. Nam cũ diceret abbas ſe exẽptum, & ita ne-
gatione ſua res erat facta dubia. C.qui.ad li.ꝓcla.non licet.l.1.
de reſtitutione ſpol.c.fin. Super re dubia non debet epiſcopus
pronuntiare. Item dixit Abbas. Ponamus ꝙ coram epiſcopo
eduenſi aliquis parochialis ſacerdos peteret ius parochiale ab
aliquo ſuo parochiano, & ille offerat ſe probaturum, ꝙ alius
habet in eo ius parochiale, eps deberet ipſum audire, & abſur
dum eſſet ſi excommunicaret eum non admiſſa exceptione.
Si ergo admitteret probationes ꝯ ſacerdotem parochialem,
ergo & ꝯ ſe debet admittere. alias non eſſet æquus iudex. 4.q.
4.c.1.in prin.decretorum. pro hoc de offi ord. cum ab eccle-
ſiarum, & c.ad reprimendam.de reſti.ſpo.conquerente. In ꝯtra
6 rium pro ẽpo allegatur: quia † ex quo conſtat, ꝙ monaſterium
ſitum eſt in ſua diœceſi, præſumptionis iuris eſt ꝙ in eo habet
viſitationem.de præſcr.cum ex officij.ſ.c.ſopitæ, & c.cum ve-
nerabilis.ꝯ.c.proximo.& non tantum eſt pręſumptio: imo et
dicebat epiſcopus hoc caſu ita eſſe veritatem, ꝙ monaſteriũ
ei ſuberat, & ꝙ hoc eſſet veritas, addebat epiſcopus, ꝙ fateba-
tur ꝙ ſi in veritate probaret abbas coram ſuperiore, ꝙ quo ad
prædicta eſſet exemptus, ſententia epiſcopi non valeret. Sed
ex eo ꝙ abbas obtuliſſet ſe probaturum exemptionem, dice-
bat ẽps hoc nõ ſufficere ad ꝓnũtiãdũ excõicationẽ nõ tenere,
vel iniuſtã eſſe, vel ad puniẽdum ẽpm. Faciunt & alia ꝓ ẽpo q
tãgunt in ſolutione rõnum abbatis. Sol. Inn. intricate loquit,
vt prædixi. Sed ordinando dic, ꝙ aut ẽps vult viſitare tanꝗ or-
dinarius: aut tanꝗ delegatus. Si vt ordinarius: aut vult viſitare
monaſterium in ſua diœceſi ſitũ, aut in alia Si in ſua, aut hoc
facit exequens ſuum officium extraiudicium: aut in iudicio.
Primo caſu qñ extra iudiciũ hoc facit exequens ſuũ officium
vt quia, ſicut dictũ eſt in themate, vadit ad viſitãdum monaſte-
rium in cuius poſſeſſione viſitãdi ſit, aut erat poſſeſſio quam
ẽps per ſe retinebat, aut per alium, quæ omnia membra de
clarantur,

Digitized by Google

tra abbatem dicens ſe habere ius viſitandi monaſterium: Aut
contra alium qui dicit ad ſe ſpectare ius viſitandi. Si contra
abbatem, cauſa dirimetur per arbitros, vndecima, quæſtione
prima, ſi clericus, & coget epiſcopus abbatem ad eligendum
arbitros, vndecima, quęſtione prima, peruenit, de offi. delega.
ſuſpicionis, ſecundum Innocen. qui non explicat an hoc caſu
poſſit epiſcopus ſibi ius dicere, ad quod dic, quod nõ, cum ſit
hoc caſu pars, tamen plenius quomodo poſſit eſſe iudex in
cauſa eccleſię, dic, vt no. de verborum ſignificatione ex parte.
Si vero agit contra alium, qui dicit ſe habere ius viſitandi mo
naſterium, ſequitur forum rei. ff. ad munici. de iure. de decur.
lege prima, de foro competen. cum ſit, ſecundum Innocen.
& hunc iudicem dicit Hoſtien. eſſe Metropolitanum, de foro
competen. ſane, quod procedit quando queſtio eſt inter duos
epiſcopos. Secus ſi inter epiſcopum, & inferiorem, puta archi
diaconum ſubiectũ alteri epiſcopo, tũc enim iudex eſt epiſco
pus archidiaconi. Sed ſi ſubeſt epiſcopo cum quo litigat, cau-
ſa dirimetur per arbitros, vt in proximo membro. Si autem
monaſterium quod vult epiſcopus viſitare eſt in alia diœceſi.
Dicit Innocẽ. quod ſi epiſcopus in veritate eſt in poſſeſſione,
idem eſt ac ſi eſſet in ſua diœceſi, quia rata erat ſententia lata
ab epiſcopo contra rebelles. Sed ſi coram ſuperiore non pro-
babitur, quod epiſcopus ſit in poſſeſſione viſitationis, facilis
erit ſuperior ad credendum, quod mala fide excommunica-
uerit epiſcopus, & ad puniẽdum ipſum, de hoc de verborum
ſignificatione ex parte, primo. Si vero epiſcopus viſitat tan-
quam delegatus, etiam ſi ſit vere delegatus, tamen delegatio-
nem non oſtenderit, non poteſt excommunicare viſitandos,
& ſi fecerit, non valebit, quia non valet quod faciunt delega-
8 ti † niſi probata delegatione. C. de man. l. prima 97. diſtinctio.
nobiliſſimus, de offi. de leg. cum in iure. & poteſt eis reſiſti. C.
de iure fiſci. prohibitum, li. 10. licet aliud ſit in legato de late-
re, cui creditur quãtum ad procurationem, etiam ſine literis,
ar. cap. nobiliſſimus, quia etiam in multis aliis gaudent pęro
gatiua, de offi. dele. cap. primo, libro 6. Sed ſi conſtet de delega
tione, licet viſitans excipiat, quod eſt exemptus, vt in poſſeſſio
ne libertatis, delegatus tamen, ſi ſentit delegantem eſſe in poſ
ſeſſione viſitandi, hoc non obſtante viſitabit & excommuni-
cabit, vt lit. pen. cap. primo. Ad allegationes abbatis reſponde-
tur, & primo ad id de appellatione, quæ præceſſit excommu-
cationem. Dicit Innocen. quod ſi appellatio eſt extraiudicia-
lis quantumcunque fiat ex cauſis legitimis, etiam ſi appellãs
offerat ſe probaturum, non cenſetur cauſa iuſta, niſi probetur
vera, vt no. de elect. cum inter G. de his, quę fiunt a ma. par. ca.
cap. primo, hic autem, vt refert Innocen. quoſdam dicere, fuit
appellatio extra iudicium, ex eo, quod abbas proponebat ſe
exemptum, & per conſequens epiſcopum non eſſe iudicem
ſicut etiam cenſetur extra iudicium ſi quis appellat ab epiſco
po ne ordinet aliquam eccleſiam de canonicis: vel ne confir-
met electum, vel inſtituat præſentatum, aſſerens hoc ad ſe ſpe
ctare, quã quamuis enim hęc ſint de iuriſdictionis, non tamen
ſuper eis requiritur ordinarium iudicium, imo plus extra, q̃
in iudicio aguntur, vel poteſt dici, vt no. de ap. dilectis, vt dica-
mus, quod cauſa probabilis, & veriſimilis facit pro epiſcopo-
& contra appellantẽ, ideo tenet, quod ſit contra appellationẽ
quod hic manifeſta erat cauſa. ſ. contumacia abbatis in nõ re
cipiendo epiſcopum ad viſitationem, quæ cauſa probatur eo
ipſo quod pro epiſcopo eſt pręſumptio iuris, ex eo, quod mo
naſterium eſt ſitum in diœceſi. vel ſi probatur, quod epiſcopus
erat in poſſeſſione viſitandi. Item Innocen. quibuſdam inter
iectis dicit, quod id quod dicitur, excommunicationem fe-
rendam eſſe ex cauſa, & monitione præmiſſa, locum habet
quando excommunicator procedit, vt iudex, hic autem pro-
cedit, vt pars defendendo ſuam iuriſdictionem ſuo mucrone
10 ſpirituali. Nam & alias valet † excommunicatio ſine cogni-
tione & monitione, de offi. or. cap. ſecundo, de ſenten. excom
mun. Romana §. caueant. 5. quæſtione prima, quidam. Dicit
tamen Innocen. quod monitio ſemper videtur neceſſaria, de
ſenten. excommuni. ſacro. quod eſt verius. Nec ob. cap. ſecun-
dũ, de offi. or. quia ibi ſit monitio generalis. Item ibi nemo ex
communicatur nominatim. Sed quo ad caſum noſtrum di-
cit Hoſtien. quod hic ſuberat iuſta cauſa. ex quo epiſcopus nõ
admittebatur ad viſitationem: nec eſt neceſſaria monitio, ex-
quo dicit abbas, quod illum non recipiet, cum per hoc probe
tur ipſius contumacia manifeſta. & in certis non eſt opus cõ-
iecturis. ff. de ver. ob. continuus, de re iudi. contumacia. quod
placet per id, quod dixi in ſolutione pręcedentis rationis, alias
autem ceſſante tali notoria contumacia ſemper eſt neceſſa-
ria monitio, vt prædixi: nec ſe iuuare poſſet epiſcopus ex eo,
quod diceret, quod excommunicauit vt pars, ſequendo illam
opi. quam proxime retuli, puta, vt prædixi, illa non eſt vera, &
expreſſe tollitur ex eo, quod excommunicator procedit, vt ſu
perior & tanquam iudex, vnde ſi uelit excommunicare tan-
quam priuatus nullo iure ſibi permittitur: imo prohibetur,
in cap. ſacro. ſi tamen excommunicat, excommunicatio te-
net, ſi excommunicatus in veritate erat ſubditus, ſed eſt abſol
uendus ſine difficultate, vt in c. ſacro. & uidetur poſſe dici, q̃d
ſi in excõmunicatione exprimeret, quod intendit excommu
nicare non tanquam iudex & ſuperior, ſed tanquam priuatus
quod ſententia contineret errorem, & ſic eſſet nulla. de offic.
delega. cum contingat. de ſenten. excommun. per tuas, videre
tur etiam voluntas repugnare poteſtati, iuxta illud de offi. de-
leg. cum ſuperior, & facit de conceſ. pręben. ex parte, & quod
ſententia lata eſſet a non ſuo iudice, & ſic nulla. de iud. at ſi cle
rici. Et ad id, quod dicitur, quod ius epiſcopi tollitur per nega
tionem abbatis. Dicit Innocen. quod illud habet locum in iu
diciis, tunc enim per negationem res efficitur dubia. vt dici-
tur in l. 3. C. qui. ad li. procla. non licet, ſecus extraiudicium.
vel dic melius, ſecundum Innocen. quod in iudicio res effici-
tur dubia, quo ad hoc, vt noua poſſeſſio non detur, ſed nõ im-
pedit, quin veteri vtatur. vt li. pen. cap. primo, de app. ſignificã-
te, ſupra titu. primo, conſultationibus. Item per negationem,
vel prohibitionem vel appellationem alicuius non debet, qs
dimittere vti iure ſuo. C. de rei ven. ſi fundum. C. debito. vẽdi.
pigno. impedi. non poſ. l. prima, no. de maio. & obedi. dilecti.
Ad aliud quod dicitur, quod epiſcopus admitteret exceptio-
nem contra parochialem ſacerdotem, ergo & contra ſe. Dicit
11 Innocen. quod quando epiſcopus † cognoſcit inter ſubditos
debet ordinem iudiciarium ſeruare: & ſecundum allega. po-
tius quam ſecundum veritatem iudicare, 3. quæſtione 7. iu
dicet. ſe-

Digitized by Google

... audire, ſed pars tantum vtilitatem cauſæ ſuæ, ſecundum
Deum,& cum bona conſcientia proſequi,quod fecit epiſco-
pus,ad quem pertinet viſitatio. Ad idem eſt,quia id, quod fa-
cit iudex non præiudicat alicui,vt priuato,de fide inſtrumen.
Inter.ad fi. vel melius,ſecundum Innocen.dic, quod etiam ſi
in iudicio coram archiepiſcopo vel Papa abbas prouocaret in
libertatem,vel ſi epiſcopus interdicto vti poſſidetis ageret cō
tra abbatem,nihilominus lite pendente vteretur iure ſuo, &
contradictores iuſte excommunicaret,dummodo in veritate
poſſideret,vt lit.pen.cap.primo. Et dicunt quidam,quod lice-
ret epiſcopo defendere poſſeſſionem ſuam cum armis mate-
rialibus,& ſimiliter,cum ſpiritualibus.ſ. per excommunica-
tionem,quæ eſt medicinalis,ſecunda,quæſtione prima, mul-
12 ti.arma enim & mucro † epiſcopi eſt excommunicatio . 24.
quæſt.3.corripiatur,16.quæſtione ſecunda, viſis. Ex hoc infert
Innocen. aliquibus interiectis,quod prælatus,cui denegantur
iura ſua,prudenter facit ſi procedit,vt pars,non,vt iudex,quia
tunc non aſtringitur ad iuris ordinem ſeruādum. Item, ſi age-
batur de iniuſta excommunicatione,erit reus,qui eſt fauora-
bilior quam actor,quæ no.tamen,vt dix in ſolutione proxi-
mæ rationis,non dicitur epiſcopus,cum excommunicat,pro
cedere vt pars, ſed vt ſuperior, vt iudex, vnde debet monitio-
nem præmittere,niſi exceſſus ſit notorius. Item licet præmiſ-
ſæ ſolutiones ſint notabiles,tamen quo ad caſum noſtrum il
la eſt vera,quod ex quo epiſcopus ſcit ſe eſſe in poſſeſſione vi
ſitandi , non tenetur omittere poſſeſſionem prætextu exce-
ptionis de exemptione; quia etiam ſi in iudicio ageret,vt di-
ctum eſt,pendente lite ſua poſſeſſione vteretur,ex quo de poſ
ſeſſione non dubitaretur,ſed de titulo,de in integrum reſt.ca.
ſecundo,vbi dixi,nec abbas debet ſibi poſſeſſionem ſubtrahe
re,quod etiam tenet Innocen.in fin.ſuæ glo.vt infra,quæſtio.
6.in fin. Et declarantur omnia,quæ dicta ſunt in hac quæſtio-
ne plenius in in quatuor ſequentibus,& præcipue in 6.quæſt.
13 in fin. Tertio quæro, ſi contra ordinarium † vel delegatum
viſitantem excipitur, quod eſt excommunicatus , & offert
excipiens ſe probaturum,& appellat. Dicit Innocen.quod ex-
communicatio ſecuta eſt iniuſta,vel nulla,de ap. interpoſita,
de offi.delega.cum ad hoc.de eo,quod dixi in proxima quæ-
ſtione de exceptione exemptionis,quæ non admi[illegible]itur . Sol.
Innocen.quod ratio diuerſitatis eſt,quia quando excipitur de
excommunicatione,bene fatetur eum iudicem,vnde poteſt
cognoſcere de exceptione fori.facit de reſcri. ſuper literis,ſed
quando dicit ſe exemptum,negat eum iudicem,ideo non co
14 gnoſcit. Oppono ad hoc,quia etiam cum iudex † negatur eſ
ſe iudex,ipſe cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. ff.de iudi. ſi quis
ex aliena.ff.ſi quis in ius vo.l.1.d.c.ſuper literis. Solu. Innocēt.
quod quando conſtat quod aliquid eſt de iuriſdictione alicu
ius,ipſe debet parere. Si autem certum eſt,quod non eſt de iu
riſdictione eius,non tenetur comparere.ff.qui ſatiſd.cog.ſi ve
ro §.qui pro rei.de accuſa.veniens,vbi de hoc in glo.fin.in du-
bio vero comparere debet:quia alias teneret ſententia cōtra
eum lata,ſiue ſuper hoc quod ſua ſit iuriſdictio,ſiue ſup prin-
cipali. ff. ad municip. l. de iure, & ff. de iudi. lege ſecunda, §.
ſed ſi duo.& l.ſi quis ex aliena.C.de vinris,ſi ea.de reſcri.cum
ordinem,vbi de hoc,& procedunt hæc iura in hoc quod iu-
dex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio,eo caſu quo de iuriſdictio-
ne contenditur,vt quia citatus dicit ſe habere ius reuocandi
domum,vel non teneri reſpondere authoritate literarum:q͂a
ſunt per dolum impetratæ d. capit. ſuper literis,& l.ſi quis ex
aliena. Secus ſi non quæritur de iuriſdictione tantum,ſed etiā
de principali,vt in quæſtione præcedenti,in eo,quod dicit ab-
bas,quod epiſcopus non poteſt viſitare monaſterium : quia
non eſt iudex,cum monaſterium ſit exemptum,p̄ hoc enim
non quæritur tantum an iuriſdictio ſit epiſcopi, ſed etiam de
principali,an monaſterium ſit exemptum,de quo non poteſt
epiſcopus cognoſcere,quia non poteſt eſſe iudex,nec arbiter,
vt in præcedenti quæſtione,nec poſſet etiam ſententiare ſup
iuriſdictione hoc caſu,niſi & ſimul pronuntiaret ſuper prin-
cipali . Item ſecundum Hoſtien.de priuilegio exemptionis
cognoſcere non poteſt , de iudic. cum veniſſet,quod non eſt
omnino verum,ſed dic,vt de priuileg.cum perſonæ, lib.6,vel

contrario. Dic,quod hoc non vrge[illegible]
poſſit eſſe arbitrator d.c.quintaualles,illud ſurgit ex conſenſu
partis,quæ conſentit tanquam in arbitratorem,& in quæſtio
ne præmiſſa non conſentiebat abbas in epiſcopum tanquam
in arbitratorem,ſed ſolum valebat, quod epiſcopus ſe infor-
a dationem a minimis peccatis. Ioan. 13. Qui lotus eſt a non in
diget niſi, vt pedes lauet. Nec obſeruat hanc lotionem eccle-
ſia vt cerimoniale præceptum veteris legis, ſed quaſi ab eccle
ſia inſtitutum: & quia lauant manus, per eas ſignificatur cor
poris operatio. Vnde tertio de anima, opera attribuunt̄ mani
bus. de ſacra vnctio. cap. vno. ver. hoc vnguento. Aliud, quod
agitur in miſſa ſolenni, quia fit thurificatio: nec hoc vtimur
quaſi cerimoniali præcepto legis, ſed ſicut eccleſiæ ſtatuto: &
fit propter duo, primo ad reuerentiam huius ſacramenti, vt
per bonum odorem depellatur ſi quid corporaliter praui o-
doris in loco fuerit, quod poſſet hororem prouocare, ſecun-
do ad præſentandum effectum gratiæ, qua ſicut bono odore
Chriſtus plenus fuit ſecundum illud Gen. 13. Ecce odor filij
mei ſicut odor agri pleni: & a Chriſto deriuatur ad fidele offi
cium miniſtrorum ſecundum illud Corinth. 2. Odorem no
titiæ ſuæ ſpargit per nos in omni loco, & ideo vndique thu-
rificato altari per quod Chriſtus deſignatur, thurificantur oēs
per ordinem. Tertium, quod agitur in qualibet miſſa, eſt, quia
ſacerdos vtitur crucis ſignatione: & hoc ad exprimendum
paſſionem Chriſti quæ ad crucem eſt terminata. Eſt autē paſ
ſio Chriſti quibuſdam quaſi gradibus per acta. Nā primo fuit
Chriſti traditio facta a Deo, & a Iuda, & a iudeis, qđ ſignificat
trina crucis ſignatio ſup illa verba, hęc dona: hęc munera: hęc
ſancta ſacrificia illibata. Secundo fuit Chriſti vēditio, fuit autē
venditus ſacerdotibus ſcribis, & phariſes, ad quod ſignifican-
dum fit iterū crucis ſignatio ſuper illa verba, bñdictā aſcriptā,
ratam: vel ad oſtendendum præcium venditionis. ſ. 30. dena-
riorum. Additur etiam duplex crucis ſignatio ſuper illa verba
& nobis corpus, & ſanguis, &c. ad deſignandum perſonam iu
dæ venditoris, & Chriſti venditi. Tertio fuit præſignatio paſ-
ſionis Chriſti in cœna. ad, quod deſignandum fiunt duæ cru-
ces, vna in ɔſecratione corporis Chriſti, & alia in ɔſecratione
ſanguinis, vbi in vtroq; dr̄, benedixit. Quarto fuit paſſio Chri
ſti conſumata p quinq; plagas eius, ad qđ ɔſentādum fit qn-
tuplex crucis ſignatio ſuper illa verba, hoſtiam ſanctam: ho-
ſtiam immaculatam. panem ſanctum vitæ æternę: & calicem
ſalutis perpetuæ. Quinto in ſignum ſalutis præſentatur exten
ſio corporis: & effuſio ſanguinis, & fructus paſſionis per trinā
crucis ſignationem, ſuper illis verbis, corpus, & ſanguinem
ſumpſerimus omni bñdictione. Sexto repręſentatur triplex
oratio quam fecit in cruce, prima pro perſecutoribus, cum
dixit, Pater ignoſce illis. Scđa p liberatione a morte. cū dixit,
Deus deus meus, vt quid dereliquiſti me. tertia pertinet ad a-
deptionem glorię, cum dixit. Pater in manus tuas commen
do ſpiritum meum. Et ad hæc ſignificanda fit trina crucis ſi-
gnatio ſup illa verba, ſanctificas viuificas, bñdicis. Septimo rēp
ſentantur tres horæ quibus pependit in cruce, ſcilicet a ſexta
hora vſque ad horam nonam. Et ad hoc ſignificandum fit tri
na crucis ſignatio ſuper illa verba: p ipſum, cū ipſo, & in ipſo
Octauo repræſentatur ſeparatio animæ a corpore per duas
cruces ſubſequenter extra calicem factas. Nono repræſentat̄
reſurrectio tertia die facta per tres cruces quę fiunt ad illa ver
ba. Pax domini ſit ſemper vobiſcum. Poteſt etiam breuiter di
ci, ꝙ cōſecratio huius ſacrificij, & fructus ipſius procedunt ex
virtute crucis Chriſti, & ideo vbicūque fit mentio de aliquo
horum, ſacerdos crucis ſignatione vtitur. Quartum, quod agi
tur in miſſa, eſt de aliquibus motionibus membrorum ſacer
dotis, in quo dicit Thomas, ꝙ non ſunt geſticulationes ridi-
culæ, & ſine cauſa factę, fiunt enim ad aliquid repręſentandū,
ꝙ enim ſacerdos brachia extendit poſt conſecrationem, ſigni
ficat extenſionem brachiorum Chriſti: leuat etiam manus
orando: ad deſignandum, ꝙ oratio eius pro populo dirigatur
ad Deum ſecundum illud tren. Tertio, Leuemus corda cum
manibus ad Deum in cœlum: quod autem manus interdum
iungit, & inclinat ſuppliciter, & humiliter orans, deſignat
humilitatem, & obedientiam Chriſti in qua paſſus eſt. Digi-
tos autem iūgit poſt ɔſecrationem. ſ. policem cum indice, q-

nem corporis myſtici ſecundum ...
butionem gratiarum procedentium ex paſſione Chriſti: vt di
cit Dionyſius tertio c. eccleſiaſticę hierarchię, vnde talis fra-
ctio non inducit diuiſionem Chriſti, & quid ſignificent tres
partes in quas diuiditur hoſtia. Dic, de ɔſe. diſt. 2. triforme. In
eo ſi, qđ ibi dr̄ de parte tertia ɔſeruanda. hodie hoc non ſer-
tur propter periculum: ſed vna in calicem ponitur, & duę ſu-
muntur. Septimum, quod agitur, eſt: quia poſt perceptionem
ſacramenti ſacerdos ſumit vinum perfuſionis, ne aliquę reli-
quię ſacramenti remaneant, quod pertinet ad reuerentiam
ſacramenti: omittit autem hoc ſi eſt ea die iterum celebratu
rus, J. eod. ex parte. Et hoc quo ad primam partem rubricæ.
Quo ad ſecundam etiam aliqua poſſent quęri de quibus J. c.
de quibus, & J. c. cum Marthę. §. quęſiuiſti. Quo ad tertiam
etiam quęri poſſunt aliqua de quibus J. c. 1.

ADDITIO.

a Qui lotus eſt. Adde tex. in c. ſi enim inquit. de pæ. diſt. 2. & tex. in c. quando ab hieroſolymis. de conſe. diſt. 4.

SVMMARIVM.

1 *Matutinum mane completum eſſe debet.*
2 *Horę canonicæ horis competentibus dici debent.*
3 *Sacerdos officium per alium dicere poteſt.*
4 *Sacerdos infirmos viſitare debet.*
5 *Sacerdos ex cauſa poteſt bis eadem die celebrare.*
6 *Miſſæ dici non debent niſi uſque ad ſtatutam horam.*
7 *Laycis an ſit licitum ingredi chorum, & officiare.*
8 *Laici qui cenſeantur.*
9 *Moniales literatæ dicunt officia.*
10 *Monachi poſſunt contingere myſteria diuina.*
11 *Præſbyter an omnes horas ſimul dicere debeat.*
12 *Clericus quilibet an teneatur ad horas canonicas dicendas.*
13 *Infirmi an excuſentur ab horis dicendis.*
14 *Clericus ſine cauſa rationabili dimittens horas an teneatur ad reſtitutionem fructuum inde perceptorum.*
15 *Vigiliæ ſeu horę nocturnę quot ſint.*

Præſbyter. Prēſbyter tenet̄ horis debitis dicere ca-
nonicas horas: permittitur tamen ei pp
curam populi, qđ de mane eas dicat vſq; ad veſperas incluſi-
ue. Primo pręcipit officium dici horis debitis, & ex cauſa per
mittit anticipationem. Secūdo ſpecificat cām, quare pmittit
anticipatio, ibi, deinde. Tertio ɔcludit, ibi. Ergo. penſum. i. ver
bum, 4. di. deniq; 45. diſt. oēs, ſcholaribus. i. canonicis, ſiue cle-
ricis. Et hoc faciunt ſine ipſo qñ ipſe eſt occupatus. Sicut aūt
ſcholares p magiſtrum inſtruuntur, & illum reuerentur, &
ei obediunt: ſic, & iſti inſtrui, & ipſum reuereri, & ei obedire
tenent̄, & inde dicunt̄ ſcholares. Nam, & Romana eccleſia vo
cat ſcholares quoſdā clericos deputatos ad pſallēdum qñ Pa
pa celebrat. facit, 92. diſt. c. primo, & ſecundo, ppheta. Pſal. 128.
verſu. Principes, pſecuti. Die, nāli. & quomodo diuerſis ho-
a riſa Dies incipiant, not. de fer. c. 2. Ait Pſal. 118. verſu. Portio
mea. Referamus, hęc verba ſumuntur ex regula Beati Bene-
1 dicti. c. 16. qualiter diuina opera pgātur. † No. ꝙ matutinū dēt
eſſe completum mane, dēt autem incohari nocte media. Sur
gebam &c. quod pauci ſeruant, & argumen. huiuſc. colligit
ſufficere, ꝙ incipiatur tali hora, qđ pactū ſit mane. Secundo
nota, de officio ſeruitutis ſacerdotalis, ſicut enim ſubditus
tenetur ad tributum domino. de cenſi. cap. 2. ſic & ſacerdos
ad hoc penſum. Tertio nota de quinque horis, ibi, primam
&c. ſunt, & alię duę horę, ſcilicet, matutinum, & completo
rium. Et de matutinis pmiſit, & de cōpletorio J. ſubijcit. Et
interdum

ADDITIO

a Diuerſis horis. Adde gl. in Aut. de hære. & ſal. in §. hinc nobis col. 1.

Digitized by Google

.n.permittitur ſolũ vt neceſſitati ſuccurratur:vt hic.& ỹ.c.cõ
ſuluiſti.Et ad prædicta facit quod hic dicitur in gl.antepe. Et
6 in ea in fi.de teſti.c.1.Nono no.ꝙ† miſſæ non debent dici ni-
ſi vſque ad ſtatutam horam.Et dicit gl.6.ꝙ hora eſt vſque ad
tertiam uel nonã.dicit Hoſt.ꝙ generalis conſuetudo haber,
ꝙ omni die celebrari poſſit vſque ad ſextã.44.diſt. non liceat.
in vigilijs vſque ad nonam.Sabbatis quatuor temporũ, vſq;
ad veſperas.Aliqui tamen præoccupant horã,ẽt in ordinatio
nibus,quod corrigendum eſſet,licet poſſit tolerari, cum eñã
a Romana eccleſia hoc faciat . Decimo no.de ſeptenario nu.
b de ſeptenario in prohẹmio ſexti.de hoc ſeptenario hic in gl. ul
.s.Et in ea ibi.Aetates.ſex ſunt ętates ſeculi de quibus in pro-
hęmio ſexti.ad finem.Septima dicitur quieſcẽtium. Octaua
reſurgentium.ibi,diaconi.ſic requiruntur.7.doctores in exa-
minando & approbando.C.de profeſ.l.ſi quis.li.10.no. eo. ti.
l.magiſtros.Vndecimo no.de laudibus reddendis creatori.&
redduntur propter beneficia præſentia & præterita,non de ſu
turis:ut no.27.diſt.c.2. Fortius autem aſtringunt præterita.
Cic.offi.1.Si in eos quos ſperamus nobis profuturos non du-
bitamus officia conferre,quales in eos eſſe debemus qui iã
profuerunt.Quæro in eo quod dixi ſupra in 6.notabili ꝙ cui
libet clerico licet ingredi chorum & officiare,quid de laicis;
7 †videtur ſecus,quia ſpecifice dicitur de clericis.7.q.1.aliud.de
ui.& hon. ele.vt quiſque.quod videtur placere Inno. qui di-
cit,ꝙ quia laici non ſunt in ſortem domini vocati , non de-
bent contingere myſteria diuina.de uita & ho.ele. c.1.92. di.
non licet 80.d.c.1.2.q.7.§.de his.Dicit tamen Inn. ꝙ laici be
ne poſſunt dicere pſalmos qui dicuntur in horis,ſed non in
modum officii.arg.11.q.3.ſi epiſcopus. & nõ debent dicere,
d Dominus vobiſcum d quod vltimum no.pro.pro hoc, quia
hoc verbum ſpectat ad ſacerdotem qui celebrat tanquã me-
diator inter Deum & homines.Et ex hoc Spe.tit.2.§. iuxta.
ver.quid ſi excommunicatus celebrat.conſuluit excommu
nicato,ꝙ ſi celebrat nõ dicat Dominus vobiſcum. ſed poteſt
dicere Domine exaudi orationem meam. Secundo quæro,
quo ad id quod in proxima quæſtione dixi de laicis,qui cen-
8 ſeantur laici. † dicit Inn.ꝙ laicos intelligit etiam hoſpitala-
rios,templarios,& ciſtercienſes,& fratres minores qui non
ſunt clerici.Idem dicit Hoſt.de conuerſis.pro hoc quod no.
de deci.ad hæc.& c.quamuis. Et ideo quod dicit de minori-
bus,intellige ut præmiſſum eſt,præſuppoſito ꝙ non ſint cle-
rici:tamen hodie ſunt clerici,& ſic ceſſat hoc. Tertio quæro
9 quid de monialib. dicit Inn.ꝙ † moniales literatæ dicunt of
ficia:quia & ipſæ poſſunt recipere aliquem ordinem in bene
dictione:vnde & inter alias aliquando ſunt diaconiſſæ.27. di-
ſtinct.diaconiſſam:qui ordo ſecundum Innocen. licet ſuffi-
ciat ad officia dicenda , non tamen eſt de ſeptem ordinibus
eccleſiæ.quod not.Et dicit Hoſtien. de hac diaconiſſa , quod
ipſa non dicit,Dominus vobiſcum: nec euangelium in miſ-

ad ipſam ꝯuenientur ſeculares.i clerici,& illi dicũt ꝑ ſacerdo
te abſente,ut in litera:& dicũt ſuo loco.Ipſe aũt ſacerdos oẽs
horas præter ꝯpletorium dicit ante tertiam,ne impediat di-
cere ꝑ occupationes.Sed qđ dixi ꝙ debẽt horæ dici ſuo loco:
Intellige vt ſ.quarto notabili,vel dic ſuo loco,vel horis ꝯpe-
tẽtibus,ideſt,ꝙ hora officij reſpõdeat horæ diei.Nec dicẽtur
inſimul,ſed gradatim,de offi.archi.c.2.In eo autẽ,qđ dixi, ſa-
cerdotẽ ꝑꝑ occupationes poſſe ꝓuenire, Dicit Hoſtiẽ. ꝙ hoc
ſeruãt Papa,& Cardinales,& epĩ pro magna parte quo ad ho
ras dicẽdas ſimul vſq; ad ſextam,quãdoq; vſq; ad nonã inclu
ſiue:quia his expletis habẽt multa expedire,& in his melius
c eſt præuenire e q̃ ꝓueniri:maxime,qa prima hora eſt ad hoc
aptior,& deuotior q̃ ſuprema,ff.de ver.ſign.l. 2.§. 1.Quo ad
nõ occupato aũt dic:vt ſ.e.q.ꝙ debẽt dici ſua hora.Et fertur
de quodam ſancto hæremita, quẽ deficientib. eleemoſynis
paſcebat Angelus,ꝙ tẽpore vuarum quandoq; portabat ſibi
bonas:quãdoq; agreſtes,q̃ñq; marcidas.Et cũ quæſiuiſſet ab
angelo cur hoc.Reſpondit ſe bonas deferre cum ꝯgruo tem
pore horas dicebat,agreſtes cum præueniebat,marcidas cum
tardabat,quod in ſancto habuit locũ,qa hæremita nullis oc-
cupationibus inuolutus erat.Et in hac glo.ibi,dimittat. Ala.
12 † Sexto quæro,an quilibet clericus teneatur ad horas cano-
nicas dicendas.Glo.vlti.arguit,ꝙ non:quia hic dicit tantum
de præſbytero,ergo ſecus de alijs,ꝑ hoc:quia quandoq; tales
non habẽt beneficia:ergo nõ debẽt teneri ad officium,ar.92.
diſt.c.vltimo,ubi de hoc.Glo.tamẽ tenet ꝯtrium,& hoc ꝯmu
nius,vnde qđ hic dicit pręſbyter,exponit Hoſti.ideſt ſacerdos
diaconus,vel ſubdiaconus: vel quicunq; bñficiatus, vt large
ſumatur.de coha.cler.c.2.pro hoc etiam,quod bñficiatus nõ
ꝯſtitutus in ſacris teneatur:eſt,quia ꝓpter officium datur be
neficium. de reſcrip.c.fi.lib.6 facit de cle.ꝯiug.qđ a te.& c.di
uerſis,de ꝯſtituto aũt in ſacris etiam nõ beneficiato,ꝙ ad hęc
teneatur inducitur:quia ex quo ſuſcepit ſacros debet eſſe vi
gilãs in his quę ſpectãt ad officium eccleſię.Et ſ'm hoc debet
exponi.

ADDITIONES.

a Horis competentibus. Adde hic an appellatione diuini officij comprehen
datur miſſa.vide dom.in c.Abbates.de priui.in.6.
b Per alium. Adde Guil.& Genzeli.in cle.1.e.tit.
c Sacerdos poteſt ex cauſa. Adde tex.iuncta glo.in verbo,alteram in cap.ſuf-
ficit.de conſe.di.1.
d Dominus vobiſcum.Adde vnde ſumptum fuit iſtud verbum, vide gl.in ver
vobiſcum in c.hoc quoque.de conſe diſt.1.
e Melius eſt præuenire. Adde hoc an excuſentur religioſi dicentes officium
matutinum in ſero præcedenti.vide Pet.de ancha.in cle.quamuis.de ap.&
per ſanctum Tho,in quolibet.

cient;vt hic,& d.c.fina.92.diſtin.quia qui de altari viuit, debet
ſeruire altari.de præben.cum ſecundum. De alijs autem q nō
ſunt clerici alicuius eccleſiæ,dicit In.ꝙ q̄n poſſunt debēt offi-
cia dicere in eccleſijs;quia illæ ſunt ad hoc deputatę.de ꝯſe.di
ſtin.1.per totum,& ad eas bonum eſt accedere ad orandum,
dicit tamen videri, ꝙ clerici cuiuſcunque ordinis, & prælati
ex cauſa poſſunt ab officijs quæ dicuntur in eccleſijs abeſſe:vt
ſi oportet eos intendere circa miniſtrationem temporalium.
Sed tamen dicere debent,vel equitando in domo,vel in via.
Et dicit Hoſtienſi. quod ſicut miniſterium abſentis prodeſt
his qui ſunt in eccleſia, ita, & officium eorum qui ſunt
cum in eccleſia,prodeſt abſenti:quia omnes ſunt vnum cor-
pus in domino.de ꝯſl itu.cum omnes,facit de clem.non reſi.
dilectus,vnde dicit,ꝙ abſentes hoc caſu cenſent reſidentes.de
cleri.non reſi.ex parte dicit tamen Inno.ꝙ in magnis feſtiui-
tatibus clerici debent intereſſe in eccleſia;niſi ex magna cau-
ſa excuſentur,7.q.1.ſi quis in clero.de ꝯſe.diſt.1. ſi quis extra.
Io.And.dicit,ꝙ libenter videret,ꝙ fauore ſtudij ſtatueret ec-
cleſia,ꝙ clerici ſaltim in minoribus tantum bn̄ficiati nō cura
ti occupati bono zelo ad ſtudium tenentes vicarium excuſa-
rentur ab horis dicendis,dicendo officiū Beatæ virginis. Ex p̄
dictis ergo ꝯcluditur,ꝙ clerici etiam in minoribus beneficia
ti,vel in ſacris etiam non beneficiati,tenentur ad omnes ho-
ras canonicas. Non bn̄ficiati,autem ꝯſtituti in minoribus nō
13 tenentur.† Septimo quæro,an infirmi a excuſentur ab horis
a dicendis.Inno dicit,ꝙ excuſantur a dicendo,& etiam forte ab
ab audiendo Dicit tn̄,ꝙ debet eſſe talis infirmitas in qua di-
recto,vel occaſionaliter ſibi obeſſet,vel obeſſet timeret ſi cele
brationi diuinorū intereſſet. Infirmis.n.nō eſt lex impoſita,fa
cit de obſerua.ieiu.ꝯſilium. Ex hoc dicit Hoſt.ꝙ ſecus eſſet ſi
eſſet vetus quartana:vel alia debilis infirmitas propter quam
non impeditur procurare ſua negocia,ff. de re iudi. quæſitū:
tunc enim non excuſatur ab officio. Octauo quæro, an poſt
b ꝯualeſcentiā b teneantur dicere quod omiſerunt.Inn. refert
quibuſdam videri,ꝙ ſiue ex neceſſitate,ſiue ex voluntate, ſi
ue ex negligentia accurata omiſerint:non tn̄ peccant ſi non
redicant. ſed eſt imponenda eis pœnitentia de peccato
omiſſionis:& ſatis eſt conueniens,ꝙ ſacerdos imponat pœ-
nam in eo in quo deliquerunt: & ſic dicant officia, vel com-
mutet pœnitentiam, ſi credit magis proficere.Hoſtien dicit
ꝙ ſi eſt tanta horarum multitudo,ꝙ quaſi impoſſibile eſt re
dicere,fiet commutatio,ar. ff.de reg.iu.impoſſibilium,de pa
ctis.c ſi.Et ſic videtur velle Hoſt.ꝙ ceſſante tanta multitudi-
ne debet iniungi,vt redicat:dicit etiam Hoſtien.ꝙ ſi fuit tan
ta infirmitas quę impedit horas dicere,non expedit redicere,
arg.de cle.non reſi. ad audientiam,licet commendabile ſit ſi
hoc facit ad cautelam,quod placet:quia ex quo fuit omnino
impeditus,habetur ac ſi deſeruiſſet, & ſic eſt ac ſi dixiſſet. de
cler.ęgro.c.1.& quod ibi no.in gl.ſi.Secus autem dicit Hoſti.
de illo qui finxit ſe ęgrotum. Ille nanque tenetur redicere: &
14 ſic intellige,quod ſup.e.q.dixi,& de hoc,j̄.c.dolentes.† No-
c no quæro,an clericus ſine cauſa c rationabili dimittens horas,
teneatur ad reſtitutionem fructuum bn̄ficij interim percep-
torum. Quidam,vt refert Io.Cald.dicunt,ꝙ non,ſed tantum
tenetur ad agendam pęnitentiam de peccato omiſſionis,pro
hoc,ſ̄.q.proxi.Ipſe autem Io.Cal. dicit verius videri, ꝙ tenet
ad reſtitutionem,qa propter non reſidentiam debuit carere
fructibus,de cle.non reſi.c.pe.Sed non reſidet effectualiter q
dimittit officium. Item,qa propter officium datur beneficiū.
de reſcrip.c.ſi.lib.6.de hoc per Ray.in ſum.de apoſta.in ſi. Mi
hi placet prima opi.ꝙ ex quo nō deſinit habere titulum, fa-
cit fructus ſuos,nec poteſt dici non reſidere,licet non dicat of
ficiū. Item,multa beneficia ſunt quę non requirunt reſiden-
tiam de ꝯſuetudine.de reſcrip.gratia,lib.6.& clem.gratiæ, &
tamen quodlibet beneficium obligat ad officium,quod dixi
ſ̄.q.6 Item in d.c.pe.de cle.non reſi.præceſſit monitio,pro p̄-
cedenti tamen opinione facit de elect.cum nulla.§.cęterum,
lib.6.Sed ibi eſt alius caſus in eo qui recipit eccleſiam paro-
chialem eo animo, vt teneat per annum propter habendos
fructus,cum tamen non intendat ad ſacerdotium promoue

tam,ne poſt compl...
nę vigilię:quia quando dicuntur,vigilandum eſt,& no torpe
dum,& corde intēto dicēdæ ſunt alias non ſufficit melodia
cantus ſine corde,92.diſt.c.1.& 2.ſic intelligitur,quod dr̄ de
vigilijs 91.diſtin.§.1.& c.ſeq.Et de quatuor partibus noctis,
no.prima,q.1.ſuperueniente. Aliæ autē horę.ſ.tertia:ſexta:&
veſpere: ſunt horę diurnæ ſecundum Hoſti. Dic, ꝙ in litera
cum dicit de nocturnis vigilijs,vr̄ tm̄ de prima parte matuti-
ni intelligere. Alia vero pars quæ dr̄ laudes vocatur matuti-
num:& ſic vocatur in regula Beati Bn̄dicti, cuius verba hic
ponuntur:vn̄ ſunt aliquæ religiones,ſicut iſtorum de monte
Oliueto,quę diuidunt matutinum,& dicūt vſq; ad laudes ſta
tim poſt mediā noctē,deinde apud diluculum dicunt laudes,
cōiter tn̄ matutinum dr̄ totum aggregatum ex vigilijs,& lau
dibus. Vndecimo quæro,an ſufficiat clerico dicere officium
ſubmiſſa voce. Dic,ꝙ in eccleſia non ſufficit. Alibi aūt vr̄ ſuf
ficere.melius eſt tamē,quod in uoce pronunciet.pro hoc,qd
no.de reliq.& venera.ſanct.cle.una,in glo. magna.

ADDITIONES.

a An infirmi. Adde Car.in cle.1.in 2.op.co.ti.
b An poſt conualeſcentiam. Adde Ab.in c.1.in 2.no.de obſeru.ieiu.Cal.& Io.
de imol.in cle.1.de celebra.miſ.
c An clericus ſine cauſa. Adde Cal.1.in c.cum in in ver.circa diuinum officiū.
de uſur.domi.40 diſt in gl ſummæ.domi.in c.ſi canonici.in §.ſi tu.in princ.
de offi or lib.6 Abb.in c diuerſis fallacijs.de cle.coniuga.Ab.in c. 1. ne de.
vel mo. Albe.de platea in tract.de horis canonicis,in fine 6.col.Ioā.de ligna
in repet.cle.dignum in 10.q.de cele.miſſa.

SVMMARIVM,

1 *Miſſa de feria dimittenda non eſt propter miſſam ſpecialem.*
2 *Latria quid ſit.*
3 *Miſſam dicens, vt Deus aliquem perdat, conficit, ſed deponendus eſt.*

1 Quidam.† Propter miſſam ſpecialē miſſa de feria di
mittēda nō eſt:primo ponit exceſſus. Scdo
p̄mio,ib.,& ideo.laicorum,& clericorum,imo,& prelatorū.
Hoſt.rogatos,quaſi p nullo feſto hoc prætermittēt:nec vr̄ eis,
ꝙ miſſam audiant niſi illud audiant:& hoc reprehēdit Euan
gelium, credētes, vt dicunt vetulę ſe ſine pœnitētia illa die
non poſſe decedere. Ab Michaele,vel alijs ſanctis,in quos de
uotionē ſpecialiter habēt. Conſilio.ſimile de ſucceſ.ab inteſt.
cap.1.imo tēpore.ſ.in proprio feſto. Cantent,& hoc ſi non ſit
ibi niſi vnus ſacerdos,alias peculiarē poſſet audire in ſecreto.
de ꝯſe.diſt.1.hoc quoq;. defunctorum,quaſi celebrando pro
viuis celebret ēt pro defunctis,& ēt ecōuerſo. No.de miſſis
peculiaribus,& expone,vt in glo.prima,& in ea in ſi. Vn.vel
idest quas ſibi appropriant. Inno. Secūdo not.de miſſa de ſan
cta trinitate,& dic,ꝙ tota deuotio quam habemus ad ſanctos
ad trinitatē principalr̄ referēda eſt,ſine ipſa.n. ſancti nil poſ-
ſent,pro hoc litera ibi. Non pro alia deuotione,de cuius intel
lectu,j̄.q.ſeq. Quæro de intellectu literæ,ibi:nō p alia deuo-
tione. Dic,ꝙ hoc vult,ꝙ miſſas ſpeciales poſſumus audire p
pter reuerētiam ſanctę trinitatis,non pro alia deuotione:pu
ta ſm̄ Inno.vt habeat meliores ſegetes.& hoc vult litera ſm̄
eum, quod ſoli Deo ſacrificium altaris offerēdum eſt:quia
obtulit hoſtiam,pro multis:ideo ipſe ſolus adorandus eſt la
tria: quia ſolus eſt qui orationes per ſe poteſt exaudire. San-
cti autem pro nobis apud Deum interpellant,pro hoc,quod
nota.de reliq.& ve.ſan.cle.vna.in gloſſ. magna. Et ſunt hæc
contra illos qui ex deuotione Beatæ virginis plus putant de
ierare ſi ueniunt contra iuramentum per eam pręſtitum,
quam ſi iuraſſent per Deum, concor, ꝙ not.de male.capitu.
2 2. Et in eo,ꝙ Inn.dicit,ꝙ ſolus deus adorandus eſt latria,dic,
ꝙ latria eſt cultus qui debetur ſoli deo,qa ſolus adoratur pro
pter ſe.de cōſe.diſt.3.venerabilis,& quod ibi no. in gl.1.& de
offi.or.ſi canonici.lib.6.in glo. Nam imagines,& ibi per Lap
pum.

Digitized by Google

qui dixit miſſam de die celebrare pôt poſtea pro defunctis, ſed celebrata miſſa defunctorum non celebratur alia de die. ex eo quia nullus defunctorum regreditur ad nos,& omnes tendimus ad mortem,& pro hac ↄſuetudine,facit,1 t.diſtin. eccleſiarum.Dic,ꝙ raro hoc obſeruatur,& nunquam vidi fieri,ꝙ ex aliqua cauſa celebretur niſi ſemel,præterquam in natiuitate domini.Et propterea ſemper extra diem natiuitatis ſacerdotes ſumit vinum perfuſionis: poſt quod celebrare il-
3 la die non poſſunt,ĩ.ca.ex parte.Tertio quæro,† an cauſa vtilitatis poſſint plures miſſæ per eundem celebrari.Glo.ſecunda ibi,ſiue vtilitatis,dicit,ꝙ ſic,& nota exemplum gl.cum de vtilitate exemplificat,vt ſi dicta miſſa ſuperueniat aliqua magna perſona,quæ velit miſſam audire.Et pone exemplum in epiſcopo quē abſq; miſſa celebranda,vel audiēda tranſire diē non decet.de priui.c.vlt.lib.6.Et ↄſidera,ꝙ in hoc attenditur cauſa vtilitatis reſpectu audientis,non celebrantis,vnde glo. non dicit hoc licere cauſa lucri.Item etiam,cum ſubeſt cauſa vtilitatis,vel neceſſitatis:tamen ſi eſt alius qui celebrare poſſit:non celebrabit ſacerdos alia uice,dummodo ille alius ſit paratus celebrare:& ſit ieiunus,ſ.eo.c.1.& 2.poteſt etiam poni aliud exemplum quo licet iterum celebrare: vt ſi præſbyter poſtquam celebrauit,ante tamen quam perfuſionem acceperit,uocatur,vt portet infirmo Euchariſtiam,& perpendit ſe non habere,& generaliter colligendo caſus dicit Hoſt. q; propter defunctos:propter peregrinos,propter hoſpites:propter commeantes:propter infirmos:propter raritatem præſbyterorum:& cum vnus duabus præeſt eccleſijs:& propter duas proprias miſſas,quæ quandoque currunt:vt dico.ĩ.cap. cum creatus,licet eadem die plures miſſas celebrare: aliter non,ut hic.Sed ut dixi ſ.q.proxi.raro obſeruatur,ꝙ quis celebret bis,licet aliqui clerici celebrent quotiens poſſunt, propter lucrum,vt dicitur per aliquos fieri Venetijs, quod eſt ↄ-
4 tra hanc literam. Quarto quæro, eo caſu quo ſacerdos celebrat pluries eadem die, an pluries ſumet corpus Chriſti.Sol. ſic,ut dicit glo.ſecunda,in fin.& dic,quod ſumit totum corpus,licet ↄſuetudo eccleſiæ Romanę obſeruet,ꝙ Papa celebrante ipſe ſumet dimidiam hoſtiam:reliquam diuidit diacono,& ſubdiacono cardinalibus, ei miniſtrantibus,& adhuc dicitur ſumere totum corpus Chriſti,cum ſit indiuiſibile.Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Dies profeſti qui dicantur.*
2 *Hymnus,Te Deum,quo tempore dicatur.*

Conſilium. In miſſa commemorationis licet dicatur propria præfatio:non tñ dr̄ hymnus nec ſymbolū.Cōis diuiſio,ſcda ibi:ingſitioni,pars de obſer. ieiu.ↄſilium.Apud nos,& ita ab alijs ſequēdū eſt.de rpi.ordi.

3 *Sacerdos iterum celebraturus quare non ſumit uinum.*
4 *Sacerdos an poſſit poſt medicinam ſumptam celebrare.*
5 *Ieiunium an frangatur propter uinum perfuſionis,uel propter medicinam.*
6 *Cibus quando dicatur digeſtus ut quis celebrare poſſit.*
7 *Miſſis natiuitatis Domini an poſt vinum perfuſionis poſſit iterum celebrari.*

Ex parte. Pars de obſer.ieiu.cap.1. Primo ponit dictum,a quo excipit,ibi:niſi,& cauſam ſubdit ibi,ne ſi.Et dicit Hoſtien. quòd quatuor quæruntur, Primum,an ſacerdos poſt receptum ſacramentum debeat manus perfundere.Secundum quo liquore.Tertium an infuſionem illam ſumere debeat. Quartum an ſi ſumpſerit illam poſſit eadem die iterum celebrare. Et ad hæc omnia reſpondetur,perfundere.& uinum perfuſionis bibere: alias non ha-
1 beret locum exceptio niſi &c.An autem † is qui vinum non poteſt bibere,poſſit promoueri.no.2. quæſt.7. ipſi apoſtoli. ſi forte,ideſt qualitercunque ſumit,ſiue quia non ſperabat celebrare,ſiue quia tradidit obliuioni,unde non coniungitur uerbum,ſi forte,cum uerbo,impedire,quia de hoc nulla eſt dubitatio:ſed cum verbo,acciperet,vel dic, quòd dixit, ſi forte, propter opin.quorundam. de qua in gloſſ. quia ſacramenta: prior tamen expoſitio magis placet.No. de uino perfuſionis.
2 † Et dicit Innoce.quòd non reprobat conſuetudinem Ciſtercien. & etiam quorundam aliorum qui poſt ſumptionem corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti aliquid de ſanguine ibi dimittunt:ut ſuperponatur vinum,purum, vt poſtea communicantes inde poſſint aliquid ſumere: quod non eſt illicitum ſecundum eum,quia etiam non ieiunis: ut infirmis & in caſu neceſſitatis datur:& ita ex iuſta cauſa fit: quia non eſſet decens tantum ſanguinem conficere qui ſufficeret omnibus: nec inuenitur calix qui poſſet tantum tenere. dicit Hoſtien. quòd poſt talem potum non liceret celebrare.infra cap.cum Marthæ.§.quæſiuiſti. ubi etiam de hoc.quæſt.9.Dic quo ad dictum Innocen. ꝙ de conſuetudine alij quam celebrantes non communicant ſumendo ſanguinem : nec aliquid de ipſo:ſed ſolum corpus Chriſti:quod plenius dico de peni.& re. omnis in princ.no. 9. Secundo not. quòd poſt ſumptum uinum perfuſionis non licet celebrare.infra cap.proxi.§.quæſi-
3 uiſti.& de hoc in glo.ulti.† Quæro,quæ eſt ratio, quòd ſacerdos celebraturus iterum non ſumit vinū perfuſionis.Glo.ult. ſol.ꝙ ideo quia ſacramenta a ieiunis ſunt percipienda. Et in ea ibi,ut ieiuni.de hoc de conſe.diſt.1.ſacramenta. Ibi: quòd
4 in dubijs.So.ut dixi ibi in primo contrario. † Secundo quæro,an poſt medicinam ſumptam poſſit ſacerdos celebrare. Sol.ut in ea.glo.Ibi,ſed poſt,uſque ibi,quid ſi, & tenet gloſſ. quòd non.Et dicunt aliqui, quòd etiam ſi modicum aquæ biberit impeditur celebrare,quia etiam aqua eſt alimentum, imo dicunt nonnulli, quòd plus homo uiueret bibendo ſolam aquam, quam ſolum vinum, quod non fatentur

Digitized by Google

om.deleg.conſuluit,de hoc per Hoſt.in ſum. eod.§. qualiter
cunque.dic,ꝙ ſufficit digeſtio ſm qualitatem cibi ſumpti. di
cunt aũt phiſici,ꝙ bona digeſtio perficit in ſeptẽ horis. Quar
to quæro qd ſi ſacerdos celebrat poſt cibum,vel potum.Sol.
vt in gl.vlti ibi:quid ſi,vſque ad fi.Et in ea ibi: malefaceret, &
deponi poſſet.de accu.ſi conſtiterit.Ibi,ꝯficit.Idem Bazi.Ioã.
Vin.& Phi.Ibi:liquido,vbi de hoc,& in fi,vbi de hoc. Quin-
to quæro,an in miſſis natiuitatis,† de quibus,ſ.e.conſuluiſti.
poſt vinum perfuſionis poſſit iterum celebrari.Hoſt. qđ nõ.
In quo dicit ſe vidiſſe aliquos magnos errare. Dic, ꝙ de con-
ſuetudine ſumunt aliqui perfuſionis vinum,ſed non bibunt,
ſed reſeruant pro futura miſſa.

S V M M A R I V M.

1 *Canon miſſæ in quibus conſiſtat.*
2 *Canonis miſſæ verba quare dicantur ſecrete.*
3 *Canonis verba ſi proferantur corrupte an conficiatur eucbariſtia.*
4 *Corpus Chriſti an poſſit confici ſine ſanguine.*
5 *Canonis verba neceſſaria quæ ſint.*

*Cum Marthæ. *Diuidit in tres partes principa-
les,ſcđa in §.quæſiuiſti. Tertia in
§.3.prima ſubdiuiditur in 8.ſecũda ibi,verum.Tertia ibi,ſane.
Quarta ibi:cæterum,Quinta ibi: cæterũ ſicut, ſexta ibi: ex eo.
Septima ibi:diſtinguendum,octaua ibi: credimus. Et in hac
prima formatur quæſtio,& materiam huius quæſtionis,& il
lius quæ formatur,ĩ.§.quæſiuiſti.proſequitur autor huius c.
in libro quem compoſuit de miſſarum myſterijs,parte quar
ta,vſque ad §.quæſiuiſti.hoc.d. Si qua verba ſunt in canone
miſſæ quæ ab euangeliſtis dicta non fuerũt,credere debemus
ꝙ a Chriſto Apoſtoli,& ab apoſtolis eorum ſucceſſores acce
perint,quis.ſ.doctorum,vel maiorum. Gof.expreſſit, in cœna
quam fecit cum diſcipulis,de conſe.diſt.3. panis. Euangelio.
Math.26.Accipiẽs Chriſtus,teſtamẽti.hic interponit mini-
ſteriũ fidei de quo ſequit.ꝑ multis: qa nõ oẽs ſaluantur pro
quibus effunditur.No.ex ſuperſcriptione de dictione, quon-
2 dam.a de hoc dixi de offi.deleg.cum olim,el.1. Et in antiqua
dicebatur,ꝙ iſte hodie erat monachus Clareuallẽ & ꝙ renũ
ciauerat officio Marthę, & elegerat ſolitudinẽ Marię. Et ibi
commendatur de ſciẽtia,& de quæſtionibus formatis nõ ad
tpale ꝯmodum:ſed animarum prouectum.Scđo no. ex hoc
ꝙ rñdens dẽt commẽdare quærentem ſi quæſtiones ſunt ſu
btiles, & pulchræ. &,ſic obſeruatur in ſcholis, & in iudicijs.
1 Tertio no.de canone † miſſæ. Et dicit Hoſti.quod licet qui-
dam ſimplices ſacerdotes dicant canonem quicquid eſt in ſe
creto miſſę:ſumitur tñ ſolum pro verbis quibus fit trãſubſtã
tiatio:vt hic.de hoc ẽt ĩ.q.6.Aliter ſumitur canõ.3.diſt.cano.
Item aliter de loca. propter. Quæro quæ fuit cauſa dubi
tandi.Sol.patet in tex.quia videbatur,ꝙ verbis Chriſti nihil
fuiſſet addendum,vel minuendum,qđ.n.Chriſtus nõ dixit,vi
detur ꝓhibitum ibi dicere,ꝑ hoc,quod hic dr̃ in gl.2.Ad idẽ
13.q.1.qđ fi.& apocalip.vlt.Si qs appoſuerit ſuper hoc appo-
net deus ſuper illum plagas ſcriptas in hoc libro,& ſi quis di
minuerit,auferet deus partẽ eius de libro vitæ, & de ciuitate
ſancta.Ad idem ſ.in prohe.in fi.vbi ꝓhibetur ne aliqd addat
huic cõpilationi,nihilominus ergo licet addere canoni miſ-
ſæ.de conſe.diſt.2.in Chriſto.circa prin.Rõ decidẽdi colligit,
ĩ.ver.diſtinguendũ,ibi.credimus igitur. Et per id quod dixi
ſ.ſummando.Item per id quod dicit gl.2.dicens hoc cum ra
tione fuiſſe additum. Ad contraria ergo dic,ꝙ canon miſſæ
uel apponendum eſt, ꝙ ſit contrarium fidei, vel foueat er-
rorem,ergo alias licet. pro hoc,quod dico de ver. ſigni. abba-
te.ver.contra,quod,contrario 1.Secundo quæro,quare verba
2 † canonis miſſę dicuntur ſecrete.Sol.Pe.ꝙ ſex de cauſis, Pri-
ma,qa deus cordis,non vocis clamorem attendit.ſecunda,ne
ſacerdos longo clamore deficiat.Tertia ne impediatur popu
lus orare.Quarta,ne verba tanti myſterij quotidiano vſu vile
ſcant.Quinta,quia hæc ſolum ad ſacerdotem pertinent. Sex-
ta ne uerba canonis ſępius audita dicantur a laicis,& locis in

vt ſi ſpuit,vel tuſſit,ſimile in teſtatore C.de teſta.l.cum ...
4 tas.† Quinto quęro,an poſſit ꝯfici corpus ſine ſanguine,vr̃,ꝙ
non:qa non dẽt fieri diuiſio eiuſdẽ myſterij.de cõſe.diſt.2.cõ
perimus.Lau.ĩ,qa licet ſcienter hoc faciẽs peccet,tñ conficit,
ea.diſt.qa corpus.Sunt.n.hęc diuiſa: vt no. in c. ꝯperimus, &
ſtatim ꝓlatis verbis ꝯuenientibus euchariſtię facta eſt trãſub
ſtãtiatio in corpus chriſti.licet Hu.videatur aliter dicere,100.
diſt.ante benedictionem.Sexto quęro,in eo,quod dixi ſ.in 3.
5 no.ꝙ non omnia verba canonis ſunt de neceſſitate,† quę ſint
illa q̃ ſint neceſſaria.Dic,ꝙ illa,Hoc eſt corpus meum,ẽt ſinõ
apponatur dictio.n.quę tñ non eſt omittẽda, cũ reperiatur ap
poſita per eccleſiã.11.diſt.in his, ſed magis pertinet ad ꝯue-
nientiam ſermonis,qa dictio.n.eſt ꝯiunctio ꝯtinuatiua,& ca
ſualis,quo ad ſanguinem aũt quę verba ſint de ſubſtãtia,ſunt
opiniones,vnde tutius eſt nihil omittere.

ADDITIONES.

* Cum Marthę. Materiam iſtius c,vide pulchre repetitam per dominũ Doloſ.
2 De dictione quondam. Adde Spe.ti.de inſtr.edit.in §.reſtat ad fi & dic,quod
iſta dictio deſignat tria tempora. ſ. tempus præſens præteritũ, & futurum
ſecundum Ab.in c.ex parte B.de fo.compe.Ab.in c.cum contra.de pig.Ab.
in c.cum ſcimus,.de regu.Bar.in l.eius qui in prouincia. ff.ſi cert.pet.Bar. in
l.inſulam.ff.de verb.oblig.

S V M M A R I V M.

1 *Verborum forma diligenter attendi debet.*
2 *Inſtantiam dare ſufficit.*

Ver.verum. Hic ſecunda primę, in qua rñdet per
aliã q. Alia duo gl.ſ.exponit repetẽdo
tex.vñ ſuperflua eſt. Eleuatis,mãliter tenetur. Tan. No.ibi di
1 ligenter,ꝙ forma † verborum diligenter debet attendi. Idẽ
dr̃ de forma mãdati.de reſcrip. cum dilecta. Hoſti. Secundo
2 no.ꝙ ſufficit † dare inſtantiam.ſimile.1. q.1.ſicut vrgeri.

S V M M A R I V M.

1 *Dare beatius eſt quam accipere.*
2 *Iudex ſupplet id quod omittitur a lege.*
3 *Paupertas duplex.*
4 *Euangeliſtæ quare aliquando variauerint.*

Ver.ſane. Hic tertia primę,in qua ponit aliqua quę
omiſſa fuerunt ab euangeliſtis, & ſupple-
ta ab Apoſtolis.Hierony.ſuper Non omnia quę fe
cit deus ſcripta referuntur,& Io.20.in fi.Multa qdem, & alia
fecit deus quę nõ ſunt ſcripta ĩ libro hoc,& c.vlt.Sunt,& alia
multa quę fecit Ieſus quę ſi ſcribãtur per ſingula nec ipſum
arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros.
Act.20.ca.& hic probat de verbis omiſſis Nullus,hic probat
de factis omiſſis,ad Corint.1:15.Lucas,Mattheus.Marcus,&
Ioannes.Lucas,22.c.Mattheus.26.Marcus,14.Ioannes,11.&
1 docet quare dictum fuit eleuatis oculis.Tancre.No.illud,bea
tius † eſt dare &c.Et de hoc in gl.in ver.dare,& dicit Hoſt. ꝙ
nobilitas eſt in dando etiam vltra promiſſa,de dona.c.1.Pau-
ca vero debent recipi.de ſimo.& ſi quęſtiones. Et dicit vetus
prouerbium.Neque omnia neq; ab omnibus, inhumanum
enim eſt a nemine recipere, ſed paſſim omnia ſemper. & a
quolibet,viliſſimum,ff.de officio procon.l.ſolent.§. primo,
Nil vero debemus quęrere:imo nec concupiſcere.de conſti.
nam concupiſcentiam.Secũdo nota,quod debemus nos par
uifacere,ſicut Apoſtolus vocat ſe abortiuum, quod expone,
vt in gloſſ.Paulus. Et in ea ibi:abortiuus, ſiue qui per abor-
2 ſum emittitur. Tertio nota quod † id quod omittitur a lege
ſupplet iudex,de quo in gloſſ.Nam, quod. Et in ea ibi: quęſi
tum, vide de maior. & obed. ſolitę. contrario, ſecundo. Ibi:
& hęc diximus,verſi. & cum, & ibi not. in gloſſ. ſupple Quę
ro circa

Digitized by Google

... qui aſſurgit minoribus fortius de-
2 bet aſſurgere maioribus, Tertio no. arg. a conſuetis: † vt ſi aliquid factum eſt ſemel: præſumitur in ſimilibus etiam factũ poſtea, de hoc in gl. no. ar. Et in ea ibi: ſemiſſe, t. m̃. melius, §. 1. vide de pigno. illo vos, no. 3. Ibi, ex vſu. ſi legauit teſtator vinum vetus ex ipſius vſu. ſ. quot annorum vino pro veteri vtebatur æſtimabitur legatum, Ibi. §. teſtamento, legauit teſtator ſeruo libertatem, & peculium, ſeruus rationem loculorum. ſ. quia tenebat burſam aliquam tempore mortis expenderat, & erat conſuetudo domini, ꝙ amplius in rationem loculorũ expendebat exoluere, propter conſuetudinem illam peculio legato veniet etiam, quod domini ratio debebat, & ſolita erat reddere. Ibi. §. aſinam, vide de uerb. ſig. præterea, in gl. 2. Ibi: ſi numerus nummorum, §. fi. & uide de cenſ. ex parte. no. 4. Ibi. §. quod dicitur, uide, de ſenten. excom. ad hæc. contrario. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas vltima eſt ambulatoria uſque ad mortem.*
2 *Teſtandi libertas pacto auferri non poteſt.*

Ver. cæterum ſicut. Hic quinta, in qua oſtẽdit quare in canone miſſę apponitur uerbum, & æterni. Tẽporalia, abundantiam frugũ, & terrã fluẽtem lac, & mel. Eternam. ſ. uitã æternã, ꝑcor. Hierony. ad Damaſum. Illud, promittens tẽporalia, quæ tranſeunt uelut umbra. rationem, ad docendum quare dictum fuerit, & æterni. Teſtatoris, idest. Chriſti. Apoſtolus ad Hebr. 6. Scriptura, ideſt, ultima uoluntas in ſcriptis redacta, promiſſio ſine ſcriptis, quaſi dicat teſtamentorum aliud ſolenne, aliud nuncupatiuum, de hoc per Hoſtienſ. in ſum. de teſta. §. qualiter conficiatur, & dixi ſupra de teſta. ſuper rub. Apoſtolus, eodem cap. repromiſit. Ioan. texto. Nota, ibi: perſeuerat, ut gloſſ. C. de ſacroſan. eccle.. Et in ea ibi. lege. prima nihil eſt, quod magis debeatur hominibus quam quod ſupremæ uoluntatis, poſtquam iam aliud uelle non poſſunt, liber ſit ſtilus. Ibi: quoniam indignum, in fi. ibi, qui facultates ſuas cupiunt in quacunque inſtrumenti materia conſcribere, & quibuſcunque uerbis uti liberam habeant facultatem.
1 Secundo nota. † quod ultima uoluntas a eſt ambulatoria uſque ad obitum teſtatoris: qa mutari poteſt donec uiuit, quod dicit gloſſ. uerum etiam ſi pactum interuenerit, quod mutari non poſſit. Dic idem etiam ſi iuraſſet non mutare, de hoc de ci materia, quęſt. 2. ultima, & eſt plenius in Spec. de inſtru. edi. §. compendioſe, uer. quid ſi quis iurauerit, & in regula, quod ſemel. lib. 6. Et in hac gloſſ. ibi: pœnitentiam, accipere debemus ſupremam, prouide ſi uxori donauit, deinde pœnituit: mox deſijt pœnitere, ualet donatio. & not. de do. inter ui. & ux. c. fi. in gloſſ. tertia. Ibi l. 3. ſecundus codicillus, primo cõtra ius tollit primum. Ibi. ſi quis, etiam qui hæredem imperatorem inſtituit: mutare poteſt, & alium hæredem inſti-

ſacris vel ſecretis uirtutibus. & de hoc de ſac. non ite. ſuper ru-
3 br. Quæro † cum in corpore Chriſti ſit uerum corpus & verus ſanguis, quomodo hoc fit. Gl. de corpore. refert tres opi. Prima, ꝙ illa ſubſtãtia quæ prius fuit vinum fit ſanguis Chriſti. Secunda opi. ꝙ ſubſtantia panis & vini deſinit eſſe ibi, remanentibus accidentibus. Tertia opi. ꝙ remanet ſubſtantia panis & uini in eodem loco, & ſub eadem ſpecie eſt corpus Chriſti. Similis gl. eſt de conſc. diſt. 2. in ſumma. & de hoc 4. ſententiarum diſt. 11. c. t. 2. & in ſeq. q. Secundo quæro circa tres opi. de quibus in præmiſſa. q. quæ ſit uerior. Gl. ea. dicit ſecundam approbari. de ſum. tri. c. 1. Sed in illo. c. §. vna nihil aliud dicitur niſi ꝙ panis tranſubſtantiatur in corpus, & vinũ in ſanguinem, quod potius facit pro prima opi. Item contra hanc ſecundam eſt ſecundum aliquos: quia ſi quis induitur veſtibus alterius non, ideo conuertitur uel tranſit in illum cuius veſtes induit. tamen ad bonum ſenſum poteſt ſaluari hæc ſecunda opi. & poteſt reduci ad primã opi. & ideo deſinit ibi eſſe ſubſtantia panis & uini: quia tranſubſtantiatur in corpus & ſanguinem. d. c. vna. & ſecundum Hoſt. intellige tranſubſtãtiationem. Ita cum dicitur in prima opi. ꝙ panis fit corpus Chriſti, & uinum fit ſanguis: illud fit ut notet conuerſionem ſeu tranſubſtantiationem, nam hęc præpoſitio, panis fit corpus Chriſti: ſi denotaret materiam, eſſet falſa, panis enim nec fuit nec eſt nec erit corpus Chriſti. Si uero denotet cõuerſionem, uera eſt, vnde etiam. J. §. quæ ſiuiſti. utitur verbo conuertatur, & verbo mutatur, & uerbo tranſubſtantiatur, primo hoc primæ ad Corin. 11. Quidam uero intellexerunt ſecundam opi. ꝙ panis & uinum reſoluitur in præiacentẽ materiã, uel in nihilũ, quod poteſt ille facere qui de nihilo cũcta creauit. Sed ut dicit Thom. 3. parte ſummæ. q 75. ar. 3. neutrũ horum ſignificatur per illa uerba ſorte: hoc eſt corpus meũ. Itẽ, ut idem dicit ibi, ſi fieret reſolutio in primã materiã, non poſſet intelligi de materia prima ita ꝙ ſit materia ſine forma, qa materia ſine forma eſſe non poteſt. oportet ergo dicere ꝙ fiat reſolutio in elementa: quod non procedit, quia ſm̃ hoc oporteret ꝙ elementa in quæ reſoluta eſſet ſubſtantia panis & uini inde deſcenderent per motũ localẽ, quod ſi fieret perciperetur ſenſu. Itẽ, ſubſtantia panis & uini manet uſque ad ultimũ inſtans conſecrationis. In ultimo aũt inſtanti conſecrationis eſt ibi ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti: ſicut in ultimo inſtanti generationis iã ibi eſt forma, vnde nõ erit dare aliquod inſtans in quo ſit ibi præiacens materia. Non. n. poteſt dici ꝙ paulatim ſubſtantia panis & uini reſoluatur in piacentẽ materiam, uel ſucceſſiue egrediatur de loco ſpecierũ: quia ſi inciperet fieri in vltimo inſtanti cõſecrationis, ſimul ſub aliqua parte hoſtię eſſet corpus Chriſti cum ſubſtãtia panis, quod eſt ꝯ hanc literam. J. §. diſtinguendũ. & §. quæ ſiuiſti & §. præterea. de ſum. tri. c. 1. §. vna. Si uero hoc inciperet fieri ante conſecrationẽ: erit dare aliquod tẽpus in quo ſub aliqua parte hoſtiæ neque erit ſubſtantia panis: neque corpus Chriſti, quod eſt inconueniens. Propterea forte illi dixerunt ſub

 diſiun-

Digitized by Google

hoc eſt, aut, quia illuc defertur: aut, quia ibi generatur. Con
ſtat autem, ꝙ corpus Chriſti non incipit eſſe in ſacramento
per motum localem, quia ſequeretur, ꝙ deſineret eſſe in cœ
lo: quod.n. mouetur de loco ad locum non peruenit ad locũ
niſi deſerat priorem. Item corpus localiter motum pertran-
ſit omnia media: quod hic dici non poſſet. Item impoſſibile
eſt, ꝙ vnus motus eiuſdem corporis, localiter moti, terminet
ſimul ad diuerſa loca: cum tñ in pluribus locis corpus Chriſti
ſub hoc ſacramento ſimul eſſe accipiat. Ex his infertur, ꝙ nõ
põt corpus Chriſti aliter incipere eſſe de nouo in hoc ſacra-
mento: niſi per ꝯuerſionem ſubſtantiæ panis in ipſum: quod
aũt ꝯuertit in aliquid, facta ꝯuerſione non remanet: ex quo
infert, qđ prædixi, ꝙ illa tertia op. tollit veritatẽ huius ſacramẽ
ti. Itẽ ꝯtraiatur formę huius ſacramẽti, in qua dicitur, hoc eſt
corpus meum: quod non eſſet verum ſi ſubſtantia panis ibi
remaneret: qa ſubſtantia panis non eſt corpus Chriſti. Et ſic
potius dicendum eſſet: hoc nõ eſt corpus meum, ſecundum
Tho. uel deberet dici hic eſt corpus meum. Item ꝯtraiatur ve
nerationi huius ſacramenti ſi ponatur aliqua ſubſtantia quæ
non poſſit adorari cultu latrię. Itẽ ꝯtraiatur ritui eccleſiæ, ſm
quẽ poſt corporalẽ cibum nõ licet ſumere corpus: cũ tñ poſt
vnã hoſtiam conſecratam liceat ſumere aliam. Item contra
hanc opi. eſt ĩ. §. quæſiuiſti, & quod ibi dico in 1. no. per hoc
ꝯcluditur tenendum primam opi. & ſecundã declaratas, vt p̃-
miſi. ſ. ꝙ hoc eſt per tranſubſtãtiationem. Et in h. d. Laud. ꝙ
4 triplex eſt agens, † quoddam artificiale: aliud naturale: aliud
ſuper naturale, primum, & ſm p̃ſupponũt materiam: licet.n.
poſſint materiam vnam forma diuidere, & in aliã inducere,
non poſſunt tñ rem in totum mutare, in aliam. Sed agens ſu
pernaturale abſolute totam rem producere poteſt de nihilo
ergo fortius poteſt vnam rem in aliam tranſubſtantiare. q̃ ꝗer
go agenti artificiali vel naturali talis tranſubſtantiatio nõ ſit
poſſibilis, inſti. de re. diui. §. cum ex aliena. poſſibilis eſt tñ ſu-
pnaturali. de ſum. trini. c. 1. in prin. ibi: omnipotẽs, & ver. crea
tor. ibi, de nihilo condidit naturam.

S V M M A R I V M.

1 *Subtilitas commendatur.*
2 *Panis, & vinum de quibus conſecratur corpus Chriſti de quibus ma-*
terus eſſe debent.
3 *Conſecratio an de nectare fieri poſſit.*

Ver. diſtinguendum. Hic ſeptima primæ, in qua oſtẽdit, qũo in
hoc ſacramẽto ſunt tria. i. forma viſibilis, veritas corporis, &
1 virtus ſpiritualis. † No ſubtilitatem a commẽdari. de hoc de
a iudi. dilecti. de ſer. capellanus. Secundo no. tria quæ ſunt in ſa
cramẽto, quæ declara, vt in gloſſ. ſ. & in gl. ideſt. Et in eo, quod
hic dr̃ in ſacramento eſſe tria, quorum primũ eſt ſacramẽtũ,
& nõ res, &c. ponit Ab. exemplũ in circulo in taberna, & vi-
no. Circul⁹ enim ſignificat tabernã, taberna deſignata a circu
lo deſignat vinum venale. Sed vinum ibi repertũ nil vlterius
deſignat: ſed eſt res ab illis duobus deſignata. Circulus ergo
eſt deſignatus, taberna ſignatum, & ſignans, vinum vero ſi-
gnatum. Ad propoſitum, forma panis, & vini ſignat veritatẽ
corporis, & ſanguinis. Signatum eſt ipſa veritas corporis, &
ſanguinis, & cum hoc eſt ſignum virtutis vnitatis, & charita
tis. Ipſa vero virtus vnitatis, & charitatis eſt ſignatum p gemi
num ſignum p̃miſſum, & non eſt alterius ſignũ, ſm hoc in-
2 tellige gl. p̃miſſas. † Quæro, in eo, ꝙ hic dicit de forma panis
& vini: de quo debẽt eſſe. Dicit Inn. ꝙ panis debet eſſe de gra-
nis frumenti: & vinum de vuis: de conſe. di. 2. in ſacramento.
Ex hoc, vt refert Inno. videtur aliquibus, ꝙ alia grana non trã
ſubſtantiantẽ. Item ſecũdum eum videtur aliquibus, ꝙ de agre
ſta, vel vino inſpiſſato per decoctionẽ, & facto nectare: & de
aceto non fiat ſanguis: ſed in his vt dicit Inn. non eſt bonum
iudicare. Et melius eſt omittere q̃ de talibus conficere: quia
aliqua ex prædictis generant abhominationem, & in tanto ſa
crificio conficiendo, pulcherrima ſunt eligenda. de prædictis

uerit. Nam & ſi colerur p ...
& quamuis mutentẽ accidentia: ſicut color, ſapor, & odor, ſpẽs
tñ nõ mutatř, ſicut aqua colata per cineres, quia remanet. vñ
dicunt hi ꝙ in lixiuio baptizari põt. Dicunt ẽt, ꝙ de vino ꝙ ali
quantulum acuit: ſed oĩno ſpeciem vini non mutauit confi-
ci põt, ſecus ſi oĩno ſit acetũ, ita ꝙ ſpẽs vini ſit mutata. p hoc
ff de contrah. emp. in venditionibus, ante fi. facit quod not. ſ.
ti. j. c. pe. Per hoc videretẽ dicendum de agreſto, de quo dixi ſ.
ea. q. ꝙ in eo ꝯfici non põt, illud procedere qñ hẽt materiam
oĩno ſeparatã a vino: alias ſecus. Dic tñ in p̃dictis non temere
iudicandum: ſed potius a celebratione abſtinẽdum: vt ſ. ea. q.
præcipue. quia, vt ſ. dixi pulcherrima ſunt in hoc eligenda, de
muſto autem nõ eſt dubium, ꝙ in eo ꝯfici põt. quia eſt vinũ
expreſſum de vuis, qđ requiritur: vt ſ. e. q. pro hoc de cõſe. di.
2. cum omne, vltra medium, & de prædictis, ĩ. §. quæſiuiſti.

A D D I T I O

a Subtilitatem. Adde glo. in cle. diſpendioſam. de iudi. c. literas. de reſtit. ſpolia.
obitum, 12. q. 5. l. ſi ſeruum. ff. de verb. oblig.

S V M M A R I V M.

1 *Præſumptio iuris pro apoſtolicis traditionibus.*

Ver. credimus. Hic octaua primæ, in qua, vt di
cit gl. ex p̃miſſis ꝯcludit ſolutio
1 nem principalis q. No. præſumptionem iuris † ꝙ ea quæ pro
dita ſunt a patribus, præſumuntur ꝓdiſſe a Chriſto, & per ip-
ſum ad Apoſtolos: & per Apoſtolos ad eorum ſucceſſores, p
hoc quod nota. 68. diſt. cor. epiſcopi. in glo. ſed nonne.

S V M M A R I V M.

1 *Sacramẽto Euchariſtiæ aqua cum vino tranſubſtantiatur in ſanguinẽ.*
2 *Sacramento altaris plene eſt veritas, & figura.*
3 *Accidentia naturaliter non mutant ſubiectum.*
4 *Aqua in calice quid ſignificet.*
5 *Aqua ſi prætermitatur in calice an ſit ibi uerum ſacramentum.*
6 *Aqua ſola ſi ſit in calice an ſit ibi ſacramentum, & ui. nu. 7.*
8 Dictionem, & cum, natura, & nu. 9. & 10.
11 *Aquam non tranſire in ſanguinem, an ſit verum dicere.*
12 *Ciſtercienſium conſuetudo circa vinum perfuſionis.*
13 *Mixtione natural in ullum mixtibilium retinet ſuum eſſe ſecundum*
phiſicos.
14 *Miracula quot, & quæ ſint in ſacramento altaris.*
15 *Tranſubſtantiatio in ſacramento quando fiat.*
16 *Sacramentum an ſit verum ſine appoſitione aquæ.*
17 *Sacramenti altaris fructus quot ſint.*

§. Quæſiuiſti. Hic ſcđa principalis, & h. d. In ſacra-
1 mẽto † Eucharistię aqua cum vino
tranſubſtantiatur in ſanginẽ. Scholaſticos, qui ſequũtur ſcho
las, ſiue doctores, ſiue ſcholares, & idem verbum de reſti. ſpo.
a c. 1. lib. 6. In calice a no. extra de ꝯſe. diſt. 2. cum omnes. Acci-
dentibus, non.n. poteſt cõmiſceri corpori: vt ĩ. q. 7. vini olim.
nũc trãſubſtãtiati. Non madidans, 1. & ita non madidat. Ab.
vel. i. non hume faciens. Lucanus in primo. Fraterno primi
maduerũt ſanguine muri. de quo ver. no. ff. de re. diui. l. vl. vbi
de Romulo. & 7. q. 1. in apibus, Circumfuſum. i. circuntectũ:
Ab. dicit Hoſt. circũfuſum. ſ. corpus, & ſanguinem, circa, qđ
eſt uinum appoſitũ in parua quantitate, ita, ꝙ maneãt accidẽ
tia q̃ prius erant. Hoſt. & dic plenius: vt ĩ. q. 8. fuerit appoſita
in parua quãtitate, ſicut nunc dixi de vino. Aqua. corpore ꝯſe-
crato in altari ſacramẽti redẽptionis, & regenerationis, ĩ. c. ſe
cundo imo charitatis redẽptionis, & unionis: vt ſequit Hoſti.
multi. apo. 17. legitẽ. Iſai. 32. ſeminani, p̃dicando. de noſtro. ſ. hu
manitatem, de ſuo. ſ. redemptionem in paſſione, vel. i. carnẽ
ſuã in altari, vnionẽ, de ſum. trini. dãnamus verſi. cum ergo.
2 Inquit. Io. 17. No. ꝙ in ſacramento † hoc plene eſt veritas, &
figura. Et exponi glo. in uer. figura, quod ineſt. figura. ideſt ſpe
cies panis, & uini, & fuit gloſſ. Tan. Et ex hoc infertur, ꝙ non
eſt ibi

A D D I T I O.

a In calice. Adde c. in ſacramentorum & in c. non oportet, de cõſe. diſt. 2.

Digitized by Google

[illegible] per aquam ſignificantur
populi.pro hoc,quia ſicut aquę fluunt, ita & homines. 2.Re-
a gum 14.omnes morimur a & quaſi aquę dilabimur,quod di
xi de ſepul.ſuper rubri.oſtendit igitur hæc admixtio, Chriſtũ
fuiſſe pro humano genere paſſum : & humanum genus per
paſſionem redemptum.Alias ſignificationes aquę ponit Hie
ronym.ſuper Hiere.19.cap.Quæro de intellectu literæ, in eo
quod dicit,ꝙ aqua cum vino tranſit in ſanguinem.Solu.vt in
glo.contra iſtos, & in glo.1.vinum. Et dicit Innocen. ꝙ veri-
tas videtur ꝙ panis tranſubſtantiatur in corpus& vinum &
aqua ſimul in ſanguinem.de conſecra.diſtinct. 2. capitu. 1. &
2.quia in calice non eſt tantum vinum nec tantum aqua: ſed
vtrunque permixtum,vt ibi: quia ſi eſſet tantum vinum, ibi
eſſet Chriſtus ſine nobis: & ſi tantum aqua, ibi eſſet eccleſia
ſine Chriſto.Coniunctio enim aquę & vini ſignificat coniũ-
ctionem Chriſti & eccleſię.Dicit Hoſtien.ꝙ id quod dicit In
nocen.aquam & vinum tranſubſtãtiari in ſanguinem, debet
intelligi ꝙ aqua non tranſubſtantiatur per ſe,ſed tantum qua
tenus eſt mixta vino,& ideo verius dicitur,ꝙ vinũ aqua mix-
tum tranſubſtantiatur,& niſi ſic exponeres dictum Innocen.
error eſſet per id quod dicitur,inf.quæſt.7.& de h.d.glo.præ-
miſſa.i.vinum. Et ad contraria quæ formantur in glo. contra
iſtos dic vt in d.q.7.& ibi plenius declarantur præmiſſa,& per
hoc etiam ſoluitur ſequen.quæſt.Secundo quæro, quid ſi in
5 calice † ex negligentia prætermittitur aqua.Dicit Innocen.ꝙ
nihilominus videtur ꝙ ſit ibi verum ſacramentum: ſed non
perfectum.Et dic non perfectum quantum ad ſignificationẽ
de qua in litera,& in proxi.q. Sed quantum ab ſubſtantiam ꝑ
fectum eſt.pro hoc inf.eo. §.ver.verum.Et propter ſignifica-
tionem prædictam, quia aqua ſignat populum : vt in litera,
dicit Innocen.ꝙ debet ita parum de aqua poni in calice ꝙ vi-
num eam abſorbeat: quia Chriſtus non mutatur in eccleſiã,
ſed eccleſia in Chriſtum,vnde Auguſtinus vij. cõfeſſionum,
Cibus ſum grandium,creſce & manducabis me,nec me mu-
tabis in te:ſicut cibum carnis tuæ,ſed tu mutaberis in me.Sũt
& aliæ rationes quare minus ponitur de aqua, de quibus inf.
capitu.pernicioſus.Tertio quæro, quid ſi in calice eſt tãtum
6 aqua.†Dicit Innocen.ꝙ eſt ibi ſacramentum,& ideo quando
cunque perpenditur,antequam ſumat, debet reincipere ver-
ba per quæ fit conſecratio calicis cum omnibus ſequentibus
orationibus Intellige tamen ꝙ prius apponet vinum. Et ſecũ
dum Innocen.non refert ſi aliqua inferantur verba quæ refe
runtur ad ſacramentum corporis,ſicut illa,panem ſanctũ vi-
tæ eternę,& illa,ſacroſanctum filij tui corpus, quia non ſunt
illa verba per quæ conficiatur corpus : ſed illa, hoc eſt corpus
meum.In hoc tamẽ dicit Hoſtien.quando reiterat, ſi nondũ
ſumpſit corpus Chriſti,non debet ſigna facere quæ iam facta
ſunt.Si vero ſumpſiſſet corpus: & deinde ex guſtu vel aſpectu
perpendit in calice eſſe ſolam aquam.Dicit Innocen.no vide
ri ꝙ a capite debeat incipere,ſed dimittat,& de negligentia pę
niteat,deinde dicit melius videri ꝙ nunquam guttet de aqua

ſi quis ancillas.In alijs idem operatur ff. de vſufru. accre.ſi qs
Titio.commod.ſi vt certo.§.ſi me rogaueris.de hoc,C.de ver
bo.ſign.l.2.per gloſſ.& Cyn.& in d.l.ſi cui.per Barto. Dic cla-
rius,quod inter illa quæ ſui natura ſunt diſiuncta, tantum va-
let,cum,quantum,&,ita loquitur §. ſi nihil.præalle.vbi dici-
tur, quod nihil diſtat an ita legetur, Titio & Meuio : an Ti-
tio cum Meuio, ſecus inter illa quæ non ſunt ita diſiuncta
quin vnum poſſit accedere alteri, ſicut fundus & inſtrumen
tum, & ſicut hic vinum & aqua conuerti. Nam aqua poteſt
miſceri vino,& ecõuerſo.Ideo refert,an dicatur vinũ & aqua
conuerti.An dicatur aqua cum vino:ſeu vinum aqua mixtũ.
Io.cal.pro diſtinct.l.a.de ra.inducit ff. de uſu. ac. ſi quis Titio.
de or.cog.c.2.in prin.de regu. cum uirum. de conuer. coniu.
ex parte.de fortil.c.1.cum ſi. & poteſt eſſe ratio ſecũdum eũ,
9 quia dictio†cum,notat coniunctionem & vnionem rerum
& perſonarum:ſed copula,&,notat ſingularium rerum & di-
uerſarum coniunctionem, facit de elect.quia diligentia. & c.
cum in cunctis & c.quia propter.de vi.& hone.cle.c.a.de his
quæ fi.a præla.nouit.de conuer.coniu.ad apoſtolicam.de app.
c.pe.lib.6. Et pro vtraque parte dicit poſſe induci. ne ſe.va.c.
vno.lib.6.& de reſcrip.ſi pro te.eo.lib.pro prima autem parte
diſtinctionis facit ſecundum eum de ſepul.de his,qui cle. vel
vo.inſinuante de præb.pro illorum.de reſti. ſpo. ex tranſmiſ-
ſa c.grauis,cum ſimi.Deinde cum dicit,ꝙ dictio,cum,quãdo
notat vnitatem,ſimul requiritur vtrunque:ſed quando copu
latiue coniungit,non vnit,niſi natura negotij vel forma man
dari aliud inducat:vt in q.ſeq.Dic clarius vt dixi ſupra e. q. Et
ex his infertur ad q.ſeq.Sexto quæro circa id qđ dixi in prox.
10 q.†ſi Papa ſcripſit pro aliquo vt ei prouideretur de dignitate
eccleſiæ cum canonicatu & præbenda.An canonicatũ & præ
bendam habere poterit,dato ꝙ non vacet dignitas. Sol. quæ-
ſtio videtur impertinens ad hoc c.ſed eſt pertinens ad ea quæ
dicta ſunt in proxi.q. Et uidetur aliquibus ꝙ non poterit pro-
uideri,quia coniunctio,cum,videtur facere conditionem, &
ſic ceſſat gratia niſi vacent utraque ar.ff.de condi. & demon.
Iulius Paulus.Et hoc potiſſime in mandatis, de præb. cui de
non,lib.6.Contrarium tenet Io.an. ſi appareat Papam id intel
lexiſſe.facit,ff.de le.1.ſi ancilla cum liberis & l.ſi cui ſerui & l.
ſi quis inquilinos.§.ſi ita.de ver.ſign.triplici, de manu.teſta.ſi
ita fuerit §.fin.& quod ibi no. de vſufru. accre. ſi mulieri. pro
hoc facit quod dixi in proxi.q.quia dictio, cum,cadit hic in-
ter diuerſa:ergo operatur idem quod dictio, &,cõſtat autem
ꝙ ſi in literis eſſet copula,etiam,vbi eſt, cum, non eſſet quæ-
ſtio.de præb.quia ſæpe lib.6.de hoc in reg. nullus ex conſilio
lib.6.Septimo quæro,in eo quod dicit litera in ver. præterea,
11 †poſſe dici ꝙ aqua non tranſit in ſanguinem. An hoc ſit ve-
rum.

ADDITIO.

a Omnes morimur. Adde tex. in c.in eccleſiaſtico 13.q.2.

Digitized by Google

tet, non eſt mirum ſi abſorptis ſpeciebus uini appoſiti dicamus abſorberi & ipſum uinum: quia maius & fortius eſt ſacramentum quam uinum ar. de tranſla. cap. 2. & in hoc uidetur obſcure loqui: licet ſenſus eſt, quod cum ſpecies aquę abſorbeantur a ſpeciebus uini, & ſic uinũ fortius eſt. Ideo ſicut ſi poſt conſecrationem apponitur uinum in parua quantitate abſorbetur a primo, ita ꝙ ſubſtantia uini tranſubſtantiata in ſanguinem trahit ad ſe ſubſtantiam iſtius noui vini. Ita ꝙ etiam hoc eſt tranſubſtantiatum, cum fortiora ſint ſpiritualia quam carnalia. d. ca. 2. Ita idem dicendum de aqua appoſita, cauſatur autem obſcuritas in verbis. Hoſtien. quia ſimul ꝓ ſequitur de aqua poſita in calice poſt conſecrationem, & de vino appoſito. Secundo vero caſu quando tanta quantitas apponitur ꝙ ſpecies appoſiti non abſorbentur. Dicit Hoſtien. adhærendum primę opin. Ratio diuerſitatis, quia poſt conſecrationem fit ſimplex appoſitio ſine miraculo, vnde nil mutationis poteſt ibi notari vltra naturalem rationem: ſed vbi prius fit appoſitio, & ſequitur conſecratio, tota fit miraculoſe & ſupra naturam. Ex hoc infert Hoſtienſis, etiam tenendo hanc opi. ꝙ aqua non tranſeat in ſanguinem, ſed abſorbeatur a vino, infertur quod dicit glo. in ver. non tranſit. cum dicit, ꝙ ſumens talem aquã non eſſet ieiunus. quia imo eſt, nec aqua impedit, cum ſit annihilata. Oppo. ad hoc de iſta litera, in eo quod dicit, ꝙ ſi poſt calicis cõſecrationem aliud vinum mittatur in calice, illud non tranſit in ſanguinem, ergo nec aqua poſt conſecrationem appoſita. Sol. Hoſtien. videtur ſtare contrario. Dicit enim, quod vinum poſitum poſt conſecrationẽ ideo non tranſit in ſanguinem, quia ſecundum Ariſtotilem. Mixtio eſt mixtibilium alteratorum per minima vnio, pro hoc, quod dicit gloſſ. in ver. phiſici. Conſtat autem ꝙ ſanguis alteratus non eſt: ſed uinum eſt tranſubſtantiatum in ſanguinẽ: & ideo non poteſt commiſceri cum vino: ſed ſolum priores ſpecies quæ alterationi ſubiacent, commiſcentur cum vino appoſito, & ipſius ſpeciebus quæ poſſunt alterari. Et hoc placet. ex quo dic, quod ſi aqua modica poſt conſecrationẽ miſcetur vino quod eſt in maiori quãtitate quam ſit aqua. q̃quam tranſeat in vinum, vt dicitur ſecundo de generatione, eius tamen ſubſtantia non tranſubſtantiatur. Nam ſicut vinũ appoſitum non tranſubſtantiatur: ita nec iſta aqua quæ tranſit in vinum: Oppo. ad hoc ſupra titu. 1. quod in dubijs. Solu. vt ibi dixi in 1. contrario. Et hæc quæ dicta ſunt in hac quæſt. plenius declarantur in quatuor ſeq. qõ. Octauo quæro de intellectu literæ in eo. quod dicit, qđ vinũ appoſitũ calici poſt conſecrationem circunfunditur corpori quod ſub eo latet nõ madidans circunfuſum. Solu. per id quod dixi in litera in ver: circunfuſum. & dic plenius ſecundum Hoſtien. ꝙ hoc tunc videtur habere locum quãdo aliquę reliquię remanent de sãguine, & apponitur multum de vino: tunc enim cenſetur totum vinum, & nihil remanet ibi de ſanguine, unde ſi ſuſcipiatur hæc ſuperfuſio, celebrationẽ impediet illa die. ſup. capitulo, ex parte. Et in hoc notat Hoſtien. ꝙ ſacerdos in receptione ſanguinis ipſum ſuggendo decenter & ſine tonitu debet euacuare calicem quantum poteſt, & poſtea vinum in competẽti quantitate ſuperfundere: & quamuis aliqui faciant vnam tantum ſuperfuſionem, laudabilior tamen eſt conſuetudo aliorum qui faciunt duas, per hæc verba apparet quod Hoſt. intelligit hanc literam, quando poſt calicis conſecrationem vinum additur in calice poſtquam ſacerdos ſanguinem ſumpſerat. Ideo Hoſtien. intellexit, quod aliquę reliquię ſanguinis remanſerant: ſed litera non ſic loquitur: imo aperte loquitur de ſanguine exiſtẽte in calice. Sed Hoſtien. conſiderauit, ꝙ hoc nũquam fieri ſolet ꝙ addatur vinum niſi ad fuſionem. Item in eo quod dicit Hoſtien. ꝙ, ſi addatur multum de vino, reliquię ſanguinis fiunt vinum: declara hoc vt J. tribus. ſeq. q. Et ꝙ iſta litera habuit reſpectum ad caſum quo vinũ appoſitum non facit deſinere eſſe ſanguinem Chriſti: vt qa quantitas quæ admiſcetur, eſt minor quantitate cui fit admixtio. & hoc in alio liquore, qui eſt alterius ſpeciei quam vinũ. Nam ſi vinum admiſcetur vino, non videtur curandum quãta ſit quantitas: quia per hoc non mutatur ſpecies, tamen adſufficeret, pro communione ...

quid uino; minus tamen quam ſit ibi de ſanguine, an cenſetur totum eſſe ſanguis. quæſtio non procedit, quia alij quam celebrantes non communicant ſanguine. ſupra eo. ex parte. no. 1. & de hac quæſtione etiam ibi: præſuppoſito autem ꝙ procedat, dicit Hoſti. per ea quæ dixi in proxi. q. quod no. Nã tranſubſtantiatio non fit niſi per uerba canonis. infra c. de homine. 1. reſpon. ſupra eo. c. in prin. uinum ergo appoſitum circunfunditur, non madidans circumfuſum, ut hic: quia Chriſtus non eſt ibi per effuſionem, ſed per corporis glorificationem, eſt ibi totum corpus integrum & glorificatum, ſicut uinum proiectum ſuper hominem non madidaret ſanguinẽ uenarum. unde tale vinum recipiens non eſt ieiunus: ut dixi in proxi. q. quod procedit quando eſt in tanta quantitate ꝙ non abſorbetur a primo: alias ſecus, ſicut dixi in prox. q. de aqua appoſita in modica quantitate, quæ etiam ſi non trãſeat in ſanguinem: tamen ſumens non deſinit eſſe ieiunus. dic ꝙ imo deſinit, quia aqua non tranſubſtantiat. ut ſupra ea. q. & prędenti. hoc aũt caſu quando poſt conſecrationem admiſcetur uinum, per hoc non deſinit eſſe ſanguis ille qui prius erat. Et hoc intelligendo, ꝙ liquor qui admiſcetur ſanguini ſit ita modica quantitate ꝙ ſpecies primi uini ſiue accidẽtia, puta color ſapor & odor non corrumpantur. Ipſis enim corruptis deſineret ibi eſſe ſanguis. Decimo quæro, ſi pars liquoris admixti eſt tanta in quantitate quanta eſt quantitas ſpecierum uini, uel maior. Solutio ſecũdum Phiſicos in mixtione

13 † naturali nullum mixtibilium retinet ſuum eſſe. & hoc ſi ęqualis eſt mixtio, ſed ſi maior eſt proportio alterius, ut quia nouem lagenæ uini miſcentur cum quinque lagenis aquæ, non eſt mixtio, ſed augmentum dominantis. hoc enim caſu totum dicitur uinum, fit tamen alteratio ſpecierum uini, & ob hoc dicunt aliqui, quod his duobus caſibus non manent primę ſpecies, ſed ut tertium, ſicut ex farina & aqua mixtis fit panis, per hoc uideretur inferendum, ꝙ ſi additur aqua in calice, alterentur ſpecies uini, & ſic deſinat ibi eſſe ſanguis. Ad quod dicit Hoſtien. ꝙ rationes naturales in hac materia non admittuntur inf. eo. §. uer. contingit. Dicit ergo, ꝙ licet alius liquor admiſceatur ſanguini, tamen ſi viſibiliter remanent priores ſpecies uini, non deſinit ibi eſſe ſanguis, & de hoc nõ poſſet certa mẽſura tradi, ſed poteſt magis ſenſu percipi quã aliqua locutione exprimi, ſicut & alias dicitur. ff. de ſol. ratũ. rem rat. habe. quo enim. de dona. apoſtolicæ. poteſt enim uinum adeo potens eſſe & adeo rubeum & odoriferum: ꝙ etiã ſi, multum de aqua miſceatur non perdetur ſpecies uini, nec in colore nec in ſapore. Et in eo quod dixi, ꝙ rationes naturales non admittuntur in hac materia. dicit Hoſtiẽ. ꝙ ratio eſt, quia philoſophi loquuntur naturaliter, & de mixtibilib. nos autem de immixtilibus, & de his quę ſunt ſupra naturam & miraculoſe fiunt. Aliud autem eſt in oleo non cõſecrato qđ admiſcetur oleo ꝯſecrato, quia ſine periculo fidei dicere poſſumus totum conſecratum ſupra titu. 1. quod in dubijs. quia nulla ibi fit tranſubſtantiatio. Illud tamen uidetur intelligendũ qñ oleum ꝯſecratum eſt in maiori quãtitate q̃ nõ cõſecratum. Hoſt. Vndecimo quęro, in eo ꝙ hic dicit, in ſacramento

14 eſſe miraculũ quę & quot ſint hęc miracula, dic ꝙ decẽ, de qbus nõ poſſunt aſſignari rõnes, ſed aſſigãntur ſimilitudines. Primum eſt, tranſubſtantiatio panis in corpus, & vinum ſanguinem. & de hoc eſt ſimilitudo in cibo & potu qui mediante natura fiunt humana caro. Secundum, tota die tranſubſtãtiatur & nullum augmentum fit in Chriſto, ſimile in ſecreto manifeſto. Tertium, quia tota die ſumitur nec minuitur ſimile in lumine accẽdente alia lumina. Quartum, ꝙ indiuiſibile diuiditur, & in qualibet parte totum remanet, ſimile in ſpeculo. Quintum, quia a malis ſumptum non coinquinatur. ſimile in ſole qui tranſit per loca fetida. Sextum, quia Inhabilibus eſt mortale; ſimile in ſanis cibarijs quæ infirmis ſunt nociua. Septimum, quia ſumptum rapit in cœlum. Incontaminatus enim exiuit de virginis corpore, & incorruptus de monumento clauſo. Octauum, quia immenſum ſtat in parua hoſtia: ſimile in paruo oculo magnum montem comprahenden-

Digitized by Google

ad hoc habente, ſit verum ſacramentum, in quo vere eſt corpus & ſanguis Chriſti, & dicit Thom. parte 3. quæſt. 75. artic. 1. quod ſenſu depræhendi non poteſt verum corpus Chriſti & ſanguinem eſſe in hoc ſacramento, ſed ſola fide, quæ authoritati diuinæ innititur, vnde ſuper illud Lucæ 22. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Dicit Cyrillus, non dubites, an verum ſit, ſed potius ſuſcipe verba ſaluatoris in fide: cum enim ſit veritas, non mentitur. Eſt autem conuenies quod corpus & ſanguis ſit in hoc ſacramento vere, & non in figura, propter perfectionem legis nouæ. ſacramenta enim veteris legis verum ſacrificium paſſionis Chriſti continebãt ſolum in figura, ad Hæb. quarto vmbram habens futurorum bonorum, non ipſam rerum imaginem: & ideo oportuit vt aliquid plus haberet ſacrificium nouæ legis a Chriſto inſtitutum, vt ſcilicet contineret ipſum Chriſtum paſſum non ſolum in ſignificatione vel figura, ſed etiam in rei veritate, & ideo ſacramentum quod ipſum Chriſtum realiter continet, eſt perfectiuum omnium aliorum ſacrametorum in quibus virtus Chriſti participatur: vt dicit Dyoniſius 4. c. eccle. Hierarchię. Secundo hoc competit charitati Chriſti, ex qua pro ſalute noſtra corpus verũ naturę aſſumpſit, & quia maxime proprie amicitię eſt conuiuere amicis: vt dicit philoſophus 9. ethi. ſui præſentiam corporalem nobis repromittit. Matth. 24. Vbi fuerit corpus &c. Ioan. 6. Qui manducat meam carnẽ & bibit meum ſanguinem in me manet & & ego in eo. Ad hoc de conſe. diſt. 2. ego Berengarius, & duobus c. ſeq. & pluribus alijs 100. diſ. Quod aũt percipiatur ſola fide, ꝙ ibi ſit verũ corpus & verus ſanguis: non autem illo ſenſu, hoc competit perfectioni fidei, quæ ſicut eſt de deitate Chriſti, ita & de eius humanitate. Io. 14. Creditis in Deum & ĩ me credite. Et quia fides eſt inuiſibiliũ, ſicut diuinitatem ſuã nobis exhibet Chriſtus inuiſibiliter, ita & in ſacramento carnem ſuam nobis exhibet inuiſibili modo. Et circa h. d. Tho. e. q. ar. 4. ꝙ ſit conuerſio totius ſubſtantię panis & vini virtute agẽtis infiniti. Agẽs enim finitũ non põt formã, in formã nec materiã in materiã mutare: ſicut albedo nõ ſit nigredo primo phiſicorũ. Sed virtute agẽtis infiniti qđ habes actionẽ in totũ ens, põt talis conuerſio fieri, ꝙ vtrique formę, & vtriq; materię eſt communis natura entis, & id quod eſt entitatis in vna, poteſt autor entis conuertere in id quod eſt entitatis, in alia, ſublato eo per ꝙ ab illa diſtinguebatur. Actio enim agentis in finiti ſe extendit ad totam naturam entis. Dic ergo, ꝙ hæc eſt conuerſio totiꝰ ſubſtantię panis in totam ſubſtantiam corporis Chriſti, & totius vini in totam ſubſtantiam ſanguinis Chriſti, & non eſt conuerſio formalis, ſed ſubſtantialis, nec continetur inter ſpecies naturalis motus: ſed proprio nomine poteſt dici tranſubſtantiatio. Decimotertio quæro de intellectu literæ ibi, vt expreſſius eluceat proprietas ſacramenti. Sol. dicit expreſſius, nam expreſſe eluceт etiam ſi diceremus aquam non tranſubſtantiari. Nam & ſine appoſitione aquæ verum eſt ſacramen

8 *Orationes Gregorij quomodo profuerint Traiano.*

§. Tertio loco.

Oratio quæ dicitur in ſecreta in feſto ſãcti Leonis, immutata eſt, qa vbi dicebat, annue nobis domine vt animę famuli tui Leonis hæc proſit oblatio, hodie dicitur, vt interceſſione Beati Leonis hæc nobis proſit oblatio, & hoc, quia ſancti noſtris orationibus non indigent, ſed nos ſuis. Primo ponitur quæſtio. Secundo ſolutio, ibi: verum, ſecreta. i. in oratione ſecretę quæ dicitur in feſto ſancti Leonis. In vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli. Tan. & Vincent. ſacramentarijs. i. miſſalibus, qbus continentur orationes dicendę in miſſis, & in exhibitione ſacramentorum ſic 38. diſtin. quæ ipſis. oblatio. eadem correctio inuenitur in ſecreta Beati Gregorij. ſanctis alijs confeſſoribus virginibus & omnibus electis, propitiationes. i. ꝙ do-
1 minus propitietur eis in mitigatione pœnarum. † No. ꝙ non ſemper ſtatur antiquitati, ſicut hic non ſtatur antiquiorib. codicib. pro hoc de ſac. vnc. c. vno. ad fi. Secũdo no. ibi, ſacræ ſcri-
a pturæ, pro generali allegatione, ad hoc de cohabit. cle. veſtra. Tertio no. illud, iniuria facta martyri &c. & fuit dictum Aug. vt legitur 4. ſententia 45. diſtinct. cap. 1. in fi. & originaliter in ſermone de verbis apoſtoli. homil. 17. Quarto not. pro argumento a ſimili, ibi, ratione conſimili. de hoc de conſtit. tranſlato, & hic in glo. argumentum, & ibi, illud, vide hanc & ſe. in
2 capitu. cum dilecta. ver. nos igitur. no. 2. † Quinto not. ꝙ orationes noſtræ non proſunt ſanctis, quod dixi in ſummario, & ratio eſt in litera, quia iam ſunt perfecte beati, vnde quod pro eis petitur intus habent, ſimile. ff. de verbo. obligatio. l. nemo rem ſuam. & de oratione & eius effectu no. de venera. ſan. clemen. vna. in glo. de oratione. Sexto no. diſtinctionem literæ
3 inter valde bonos &c. & an aliqui tantum in malo † quantũ in bono creſcere poſſint, no. 47. diſtinct. omnes. vbi glo. vlt. dicit ꝙ non, quia charitas poteſt in infinitum extendi, malicia vero non, dic contra, quia communior eadem diſciplina, & pro hoc iſta litera in eo ꝙ dicit de valde malis ſicut de valde bonis. Sed forte illa gl. habuit reſpectum, quia in hac vita aliqui confirmati fuerunt per gratiam in charitate, ita ꝙ peccare mortaliter nõ potuerunt. Nonnulli autẽ fuerunt ita reprobati, quin potuerint pœnitere. Oppo. ꝙ non procedat diſtinctio literæ hic in fi. in eo quod dicit valde malis, &c. & relin-
4 quit in dubio qualiter proſint iſtis orationes: † cum tamen hoc ſit determinatum 13. quæſt. 2. tempus. vbi dicitur ꝙ pro n õ valde malis orationes ſunt propiciationes. Gl. Sol. ꝙ forte hic reliquit in dubio, quia dubiũ eſt qui appellentur mediocriter mali. qđ proſequere vt in glo. Et dic, ꝙ ſm Theologos mediocriter mali & mediocriter boni idem dicũtur 4. ſniarũ diſtin. 43.

ADDITIO.

a Pro generali allegatione. Ad. de Ant. de Bu. in c. 3. de præben Abb. in c. propoſuit. & in c. ſuggeſtum. de appel.

glo.non perſiſtit in hoc quòd mediocriter boni & mediocriter mali ſint in ſtatu ſaluationis,imo ibi,vel melius,vult ꝙ ſoli mediocriter boni ſint in ſtatu ſalutis. In eo quod dicit,mediocriter malos eos qui commiſerunt mortalia, & ſic ſunt in inferno.Ideo ſurgit dubium, quomodo procedat ꝙ in litera dicitur,quod omnes orationes pro mediocriter malis ſunt propitiationes,ad quod reſpondet glo. & dic,vt in ſeq.quæſt. Sed tamen melius eſt intelligere mediocriter malos eo modo quem dixi ſup.eod.contrario.pro his qui ſunt in purgatorio,& tunc ceſſat ſequens quæſtio.Et in hac gloſ.qui deceſſit in mortali,quod intellige nota in præalleg.c.pro obeuntibus & ea.q.non æſtimemus.& 11.q.3.ſi quis epiſcopus,ut abbas, in quibus not.an eccleſia oret pro malis viuentibus. Ibi:lectura vide de accu.veniens.contrario.7.Quæro,præſuppoſito quod

6 † mediocriter mali dicantur qui deceſſerunt in mortali, ſed non tantum delinquerunt quantum valde mali,quid vult dicere litera ꝙ orationes pro talibus ſunt propitiationes. Gloſſ. eod.ibi:& ſecundum hoc intelligit, ꝙ orationes talibus proſunt remittendo ſecundum proportionem & non ſecundũ quantitatem:puta ſi per orationes primas remittitur decima pars pœnæ,per ſecundas iterum remittitur decima pars pœnæ remanentis,& ſic vlterius, vnde nũquam venietur ad hoc, ꝙ pœna ex toto ſit ſublata,& hæc etiam no.glo.13.q.2.tempus & de hoc ſecunda,ad Corint.5.in glo.ſuper ver.ſiue bona fecerint,& in ſum.Hoſtien.de pœni.§.quibus mortuis,& ponitur exemplum,quia decima.10.librarum ſunt 20.ſolidi.& remanent nouem libræ,quarum decima ſunt 18.ſolidi.& ſic vlterius.Nam licet veniat ad quantitatem quæ non poterit facile diuidi,exterius tamen ad intellectum diuidi poterit vſq; in infinitum.Et ſecundum hoc,verbum, expiationes, poteſt intelligi dupliciter,vno modo.i.plene purgationes: & ſecundum hoc quod dicit de mediocriter malis oportet intelligi, vt dixi in proxi.contrario: pro his qui ſunt in purgatorio,poteſt etiam ſecundo exponi expiationes.i.alleuationes,& tunc procedit quod dixi ſup.e.q. ꝙ mediocriter mali dicantur qui ſunt in inferno. Et tunc ponitur exemplum quomodo poſſint alleuiari pœna non ſublata: ſicut ſi quis tempore æſtiuo portet magnum pondus: & aliquis eum reficiat potu uel cibo retento pondere facilius portat pondus, tamen non diminuitur:ſed ille fortior fit ad portandum:& ſic in eo eſt propitiatio.i.mitigatio, & hoc exemplum eſt melius quam id quod dixi ſup.ea.q.ſecundum glo.Illa enim opi. in eo quod vult ꝙ primo remittitur decima pars pœnæ, & deinde decima pars pœnæ remanentis, & ſic vlterius non procedit: quia vt dicit Io. Cald. licet ille modus diuidendi procedat in quãtitatibus continuis,non tamen poteſt referri ad quantitatem ſpecialẽ: & non apparet quid uelit dicer per quantitatem ſpecialem: & melius dixiſſet quod ille modus non procedit quando in ſecunda uice debet tantum remitti quantum in prima,& ſic vlterius.Dicit etiam,ꝙ non eſt aliqua ratio quare ſecundum ſuffragium minus de pœna in quantitate diminuat,quam primum, ſi ſit æqualis valoris, per hoc enim deberet eſſe æqualis effectus.de elec.innotuit. Item non procedit illa poſitio ẽt ex alio,quia pœna non poteſt diminui ſtante culpa niſi & culpa diminuatur; quod contingere non poteſt exiſtentibus in inferno. Item, quia ſecundum illam poſitionem perueniretur ad hoc, quod pœna eſſet tantum diminuta quod nullo modo uel vix ſentiretur.& per hoc etiam dic, ꝙ nõ procedit quod dicit glo.iſta in fi.In eo quod dicit idem de indulgẽtijs, uult dicere,ꝙ per eas fit remiſſio modo prædicto,vt ſi prima remiſit decimam partem, ſecunda remittit decimam partẽ remanentis,& ſic vlterius:quod non procedit ratione proxime dicta.Item,ſic intelligẽdo, nimium vilificarentur indulgentiæ,dic ergo melius de ipſarum effectu, vt not.de pe.& re.

7 ꝙ autem. quantum autem ad prædicta, an ſuffragia† proſint damnatis,ſunt & aliæ opi.de quibus 4.ſententiarum, diſti.46. & ibi per Tho.q.2.arti.2. Dicit Io. Cal.remiſſis alijs opi.ꝙ ſuffragia damnatis in nullo proſunt: quia, vt dicit Auguſtinus, & ponit magiſter.4.ſententiarum.diſt.45. quia ſine fide,quæ per dilectionem operatur,cuiuſque ſacramẽtis extitit de cor-

1 *Simulans confitere magis peccat quam qui conficit in mortali.*
2 *Aequitas ſimulata eſt duplex iniquitas.*
3 *Remedia falſa ſunt abijcienda.*
4 *Offendens plures grauius peccat.*

1 **De homine.** † Grauius peccat qui ſimulat conficere,& non conficit, quamuis qui conficit in mortali,quæſtio & ſolutio ibi: cum ergo, in cauto.& ex eo incautiorem ſe eſſe credebat. mortali. & ſic ſuſpenſus quo ad ſe. de hoc in gloſ. vlti.Intermittere.bono modo & ſine murmuratione populi. Cæteris,excepto canone. Suppreſſis.quid ſi alius ſacerdos aſſiſtens verba canonis tunc dixiſſet. dico de electio.ꝙ ſicut §.ſuper eo.corpus.tractat hic Hoſ.quo modo corpus non poteſt eſſe ſine ſanguine & econuerſo.qđ dico ſup.c.proxi.§.quæſiuit.no. 1. purum. i. non conſecratũ. Tan.Intendit.i.a confectione deſiſtere. Simulare. Gregorius

2 ſimulata æquitas† duplex eſt iniquitas.Hiero. ſuper Iſaiam li. 6.In comparatione duorum malorum leuius malum eſt apte peccare quam ſimulare & fingere ſanctitatẽ. Ille qui celebrat cum ſit in mortali.Iſte qui fingit celebrare & non celebrat.non veretur. ſimile. C.de iudi. rem non nouam. Not.ꝙ

3 falſa remedia† ſunt abijcienda.de hoc in glo.quia populus.Et in ea.ibi.§.ſed & qui domum.Ioan.de elect.dudum 2.de reli. & vene.ſan.capitu.1.& 2.d.§. dicitur ꝙ ſerui manumiſſi præcedunt funus pileati. & qui incedunt de voluntate teſtatoris vel hæredis fiũt liberi,ne populus &c.ſ.decipiatur.† Secundo no.†ꝙ grauius peccat qui plures offendit vt hic in fi.Et in

4 eo quod dicitur in hoc ſi.ꝙ iſte illudebat Deo & populo.dic ꝙ ex eo illudebat,quia populum faciebat ydololatrare.& idẽ dicit Thom.in ſuo ſexto quolibet q.6.de ſacerdote qui peccatori occulto petẽti euchariſtiam dat hoſtiam non ſacratam. talis enim ſacerdos ſecundũ Tho.peccat in ydololatriã.Opp. quia litera ibi non ex nulla cauſa poſſit omittere celebrationẽ, ppter neceſſitatem quamlibet. videtur velle ꝙ ſacerdo nem,contra id de præben.ſignificatum.Solu.vt metu contrarij.glo.2.exponit quamlibet.i.aliquam.Et in hac glo.in fi.Vincen.& inf.de condi.appel.verum. Quæro de intellectu literæ ibi,quæ ſunt veris.Gl.pe.exponit duob. modis. & ſecunda ex poſitio clarior & magis conuenit literæ,Et in hac glo. ibi: occulte.facit quod no.1.quæſt.vlti.ſancimus.ibi:corrigat. in dictis patrum in nullo ſic gaudet inimicus vt in illo qui cogitationes ſuas manifeſtare nõ vult. Et eſt alia ratio, quia videtur ſcienter id facere.ff.de ri.nupt.l.fina.Ibi, tuetur 82. diſtin.plurimos.de pœn.diſt. 5.cap.1.Ibi, nemo.vbi de hoc. & 81.diſt. clericus ſolus.ibi,intellige ſecundum Tan.Vincen. & Goff. Secundo quæro ut quærit glo.vlt.ibi.ſed nunquid. Solu.vt in ea.Et ibi poteſt dici ſecundum Ioan.Tan.& Vincen. nec ob. 34.diſtinctio.habuiſſe.quod intelligitur de illo qui nec continuit.ibi.quod ſicut.facit quod no.7.quæſtio.1.nihil. 50.diſt de his 2.in fi.vlti.gln.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus fuit verus Deus.*
2 *Sanguis & aqua quare exiuit de latere Chriſti.*
3 *Hominis ad eſſe requiruntur corpus & anima.*
4 *Dictum quod non eſt,eſt habendum pro non dicto.*
5 *Similitudines notantur inter humores corporis & elementa.*

In quadam. Improbat opinionem quæ habet quid ſi in ſacramento altaris aqua conuertatur in ſlegma.& probat Chriſtum fuiſſe verum Deum, & verum hominum:& ꝙ de ipſius latere exiuit vera aqua. Primo ponitur quæſtio.ſecundo ſolutio,ibi:ſed aduerſus, illos improbat,

1 probans Chriſtum fuiſſe verum Deum,† per illud, tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo &c.& verum hominẽ, quod proſequitur ibi,& tres ſunt,& hoc ꝙ fuerit verus homo probat pri-

Digitized by Google

maxime,prima communior, & dicuntur maxima quia ſine
regeneratione non eſt ſalus. Nota.contra ſectas.de quibus in
tex.Et in glo.3.Et in ea ibi:de ſecta,ſubaudi:iſta:ibi:quædam.
ver.Matth.Secundo nota.ꝙ pater celeſtis dedit teſtimonium
de filio,de hoc in glo.4.Et in ea ibi:dixit.Matt.4.Ibi:transfigu
ratus.Matth.16.Ibi:requieuit.Io.1.Et in fine. Act.10. & habe-
tur ea.glo.ſup.de ſum.tri.c.2. Tertio nota,ꝙ ad eſſe hominis
3 exiguntur duo † ſcilicet corpus & anima. Et intellige anima
rationali quæ eſt corporis humani per ſe & eſſentialiter for-
ma,de ſum.trini.cle.vna.§. porro. vbi damnatur opi. ꝯria tāq̄
hęretica.de ſenſitiua & vegitatiua non dubitabatur,vt ibi no.
glo.ꝓ hoc,ꝙ hic dr̄ in gl.1.Et in ea.in fi.56.diſt.naſci. Quarto
no.ꝙ aīa rōnalis non pōt viuificare niſi corpus humanū , qđ
declara vt in glo.cum non &c. Et in eo quod gloſ.dicit aīam
non habitare in ſicco.Expone vt in c. Moyſes.all.in glo.Et ſo
let hoc allegari per iocum ab illis qui libenter bibunt. Quin-
4 to no.arg.ꝙ id quod non eſt † dictum,eſt habendum pro nō
dicto,de hoc in glo.ſic ſupra.Et in ea ibi,ex literis.& capitulo
cum dilectus. Ibi l.3.ſi dixit teſtator,talis filius meus alienus
meę ſubſtantię fiat: exhæredatus eſt,non præteritus, nec ege-
mus interpretatione, cum verborum ſenſus ſit manifeſtus.
Ibi,promittendo,dotem,ſi nuptię non ſunt ſecutę ex ſtipula
tu.Non agitur,vt magis intueamur rem q̄ verba. Ibi:ſi alu.ſi
teſtator legat fundum, & alteri illius vſumfructū,intendens
ꝙ alter nudam proprietatem habeat,illi tamen diuident vſū-
fructum:& plus valebit ſcriptura,q̄ ꝙ actum eſt,debuit enim
exprimere ꝙ alteri legabat fundum vſufructu detracto.Ibi,ar
gumentum ꝯ,non ſunt ꝯ,quia in iuribus,ſ.all.ſtatur menti,
& ſenſui ex cauſa,de qua in ipſis dr̄.Ibi,nō aliter.vide in c.præ
5 terea.alleg.in gl.2.Sexto no.ſimilitudinē inter † humores cor
poris humani & elementa.Et quia glo.vlti.non aſſignat mo-
dum,dic,ꝙ eſt talis,quia conueniunt ſanguis & aer:colera &
ignis:flegma & aqua,melancolia & terra:Et in hac gloſſ.vlti.
in fi.Vin.Quæro quæ fuit cauſa quæ mouit ipſum dubitantē.
Sol.vt in glo.2.Et in ea ibi,verus homo, quaſi exitus aquæ de
ſignare habeat fontem uel flumen, non corpus humanum.
Ibi.humor: quem ſupra ſanguinem hominis minuti natare
videmus.Ibi,videbantur, ſed ſi diceretur ꝙ illa fuit vera aqua
ſicut Papa dicebat:nec text.nec gloſſ.intelligebat.Et in fin.vt
patent hæc omnia in antiqua.

A D D I T I O.

a Formata. Adde c. quo virginibus 31.q.1.c.fi.33.q.5. c.gaudemus de diuor.

S V M M A R I V M.

1 *Abſtinendum eſt a comeſſationibus ſuperfluis.*
2 *Tempus non eſt inutiliter expendendum.*
3 *Somni refectio accipienda eſt tempore debito.*
4 *Clerici ſurgentes orto iam ſole reprehenduntur.*
5 *Prælati & clerici raro celebrantes miſſarum ſolemnia notantur.*
6 *Abſtinere non ſufficit a malo niſi fiat bonum.*

autem vitari in conuiuio fabulatio inutilis, iuxta Catonis cō
ſilium.Ideo per clericos debet lectio diuinorum immiſceri.
100.di.pro reuerentia.Hoſt.Secūdo no cōtra eos qui inutili-
2 ter tēpus † expēdunt.Bernardus,cū nil tēpore carius,vel vilius
reputatur.Iſti,n.ſm Hoſt.tēpus ꝙ habent pro nihilo expen-
dunt:nunc comedendo:nunc fabulando: nunc cachinando:
de vi.& hone.cl.crapula.Marcus varro.Nulla iactura grauior
ſcienti quam temporis.Seneca epiſt.1.Vendica te tibi & tem
pus ꝙ aut auferebatur, aut ſurripiebatur aut excidebat,colli-
3 ge & ſerua.Tertio no. † refectionem ſomni accipiendā tpe
debito,& non differendā,in quo cauendū a nimietate. Sene-
ca.Quies tibi ſit,non deſidia.Ouid.ſine titulo.Stulte quid eſt
ſomnus gelide niſi mortis imago.Longa quieſcendi tpa fa-
4 ta dabunt.Quarto no. † contra clericos tarde ſurgentes de ma
ne.ſ.orto iam ſole.Matt.vlti. contra quos, & contra omnes
catholicos hæc facientes dicit Aug. Indecens eſſe chriſtiano
5 ꝙ ipſum ſolis radius dormientem inueniat.Quinto † not.cō-
tra prælatos & clericos raro celebrantes miſſarum ſolēnia,
& de epiſcopis habetur de priui.c.fi.lib.6. ꝙ abſque miſſa di-
cenda vel audienda diem aliquam tranſire non debent . Sex-
6 to † no.in fi.in eo quod præcipit abſtinere ab illicitis,& uaca-
re neceſſariis,ꝙ nō ſufficit abſtinere a malo,niſi fiat bonum,
vnde in pſal.Declina a malo , & fac bonum. Septimo not.ex
7 hoc ꝙ omittens † officium propter comeſſationes, uel pro-
pter alios malos mores,vel non dicens deuote ob cauſas præ
dictas,peccat mortaliter tanquā faciens contra hoc pręceptū
14 q.1.quod præcipitur,& quāquā ſit dictum, tamen ſcriptū
eſt.6.q.3.ſcriptū.cum ſimi.quod dic melius ut ſ.q. ulti.Quæ-
ro ibi,ſincopa.de intellectu.Sol.ut in gl.1. & eſt ſenſus ꝙ illi
multa omittebant. Dicit tamen Vin.ꝙ is qui cum ſincopa
loquitur horas celebrando,habetur pro celebrante,dummo
do intendit dicere quod dicit eccleſia,& vtatur uerbis in pro
pria ſignificatione,nec intendat errorem inducere,de conſe.
di.4.retulerūt,quod procedit ſi breues ſint ſincopæ per quas
omittitur pars uerbi ſeu dictionis,non tota dictio,& hoc pręe
terquam in uerbis ſubſtantialibus,ut in confectione euchari
ſtiæ quibus nihil debet addi uel detrahi.ſ.c.cū Marthæ.& di-
cit Hoſt.ꝙ quia iſti tarde ſurgunt & ſic diſcurrunt &c. ut in
litera:ideo uerſus emiſcerant, vnde licet ſm morē Romanū
non ſufficit in paſchali dicere tres pſal.de conſe.di.5. in die ta
men non reprobat aliorū conſuetudinē qui dicunt tres tātū:
quia melior eſt quinq; pſal.&c.c.di.non mediocriter. nec cō
ſiſtit hoc in cantus modulatione ſeu uerborū multitudine,
ſed in corde.92.di.c.1.& 2.nec ob.præ.c.in die , qa licet mos
eccleſiæ Romanæ in ſacramentis ſit ſeruandus,in officiis ta-
men non,de neceſſitate.Secundo quęro in quo habitu debet
clerici accedere ad eccleſiaſtica officia.Sol.Inn: ꝙ in habitu
honeſto:de ui.& ho.cle.c.fi. debent etiam ſm Inno. ibi ſtare
cum deuotione plus enim corde quā uoce pſallendum eſt.

Digitized by Google

tus choris [illegible]
niſi forſan ſcandalum immineret, de hoc infra q.6. Opp.ad
hoc,quia maledictus qui facit opus ſuum deſidioſe. Hierem.
44.Item,quia negligētia in prælato eſt mortale.de offi. archi.
ea quæ.in gl.pe.Sed ad primum dicit Innoc.ꝙ illud intelligi-
tur de accurata vel lata,vel malicioſa negligentia, quod uero
prædictum eſt intelligitur de alia negligentia quæ forte con-
tingit ex nimia meditatione,vel contemplatione. & per hoc
patet ſolutio ad aliud de negligentia prælati. Eſt enim morta
le quando eſt accurata &c.vt nunc dixi. Quinto quæro,ſi quis
propter ſomnum nimium tardius ad eccleſiam venit, dicit
Hoſt.ꝙ inter venialia computatur.25.diſtinct. §. alias,ante fi.
10 † Sexto quæro eo caſu de quo ſup.q.4.de clerico qui omittit
pſalmum,an teneatur ipſum dicere.dicit Innocen.poſſe dici,
ꝙ ſi adhuc ſunt alij in eodem nocturno. uel ſi ſunt in dicēdo
pſalmos veſpertinos,poterit pſalmū omiſſum dicere. Nec
forte ſecundum eum eſt periculoſum hoc fieri, etiam ſi alij
cantant alium nocturnum,niſi eſſet timor ſcandali.tunc eñ
non eſt tanti omiſſio vnius pſalmi ꝙ propter hoc ſit aliquis
ſcandalizandus.arg.de præſcrip. nihil. Nam ſecundum Inno.
ꝙ ſepties in die oretur,eſt præceptum ſup.eod.c.1. Sed ꝙ iſti
vel illi pſalmi dicantur,non eſt in præcepto. vnde videmus ꝙ
alios pſalmos dicit una eccleſia:alios alia.dicit Hoſtien.quod
licet hoc ſit uerum,tamē clericus vniuſcuiuſque eccleſiæ de-
bet illos pſalmos dicere quos ſua eccleſia dicit: alioquin ſi ex
contemptu aliter faciat,tanquam transgreſſor conſtitutionis
& conſuetudinis eccleſiæ iudicabitur, & puniri poterit.11.di
11 ſtin.in his.Septimo quæro, an peccet clericus † qui dum eſt
in diuinis cogitat ſuper aliquo bono opere ſpirituali vel tem
porali.dicit Innocent. uideri ꝙ dum eſt in officiis non debet
aliquis intendere niſi circa ea quæ ibi dicuntur vel leguntur:
vel niſi neceſſitas eſſet quæ dilationem non caperet, quia tūc
cogitaret vel etiam expediret.pro hoc regula, quod nō eſt li.
9.Hoſtien.dicit,ꝙ talis peccat venialiter, ſicut etiam dixi ſ.q.
5.Ex eo autem ſecundum eum non peccat mortaliter, quia
ſecundum Bernardum, cor hominis cum ſit vagum & mo-
bilibus omni mobili,non eſt homo ſemper adeo fortis ꝙ ta-
les cogitationes euitet. dic, ꝙ eo caſu quo ingruit neceſſitas,
deſiderans celeritatem nullo modo peccat is qui circa illud
cogitat:vt finge, aliquis eſt ſermocinaturus poſt veſperas, ſi
dum dicuntur cogitat de modo efficaciter pronuntiandi, vt
poſſit populum edificare,nihil peccat. Item, ſi non ſit tanta
neceſſitas,tamen ſi de alio cogitet, etiam illicito,ſed non per
ſiſtit,nullatenus peccat: quia primi motus non ſunt in pote-
ſtate noſtra,vt no.de eo qui mit.in poſ.c.1.Sed ſi perſiſtit,tūc
ſēm qualitatem cogitationis & eius in quo fit, menſurabitur
natura delicti.de iureiur.cum quidam. Octauo quæro,ſi is q
intereſt officio non intelligit quę leguntur. dicit Inno. quod
debet eſſe in ſilentio, & rogare Deum vt lectiones & omnes
pſalmi & cantus quæ fiunt in eccleſia ſibi & alijs proſint ad
ſalutem. Et videtur Innoc. generaliter hoc intelligere ſiue ſit
clericus ſiue laicus,quia non diſtinguit. Hoſtien.autem intel
ligit tantum de laico,quod placet: quia in clerico nō excuſat
ignorantia, cum teneatur ſcire.39.diſti. Petrus.de ęta.& qua-
lit.eam te.& c.cum ſit.& de hoc etiam ſup. q. 4. Nono quæ-
ro,an peccet is,qui,cum ſpiritus eius eſſet nimis fatigatus,ali
quantulum exiuit: vel dicit, vel cogitat alia quam quæ legū
tur.dicit Innocen.ꝙ non videtur peccare. caueat tamen ne in
his excedat ſecundum eum i. nimium frequenter hoc faciat.
Decimo quæro,ſi quis non interfuit in principio officii ſine
malitia.dicit Innocen.non oportere ꝙ a capite incipiat.Idem
dicit de fine ſi non poſſit intereſſe. tamen ſi magnam partē
nocturnorum vel laudis amitteret,bene fecit illa dicere,ſecū
dum Innocē.Vndecimo quæro,in eo; quod lrā prohibet ſub
pœna ſuſpenſionis:an ſit canon latę ſententię.Glo.2.ſoluit,ꝙ
non, id eſt verum, maxime propter literam ibi, & ſimilia.de
hoc 43.diſt.ſalonitanę.de ſagita.c.vno.Duodecimo quęro,an
12 præsbyter † omittens officium poſſit priuari beneficio.Glo.
vlti.arguit ꝙ ſic.concludit tamen mitius agendum, cum mi-
tius agatur cum lege &c.vt in glo. Hoſtien. dicit quod monē
dus eſt antequam per iudicem puniatur. arg. de cleri.excom.

t.de [illegible]
gant.& hoc placet Hoſtien. vel ſecundum eum [illegible]
iſte ad pœnam ſuſpenſionis,quæ poterit infligi, propter lite-
ram ibi,ſub pœna ſuſpenſionis,[a] quod intellige monitione p̄-
miſſa, vt in præcedenti quæſtione. & dic, quod ſi ſtudioſe &
ex propoſito contraueniat contra hoc capitulū, vel ex negli-
gētia accurata, peccat mortaliter: ſecus ſi ex quadam deſidia.
quod dixi ſup.q.4.

ADDITIONES.

a Si clericus. Adde tex.in c.Petrus.39.di.in c.eam & in c.cum ſit de æta.& qua
lita.Car.in cle.1.in 2.q.de cele.miſ.

b Ex negligentia. Adde Pau.de elea. in cle.2. eo.titu.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistia vnde dicatur.*

2 *Sacerdos portans Euchariſtiam infirmo debet portare tot hoſtias quod
non redeat ſine Euchariſtia.*

3 *Hoſtia cum eleuatur quibus verbis ſit orandum.*

4 *Euchariſtia cum defertur ad infirmum, ſi malefactor fugit ad ſacerdo-
tem, an gaudebit immunitate.*

Sane. Euchariſtia munde debet conſeruari, & in eius ele
uatione & delatione populus debet inclinare:& cū
defertur ad infirmum, debet hoc ferri in decenti habitu & cū
lumine.tranſgreſſores breuiter puniuntur. Habet quatuor di
cta.Secundum ibi:ſacerdos. Tertium ibi:quam.Quartum ibi
prælati.Incuriam.i.negligentiam vel malā curam.exardeſcat
facit in auth.ut non lux.contra naturam, primo reſpōſo.col.
6.de exceſ.prælat clerici.16.quæſtione prima.reuertimini.ſin
gulari.1.in quo nil aliud fit.Petr. deuote. ob hoc ſignum ſal-
uatoris non debet fieri in terra. C. nemi.lice.ſignum ſalua.l.
prima. Vincen.facit,de offic.ordi. ſi canonici. libro ſexto. do-
ceat.de æta.& quali cum ſit,& clericus eius pueros.de vita,&
honeſta.cleri.cap.3.Inclinet.ſic incuruamus, ut cum legitur
euangelium ſtando tamen.de conſecra. diſtinctio.1.apoſtoli-
ca. Faciens.ideſt, pariter ſe inclinans. ſcilicet. ipſa plebs.& ad
hoc per ſacerdotē inſtruatur. Eā l.euchariſtiam.decenti. puta
ſuperpellitio vel cappa cum ſtola.de ui.& ho. cle.clerici.mū-
do.abſurdū enim &c.de cuſto.eu.ca. 2. in fi.manifeſte.nō ſub
cappa. Ante pectus.non poſt collū.lumine. ſic miſſa non de-
bet ſine lumine celebrari infra c.fi.Candor.Sapien.7.Ex hoc
ſcilicet,ꝙ ſic fideliter cuſtoditur & reuerenter tractatur, &
ad hoc vt populus ſentiat pulſatur campanella. pro hoc lite
ra ibi,apud omnes &c.tranſgreſſores. ſacerdotes uel inferio
1 res. † Not.de euchariſtia quæ dicitur corpus Chriſti. & dici-
tur ab eu,quod eſt bonum,ſicut euge, & carithes, quod eſt
gratia.nec debet ſcribi per h.quia tunc eſſet interiectio dolē-
tis. quandoque enim eſt aduerbium reſpondendi. uerſus,
Heu dolet:heu prodeſt: heu dat reſponſa vocanti. pro hoc
quod no.de teſta.nos quidem. Secundo no. ꝙ quando preſ-
2 byter † defert euchariſtiam infirmo debet portare tot hoſtias
ꝙ non redeat ſine euchariſtia.pro hoc in litera ibi, referat. ſi
tamen contingat ob multitudinem infirmorum ꝙ omnes
expoſuerit,redeat ſine lumine & campanella, & uas teneat
recluſum,ne detur materia idolatrandi. Tertio not. vt in gl.
3 ulti.Et ibi.I.i.vide in pall eg.c.de cauſis.§.1.nota.1. Quarto,cū
eleuatur hoſtia quibus uerbis ſit orandum.Sol.ut in gloſ.2.
quæ ponit modum.& alii ponunt alios.ſed quia non eſt tra-
dita forma,quilibet dicit quod vult:dummodo ſit honeſtū,
& deuotum.Ne tamen deſint alii modi. dic ſecundū Goff.
ꝙ poteſt quis dicere illa uerba. Salue caro Chriſti quæ pro
me paſſa fuiſti.Intus me munda Chriſti caro ſanguis & vnda
uel illa.Rex ſedet &c.vel ſecundum Abb. illa.Auerte faciem
tuam domine.cum tribus ſequentibus. vel Deus propitius e-
ſto. vel Ieſu filij Dauid redemptor mundi miſerere mei. vel
ſecundum Vincen.illa.Aue principium meę creationis.Aue

viaticum

Digitized by Google

nimę.So.Hoſtien.dicit,ꝙ nihilominus corpus Chriſti eſt, & corporali eccleſiæ præferendum. Oppo.ad idem,quia priuilegium non debet extendi.Solu. Hoſtien.ꝙ hoc uerum de una eccleſia ad aliam:vł de priuato da alium.de priuile.ſanè.ſecus in hoc priuilegio ob reuerentiam Dei conceſſo. Grauius eſt enim eternam quam temporalem lædere maieſtatem,de hæ re.vergentis.Item ex ɔ̃ria opinione contingere poſſet, quod euchariſtia proiiceretur in lutum,quod eſt præcauendum.de ſeruis non ord.ca. 1.& dicit Hoſtien.ſe non videre quare magiſtri cõtrarium notauerint. quia & ſi odioſum reſtringatur: eſt tamen contra regulam fauorabilem reſtringi.regula odia. lib.6. & hæc opinio deuotior. ſed prima uerior. nec procedit hoc inconueniens ꝙ poſſet ſequi ꝙ euchariſtia proiiciatur in lutum. Nam ſi malefactores non erunt priuilegiati fugiẽtes ad euchariſtiam, non fugient ad ipſam. & ſic potius euitabiẽ inconueniens ꝙ poſſet ſequi ſi fugerent ad ipſam.& ſic forte opprimerent ſacerdotem. Ad illud propter quod vnũquodque &c. dic, quod priuilegium datur non tantum reſpectu euchariſtiæ,ſed etiam aliorum omnium diuinorum ſimul conſideratorum. Ad illud de fugiente ad ſtatuam præfecti,poteſt dici quòd reperitur illud expreſſum illo caſu, tamen bene facit pro Hoſt. cuius opinioni propter reuerentiam tanti ſacramenti eſt inhærendum.

A D D I T I O.

a Si malefactor. Adde Hoſtien.in ſumma,titu.de immu.eccle.in §.inquantum. ver.quid ergo.Ludo.ro.in ſuis ſingula.in litera M.incipien.fugitus.

S V M M A R I V M.

1 *Anniuerſarium defuncti quid ſit.*
2 *Anniuerſarium ſi incidit in feſtum,quid faciendum ſit.*
3 *Anniuerſaria defunctorum quare fiunt.*

Cum creatura. In conuentualibus eccleſiis conuẽtualiter celebrandę ſunt miſſę de feſto,uel feria,& pro anniuerſario defunctorum. Primo ponitur generalis cauſa mandati. Secundo mandatum. ibi, mandamus. Torpore.ponitur pro pigritia,vel defectu. Obrepere.quaſi latenter ſubintrare,vt in proœmio cle.ver.quia ẽt ubi de hoc.defunctorum. ꝓ qbus in ſingulis miſſis orari dẽt.
1 de ɔſe.di.1.c.penul. Conuẽtualiter.i.ſolẽniter in ɔuẽtu.† Quęro q̃d eſt anniuerſariũ defuncti. Gl. ſoluit & in ea ibi,mortis ſuę.interdũ dicunt vigilię. 91. di.c.1.vt hic Paduę.Ibi, ſanctorũ.an p̃ces malorũ ꝓſint vel noceant.not.49. di.§.1.3.qõ.7.in grauibus.Ibi;eleęmoſynis. de his quatuor ſuffragiis.de ſepul. c.ſi.Ibi,cognatorũ. & ſic poteſt quis per aliũ ſeruari:licet non per aliũ dãnari.de hoc,1.q.4.ĩã itaq; .Scd̃o q̃ro ibi,ꝓ feſto uel
3 feria,de intellectu.Sol.hoc vult,quod† ſi anniuerſarium inci

epiſcopus quolibet die dominico eſſe præſens in eccleſia cathedrali,niſi iuſtum impedimentum occurrat.de conſe.diſt. 3.epiſcopus.art.7.q.1.& epiſcopus in fi.& art. illius c.videtur ꝙ non debeat per ſe celebrare:quaſi reddens debitum ſpõſæ ſuæ,ſaluo impedimento canonico,contra quod debitum nõ eſt exceptio admittenda.ar.de coniu.lepro.c.2. epiſcopi tamẽ hoc non obſeruant,ſed celebrant ſolum in quibuſdam prin-
2 cipalibus feſtis,& quandoque in nullis. Op.ꝙ ſacerdos † ſimplex propter peregrinos ſuos venientes,poteſt dicere ſecundam miſſam ſupra c.cõſuluiſti.debuit ergo permitti & huic archiepiſcopo. Hoſt.ſoluit ꝙ non fuit ſibi permiſſum: quia, vt patet in antiqua,& in glo.3.peregrini cum compellebant in eccleſia garganica celebrare. vnde fugiebat deuotio celebrantis,quia non faciebat ſponte.de conſe.diſt.5.non mediocriter 35.q.5.cum ſaluabitur 45.di.de iudeis.Itẽ, quia potuiſſet tantum detineri in prima miſſa ꝙ impediretur ſecunda, & per conſequens chriſmatis confectio, quod confici nõ debet niſi illa die.de conſe.di.3.lateris.& di.4.omni tempore.ſecus in caſu c.conſuluiſti.ubi miſſam peregrinorum ſequitur ordinariam. Item,ibi non erat alius ſacerdos ꝗ alteram dicere poſſet.hic multi qui poterant dicere primam, & nullus qui poſſet dicere ſecundam,præter archiepiſcopum.uel ſecũdum Hoſt.hoc mandatum fuit factũ archiepiſcopo ad eius excuſationem & requiſitionem.ſimile de inſti. ad decorem. Refert etiam Hoſt.alios dicere,ꝙ ea die qua cõficitur euchariſtia ad honorem chriſmatis, non debet epiſcopus niſi vnã miſſam celebrare. Sed dicit Hoſt.ꝙ ſecundum iſtos ſequeretur,ꝙ ſi quis haberet duos epiſcopatus tam propinquos, ꝙ in vtraque eccleſia poſſet celebrare & chriſma cõficere: hoc tamen ei non licet,& tamen ſuper hoc non eſt aliud ius niſi illud. Si quis tamen vult hoc ſequi,poterit ſecundum Hoſt. epiſcopus vno anno conficere in vna eccleſia, & alio in alia. Nam chriſma vnius eccleſiæ bene poteſt trãſmitti ad aliam, vt frequenter fit,dic ꝙ ſatis videtur de mente huius literæ,ꝙ ex nulla cauſa die cenæ celebret niſi ſemel. Et in hac gl.3.ibi, Papæ.hæc patent in antiqua.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in tota prouincia.*
2 *Sacrificio altaris an plus ſit ponendum de uino quam de aqua. & n.3.*

Pernitioſus. In ſacrificio altaris plus eſt de uino, quam de aqua ponẽdum. Primo ponit abuſum. Secundo reprobat,ibi,cum ſecundũ. Tertio prohibet.ibi:ideoque. In ſacrificio.i.in calice,in quo fieri ſolet ſacrificium.generalis.turpis eſt pars &c.de ſpon.duo.tuas. de aqua.reprehenditur ergo ponens plus de aqua. Item non po-
1 nens aquam. J.c.1.Not.† ꝙ archiepiſcopus habet iuriſdictionem in totam prouinciam.probat litera iuncta ſuperſcriptione,& hoc non ſolum pp diuina officia,vt dicit gl. ſed ẽt quãdo per totam prouinciam eſt vitium commune,ut hic.& de reſcrip.

Digitized by Google

ſponſo. Nec cum nouo praui ſaporis permutarent vinum ve
tus electum.ff.ſi cer.pe.l.3. Redditur & tertia ratio, quia aqua
vino eſt acceſſoria. in calice ergo non debet poni plus de ac-
ceſſorio. regula acceſſorium.li.6. pro hoc, quia in vino princi
palius eluceſcit hoc ſacramentum ſupra c. cum Marthæ.§.1.
Item non legimus Chriſtum poſuiſſe aquam in calice. Item
credere debem[a] quod de latere Chriſti maior exiuit quãtitas
ſanguinis q̃ aq;, quia naturalior fuit exitus ſanguinis q̃ aq; ſ.
c. in quadam. dicit Phi. ꝙ non dẽt ita modicũ poni de aqua ſi
cut ponunt templarii, q ad obſeruandam regulã de tẽperan-
do uinum, inuate centũ cadorũ ponunt guttam aquæ. Opp.
3 ad hoc, † ꝙ imo rationabilius ſit poni plus de aqua q̃ de vino,
qa multa aqua deſignat multum populum ſ. c cum Marthę,
Item, in multis locis eſt vini penuria. Itẽ ſępe ſunt uina potẽ
tiſſima. Sol. hæc facile tolluntur, & ad omnia ſimilia tollen-
da ſufficit quod prædixi: quia aqua eſt ibi acceſſorie.

ADDITIO.

a Poneretur. Adde ſanctum Tho. in 4. ſen. di. 11. q. 2. arti. 4.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus habetur pro conuicto.*
2 *Confici non debet in vaſe ligneo.*
3 *Euchariſtia ſine igne portari non debet.*
4 *Sacramentum ſine aqua perficitur, licet ſacrificari non debeat.*
5 *Simplici quo caſu non parcatur.*
6 *Euchariſtia cur prohibetur fieri in fermentato.*
7 *Euchariſtia confecta in fermentato non ualet.*
8 *Celebrans ſuper altari non conſecrato an puniatur.*

Literas. Ab officio & beneficio deponitur præsbyter,
qui ſine igne & aqua: vel in pane fermentato
vel ſcypho ligneo ſacrificat. Communis diuiſio. Secũda ibi,
cum igitur. Prima ponit duos exceſſus præsbyteri. Secunda
1 duos alios, ibi, intellecto. † Not. ꝙ confeſſus habetur [a] pro cõ
a uicto. de hoc in glo. 1. Mitius tñ dẽt agi cum ꝯfeſſo. de elec. ĩ-
notuit. Et ſm Io. And. hæc lr̃a facit ad id ꝙ dico de accu. qua-
2 liter. 2. notabili 4. † Secundo not. ꝙ in vaſe ligneo non debet
b confici. de hoc in gl. 5. Et in ea ibi, vaſa. Idem no. ibi ligno [b] ꝓ
pter poroſitatem. i. quia habet poros. i. meatus, ſeu vias uel fo
3 ramina. Ibi, vitro. propter fragilitatem. † Tertio nota, ꝙ ſine
igne ſacrificari non debet, ſic nec portari debet euchariſtia ſ.
ca. ſanè. Et dixit Tanc. in deciſa infra ſtatim alleg. ꝙ deſignat
ignis, myſtice feruorem charitatis, quem nutrire debet ſacer
